| 5. <i>Saxonia. Electoratus. Columna an pileus?</i>  | <i>Aldenburgi.</i>  |
| 6. <i>Differentia apicis à scuto. Wethini Comi-</i> | 14. <i>Marca. Ravenperga.</i>                             |
| <i>tes. Misnia marchiones.</i>                      | 15. <i>Regalum.</i>                                       |
| 7. <i>Iuliacum. De Figura dubium.</i>               | 16. <i>Scuti appendices reliqua.</i>                      |
| 8. <i>Montanus Ducatus. Cauda Pavonina.</i>         | 17. <i>Wockii promissa explicatio insign. Saxoniorum.</i> |
| 9. <i>Inferior Lusatia.</i>                         | 18. <i>Votum.</i>   |
| 10. <i>Ducalis linea galea.</i>                     |   |

## PRO O E M I U M.

**D**e natura vel jure insignium gentilitiorum generatim agere, alienum ab hoc loco, & ad partem primam hujus operis spectat, quam Deo volente proxime publicæ luci exponemus. Hic vero, ut disciplinæ hujus, quam nostris majori ex parte ignotam iusta methodo tradere constitui, aliquis prægustus extaret, specimen solum Heraldicæ tractationis exhibere, &c. quod in primis ad rem visum est, huic fini in Saxonice Serenissime familia emblemata juxta facialium scita considerando occupari decrevimus. Hoc tamen omnino prænotandum est, omne illud, quod Heraldica scientia in insignibus explicare solet, ad duo fere capita, scutum & apicem, quorum utique tamen sunt appendices, referri: unde nobis etiam in duobus illa Saxoniorum armorum decoralustranda fuerint.

**S. 2.** Porro unum, antequam rem ipsam aggredior, præmonere necesse est, videlicet non probare nos *mysteria*, quæ plerumque e signis aut coloribus elicere vulgo volunt, nullibi quam in poëmatibus ferenda. Vel si quis illa omnino nolit improbare, utatur per me suo sensu; mihi stat animus eorum in hac meditatione non facerem mentionem. Sit ergo Leo Symbolum magnanimitatis heroicæ, bellici roboris, clementiæ erga subditos & devictos, gratitudinis, prudentiæ, principatus; Aquila victoriæ, celsitudinis, perspicaciæ &c. Bos roboris, utilitatis, castitoniæ, temperantia, modestiæ, justitiæ, tolerantia, laboris, fortitudinis, &c. Rosa refectionis, liberalitatis, status florentis, gaudii, spei; pali & cantherii sustentationis publicæ, &c. & liberum sit cuique, suis delectari allusionibus, dum mihi etiam fraudi non sit, de illis, quibus non capior, tacuisse; neque necessitas imponatur, ea tradendi, quæ extra eos usus, ubi lusibus ingenii patere campus debet, non probo. Alioqui si quid solidi inillis rebus queratur, male de ista Heraldica seu insignium arte mereri videntur, qui illa vanitate non se tantum, sed ipsam disciplinam, nullo hujus vitio comperto, apud alios risu exposuere. In eos certè omnino quadrant, quæ Doctiss. David Blondell. Geneal. Franc. T. 2. p. 164. in universam scutariam scientiam dicere appetet. Nec ipsis, inquit, aliisque per totam Europam regibus defuere Mysteriorum inventores, qui ubique scientiam, quam Heraldicam vocant, aggreditur quotidie dare arbitraria, & per se nihil placitis trididerunt, & aliis ad colendum obtulerunt. Et p. 263. Quomodo cumque de leonibus & aquilis, de aurei, coccinei, carulei coloris excellentia philosophari libeat, omnia in incerto esse, spissaque principum & magnatarum compugnantibus factis (diam sua quisq; voluntati obsequitur, & symbola



*symbolis mutat, & paronomastica ex occasione tantum sumta, alis quibuscumque presertim scutaria artis nova & ludrica placita concurti, &c.* Ante Blondellum, etiam de Germania historiæ bene meritus Marquard. Freherus Orig. Palat. P. 1. cap. 13. ita ait: *in causas colorum, naturam & præstantiam atque inde deduclos significatus subtilius inquirere ob veterum circa illos superstitionem frustra sit.* Confert Celeb. Ioh. Limn. Iur. Publ. addit. T. IV. ad 2. 7. p. 241. Cl. Franc. Menestr. verit. art. dubla. cap. 8. p. 88. ubi omnem eam inquisitionem non inuilem tantum, sed & ab arte Heraldica alienam esse, & solis poëtis dignam decernit.

§. 3. Porro alii quoque suspicioni eundum est obviam. Erunt fortè, qui insignia hec minoris splendoris aut dignitatis esse existimabunt, quod pauciores laterculi figuræ, quæ honorabiles (pieces honorables) appellare solent feiales seu heraldi, ferant: videlicet tantum quinque: cum reliqui animalium aut alioquin naturalium terum imagines contineant. Sed noverit ille, quisquis ita sentit, regulam, qua nobiliora insignia censem, quæ signis istis imaginariis, ab arte aut natura nihil trahentibus, abundant, ipsa præx. universali Regum & supremorum principum refelli. Conf. præfat. Menestr. verit. art. dubla. c. 18. p. 332. Si enim Imperatoris, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Portogalliæ Regum scuta intuearis, nulla harum honorabilium figura occurrit. Cum his ergo Serenissimorum nostrorum Principum insignia damnari aut vilipendi oporteret. Potius hæc oriri posset conjectura, honorabiles illas figuræ, nomen adeptas esse, non quod solum illa præcipua honoris monumenta sint, sed ne solis his linearum ductibus alias omnem honorem abjudicaret: unde etiam nomine illis vindicandus ipse fuit.

## CAP. I. DE SCUTO.

**A**scuto, quod apud Ioh. Limn. Iur. publ. 6. 6. 47. non ineleganter tabulæ, quæ gladio scribendis recipiendisve fortitudinis (adde, avitorum dominiorum) notis idonea sit, comparatur, nobis nunc initium faciendum est: in cuius figura determinanda, tantum non ad superstitionem usque Galli curiosi sunt, non etiam Germani, quibus haud semper eadem figura placuit. Illis præcipue probatur, quæ, cum superiori quadratum pingere institueris, inferioribus angulis ad rotunditatem leviter flexis in cuspidem desinit. Nostri elegantiæ cauæ latera & summitatem non minus opere sculptorio condecorant, ut à ictu figura longius abeat. Id genus Cartouches apud Gallos audit, & nescio qua causa vulgo civitatibus tantum & Italij Principibus attribuatur, certè nostris proceribus æque in pretio est.

Porro in Scuto (quod apud Saxones nostros nunquam inclinato, escu couché, sed semper recto situ vidisse memini) sectionis modus præcipue observandus est. Hic autem non omnibus Saxoniciis Principibus idem servatur. Quamvis enim Germani nostris subdistinguendi lineas & personas unius stirpis, per varias additiones vel diminutiones, modi, qui Galliæ familiares sunt, & briesures dicuntur, (vide aliquando hoc de argumento nostram artem Heraldicam. L. I. c. 8.) haud æque in usu sint; non tamen impedit, etiam fratrum, nedum agnitorum scuta ita inter se differre, ut laterculos plures numero paucioresve vel diversos contineant; prout vel personæ vel linea aliqua dignitas, principatus aut prætentio peculiares sunt. In Saxonica gente, quæ ex Misnia Marchionibus prodiit, duo hodie præcipui rami sunt, quos Ernestus & Albertus Friderici Placidi filii sub finem seculi decimi quinti ex se produxerunt. Cum in Ernesti posteritate initio Electoralis dignitas fuisset, ea dein ad Albertinam domum translata est. Unde nunc Electoralis ramus in 4. fratribus, quorum quisvis aliam scuti divisionem vel peculiares areolas servant, subsistens: Ernestinus autem quondam etiam Altenburgicum, & Coburgium, nunc Vinariensem, cuius furculi Isenacensis & Ienensis, & Gothanum palmites complectens, totam hanc Celeberrimam gentem constituant. Ut vero ordine procedamus, primum Electorale scutum lustrate necesse erit: dein quæ cum aliis fratrum aut gentilium clypeis communia vel diversa sint, adjungere constituimus.



## SECTIO. I.

## SCUTUM ELECTORALE.

**H**oc scutum, ut præter Pauli Fürst. Wapenb. P.3. p.4. monetæ & sigilla docent, bis ad perpendiculum, septies transversum sectum est, imposita media patimula. Gallus diceret, *parti de deux traits, coupé de sept, & un écu sur le tout.* Nostri: *zwei mal der längen nach getheilt/und 7. mahl nach der breite gespalten.* Itaque area las 22. inque illis varias ditionum, juriū & dignitatum figurās complectitur: more nostri seculi. Nam olim eundem in usu non fuisse, ut ob præcipua dominia infere rentur schemaata peculiaria, exempla varia docent. Sed sola non est Saxonica domus, quæ receptam illa consignandi consuetudinem servat; majori certè jure, quam cum apud exterōs sēpē familiarum, quæ quo cunque modo affinitate se contingere credunt, stemmata sub nomine, *escus d' alliances*, suis dēsigniis inserunt. Observatio alia est Linnei Iur. publ. Tom. 5. addit. ad 5. 15. p. 455. non contemnenda, quod & hæc & aliae Serenissimæ familie plures, multoties in insignibus eas exprimant ditiones, quarum titulum negligunt: quod ex consuetudine quam ratione certā repetere ille mavult.

S. 2. Sed tempus est, ut singulos laterculos examinemus: in quibus summi ordinis primus caruleus leonem ex argento & minio fasciis transversis variegatum (mit roth und weissenstrichen in die quer zertheilet/ seu d'azur aulyon burellé d'argent & de gueules) exhibet. Leoni coronam auream imponunt communiter, ac ita etiam Petrus Albinus Mifflin. Landchr. tit. 15. p. 192. In monetis (conf. Ioh. Jacob. Luckii Syllog. Numism. p. 105. & alibi) corona hæc non ubique conspicua est, & omnino omittitur in Fürst. Wapenb. P.3.p.6. quod malo dicere, ab aliis sculptoris factum, quam ut in dubium coronam ipsam revocarem. Hujus etiam metalli linguam & falculas, si quid conjicerelicit, esse suspicor, ex eo quod & *la ro wœv corone*, non verò ipsius figuræ, colorem illa imitari amant. Porro ipsa Leonis, qui inter quadrupedes princeps ferri solet, figura, etiam si regianon illico nota, (ut adversus Chiffletium, superius allegatus Blondell. Geneal. Franc. T.2. p. 353. ostendit) sed eius usus paulatim ita communis factus sit, ut in proverbium abierit, *sition n' as point d' armes, prens le Lyon.* (Menestr. verit. art. dublae. 17. p. 315.) dignum tamen magnis proceribus dēsigniis est, & semper ex præcipuis signis estimatum. Conf. Sam. Bochart. Geogr. Sacr. P.1. L.4. C.12. De distinguendo hoc Leone ab altero Hassiaco (Quem vide in Sibmachi. Wapenb. P.1.p.8.) alii non parum laborant. Nisi nostro leoni coronam vindicassemus, ejus defectus luculentam differentiam poneret. Primus è Germanis, qui in signum excolare historiam studuit, cum laude nominandus, Theod. Haping. dejur. insign. c.6.p.5. §.10. m.2. n.797. quæstionem tractat, sed etiam in. 799. divertitatem affirmet, ejus tamen modum non explicat: nisi quod Sebastianus Münstero Cosmographo subscriptibit, dicenti, wie sie dann einen gleichen Schild führen/ aufgenommen/ daß die rothen Strich im Löwen versezet seyn. Luculentius dictamen, me judice, ellet, si ex communī sententia Hassiacus Leo decem transversis tenuis exaretur. Quamvis enim ad hunc modum etiam Thuringicum pingat, & describat de insignibus præclarè meritus Cl.C. Oronce Finé, Cogn. de Brianville, in jeu d' armoir. p. 138. burellé d'argent & de gueules de 10. pieces: atque illud terminis ante eum l'curiaræ artis cæteroqui peritissimus Ioh. Iac. Chifflet. ins. gentil. Egg. A. V. 96. p. 60. domesticis tamen testibus Albino & Sacho in Ranserchr. P.3. p. 176. qui quaternas fascias nostro inductas tantum memorant, fidem adhibere malo (vid. infra L.3.c.23.n.11. p. 638) Sed & quod hic leonem in levam obversum (contourné) observat, rectius non notasset. Neque enim id leoni huic perpetuum, sed areæ situs ex more Germaniæ in causa est. Quamvis videlicet regula Gallis universalis sit: (quæ apud Menestr. abregé Methodiq. des arm. p. 58. duodecima est.) Ut animalia ad dextram convertantur, nostræ tamen gentis consuetudine aliud introductum est, ut elegantiæ causa introrsum, quæ in dextro scuti latere pinguntur, animalia spectent, nulla situs illius peculiaritate. Quod Menestr. in verit. art. du Blas. 6. 10. p. 122. exprimit. *Les Allemands pour donner une plus belle forme à leurs écuissos les mettent souvent contourné dans leur écartelures pour affronter les quartiers.* Non possum non notare hac occasione defectum non contemendum libri nostri armorialis Wapenbuch/ quod post Sibmacherum superioribus annis Paulus Fürst Norimbergæ edidit: cum ne-



icio qua persuasione, ut elegantior sit species, in primis in prima & secunda parte, distincta inter se insignia ad eundem modum, ratione figuratum & galearum invicem obverterunt, ut prima & secunda, quarta & quinta, obliquo situ, altera alteram respicerent partem, scilicet medium scutum & galea situ pingerentur adverso. Quod hæc exteri intueantur, præter alias suspicione lequiores, quas de familiis (quibus fors primam & quartam stationem obtulit) concipere possunt, saltem cautam aliquam tubisse, & eam sollicitate indagandam, credent. Certe si piætores inde scutum aliquod nobile excerpere volunt, animalia suo situi restituere debent, nisi eundem, quem in libro figuræ tenent, situm servantes non semel errare, & inscitæ notam apud exterorū contrahere, aut certe his crucem figere malint.

S. 3. Hic Leo Thuringiam, Franconia, Hassia, Brunsvicensis agri, Magdeburgicæ diœcæsos, Anhaltini Principatus, Misnia atque Voitlandiæ limitibus inclusam, nemine contradicente, designat. Quamvis de eo, an Ludovico Barbato Conradus Salicus, an Ludovico III. Lotharius II. Imperatores eum concesserint? apud Albin. Misn. Chr. Tit. 15. p. 192. disputari videam. Nos hic de Thuringorum vetusta gente, ejus origine & regimine multa recensere supersedemus: eum, qui de his plura scire desiderat, ad annales & Chronica Thuringia, quæ authoribus Zacharia Rizandro, Ioh. Becherero, Frid. Schmidlino, Ioh. Binhardo, exstant, remittentes. Pauca nobis sufficiunt. Thuringos suo subdidit sceptro, juxta Chron. Ioh. Tili A. C. 495. Francorum Rex Clodovæsus, cum prius proprios reges illi habuissent. Quod vel ex eo liquet, quod Childericus R. Francorum, cum luorum incurrisset odium, apud Thuringos tantisper refugium habuit, donec ope fidi sui Winomari seu Videmari reduceretur in regnum. vid. P. Aemil. L. I. p. 5. Maniū provincia in potestate Caroli M. posterorum (unde forte, qui huic Imp. lilia attribuunt, in quibus strenuè pugnat Ioh. Ferrand. epinic. pro 41. 6. lilia arcens, quæ Thuringia sub Francorum potestate constituta afferunt, & Erfordia adhuc conspici testantur) & in hujus nepotibus Ludovicus Germanicus dictus cum reliquis Transrhenanis eam obtinuit. Demum Ludovicus cogn. Barbatus ex ejusdem Caroli M. prosapia oriundus, Catoli, qui Dux Lotharingia ab Hugone Capeto regno Francia exclusus, haec tenus masculam summi illius Imperatoris progeniem clausisse credebatur, filius (quod probatum dedit adv. Chiffletium, Eruditissimus Blondell. Genealog. Fr. Plen. assert. T. 2. p. 33. 34. seqq. & ob hoc, si quid argumentum adversarii Chiffletii efficeret, omne illud commodo Hassorum & nostrorum Misniorum s. Saxonum cestum credit d. l. p. 280.) novam Principum hujus ditionis ortus est secundum. Cum enim in fortunio paterno oppressus, in Germania persigium quæsivisset, juxta diligentis. P. Lang. Chr. Citiz. ad ann. 1025. à Bardone Archiepiscopo Moguntino Vicedominus Thuringia constitutus est. Cui titulo posthac Conradus Imp. proprio beneficio ipsius Thuringia & Hassia dominium adjectit. Sed & uxoris Caciliae Sangerhysana dos agri non contempnendum modum complectebatur. Ab hoc reliqua principum progenies descendit, postquam in nepote Ludovico III. Ludovicus S. I. tatoris filio accessisset Landgravii. Comitis provincialis dignitas. Cum enim eosque peculiares Marchiones Thuringie fuissent, quorum seriem recenset P. Albinus Chr. Misn. p. 410. 411. Lotharius Imp. ad quem ab uxore hæc ditio, suo ex Hedvige filia genere, prefato Ludovico III. cum titulum & quod aliquibus videtur, hanc tesserae concessit. Post patrem filius Ludovicus IV. Ferreus & nepotes Ludovicus V. Mitis atque Hermannus præfuerere Thuringis. Hermanno successere filii Ludovicus VI. qui Sanctus cognominatur, & Hermannum genuit, veneno ab anu Bertha Seburgensi 1241. interemptum, atque Henricus, cogn. Raso. Hic à factione Papæ Imperatoris titulo maestatus, & Friderico II. oppositus est: Sed 1247. 16. Febr. ex vulnere ad Ulmam accepto decebens Catoli M. posteros mares terminavit. Hoc mortuo controversia factus locus: cum hinc Henricus Illustris M. Misnia, Theodorico comite Weissenfelsio ac Iuditha seu Intha Thuringica Henrici & Ludovicis sorore natus, illinc Sophia Ludovicii filia successionem sibi arrogarent. Cum Sophia agnationis nomen professeret, pro Theodorico, præterquam quod olim Witikinde stirpi hæc ditio paruerat, sexus fuit, atque ab Imp. Friderico II. juxta Albin. Chr. Misn. Tit. 15. p. 191. ex Monacho Pirn. concessa erat 1227. expectativa. Quibus titulis procerum voluntas accessit, principem vicinum & amicum ad gubernacula vocantium. Interim Sophia Brabantina pro filio Henrico



puero *Hassiam*, adjuta aliquorum ex Ordinibus favore, occupat, & in sua verba sacra-  
mento adstringit. Nec tamen lis ita sopia est: verum, cum certum Imperio caput  
non esset, cuius judicio causa dirimeretur, 1255, in bellum utrinque prorupere. Va-  
rio illud Marte gestum est, ut tamen ad extremum *Sophiae* causa, capto Alberto  
Brunvicensi, auxiliari Principe, inferior videretur. Profuit hoc, ut tandem pax in-  
ter partes contendentes fieret, qua arces ad Werram lytro quidem Alberti Misnicis  
concesserunt, *Sophiae* cederent, & ita *Hassia* atque *Thuringia* diversos inciperent habere  
dominos. Conf. *Fabri. Saxon. L.2. ad ann. 1258. seqq.* Quinimo occasio etiam hac  
contentione data est arctiori inter utramque domum *Misnicam* & *Hassiacam* unio-  
ni: quæ ab aliis quidem ipsa *Confraternitas* creditur, postea potius 1373. inita: à *Limne*  
autem *Iur. publ. 4. 8. 161.* ostenditur, fuisse confederatio, *Erbvertrag* non *Erbver-  
einigung*. Conf. eundem *Tom. IV. addit. ad h.l. p. 621. & T. 5. p. 302.* ut & *Celeberr. Be-  
ned. Carpzov. Disp. de pacto Confrat. Saxon. Hess.* Ea *Confraternitas* hodie quoque du-  
rat, ut seu plane eundem seu non multum diversum leonem in utroque scuto compa-  
rere, mirum esse non debeat. Quamvis autem post tot secula & factam transactio-  
nem supervacaneum plane sit, *Henrici* agere advocationem, ejusque juri exponendo  
insudare, sufficiat rem notasse, quod illud regulæ incumbat, quam in causa non dissimili  
doctissimus historicus *Joh. Caramuel à Lobkowicz in Phil. prud. R. Lusit. demonst. L.  
5. disp. 8. p. 417.* non ponit tantum, sed multis *JCtorum* auctoritatibus, quas excerpere  
vel huc adscribere non necesse duco, statim, quod *Agnata* non debeat *Cognato*  
*præponi*, si uterque in eodem gradu existat. Aliud axioma feudalium doctorum  
adv. *Sophiam* militabat, cum semel exclusam fœminam (contigit id *Sophiae*, cum  
patruus *Henricus* principatum susciperet) semper exclusam manere vulgo asserere  
solent. Verum antiquos tumulos refodere, aut que decertata sunt redordiri bella,  
(nam *Sophia* etiam speciosis ac validis argumentis non destituebatur) nulla nos ne-  
cessitas cogit.

§. 4. Diu nos *Thuringicus leo* tenuit: huic alterum *Misnicum* addamus, qui  
opponitur in laterculo primi ordinis tertio vel sinistro aureo, & niger (quo colore tan-  
tum in Syria reperi eos nonnemo author est) *lingham* & *falculas coccineas* erecto situ  
protendit. (*d'or au Lyon de sable, armé, & lampassé de guenues.*) Neque de figura amplius  
quid addere necesse est. Symbolum esse *Misnia*, quam hinc *Thuringia* & *Saxonia*,  
illinc *Lusatia* & *Bohemia* includunt, modo diximus. Qui hujus incolas veteres scire  
aver, is *Albinum* accedat oportet, fusa materiam pertractantem: cum post Her-  
munduros Myorum populum agnoscit, qui à Sorabis Venedica vel Sarmatica gente  
diu oppressi, ope Francorum demum jugum excusserint, atque aucti colonis *Saxon-  
icis* fines pristinos recuperaverint. Institutus in ea *Marchionatus* (Qua de dignitate  
conf. eundem *Albin. Chr. Tit. 9.*) hodienum durat, & ipso hoc emblemate (aliud enim  
*Burggraviatus Misnici*, qui diu & usque ad *Henrici VII. mortem* 1572. penes *Illustrissi-  
mam Dominorum Ruthenorum s. Reussiorum de Plavia* familiam fuit, quinimo nunc  
quoque investiturā *Cæsareā* illis Dominis dari solitā comprehenditur, signum nota-  
tur in *Vapenb. P. 2. p. 13.* videlicet, in aurea parma niger decussis. conf. inf. *L. i. c. 81. n. 14.  
p. 422.*) in scuto nostro indicatur. Fuit illa dignitas, antiquam si traditionem non de-  
dignatur, penes *Witikindeos*, ut tamen non una semper linea illâ gauderet. Vide  
sepius memoratum *Albinum* p. 403. ubi à *Friderici Wethinensis* filio *Brunone* orsus,  
posteros (in quibus *Eccardus* regnum Germaniae affectavit) recenset. Cum vero in *Eccardo II.* 1046. al. 1068. deliisset mascula progenies, ob sororem *Mathildem* uxorem  
*Theodorici M. Landspersensis*, linea agnata, duplice jure hereditatem crevit. Sed in ea  
etiam, cum *Dedonis Lufatti*, qui *Eccardo* avunculo successit, filius *Henricus* (patri-  
monii adversus *Vratislaum Bohemum*, *Henrici IV.* dono nixum, defensor) & nepos *Hen-  
ricus* tamum finirent, iterum ad patruelis successio delata est. *Conradus* enim *Thimo-  
nis* filius, *Theodorici* nepos, primus ex illis fuit, qui *Misniam* sue lineæ illatam in po-  
steros, absque iterata translatione, propagavit, sub quibus hodiè quoque *Misnia* est.  
Vid. *Genealogos* in nostris præcipiis *Hieron. Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 2. p. 11. 12. 13.  
El. Rensner. Basilic. Genealog. P. 3. p. 269 seqq. Nicol. Rittersh. intab. *Misn. March.**

§. 5. Media inter *Thuringicum* & *Misnicum* Leones area octo  
(aliis decem) transversis ahreis & migris tanis (aliis stratoria ligna, minus  
exar-



**ex artis modo loquentes**, vocant, alii trabes) exarata conspicitur, *serto viridi rute aea* (unde etiam Gallorum Crancelin, à nostro Kränglestein) tenui mitella toti superinductio. {*faſſé ouorelē d'or & de fable au cranelin de ſinople brochant fur le tout.* M. Gilb. de Varen. vocat bandefleuronnée seu demic couronne de rne perie en bande.) Originem figuræ huius post Cranzum & alios allegatos *Haping.* dejur. *insign.* c. 6. p. 5. m. 5. n. 710. p. 345. illum prodit: Fuisse Bernhardo filio Ottonis Acanii, insignia paterna, quæ *Ballenſteini* Comitatum (unde cum trabes has *Ioh. Pomarius Sächs. und Nieders. Chron.* p. 161. ballen vocet, insignibus æquivocis hæc adnumerabuntur.) notabant (*Conf. Submact. Wapenb.* P. 2. p. 22.) aureis & atris fasciis variegata. Cum vero post Henricum Leonem exautoratum, cujus posteri Sereniss. Duces Brunsvicensis memoriam ve: eris dignitas equo Saxonico galæ imposito adhuc fervant, n. 81. Fridericus Barbarossa Imperator ipsi Ducatum Saxonum contulisset, ipsum orasæ, ut aliquo à fratribus suis discribimine arma Ducatus insignirentur: Tum Fridericum, ut erat coronatus per scutum, rutaceam coronam ex obliquo supplicantis Clypeo in jecisse. Conf. aliani sed minus probabilem occasionem recensitam à memoria: *Haping.* num. 712. & *Linn. Iur. publ. Tom. V. addit. ad 5. 15. p. 454. Ex eo & hoc appetet, scutum itud primo in *Aſcania* tuis familia, & ex hac cum dignitate Electoralis transiſſe in nostram. Unde mirari subit, qui factum, ut Serenissimi Duces *Sabaudie* ob originam, quam affectant (argumenta vide, sed si verum fateri velis, valdè infirma apud *Samuelum Guichenon in Hyst. Geneal. Sabaud.*) Witikindeam, tertium istud rutaceum luis inscruerint Symbolis, cum si maxime à magno illo principe Saxonia illos descendere detur, ipsi tamen parvula hec non competit. Idem de *Montferratenſibus* & aliis, qui à Witikindo de ivari amant, dictum esto. Quod vero fascias nigras & aureas concernit, eas etiam familiæ Marchionum de *Ceva*, quæ ab Alramo Saxone, & que ac Montferratenſes & Saluzzii, derivari amat, & postea Marchiones de *Petra Catella*, ac Duces de *Tolsa* in regno Neap. dedit, gestat: quod in memoriam originis fieri haud absurde dixeris. Cum vero postea Genuæ familia ad pauciores reductæ aliis aggregandæ esent, hæc Grimaldius jungi voluit, & assumptò nomine *Grimaldorum* rhombos avitis fasciis junxit. vid. *Philib. Campanile dell. arm.* p. 208. 209.*

**§. 6.** Unde vero fiat, ut nobilis familia de *Maschvivz* (vid. *Sibmact. Wapenb.* P. 1. p. 154.) eundem tene clypeum gerat, causam non assequor. Res equidem vulgata est, figuram insignium aliquam a Principe ex propriis insignibus deponitam Clienti concedi, atque ita favoris singularis & gratiarum monumentum: (Qua de re in nostra arte Heraldica, agetur P. 1. c. 2.) Unde illa in Gallis litorum frequentia, quibus illustriores exornant scuta, & apud nos aquilæ integræ aut partes earum, Cesareæ gratiae munera: insolens tamen (eo excepto casu, quo familia extincta est, quo refero, insignie Suevicum integrum nunc ab illustrissimis Dapiferis Waldpurgiis gestari vid. *Sibmact. Wapenb.* P. 1. p. 19.) integrum concedi scutum, vel quod in eo principale est line nota. Gerunt *Albretan* scutum Gallicum, sed quadrantibus rubeis integratis: aliij litorum aut situm, aut numerum, aut colorem murant, si vel aliquid Principaliū emblematum obtinuerint, sibi impente gratulari. Unde si domum Saxonum suspiceris tertium rutaceum *Vogelbiorum* ap. *Sibmact. P. 1. p. 150.* fasciæ obducentum, res difficultate caret, quæ in hoc tamén exemplo supereft. Si vero quid dicendum, & extra suspicionem erroris Chalcographus pondendus est (fidem enim non semel in his decovit, cum dextri sinistrive lateris nullam differentiam habuit) differentia in tenuo (de galeis nobis sermo non est) in eo poni potest, quod tertium à dextra ad sinistram vergit apud Principes, in Maschvivziorum scuto, inverso situ: præterea quæ fasciæ his attæ sunt tres, & in Ducali parva quatuor sunt. Quod ultimum saperet modum distinguendi (*brisures*) eum, cum quid ex pleno scuto omititur, qui hinc inde exemplahabet. Vide aliquando prefatae nostræ artis Heraldice P. 1. cap. 8. Eadem que de Maschvivziis, etiam de *Nauenbrunis* dicta puta. Vid. *Wapenb.* P. 2. p. 96.

**§. 7.** Ex enarratis in proposito est, *Saxoniam* ipsam nunc notari, cum ei significandæ scutum Bernhardus accepit Casafis dono. Ceterum Saxonum natio olim amplissimè habitavit. Singulas etates, quibus aut prolati aut contracti sunt termini, enumerare longius esset. Sufficit quod Witikindi, à quo nostri, tempore ea latissima fuit, & ex eadem hac familia suos habuit principes. Cum vero ex his Henricus Au-



ceps & posthunc filius Otto I. imperio admoti essent: hic de imperio alias optimè, de familia sua non æquè bene est meritus. Saxoniam enim (aliis tamen, quam nunc, terminis comprehensam) quam agnatis dare poterat, his præteritis Hermanno Bilingzo & Stubekshorn concessit, virtutem cognitam languinis affectui antechabens, imperator solius Imperii studiosus. Ab eo descendere posteri ad *Magnum* usque ab nepote in *Ortonis Ascanii* atque *Henrici Nigri* è Guelphis sacerum. Ex hiis cum *Lotharius Supplinburgius*, qui poitea etiam imperavit, aliquandiu post Magni mortem Ducatum tenuisit, primus Henrici ex Wulfidi Saxonica filius, & Lotharii gener, *Henricus Superbus*, alioqui *Bavaræ Dux*, à socero avitam dignitatem naclus ad filium transmisit *Henricum Leonem*. Hunc à Frider. Barbar. exauctoratum, & *Ortonis* supradieti nepotem Bernhardum Ducatu donatum esse §. 5. dixi. Ita penes *Ascanios* Saxoniam per plura lustra; Necramen possessio ditionis, quæ olim Witikinder genti dicata fuerat, quoad ab hac exulabat, stabilis esse potuit. Unde cum 1422. *Albertus* ultimus Ascaniæ directi lineage Elector in vivis esse desissit, à *Sigismundo Imperatore* virtute sua *Fridericus Belliscus* M. Misnia, olim à suis fortunæ & temporum injuria ablatum, sed *Electoralis* axiomate interea ornatum, Ducatum, atque ita cum fœnori, recepit. Non diffitemur, conquestum esse *Alberti* agnatum *Ericum* de hac Cæsariorum gratia, quod agnati præteririnon possent: candemque cauam *Sereniss. Duces Saxonie & Angræ*, (quos *Lauenburgicos* solent vocare) ipso hoc seculo, publicata per *Danielem Althovium* juris sui, quod in Saxoniam habere credunt, deductione renovasse. Sed (quamvis nostram controversiam facere nolimus) *Seren. Misnico-Saxonica Domus* tot Imperatorum investituris, non interrupta serie concessis, communique Imperii, eos Saxoniam veros *Duces agnoscantis*, consensu tuta, neccesse non haber, veteribus titulis, ius suum, quod ipso annorum lapsu extra dubium ponit potuit, tueri (conf. tamen si placet, præter *Albin.* T. 16. p. 209. seqq. in primis *Diligentiss. Frider. Hortleder de Caen. Bell. Germ.* L. 4. c. 23. ubi multa ex *Spalatino*, *Limneum Tur. publ.* 3. 10. 2. seqq.) Et ruperit 1671. *Confraternitate* inita cum *Serenissimo Saxonie & Angræ Duce*, huic gladiorum scuto inferendorum ius *concessum* est. vid. infra L. 1. c. 5. n. 9. p. 32. Sub finem de insignibus Saxonie & veteribus dicendum aliquid esset, sed inter fabulosæ & vera difficulter discernes, si quæ auctores produnt de illis legas. Sufficiat recensuisse; si quis illis capiatur. Ita ergo apud *Theod. Haping. de jur. insigni. c. 6. P. 5. §. 3. p. 341.* antiquissima describuntur Saxonum insignia, quod scutum cæruleum inferna parte exhibuerit Leonem & draconem, superiori aquilam volantem: Vel, speciatim *Bodonis R. Saxonum*, leonem rutilum in aurea area & serpentem aureum volantem, inferiori scuti parte argentea cum 3. rutilis orbibus, quo triplex cytisus texerit. (*Conf. Diligentissimi Gabr. Bucllin. Geneal. Germ. notit. T. 1. P. 3. p. 58.* ubi ex leone prime areæ aliquam Bodonis, à quo Saxonica gens profata, & Francorum cognationem non improbabiliter conjiciendam putat) *Witikindi majoribus* & ipsimet quoque equum, forte in memoriam *Hengisti* celebris ex illis ducis, nigrum adscribunt, quem tamen baptisatus in candidum mutaverit, atque ad posteros transmiserit. *conf. Haping. c. 2. §. 10. n. 10. 16. & c. 8. §. 1. m. 5. n. 10. 8. & seqq.* Nunc equus ille effrenis Westphaliae notandæ à Coloniensi præfule, & origini Saxonice indicandæ à Sabaudis retinetur (vid. infra L. 1. c. 8. n. 7. & L. 3. c. 8. n. 4.) An verò in solo purpureo vel rubeo salire debeat & disputant *Le Labourre & Menefrier*. Vide hujus *L'art du blasifusif. c. 3. p. 60.* Eundem equum adhuc in *Ducum Brunsvicensium* galea ferocire, dixi L. 2. cap. 9. n. 9.

§. 8. Ita primi ordinis tres areole explicatae sunt: nunc ad secundum ordinem transimus, in quo inter duos leones media rubet, scutulo argenteo in corde impresso, carbunculo radiato aureo nodato, liliata & Smaragdo in medio instrueto in totam aream protensa: de genueles à un euſſon d'argent en coeur au rais d'escarboüle pommeté & fleuronné d'or, allumé de sinople, brochant sur le tout. Phrasij *Chiffletii Insign. Eq. A. Vn. 47.* usus sum in hoc quadrante describendo. Alii octo sceptra liliata in crucem & decussim trajecta volunt: (acht gelbe liliens stäb) vel rotam liliis ornatam. *Steph. Pighius in Herc. Prodigio.* ita enunciat: *Clypeus purpuræ est coloris, in quo eus umbone medio pyropus rotundus (carbunculum appellant feciales nunc temporis) Solis globum refrrens, & octo radis aureis trifoliatis fulgens.* Hieroglyphicum id esse vult *Aelii Gracilis*, qui stirpis, quam *Aeliam s. Heliam à Sole* nuncupatam ajunt, originem ita designare constituerit. Sed qui fabulam de



**Helia**, ejusque correctionem de Ælio agnoscere nolunt, hi neque interpretationem istam agnoscunt. Eftalias illa figura in aliis quoque scutis non infolita. Non jam dicam de intigibus **Nauarrenis**, de quibus ut alias diſputant eruditii, ita communior multorum intentio, radium carbunculare facetur. Proprius ad hanc figuram accedunt, vel ipsam referunt **parmula Schenbergiorum** apud **Sibmachi Wapenb.** P.i.p.31. & 111. (quia tamen ipsi ex Cliviis derivari amant.) **Greiffenclavlorum**. p.123. **Dagsburgiorum**. p.24.7. (ex quo subdiftinzione, pour brefure, adhibitam figuram dixeris, qua Dagsburgia Liechtenbergicis discernentur) **Com. zu der March**. p.18. (nil vitium ibi fulpicari velimus, cum difficulter de Marcans illa figura ostendi possit.) **Burggraviorum de Strassburg**. p.133. Plures ipse lector curiosus colligere potest.

§. 9. . **Cliviam**, qui principatus prope divergia Rheni, Geldria, Juliacensi duca-  
tu & Montano, Colonensi Diocesis, acque Westphalia includitur, notari isto emble-  
matu, dubio vacat. Hic vero Comitatus, in quorum antiquitus potestate fuerit, ab  
aliis malo peti: cum vix fidem mereantur, quæ vulga traditione de **Elia Gratio** ab  
Imp. Theodosio 717. in comitem investito ferunt. Conf. fabellam à **Linn. jur. publ.**  
1.12.1. enarratam, & **ibid.** n.2. quæ ratione **Pighius** eam ad verum revocare conetur.  
Ex aliis nonnulla ipse occasione Brandenburgicorum insignium retuli **L.I.C.13.n.8.** Un-  
decunque verò dicamus vetustiorem Comitum familiam fuisse, certum est, eam in  
Ottone, Theodorico & Joanne fratribus, seculo decimo quarto defecisse. Cum ve-  
rò plures essent, qui in ditiones vacuas immitti peterent, **Pervveifii**, **Arculei**, **Marcani**. Tandem Imperiali Caroli IV. beneficio Adolphus Marcanus, Theodorici prefatus ex  
filia Margareta nepos, & pridem Archiepiscopus Colonensis Comitatu potitus est,  
ac ad filium transmisit, in cuius gratiam Imperator Sigismundus 1417. ducale dignitate  
Cliviam donavit. Duravit mascula progenies Adolphi, donec ea 1586. in Jacobo  
Duce Nivernio apud Gallos, inter Germanos vero 1609. in Joanne Wilhelmo Duce  
deficeret. Sed antequam hoc heret, Serenissimæ Saxonice familie jus principatus il-  
latum est. Res paucis ita habet. **Joannes III. Dux Clivensis & Maria Ducissa** Juliacensis  
ac Bergensis filiam **Sibyllam** **Ioanni Friderico D. Saxoniae**, qui deinde Elector fuit, & Magna-  
num titulum ad posteritatem illustris est, desponderunt. Pacis vero dotalibus, 1526.  
8. Aug. initis, & ab Imp. Carolo V. 13. Maii 1544. confirmatis statuerunt, ut si Joannes  
& Maria nullos masculos heredes relinquenteret, & hi iterum nullos heredes, ut prin-  
cipatus ad **Sibyllam** & posteros deferrentur. Ita scilicet Clivæ suæ gentis masculis quidem  
prospicere volueret parentes, si vero illos deficere contingeret, Sibylle jus aliarum fi-  
liarum titulis potius esse constituerunt. Exstitit conditio, cum Wilhelmus Sibylæ  
frater, filium quidem Joh. Wilhelmu[m], hic vero 1609. mortiens nullum relinquenteret.  
Obvertunt quidem alii Saxonice causâ adversarii, in posteriori catu **masculinitatis** no-  
tam non addi: Saxoness vero existimant, ipsam materiam subiectam (agitur enim de  
feudo Imperii Masculino) docere, eam ex priori membro repetendam: quod & con-  
firmatio Cælarea clarè testetur & Clivensium reversales. Sed & eo sensu à Saxonib-  
us pacta accepta esse, cum alioqui vix spes fuisset conditionis, quæ substitutioni po-  
pita, aliquando futura. Itaque, quod fundatum credit, juri suo non defuit Serenissi-  
ma Saxonica dominus, sed Joh. Wilhelmo extincto, quæ sibi debita, quibusvis modis  
conata est alterere. Imo 1610. 27. Jun. **Rudolphus II. Christianus II. Electori**, & reliquis agna-  
tis, investituram contulit, & per Electorem Trevirensim, Landgr. Hassia & alios ad-  
missionem eorum ursit. Cum postea Rex Gallia & Republica Batavorum partes  
suas interpositi viderentur, iterum Saxoness per legatum Wolfgangum Comitem  
Manstediæ, ne alienis Imperii negotiis se ingererent, rogarunt. Quin & ipsi heredi-  
tatis competitores ex parte justitiam causâ visi sunt agnoscere: ut 1611. Serenissimus  
Elector **Brandenburgicus** **Iuterbovensibus** pactis Saxoness in trientem dictionum receptu-  
rus fuerit, nisi Sereniss. Palatinus Neoburgicus suum negasset consensum. Ita cura  
duo partes, Brandenburgicus & Palatinus, postea ditiones inter se partirentur, Saxon-  
ici juris non habita quidem est ratio, belli etiam turbis persecutio difficultior facta:  
Verum enim vero nec spes nec animus à Saxonibus abjecta, recipiendi ejus, quod  
jure sibi deberi persuasi sunt, unde tituli & insignia retentione hunc animum testan-  
tur: tanto magis, quia tractatibus Irenicis **Osiaburgensibus** art. 4. §. ult. ut controvergia  
ordinario processu coram Cælarea Majestate vel amicabili compositione vel alio le-



gitimo modo sine mora dirimatur, constituantur, adeoque salva prior relictâ est præfatio. Consular qui volerit, publica monumenta, imprimis Sächsische deduction, Sächsische Apologi. Conf. etiam Ioannis Strauchi. *Dissert. exoter. 10. p. 277. seqq. Klock.*  
*Consil. P. i. consil. 7. n. 240. seqq.*

§. 10. Clivium emblemata medium hinc & inde singuli leones stipant. Ex quibus, quia dextris est, ac ita secundi ordinis primam aream auream occupat, corpora niger, dentes ac falculas argenteas, lingnam rubram protendens (*D'Or au Lyon de jable, denté & armé d'argent, lampassé de queules.*) Sifides habenda est *Chiffletio Insigna Gentil. Eq. A.V. num. 58.* Nam *Brianvilius in jeu d'armoir. p. 49.* leonem nigrum Julianensem armatum, linguatum & coronatum coco perhibet: sed coronam ei non debet, saltem ex Sibmachi. *Wapenb. P. 2. p. 4.* probari potest. Ortum hujus leonis *Happing. de Iur. insigni. cap. 5. num. 34.* à Bullionice ducit expeditione, in qua Belgii proceres leones sumerint: ita enim in *Iacobi Meyeri annalibus Flandr. legitimus L. 6.* Alii, quod *proprios vero sit, concordi assensu à principibus Belgarum parantibus iri in Syriam expeditiōnē variorū colorū leones affūmōtō effūlunt.* Unde postea, cum de Belgio in regnum erigendo ageretur, nomen regni *Leonum* ei destinatum fuisse perhibent. Nostro hoc Leone, quod jam dixi, *Iuliacensis Principatus* notatur; inter Leodienses, Limburgios, Lucenburgios, Trevirenses, Colonientes, & Clivios medius. Præfatus *Brianvilius.* *Oronte Fine in jeu d'armoir. p. 138.* & in ipso folio, Saxonum scutum præferente, *Geldriam* pro Juliaco substituit: unde in leonis & soli coloribus diversum à nobis statuit. At ~~magis~~ *equa* viri de his literis benemeriti, sed extranei, veniam apud omnes & quos aestimatores facile reperiet. Ceterum peculiares olim *Comites Iuliacensi* præsuerunt editioni, (vide quae notavi L. 1. c. 13. n. 3.) quibus sub Ludovico Bavarо Imper. 1329. *Marchionum*, dein Anno 1356. à Carolo IV. *Ducum* nomen inditum est. Porro eadem familia seculo decimoquarto *Montanā* seu *Bergen* editione aucta est, filia Otttonis Ravensturgii & Margarete Montana hereditate *Geldriam* tamen & manibus Egmondanorum extorquere non potuere. Continuati iterum sunt in Montanorum Julianenses usque ad *Wilhelnum* utriusque Ducatus dominum, qui morte sua deductioni masculæ terminum impotuit, atque ita, si certos titulos species, Saxoniis nostris successionem reliquit.

u. ii. A principio rem repetere necesse est, ut patet, quo jure haec area in seculo Saxonico retineatur: sed paucis & pro instituti nostri ratione, in compendium contrahendo ea, quæ citati §. 9. libri futius tractant. *Fridericus III. Imp. 1483. 26. Jun. Alberto Daci Saxonie ob merita contulit privilegium, si continget Wilhelmi D. Juliani & Montium principatus morte,* aut alias, Imperio vacuefieri: ut ipse succederet. Quod confirmavit *Maximilianus Rex Romanorum 1486. 1. Sept. pro Ernesto & Alberto*, ut si *Wilhelmus* sine herede masculo feudaliter extingueretur, immediate deferrentur ditiones ad Saxones Duces. Iterum confirmavit idem, jam Augustus, 1495. & postea hucusque universi Imperatores communiter omnia domus privilegia. Jus autem dandi expectativas ad Cœfarem spectare, & successores teneri promisso, communiter perhibetur: & haec obligatio cōmajor videtur potest, quia privilegium *præmis* loco ob merita in Imperatorem & Austriacam domum datum est, ut in contractum abeat, neque tanquam simplex aut libera gratia haberi possit. Cum ergo 1511: *Wilhelmo* non nisi filia superfuerit, lege Imperii, ipso *Wilhelmo*, cum filia habilitatem ex Imperiali gratia quæsivit, confidente, successionis feudalis incapax, exstitit conditio. Atque ita utile dominium principatum ipso jure, cum dominium leges ac ita etiam contractu principis sine traditione transferri queat, ad te devolutum Saxonica domus arguit. Quo trahunt verba concepta Maximiliani: *Zu stand und ohne mittel/ iest als dann/ und dann als sicht.* Undelicer postea Clivius apprehenderit possessionem, se tamen præferendos fuisse ob prius factam concessione ajunt, & variis modis conservationi juris sui haētenus studuerunt Saxones. Si



*prescriptio obtendatur, excipiunt, hanc non currere potuisse adversus posteros, qui  
hactenus agere non potuerint, sed restare successoribus utilem rei vindicationem: si  
in primis addatur bellorum Gallicorum consideratio, ob quæ Imperatores, ne Clivi-  
ensis cum Rege Gallæ fedus iniret, timentes, causam Saxonum negligere sint coacti.  
Si vero *vestitura* Cliviis concessæ objiciantur, suam causam ladi non censem: cau-  
lantes, eas per sub & obreptionem impetratas, clausula, quod fiant salvæ jure tertii,  
subiungendâ, & *Carolum V.* 1521. literis ultro fallum esse, quod salvum cuique  
suum ius servarit. Verum & vestitura de rebus iniuncte postessis nullarum ex-  
se virum esse, excipiunt: Sed suse ista omnia ab aliis tractata sunt. De novo ju-  
re à Sibylla Clivia allato, & de iis, quæ postea acta sunt, repetita volo, quæ §. 8.  
& 9. dixi.*

§. 12. Addimus Juliacensi leoni alium, qui in nostro scuto secundi ordinis  
sinistram aream argenteam ipse rubens occupat; Eius falcule & corona cerulea, can-  
da verò bisida & in decussim trajecta est (d' argent au lion de gueules, couronné & armé  
d'azur, à la queue fourchue passée en sautoir) Coronam quod *Wapenb.* P. I. p. 3. in Saxo-  
nico scuto, nec non pag. 6. in Juliacensi, tum etiam P. 2. p. 4. omittit, vitium esse  
credo typi. Certe P. I. p. 3. in scuto Brandenburgico, p. 4. in Neoburgico, ac P. 3. p. 4.  
distinet illa notatur. Alicubi legi eam ferream esse. Porro quam originem Julia-  
censi §. 10. eam *Hapingius* ibidem huic quoque leoni attribuit, qui *Bergensi* vel *Mon-  
tanus* principatus, majori ex parte Clivia, Colonensi & Monasteriensis aliusque West-  
phaliae ditionibus cincto, notando servit. Diversum iterum *Brianvillius* sentit I.c.  
cum Juliacensem leonem huc locat, quem è regione hujus contemplati sumus. Porro juncia olim Morium regio cum Altenacensi vel Maricana, in Cliviæ gen-  
tis, ut creditur, ramis hasit. In hac inter duos fratres plerumque duo comitatus  
divisi, imprimis verò cum Adolphus Tertius *Engelbertum* & *Eberhardum* haberet fi-  
lios, 1447. illa distributio facta, ut hic *Marcam* retineret, ille Montes. Diversa fra-  
terum fuere fata. Eberhardi posteri, multis autem incrementis, Clivia & demum  
Juliacensi, ac ipsa *Montana* successione, ad patrum usque memoriaem. & seculi hu-  
jus principium, duravere, ut §. 9. vidimus, demum 1609. extincti. Engelberti ra-  
mus citò defecit, & filia heredis matrimonio hereditatem ad Ravensburgios, mox  
*Inliscenses* transmisit. Damno familiae hoc factum diceres, nisi post unum alterumve  
seculum, quibus à Marcanis exulavit patrimonialis comitatus, idem ad Marcano-  
Clivios ducali axiomatic & Juliacensi accessione amplior, matrimonio *Mariæ* & *Joan-  
nis III. Clivia Ducis singulari felicitate rediisset. Quod sine injuria causæ sue illata fieri  
potuisse nostri Saxones negant, & cum prætensione hanc quoque aream inter sym-  
bolos sua servant.*

§. 13. Alia nos nunc patmula vocat, quæ nobis tertii ordinis prima *cerulea*  
*aquila expansam auram, coronam insignem præfert* (d'azur à l'aigle couronné d'or.) *Co-  
ronam* aliquando omisssam videre licet, potius tamen incuria sculptorum, quam  
quod studio factum credam. Symbolum hoc (non *Thuringia*, ut fere *Oronce Fine*  
*in jeu d' Armoir. p. 138. sed)* constanti aliorum suffragio *Palatinatus Saxonie* est. Dis-  
sentit tamen *Chifflet. Insign. Eq. A.V. num. 96.* & *Anhaltinum* Principatum explicat: sed  
malè, cum nec ipsi Anhaltini apud *Sibmach. Wapenb.* P. I. p. 8. aquilam talem deter-  
rant. Conf. ex *Dressero Theod. Haping. de jur. Insign. cap. 6. P. 5. m. 7. num. 718. pag.  
347.* in quo tamen illud vix feras, quod Palatinatum in *Burggraviatum Magdebur-  
gicum* dein abuisse credit. num. 721. In colore hujus aquila differentes sententias  
reperio apud *Ioh. Pomar. Sächs. und Niedersächs. Chronic.* pag. 161. Nam refert,  
in veteris libris Heraldicis se reperiisse Palatinatus Saxonie scutum viride aquila  
*μονοφαλος* nigrans comprehendens; eosdem colores ex *Sebast. Munstero* alle-  
gar, sed ut aquila dimidia medium patmulæ occupet, altera parte fasciis attis &  
aureis repleta. Facit tamen etiam nostræ sententiaz mentionem. Sed primus  
modus in regulam facialium impingit, colorem colori inscribens. Quod ex Mun-  
stero allegatur, rectius *Burggraviatum Magdeburgico*, si colorem mutare licet, ad-  
scribetur.

§. 14. Ipsa dignitas *Palatinatus*, & quæ ad eum spectent, haud usque adeo  
notata: in primis si hunc à Thuringico Palatinatu distinguere necesse est. In literis



investituræ à Sigismundo , Friderico I. Electori Saxoniae concessæ, apud Albin. Chr. Mſa. Tit. 16. p. 212. ex Cruso, illa verba lego, inter ea, qua conceduntur feudo Imperiali, Und auch sonst mit der Pfalz Hauß und Stadt Alstedten/und der Graffschafft zu Breue/etc. Non de nihil ille terupulus est, quem ob hoc Albinus p. 215. & 217. movet, cum Alstedium illud Palatinatu Thuringia adscribendum sit, qui pridem Misnica familie acreverat, qui fiat, ut hic tanquam novi feudi fiat mentio? sed non displiceret conjectura, quando subiungit, olim eundem Palatinatum fuisse, qui, cum postea familia autem diversos dedisset ramos, in duos disceptus ad distinctas venerit familias. Certum enim est, alterum, qui speciatim Saxonius vocatur, in Ascania stirpe hæsisce. Unde nunc quoque Saxo-Lauenburgici (quod l. i. c. 5. n. 5. vidimus) in secundo laterculo aquilam hanc deferunt, in Sibmachi. Wa- penb. P. 1. p. 5. Ad Ascaniam gentem qui venerit, variant nonnihil sententia. Aliorum opinio est, doti dedisse cum comitatu Breue Palatinatum hunc Rudolphum I. Imperatorem, cum Albertus Elector Saxoniae Agneten ipsis filiam duceret: unde rythmi apud sa: pius memoratum Albinum.

König Rudolff die Pfalz mir gab/  
Die Graffschafft Breue mit aller hab  
Zu seiner Tochter/Frau Agneten/  
Dazich die Chur mocht baij vertreten.

Ab his discedunt (nisi cumulatos titulos dicere malis) qui Rudolpho I. Electori ab amita Elisabetha, Conradi ultimi comitis Brenensis vidua, obtigisse hæc axiomata existimant. Si vero ex his comitatu Breue adhesisse dicas Palatinatus nomen, nondum liquet, quando illud primo ortum, aut cui ab initio concessum? Cum Brenenses Comites, à quibus ad Ascanios-Saxones delapsum narravimus, è Wethino-Misnica gente oriundi fuerint, in qua alioquin alterius Palatinatus Saxonici non inventum mentionem, nisi quod Fridericus Theodorici Landsbergii frater, Palatinus Saxonie nuncupatur, & ejus posteri à Brenensis distincti, ejusdem tituli heredes leguntur. Sed minus illud ad scopum nostrum facit, nam istum Palatinaturum Saxonum, qui à Friderici progenie possessus est, proprie Thuringia Palatinatum fuisse, postea apparebit. Manet ergo adhuc in obscurio, quando ad Brenenses dignitas delata sit. Si quid conjecturis dandum, cogitetur, an non probabile sit, si dicamus Ridaco M. Misnæ & Com. Mersburgio, aut patri ejus Brunoni, quod minus mihi probabile, Palatinatus dignitatem primum colliatam esse. Unde cum Ridaci filius Carolus paterna successione pulsus esset, & ejus loco patruelis Eckardus suffecit: hujus fratres (Conf. Albin. Tit. 20. pag. 13.) Elico, Bio & Bernhardus, comites Merleburgenses appellantur: & primo Merleburgum, quæ inter civitates Palatinas præcipuacere est, Alstedium atque Dornburgum attribuuntur. Omnes hi improles, si Bonem excipias, qui filiam Juditham s. Gutham genuit, uxorem Theodorici C. Wethinensis. Ita Mersburgenis successio ad Dedonem à matre venit: huic cum duo essent filii, Theodoricus & Fridericus, uterq; à Palatinatu in partes tracto participare potuit: Et autumnus huic Alstedium cessisse, quem solum in titulo gesit, & ad posteros transmisit, forte quod præter istam partem nihil obtigisset; Inde Mersburgicam partem, cum ejusdem Palatinatus dignitate, & forte aliquo superstite in Alstedium jure, si fratri Theodorico M. Landsbergio, qui tamen in titulo mentionem non fecit, cessisse dicamus, jam evidens erit, quomodo continua serie per Thiemonem & Conradum ad hujus filios Fridericum & Dedonem delabi Palatinatus iste quiverit. In his enim eorumque prosapia titulus Brenensis comitatus viguit, donec post Conradum II. Dedonis nepotem, uterque, videlicet cum Brenensi Palatinatu, ad Saxoniam Ascaniorum gentem transferretur. Ex qua tamen, que vices humanæ virtutæ sunt, quasi postliminio cum Electoratu ad Misnicam domum in Friderico I. quod audivimus, feliciter rediit. Demore, quo olim frequens fuit, ut diverse lineæ eandem figuram colore mutato gestarent, infra aliiquid dicam, & suo tempore nostra Heraldica Artis Parte Gen. c. 8. Is ve-



id non parum illustrare potest, qua hic dixi. Si conjectura debilis videbitur alia-  
cu, sciat in re obscura nullam, nisi que improbabilis est, quod de mea lector ju-  
dicer, facile rejici: Saltem que aliis conceditur, mihi non negata erit libertas.  
Quamvis speciatim hic me à temeritate Albini, qui obscuræ haec vestigia sua con-  
jectura superius proposita præmonstravit, exemplo excusat valeam: sed nec ulli  
pro veris, in quibus ipse adhuc titubo, obtrudere in animo habeam. Si tamen il-  
la omnino non placet conjectura, Magdeburg ut Palatinatus additus credatur, ve-  
luti de Ottone narrant, quod in ea urbe hoctribunal constituerit, non admodum  
repugnat, modo distincta à Burggraviatu maneat dignitas. Sed qui de Alstedio  
supra motus est scrupulus, non ita solvetur. Audiamus vero etiam Joannem Poma-  
rium in der Sächsischen und Nieder-Sächsischen Chronik. pag. 160. in hunc mo-  
dum loquentem: Kaiser Otto der Ander (na & P. Bert. Rer. Germ. Com. L. 2. cap. II.  
pag. 306. huic Imp. aderit institutionem Palatinatus, sed Ottone III. vocat  
Haping: l. c. 718.) hat das Pfalz-Gericht den Sachsen zu einer sonderlichen Frey-  
heit geordnet und bestätiger (adde ex prioribus auf daß sie sich in ihren füthen  
nicht alsbald von einem Urihel an den Kaiser dorfften berufen) und das  
Pfalzgraffthum gegen Schartau über die Elbe/ dahin etwa das alte Herzog-  
thum Sachsen aus Westphalen von Carolo M. gelegt gewest/ verordnet/ da-  
selbst hat das Herzogthum Sachsen gestanden/ von Carolo M. Seiten bis auf  
die Zeit Ottonis des Ersten/ welcher das Herzogthum Sachsen Herzog Her-  
manus auf Lüneburg gelegt/ und ist das alte Herzogthum Schartau dem an-  
dern Bischoff zu Magdeburg/ Giselatius genannt/ von wege des Stuffs ge-  
geben Anno C. 932. davon berühret auch die Glossa Weichbild. art. 15. Et pag.  
161. Im Lande zu Sachsen sind von den alten Sächsischen Känsen fünf  
Städte verordnet/ welche man die Pfalz-Städte genannt: darum haben  
die Romische Kaiser oder Könige wann sie in das Herzogthum zu Sachsen  
kommen/ Ihre Kaiserliche und Königliche Höfe und Reichs-Läge gehalten/  
Als nemlich Morzburg/ Gruna/ (de hac urbe, qua olim Soraborum metropoli, vide Alb. Mys. Chron. Tit. 8. p. 95.) Warla/ (das ist/ Goslar) Wallenhaus-  
en/ Alsfatt. Iterum p. ead. aus dem Sächsischen Recht. L. 3. art. 62. cit. Bro-  
tuffo. Da sagt die Glossa, daß das Herzogthum zu Sachsen heißt die Pfalz/ darum daß Kaiser Carolus das Herzogthum zu Sachsen auf Schart-  
au/ und Octo der Ander das Pfalzgraffthum daraach auch auf Schartau  
gelegt/ dann sein Vatter Kaiser Otto der Erste/ hatte das Herzogthum von  
Schartau auf Lüneburg verhezet/ und darum ist ein jeder Thür-Fürst zu  
Sachsen allerwegen ein Pfalz-Graf zu Sachsen. Huic si adhibeamus fidem, res  
expedita videretur; nisi obtaret diuina Alstedii mentio, conjunctio Com. Bre-  
nz, & quod utrumque prius in Misnica gente aliquando fuerit, quam Electoratu-  
sus accederet. Sed quid juvat in re obscura, nec aliis quam iis, qui tabularia pe-  
nitius inspiciendi facultatem habent, extricabili pluribus occupari?

§. 15. Nisi illa conjectura omnem ulterius suspicandi licentiam prodegisse,  
lector me credat, aliam hoc conciam. Sed quid impedit doctiorum relo-  
lutione, illud dubium, ex quo me expedire nequeo, exponere? Legimus in  
Schwaben-Spiegel L. 1. cap. 19. apud Limn. jur. publ. 4, 4, 53. In Teutschen  
Ländern hat jedes Land seinen Pfalz-Grafen/ Sachsen-hateinen/Bayern hat  
einen/ Franconia hat einen/ Schwaben-hateinen. Addit Limn. Inter quos Sue-  
vici s. Rhenanus & Saxonicus erant superiores, qui sub se alios inferiores Palatinos ha-  
bebant. Et Rhenano quidem Suevicus, Bavanicus & Franconicus subjecti erant. (Ad  
quæ ut in pag. 19 quædam addam, Suevicum Palatinatum cum Ducibus extin-  
ctum facilè quis existimet: Bavanicum cum Rhenano jungi, in procliviterat, cum  
Palatinis Bavaria ex Wittelsbachia gente initio ducatus Bavariae, dein Rhenanus  
Palatinatus obtigerit, qui priorem absorpsit. Demum Franconicum ipsum  
reor, qui alias nunc Rhenanus: non semel enim Duces Franconia leguntur,  
qui Comites Palatini ad Rhenum fuere.) Uni ergo Saxonico Rhenanus Palatina-



tus jam aliquot seculis opponitur. Hinc suboriri potest ea dubitatio: annon sicut ex constitutione A. B. Caroli IV. num. 5. Comiti Palatino vicarius Imperii *ratiōne Principatus seu Comitatus Palatini Privilegii* (an *Prvilegio* legendum, vide *Lm.*, addit. *T.5. ad 3. 11. pag. 218.*) debetur in partibus Rheni & Sueviae & in iure Franconico; ita patiter Vicarius, qui Serenissimo Electori, in illis locis, ubi Saxonica iura servantur, proprius est, speciatim ratione hujus etiam Palatinatus Saxonici ei adserendus sit? licet eadem specificatio in textu non addat r, sed nudè dicatur, *Illiſtrem Ducem Saxoniae seu Imperii Archimareschallum*. Sed meum non est, quidquam hic definire: et si verba apud *Melch. Goldst. ab Haimensfeld. prafat. P. 1.* der Reichssagungen/argumento servire quirent: *Der Sächsischen hohen Reichspfälz sind unterworffen gevest/ nicht allein die Sächsische Land- und Fürstenthumic. Viderint & respondent doctiores.*

**S. 16.** Intertii ordinis inistro alveo (Medium, qui alioquin ordinę octavus esse debet, sub finem reservamus.) *nigro nostræ aquile*, alia itidem *aurea obij citur* (*de sable à l'aigle d'or.*) Coronam Aquile nec *Albinus Tit. 15. pag. 193. & 423.* nec *Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 3. & 5. num. 2.* nec *Paul. Fürst. Wapenb. P. 3. pag. 4.* addunt. Videre tamen talēm licet in chartulis insignium Gallicis, & in ead. *P. 1. p. 5. Sibmach. num. 1.* cum Augusti Electoris repräsentat scutum; quod errore factum, forte quis diceat. Ille jam *Palatinatus Thuringie* est, quamvis non minus sub Palatinatus Saxonici nomine tēpē indigitetur. *Conf. Albin. Tit. 15. pag. 193.* Ratio ex superioribus haud difficulter peti potest. Fuit verò Palatinatus hic in ramo Witikindeo, quia Friderico Denonis filio ductus ad Fridericum 4. vel 5. duravit. Eos alias comites Gotesecios seu de *Goffig vel Goseck* dictos ex *Fabric. urb. Misn. annal. 1178.* colligere est. Ubi ille in Sophiam Henrici Wethinensis & dein Hermanni Landgr. Thuringiae uxorem terminaverat, hic ab Imperatore Frider. Barbarossa 1182. Palatinatum nactus est. Intercipiunt tamen alii vel *Henricum Leonem Saxonie Ducem & Palatinum*, vel *Comites Winzenburgios*, *Wipertum ac Hermannum* (quos *P. Bertium Comm. rer. Germ. L. 2. cap. 11. pag. 307.* nescio in quos *Wurceburgenes* comites transformasse miror) vel *Sommerseburgenses* comites, vel saltēm posthos Hermanni fratrem Ludovicum V. (inter Landgravios III.) 1178. (ita *Albin. d.l. pag. 192.*) dignitate hac gavisos. Nec verò diu extra Witikindeum sanguinem, apud illos nota, dignitas hærere poterat, itaque singulari divina providentia, eodem titulo cum Thuringia (de quo supra §. 3.) Palatinatus ad Misnicos nostros delapsus est, & nunc quoque non ultimum decus scuti Saxonici constituit.

**S. 17.** Dux nunc areole sequuntur, videlicet in quarta serie prima & secunda, quas principio hujus seculi nondum vidisses; unde nec *Sibmach. P. 1.* eas exprimit, sed *Paul. Fürst. P. 3. p. 4.* In eatum priori *argentea bos rubeus ventre albicante*, & quidem ut *Albin. Tit. 15. p. 190.* perhibet (*picturæ enim non respondent*) currens pingitur. (*d'argent au bœuf de gueules.*) Caruerat, quod occupavi dicere, ab aliquo seculis Witikindæ familia ista gemmulâ, quæ olim scuta plurium ex sanguine linearum exornaverat, sed posthminio ad antiquos dominos patrimonium rediit. *Lusatiam*, quæ etiam olim à *Misnia Marchia orientalis* nomine tēpē appellata, notari, quivis primo conspectu intelligit, cumque ea duplex sit, *inferiorem* superiori, Silesia, media Marchia, Saxonia & Misnia inclusum. Ex Witikindeo semine primus *Christianus*, Diethmar Wethinensis filius, ab Ottone I. perhibetur præfectus *Lusatiae Marchiæ*, quæ adversus Vinidos & Sarmatas constituta fuerat. Successore ordine continuo posteri ad *Ottонem 1031.* defunctum: Inde agnatus ex Wethinenibus *Dedo*, & posthunc *Henricus* filius atque *Henricus* nepos; qui 1126. lineam clausit. Cum post hos ex *Groscensibus* Comitibus *Wipertus & Henricus III.* (è quorum progenie dein *Leisnicenses* Burggravi prodierunt, & ex his *Ranzovis* hodie in *Holſatia* tuperant. vid. *Elio Renſi. auctar. Basiliæ. geneal. pag. 64.*) præfuisse ditioni, tertia vice succellio ad Witikindeos devoluta est, quia *Conrado M. Misnia Lotharius II. Imperator. & uxor Rixa, Conradi consanguinea, auxilio fuerunt, ei recuperandæ.* Inde ex hujus progenie præfusse lego *Dietericum, Ottонem & Dedonem* Conradi, *Conradum II. Dedonis*, atque *Theodoricum* Ottonis filios. Quorum unus & alter etiam pretio Marchiam suę genti iterum vindicare coacti sunt.

Post



Post hos iterum serie continua Henricus illustris, Theodoricus Sapiens, Fridericus Teut., & hujus testamento patruelis Dicemannus atque Fridericus Admorus Lusatii imperarunt. Hic ultimus fuit corum Princeps: nam ejus tempore (quia à duobus Imperatoribus Adolpho & Alberto exagitatus tantum non undique obreubatur, nisi fortitudo singularis divinabedictione non destituta saluti fuisset.) Marchio Brandenburgicus *Waldemarus*, occasione utendum ratus, familia Lufariam extort. Ita penes Alcanio-Brandenburgios regio permanxit, donec masculis eorum deficien-  
tibus *Bohemii* ad se traherent. Sed qui sub cura Witikindorum non penitendam vitam senserat, bos ad antiquos pastores multo cum gaudio reducendus fuit. Fa-  
ctum hoc est, cum *Ioh. Georgio I. Electori Saxoniz Imperator Augustus Ferdinandus II.* ob fideliter prestitam in motibus Bohemicis operam & 72. tonnas (ut loqui vul-  
go amant) auri, quas imperator privato nomine debebat Electori, (vid. *Martin. Zei-  
ter. Contin. itin. Germ. cap. 23. pag. 306.*) Lusatiam utramque feudo concedereret, ad poste-  
rotransmittendam. Vid. *Pac. Pragensis*, 1635. sub fin. §. Was der Röm. Kaiserl.  
Majest.

§. 18. Sed superiorem Lusatiam ab inferiori dividere non convenit: Unde pro-  
xime sequitur alveolus *caruleus*, in quo, si P. *Fürstū Wapenb.* P. 3. p. 4. & *Dressero. Ifag. Histor.* P. 5. p. 174. fidem adhibeas, aureus, si verò *Bianvillo jeu d' Arnouir.* p. 138. *argen-  
teus murus, nigro opere camensario distinctus, in pinnas allurgit.* (*d'azur au pan de muraille  
crenelé, d'or on d'argent, mazzonné de sable.*) Videre hunc laterculum licer apud *Albin.*  
p. 441. in scuto *Wiperti Groicensis*, herois celeberrimi, ubi ultimæ seriei dextrum latus  
occupat. Sedidem quoque *Budissina*, quæ superioris Lusatiae caput est, ex dote con-  
jugis *Juditæ*, & munere socii *Vratislai Bohemiæ Regis*, dominus & muri hoc em-  
blematum donatus erat. Conf. *Dress. l.c. de Budissina.* Cæterum cum initio utraque  
Lusatia eosdem habuisset Principes: Sub *Dedone* 1068. vel sub *Henrico I.* 1086. supe-  
rior à Bohemis occupata, atque ita Witikindio stemmati erepta est, ut, qui deinceps  
secuti sunt, Lusatiae Marchiones, solam inferiorem possederint. Donec eo modo,  
qui §. proximo explicatur, utraque Saxonice domum restitueretur.

§. 19. Jam visui se offert tertia hujus ordinis partula, quæ *auro tincta duobus pa-  
tiscerulis distinguitur.* (*d'or à deux pals d'azur.*) Nescio quid in mente fuerit *Chiffre-  
tion Insign. Eq. A.V.n.96.* cum *Mechelburg* notari in margine comminiscitur: cum ta-  
men nec aliquid in illum principatum jus unquam Albertus Saxo, cuius ibi describi-  
tur securum, sibi attribuerit, nec in Megapolitanorum insignibus apud *Submach. Wap-  
penb.* P. 1. p. 7. umbra ullæ hujus appareat symboli. Unde nulla dubitatio superest,  
quin illis adjiciamus calculum, qui *Landsbergiam* marchiam notati testantur. Cui  
minus recte fasces alternas nigras & aureas attribuit *Ioh. Pomar. Sächs. und Nie-  
der-Sächs. Chron.* p. 161. Hanc Marchiæ à Carolo M. inter Salam & Albim adv.  
Sorabos institutæ originem debere, sententia est *Albin. Chr. Misn. T. 9. p. 106.* Sita vero  
erat nostra *Landsberga* (cui *iuuenia* alia oppida & arces, *Landsberga Novæ* Marchiæ ad  
*Wartam*, *Landsperg* Palatinatus, ramo alicuius Bipontini aliquandiu sedes, *Landsber-  
gian* superiori *Bavaria*, *Hohenlandsperg* dominium *Schvendiorum* in *Allatia*, & in  
eadem *Landsperg arx*, unde nobilis familia de *Landsperg* denominatur) in *Osterlandie*,  
quam & *Libonothiam* & *Oltiam* dicere solent, inferiori parte. Vetus id patri-  
monium credo Witikindorum & *Wethinenium* (in quibus peculiariter *Theodo-  
ricus Thimonis* pater *Landsbergii* Marchionis titulo celebris est) tuisse, & quod  
*Albinus Tit. 15. pag. 188.* notat, frequenter ab illis possessam esse, qui Lusatiam te-  
nebant. Non tamen cum Lusatia iterum amissa est, sed potius constanti obse-  
quio in ipsis pene ruderibus *Landsbergen* nunc quoque, mutato Marchiæ (ita in  
diplomate *Caroli IV.* dato 1373. apud *Linn. jur. publ. 4. 8. 161.* legitur, *Landgraben*  
in *Thüringen*/ *Marggraven* zu *Meissen*/ in dem *Osterlande* und zu *Laabs-  
berg*/ *Graven* zu *Orlamünde*/ und *Herren deß Lands zu Plessen*) titulo in no-  
bilis *Dominii* nominis, Principes à præcis temporibus suo veneratur. Unum adhuc  
noto, antequam abeam: *Lipsia urbi*, non minus Academæ splendore, quam nun-  
dinatum frequentia claræ, insignia, qualia visuntur in *Submach. Wapenbuch* P. 1.  
pag. 221. ab *Ottone duxite* Marchione Misnicis data, ex Misnicis, & *Landsbergicis*  
symbolis composita esse. vid. *Dress. Ifag. hist. P. 5. de Lipsia. pag. 357.* unde in priori  
parte



parte Misnicius leo unguis explicat, in altera pali cærulei fulgent. De quibus insignibus ita canit apud *Hapingum de jur. Insign. c.6. P.7. n.1112.* Ioh. Forsterus celeberrimus Léucoridis Theologus.

*Solis ut & Cæli color omnes ante colores*

*Pulchrior, atque Leo fortior ante feras.*

*Sic quoque tu, Phityre, reliquias Misnicios urbes,*

*Antevolas fama nobilitate Tua.*

*Tu Leo de luda clypeo tueatur Olympi,*

*Confirmetque tuas perpetue pace trabes.*

De cætero non illud rarum est, ut fidarum urbium signa suorum armorum decoribus ornent Principes: quinimo ipsum hoc potestatis in eas à Principum parte argumentum creditur. Argumenta non longe querenda sunt, sed pro uno exemplo innumeris ex *Sibmachi Wapenb.* P.1.p.220. colliget, cui volupe erit. Nos etiam intentius hac de quædam annotabimus.

§. 20. Succedit in medio quinti ordinis aurea area rubeis corculis (vel ut loqui amat *Albinus. T.15. p.187.* rosarum foliis) strata, in qua salit leo *Misnia niger coronatus (d'or semé de caures de gueules, au Lion de sable, couronné, armé & lampassé de gueules ou d'argent.)* Ejus situm obversum *Chiffletius d. l.* notat, sed, quia in primo palo hanc aream ipse describit, frustra notat, si quæ §.4. de more Germaniæ diximus, observes. Miror tamen, qui fiat, quod eundem ritum *Fürst. Wapenb.* P.3.p.4. exprimat in area media, qua antrofusum leo respicere debebat. Contradicunt verò Fürstio aliae picturae & monetæ. Notat idem coronam, linguam & falculas argento tinatas. *Albinus T.15. p.199.* coronam (cujus non semel videoe obliviici sculptores) miniatara perhibet, quod etiam de unguibus & lingua credo, quia hujusmodi illa in Misnico. Cum verò idem *Chiffletius* leonem hunc Symbolum *Saxonia antiquæ* explicat, næ graviter impingit. Si enim ad fabulosam usque antiquitatem ascendere lubeat apud *Haping. de jur. Insign. c.6. P.5. §.3. p.381.* nihil tamen, quod errori faveat, inde exculpetur. Witikindi ætati qui insignia attribuunt, equum effrenem adducunt, qui nunc quoque origini testan-*dæ* in Serenissimorum Brunsvicensium Principum galea servatur, ut §.7.dixi. Ex quo Henrico Leoni usitatam equi figuram fuisse colligas. Ascanios quod concernit, eadem illis Saxonia tessera, quæ nostris, atque ita nullibi eusmodi leo inter corda existens. Sed vidit Vir Docissimus, in scuto Brunsvicensiæ aream Lüneburgicam, quæ in tali campo leonem præfert: hic vero azureo colore infectus est, noster nigro. Quæ colorum differentia apud feciales, non leve discrimen habetur. Rectius ergo *Orlamundanus vel Vinariensis* comitatus illo hieroglyphico intelligitur. Hic in Thuringiæ latè parebat olim, à familia peculiari, penes quam diu Marchionatus Thuringiæ (vid. *Albin. p.4.10.*) habuit, possessus. Ex hac familia *Elisabetha ab Arnshag vel Arnsheim* (ita enim ramus Itzpiris appellabatur) cum nupsisset *Friderico Forti*, quem etiam *ad mortum* dicunt, ei pars comitatus, in qua *Neustadt, Lena, nunc Academiæ* celebritate

*Montibus excelsis celsior ipsa suis,*

& *Cala numerabantur, allatus est: Reliqua penes Comites adhuc manebant, donec *Fridericus gravis Hermannum C. Orlamundensem*, quod ab eo 1342. Erfordie immodeftis dipteris publice lacestissus fuerat, ob hoc bello peritum, intra quadriennium omnibus ditionibus exueret, sed postea ipsa *Orlamunda* excepta, ad dies vitæ duntaxat usum fructum redderet. Ita hic etiam tractus amplissimus familie accrevit, & titulus confirmatus est. *Vinariae* civitati *Sibmachi. Wapenb.* P.1. p.221. similem paramam adscribit, nisi quod loco auri argentea est. Quod non necessariò *magis quea* habendum Chalcographi, sed ex eadem ratione fieri potuit, qua alias nonnunquam distinctionis causa metalla aut colores mutari consueverunt.*

§. 21. Latus leonis dextrum in laterculo *cæruleo* aliis *leo superiori corporis parte aureus, inferiore argenteus* claudit. (*d'azur aux Lyon coupé d'or & d'argent.*) Nec enim chartulis Gallicis fidem adhibeo, quæ leonem tantum argenteum agnoscunt. Conf. *Albinus T.15. p.187.* Modus ita diversis coloribus distinguendi animalia in materia insignium non infrequens est. Non jam allegabo leonem Thuringicum, quem non una fascia distinctum §.2. consideravimus: cum quo conferri possunt gryphi, qui pro *Vandalia & Stargardia* principatu gestantur in insignibus Pomeraniae *Sibmachi. Wapenb.* P.1.p.7.



P. 4. p. 7. & nunc Brandenburgicis. p. 3. & 5. Ita P. 1. p. 164. Schombergiorum leo non dissimilat. ex rubro & vitidi, ac p. 184. Heringorum ex nigro & tubeo constat coloribus. Nota etiam est Monsterbergenum aquila perpendiculari linea diversos colores separant divisa. Ut jam de illis non dicam, cum figuræ ad modum divisi scuti alterantibus coloribus pinguntur. Cujus moris præter mille alias in leonibus duo exempla nobis exhibet Wapenb. P. 2. p. 9. in Com. Hall. & VVürzburg. In explicando Symbole non diu hæc necesse est: quamvis enim Chifflet d. l. nescio quale nomen VVedenfild. margini adscribat, forte Witekindum intelligens, quod ipsum quoq; mōltrolsum foret: noitris tamen constat, terrans Pleisnensem leu Pleisnensem, quæ Osterlandia pars est, & ab aliis minus solicite cum tota Ostlandia confunditur, notari. Nomen à Pleisse fluvio impositum esse, vix dubium habet. De distinctione à reliqua Misnia aliud viderint. Ceterum hunc comitatum à Comite Rabodo Imp. Fridericus Barbarossa emisse perhibetur, una cum Leisnik & Coldiz, vid. Alb. T. 15. p. 196. Sed Imperatoris nepos, ipse etiam Imperator Fridericus II. suæ Filie Margareta, quæ in conjugio Alberti degeneris. Miñia infelicitate vixit, dotalem cum eis voluit. Versu Fabricius vol. 2. rer. Miñia. p. 35. hoc complexus est.

*Cesaream thalamis pepulit virtute puellam*

*Illustrem, cui dos Pleissenæ terra fuit.*

Tanto majori jure Pleisnenses, dominos suos Fridericum & Dicemannum, Margaretæ filios, bellis periculosis ita juverunt, & illum à Waldemaro Marchione Brandenburgio captum hostis manibus eriperunt, ut fortitudinis non minus quam fidei præz alii eorundem Marchionum subditis insigne reportarent encomium.

§. 22. Monet nos mentio Margaretæ, ut alterius etiam hereditatis meminerimus, ad quam nostri, si in tempora meliora incidissent, alpitare poterant. Infeliciter sententia Catoli Andegavensis in Conradinum Conradi IV. Imp. filium, regnum Neapolitanum armis potenter, sed acie à se victum, ultimus in eo Suevorum malorum fanguis carnificis gladio effulsa est Anno 1268. Non alius tum propinquior Conradini (qui Fridericum Castellanum, patris sobrinum, sed postea sine prole extinctum in pegmatite ferale heredem dixit. Conf. Blondell. geneal. Fr. plen. assert. p. 16. 2.) consanguineus superfluit, quam ex hac, quæ sola amita inter sorores liberos habuit, Margaretæ Misnici Marchiones: Digni certe qui succederent. Sed Sueviam, quamvis non senuel feminino titulo alii quondam datam, tanquam feudum Imperio apertum, vindicavit Caesar, & magna ex parte invasere vicini, ut in plura frusta insignis Ducatus dissoliret. Neopolitanum vero & Siciliæ regnum, quod Constantia Margaretæ avia Suevis intulerat, & à quo haud dubie sexus alter excludi non potuit, hinc Andegavenses, illinc Arragonii cruentis & diuturnis bellis sue ambitionis volvere toti Europæ esse theatrum. Intermisnici Marchiones, Pleisnenses suo extam opulentia hereditate, testimonium augustæ affinitatis & originis retinente contenti, à jure suo prosequendo abstinerere, quamancipi timi martis aleæ omnes fortunas subjicere maluere. Quæ ipsa causa paulo ante avum Henricum illustrem impulerat, ne uxoris Constantiae Austriacæ & liberorum, in vindicando Austria Ducatu, iura, quibus populi consensus & suffragium acceperat, majori nixu persequeretur, se suaque ambiguo martis judicio subiecturus. Ut jam racciam, quod infelicitissima inter prædictum Albertum patrem & filios dissidia, quæ funeribus hac ipsa tere tempesta & implevere ditiones, non permisissent, tanti momenti molimina, euam justa, fulciperæ.

§. 23. Sequitur nunc tertia hujus ordinis areola, Magdeburgico Burggraviatui dictata, quæ ex summo bipartita priori parte rubea, aquilam diuidiam argenteam, (sunt qui autem pingunt, alii ut ap. Sibmachi. Wapenb. 2. p. 7. tubeam in argenteo solo) aurea corona exornarant, in posteriori argentea, quatuor (sunt qui 3. solum admittunt) coccineas fascias ostendit, (parti au premier de gueules à une mortié dextre d'un angle à argent, au 2. d'argent à 4. fasces de gueules. Burggravios hos prolixè recenseret Cyr. Spann. genb. Adelsp. P. 1. L. 10. c. 20. p. 318. quod Carolus M. condito castro sive burgo constituerit Burggravios, qui etiam Comites ad Albim dicti, & vicinis præfuerint Vinidis, atque advocati fuerint Archiepiscopatus Magdeburgici. Nominat vero Fridericum 926. sed potius ejus fratrem Geronom 930. primum fuisse Burggravium, qui deinde Marchio Brandenburgicus 939. deceperit. Hinc filium Geronom vocat, ex gratia Augustæ



**Edithæ Burggraviū:** postea Lusatia, demum Brandenburgensem & Soltvvedelensem Marchionem 965. extinctum. Inde ab Ottone M. Burggravium constitutum memorat *Hermannus de Stubeckeshorn*, cui successit filius *Lutherus*. Post hunc *Luthardus* sive *Lutherus C. de VValtebeck* (alii *Waldeccis*) familia hanc lineam inserunt, vide L. 3. c. 39. prope Helmstad, maritum tororis Henrici II. Cui successerit filius *Fridericus* & nepos *Conradus*, huic frater uterinus *Meinfridus*, qui 1079. contra Henricum IV. p[re]lio cecidit. Post hunc Burggravius fuit Comes *Dietericus de Plotze* *Conradus* super i[us] sex Mechtilde gener, & isti ex filia *Irmgardis* gener *Vdo M. Brandenburgicus*. Tum *Udoni* 1087. filius *Vdo*, & nepos *Henricus*, qui 1102. mortuus *Henricum* habuit successorum. Hoc vero sine heredibus extincto, Burggraviatum nactus est *Hermannus Comes de Plozke*, & 1117. mortuus est. Ei suffectus *Wipertus M. Lusatiae* mortuus 1123. & patris successor *Henricus* 1136. Cum vero Archiepiscopus esset *Conradus Nob. Dominus de Querfurt* ab Imperatore fratri *Burchardo Burggraviatum hereditarium impe- travit* (conf. etiam *Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 2. p. 104.*) Hunc ergo secuti *Burchar- us* 1167. & nepos *Burchardus* 3. qui in comitatu Friderici Barbaroliæ Antiochiae 1189. decepsit. Successivt, ei *Gebhardus*, huic *Burchardi* 3. filius *Burchardus IV. Comes Hardecciae & Querfurti*, matritus *Sophia Mansfeldiae*: isti frater *Burchardus* 5. ad annum 1249. huic iterum prioris filius *Burchardus* 6. N. Dom. de Querfurt, C. Mansfeldiae, & *Hardecciae*, qui comitatum *Mansfeldiae* 1264. emit, & 1270. obiit relictus filius *Burchardus* 7. qui initio Burggravius, dein 1275. fratri *Gebhardo Querfortium & Burggravia- tum cessit, servata sibi Mansfeldia*. In literis circa 1290. illo usus est titulo: *Burchardus Dei gratia quondam Burggravius de Magdeburg dictus de Rosborch*. *Gebhardus* autem frater 1284. mortuus est. Post hunc Burggraviatum ad *Saxones Ascanios* delatum oportet: & *Rudolphus Saxo* 1290. in titulis suis hunc etiam gestit. Et in veteri scripto legitur 1294. Conf. *Matth. Dresser. Isag. hist. P. 4. p. 109. Albertus* 3. eum pro 900. vel 3000. velut alii 9000. marcis tradidit civibus, qui eum Ecclesia tradiderunt, sed ne invitis civibus officium relinquenter. Inde *Oto Archiepiscopus* se etiam Burggraviatum dixit. Anno 1320. *Gebhardus Nob. Dn. de Querfurt* Burggraviatum Magdeburgium se dixit. 1340. *Bertholdus Comes de Hardeck*, & post cum filius *Ioannes* eodem usi titulo: huic cum filia dicitur *Rudolphus El. Saxonie* Burggraviatum dedisse, ea conditione, usi ex conjugio mares non extarent, hic ad *Saxones* relaberetur: qua etiam conditio impleta. Unde hoc etiam feudum à *Sigismundo Imp. Friderico Bellico*, diploma- te 1425. Budæ dato apud *Albin.* T. 16. p. 212. concessum est/verba ita habent: Mit der Burggrafschaft und Graffen. Gedinge zu Magdeburg und Hall/ und mit allen seinen Herrlichkeiten und Würden/ Ehren/ Rechten/ Mannen/ Mannschaften/ Lehen/ Lehnenschaften/ Eigen/ Eigenschaften/ Pfänden/ und Pfandschaften/ die zu dem Herzogthumb zu Sachsen von Alters gehörn/ & postea investitur eundem titulum repetierunt. Ut vero supra dicto *Joanni C. Hardeccio* *Wolfg. Laz. Reip. Rom. L. 12. S. 7. c. 5.* filios dat forte ex alia uxore, *Ioannem & Bertholdum*, quorum illo *Ioannes III.* hoc *Michael* natus est: hi omnes etiam nec non *Burchardus Comes Hardeccius* judex aulicus *Caroli IV.* 1366. titulo illi usi sunt. (vid. quæ alibi de his Hardeccii dissentimus L. 3. c. 22.) 1538. Elector *Ioh. Fridericus Magnanus* Burggravia- tum numerato pretio teluit. Cum vero s[ecundu]m eius ea de re iterum disceptaretur, certo modo 1577. vel 1579. Augustus renunciavit, titulo tamen servato, atque præfecturis, quibus ille adharet, *Gommern*, *Ranis*, *Elbenavv*, & *Gottavr.* vide *Ioh. Limn. jur. publ. 3. 10. 17. Matth. Dresser. Isag. hist. P. 4. p. 125.* & in primis *Frid. Hortled. de Caus. Bell. Germ. L. 5. c. 28.* Nunc quoque, licer in ducatum convertio Archiepiscopatu & Serenissimæ Domui Brandenburgicæ concessio, vid. *Instrum. pac. Csnabrug. art. ii.* Electoralis Saxonie domus titulus perstat.

§. 24. Figura, quam rubeam ter repetitam proximus, nempe sexta teriei primus, laterculus *argenteus* refert, difficultorem habet explicationem, dissentientibus aliorum inter se sententiis. *Chifflet. I. e. tria partia cornuum scarabei* vocat. Ob hoc in eum graviorem stringit censuram, & ejus in heraldica arte peritiam elevat Jesuita *Ioh. Ferrand. epinic. pro Lil. p. 108.* quod indignioris intenti pictura commaculare sustinevit illustrè scutum, & quod scarabæo affinxerit cornua, quæ extremitates vaginalum dicenda erant. Ita enim *bouteroles* interpretantur (vid. *Cl. Franc. Menestr. veris. du bles.*



*M. c. II. p. 130. bouterole est le bout d'un fourreau de cimeterre.)* Verum non ita ignobilis scarabæus est, ut non eius imago alicubi in pretio sit. Certe illius figura impresa appetet coronæ navali; quod hieroglyphicum esset fortitudinis navalis. vid. *Paschal. de Coron.* Sed & figura à cornibus his non multum ab ludit, ut videre est ex illis, quæ in scuto Austriacorum nobilium, die *Schrödel* apud *Sibmachi. Wapenb. P. I. p. 41.* visuntur. Eaenim cornua scarabæi esse, non dubium, si nominis allusionem confideres. Sive rò cornua scarabæi non sunt, utpote quod nec ipse in me recipio, saltem nec Ferdinandus ille acutus vidit, (quamvis in eadem sententia sit *Oronce Finé de Brianville jeu d' Armoir. p. 139. tit. Angrie. & prefat. Menebr. abbreg. method. des armoir. p. 89.*) quam Chiffletius, si Germanos consulas, quorum utique hic in scuto Germanico explicando, major quam exterorum autoritas haberi debet. *Theodorus Haping. de jur. Insign. c. 2. §. 10. n. 1003. dimidiatus Circulos angulares vocat.* An hoc ex *Albino* qui post *Cranzium, Spalatinum & Brotuffium. T. 15. p. 190.* describit, drey rothe halbe Eitckel iinveniuntur weiss gewinkelte) als läng ein Seebplat / oder wie es andere beschreiben / drey weisse Seeblätter darauf (confer. figur. *Engern* in *Sibmachi. Wapenb. P. 2. p. 4.*) alibi *T. 16. p. 218.* drey rothe Herthen auf welchen drey weisse Kleeblätter ligen. Unde est, quod *Wapenb. P. I. p. 1.* omisisti, quæ imponenda pro symbolo Angrivariorum videbentur, tritoliis sola pinguntur corda. (Conf. apud *Haping. de Insign. c. 6. P. I. §. 2. n. 42.* epigramma *Merslai in Coloniensia insignia.* Sic & *nymphæ folia erunt, qui suspicabuntur, non tantum de eo, quod in figura album est, sed & quod coccineum.* Inter omnes nulli Germanorum in mentem veniunt vaginatum extremitates.

**S. 25. De interpretatione jam non minus est controversia. *Ioh. Jacob. Chifflet.* interpres *Angrivariam vel Angrivariorum.* Nec dubium est illam figuram ita pingi & dari Angriz apud *Sibmachi. Wapenb. P. 2. p. 4.* Tum Serenissimi Duces Saxoniz Laenburgicæ, qui Angrivariorum titulum gerunt, *P. I. p. 5.* hoc emblema gestant. Idem de Coloniensi dicerem, eadem ex ratione, si corda parum alterare licet. Ita difficultas non esset, nisi constaret, Misericordiam nostram Saxonum stirpem *Angrivariorum* nec præfuisse unquam, nec jus in eam aliquod sibi asservuisse. Si dicas, adjecta esse, quæ olim ducauti Saxonæ cohæserint, quamvis nunc separata ac aliorum delata sint: aut Witikindi, qui Angris quoque præfuerint, originem notari (ex qua ratione cum Westphaliae laterculo illam parvulam Angriz scuto suo inserunt Serenissimi Sabaudi) non satisficerit: neque enim Westphaliae equus ascitus est nostris, quod meliori jure fieri potuisset, si vetera symbola intueri haberet. Frustra ergo potiori omisso, secundarium sibi vindicasset. Alii difficultati, cur eandem figuram *Tecklenburgii* gestent. (Conf. *Sibmachi. Wapenb. P. 2. p. 19.* & *Hamelm.* apud *Haping. de jur. Insign. c. 6. P. 5. m. 4. n. 708. p. 344.) nos non immiscemus. Idem *Haping. de jur. Insign. c. 2. §. 10. n. 1003.* post *Cranzium Orientalibus Saxonibus seu Oosphalis* eam tesseram propriam notat, cum Westphalis equus Witikindi placuerit. Sed contradicit *Cranzio Albinus T. 16. p. 218.* & Angriz notam eripi non patitur. Certior sententia est, quæ comitatum *Brenz* (quem *vitiösē Sibmachi. Wapenb. P. 2. p. 22. Bremen* vocat, nec in indice correctus est error) indigitat. Huic illud antiquo insigne, & nunc quoque inter vexilla feudalia illo titulo legitur *parmahæc.* Si quid tamen Angriz aut Witikindo dandum fuisset, & statuendum quod Angrivariorum tessera huic coæva existiterit (quod nunquam mihi persuadeo) dici poterat, ex una parte Ringelhemios comites avi sui insigne sibi appropriasse, ditione etiam amissa, ut ex eo Ringelhemio comitatui attributum sit: ex altera patre simili motiva illud luzz attribuisse Brenz. Certe, non insolens alibi est, ut quod alii primo inditum fuerat insigne, alteri dein impositum conspicatur. Ita urticam à Schauenburgicis Comitibus initio usurpatam fuisse, conjectura est *Spangenbergs* apud *Danckverth. in Holst. L. 3. c. 2. p. 182.* quam non minus probabilem ipsâ Danckyverthianâ, figuram provinciæ respicio opinante, autumo. Videlicet commutatisse illo insigni iconem suum cæruleum *Adolfum I. Comitem*, postquam condita in monte Nettelberg seu Nesselberg, arce Schauenburg, titulum aulsmississet novi comitatus, gracia *Conradi II. Imp.* Dein vero idem emblema *Holstætiæ* datum, postquam ea ex Schauenburgicis comitibus capi habere dominos, sed & servatum, cum Dominorum***



rum familia mutata est. Ita Arragonia insignia cæpere constituere pali, quos comes Barcinonensis sibi proprios primum attulit, cum Petronellam heredem Arragonia duceret. Nec aliter novum symboleum accredit Burgundia, cum Philippus Audax Joannis regis filius scutum liliatum margine variegato a regia parma distinxerit, & suæ lineæ designandæ proprium, ducatu adferret: quod nunc etiam una cum veteri usurpatur in ipsa Aultria gente. Ut nihil dicam de Neapolitano regno, cui non alia sunt insignia, quam quæ Andegavensis regnantis domus familiaria fuere, dein adhibita regno, etiam postquam Andegaventibus extinctis ratio cessaret. Sed certior usus conjecturis nos supercedere facit. Ut ergo è diverticulo in viam redeamus, fuit Brenna penes Wethinenis, donec pari ratione cum Palatinatu Saxonie (de quo §. 14. audivimus) per Eliabetham Saxoniam Conradi ultimi, (qui tamen revera non fuit ultimus.) Brenenii viduam ad Ascanios delaberetur, sed cum Electoratu modo præmemorato ad antiquos dominos rediret. Hanc eandem Brennam potius, quam ex vulgari errore Angriam, in scuto Saxonum Ascaniorum notari me docuit Excell. Joh. Henricus Hofmannus. vid. L. I. c. 5. n. 6. 7. Antequam hinc abeam, Sebachiorum apud Sibmachi Wipenb. P. I. p. 150. parmanotanda, quæ cum Brennenibus idem emblemata servat. De ratione viderint alii.

§. 26. Jam in argenteo solo rosa rubea, auro gemmata & viridibus interfoliis ornata, medium stium in sexta serie occupat. (d' or à la rose de gueules, boutonnée d' or) Nec in figura multum est difficultatis: Circa interpretationem aliquid. Chiffletus dicto loco Angleriam esse vult, sed unde hoc somnium, non assequor. Unicam Angleriam novi, in Lombardia ad Verbanii lacus initium, Borromæorum patrimonium, & olim Mediolanensem Vicecomitum, ex quibus primum Heriprandum filium Facii de Angleteria constituent, partiam. Quid vero h. e. ad Saxones? Potius in propatulo est notari, non Pleissensem Comitatum, quod quis ex Albino. p. 424. crederet, nisi inter hypothetæ paroramata illud etiam notatum esset, sed Comitatum vel Burggraviatum Aldenburgicum. Hic etiam pars est Osterlandie, una cum Pleissensi ditione, quam tamen cum hoc comitatu male confundunt. Ita etiam non probat illos Albinus Tit. 1. 4. p. 183. qui à Margareta Suevica obtigisse dotalem hanc successionem Alberto existimant: quod ut de Pleissensibus intelligere mavult, ita Tit. 15. p. 193. 194. vix bene discernit, an aliquid hujus simul in dote Margareta fuerit, cum autorum non omnino constans sit sententia. Confer. Limneus Iuris publici. Addit. Tom. 5. ad. 5. 15. p. 455. De civitate Aldenburg constat, eam imperialem fuisse, & cum Cygne seu Zucavia atque Chemnicio à Friderico Admorsio bello, quod gerebat cum Imperatoribus, ereptam, atque ab Imperio avulsam esse. Vicissim Comites aut Burggravi, quibus ab Altenburgo titulus erat, diu post hæc tempora adhuc superfuere.

§. 27. Nunc proxima ex sinistro latere nos vocant tres caruleæ fascie argenteæ areae inducta (d' argent à 3. fasces d' azur, drei blaue Streif/ tris man in Hand, Wehren wircket/im weissen Feld.) Quæ Eisenbergium (an Ilenbergium, Vide de fabulosa derivatione ab Iudeo, Albini. Tit. 11. p. 154.) Comitatum in Osterlandia stium designant. Vide Albini Tit. 15. p. 203. ubi ex Monacho Pirnensi allegat, eum 1395. à Wiphem Marchione comparatum; existimat tamen diutius jam in potestate familiæ ditionem fuisse. Porto cum Eisenburgiorum seu Isenburgiorum comitum, qui nunc quoque in duos ramos divisi in Wetteravia florent, insignia, apud Sibmachi. Wipenb. I. p. 15. 17 itidem solis falcis constant, quarum alteræ in argenteo solo coccineæ, alteræ in aureo atræ, alia iterum nigrae in argento ducuntur: Viderint genealogiarum conditores, an forte hi in Osterlandia Eitenbergii ejusdem cum hodiernis pro-sapientibus fuerint. Nec enim insolens in antiquitate fuit, ut distinctionis causa unius familie rami cum eisdem figuris in scuto servarent, colores inverterent aut variarent. Exempla petis? Cape ista: in Gallia Grolei Delphinatus & Bressia, à communi origine derivati, cum scuta in crucem & decussim scæta gestent, eas sola metalli variatione distincta sunt: quæ enim his aureæ cuipides, illis argenteæ conspiciuntur. In Belgio vix alius modus distinguendi lineas juniores, quod breser seu immunuere & francere arma vocant Galli, olim fuit, quam hæc mutatio. Reliqui enim modi, ut ponuntur.



ticuli vel similes figuræ adderentur, à Burgundis eo illati, ut ex *Christophoro de Butkens* memorat *Menebr. L'art du blason insuffié. c. 11. p. 283, 284, 285.* Ita apud eundem, in *tertu. art. du blas. c. 19. p. 352.* exemplum unius Arschotani comitis exhibetur, qui cum 5. filios haberet, solus ex his primus in paterna insignia, quibus tria nigrililia in aureo solo repræsentabantur, successit, secundus argentea in rubeo, tertius in argento rubea, quartus in argento nigra, ultimus in minio aurea, sed & post hos ex nepotibus aliquis rubea in auro alveo gestarunt. De Germanis confer. *Hapingus de jure insign. c. 9. n. 484. & c. 13. n. 42. seqq.* Exempla frequentissima sunt. Hanoicorum & Lippsteinium, quos aliqui ex uno fonte ortos produnt; Solmenium & Nassoviorum, quorum communem ortum ipse Nassovicæ Genealogiæ conditor *Textor* & Solmenis genealogus *Albertus Otto Bilgen*, non diffiduntur; Rappolsteiniorum & Weinbergiorum, si communi traditioni adhibemus fidem. Sic & Spanheimiorum lineæ, altera tessellas auræas & cerulæas, altera argenteas & rubeas gestant. Cont. *Sibmacher. Wapenb. P. 2. p. 12.* Adde duplices Boyneburgios. *Sibmacher. Wapenb. P. 1. p. 136.* Dernbachios. p. 140. Pariter traditione præcita, forte tamen tabulosa, sex fratres, totidem familias Montfortiam vel Rotentahniam, Werdenbergiam, Reinecciam, Schellenbergiam, Tubingensem, & Herrenbergiam levissile dicuntur: unde illis eandem figuram, videlicet vexillum Ecclesiasticum quadratum & trifariam pinnatum adscribunt, ut tamen color discrimen faceret, qui primi vexillo in argento tubeus, secundi in rubeo argenteus, tertii in albo niger, quarti in atro candens, quinti in auro coccineus, sexti in rubeo aureus perhibetur. Verum illud etiam non intrequens fuit, ut junioris sicutius familiæ filii, cum alibi locorum fortunarum suarum sedem constituisserent, hoc etiam loco arcem aliquam, nomine antiqui gentilitiæ castris insignirent, quæ memoriam originis servaret. Ita quamvis in Principatu etiam Brunsvicensi castrum Eberstein reperiatur, hoc tamen in memoria Suevici illius conditum fatebuntur omnes illi, qui ex vetustissimorum Suevorum Ebersteiniorum posteris deducunt Ebersteinios Brunsvicentes. Ita cum Merania castrum ad Athesinia Tirolensi agro sit aliud tamen in Voigtländia etiam ab eadem familia, quæ illius titulum gestabat, conditum exitat. Adde exempla *Gravenecia*, quam cognominem arcii gentilitiæ in inferiori Austria Ulricus Gravencius condidit, & Waldsee, duatum arcium in utraque Austria, quæ eundem conditorem dominum alterius Waldsee in Suevia agnoscunt, &c. Sed cum conciendi mihi sumo libertatem, nihil definitio. Interim apud *Linn. jur. publ. addit. 4. ad 5, 15, p. 934. lego: Duxes Saxonia, præter Electoralem familiam, ab Imp. Rud. 2. ejusque in Imperio successoribus obtinuisse jus successionis in Comitatum Isenburgeum* (de quo Wetteraviae comitatu paulo antea dixi) auff alle Erledigungs-Gäle. Huic vero expectativæ ipsam tesseram ego aptare nolim, utpote quæ ante Rudolphum in nostris scutis.

§. 28. Nunc iterum medio loco septimi ordinis pars aliqua successionis Clivæ occurrit, cum *Marcanum Comitatum in campo aureo fascia transversa tripliæ duæ tessellæ albo & rubro coloribus notat. (d' or à la fasce eschiquetée à argent & de gueules de 3. traits.)* Antiquum in scutis tessellarum harum uthum apud Germanos ex *Phil. Cluveri de rebus patriæ meritissimi Germ. antig. c. 16.* colligere licet. Conf. sagula virgata (*paßdorn & πλεύρα*) Gallorum apud Nobilissimos & gente & literis *Westerum Rer. Boicarum L. 1. pag. 15, 16. Freherum, & Hapingum de jure insign. c. 6. P. 5. num. 680.* Ipsum comitatum Lupia, Monasteriensi Episcopatu, Clivia, Montibus & Westphalia Ducatu terminatum, multisque egregiis civitatibus illustrem, quod concernit, à castro Altena olim nomen ei inditum reperio, primumque Adolphum, ex Altenacensis quintum, qui 1249. mortuus est, Marce titulum summis apud *Hennig. Theatr. Gener. T. 3. P. 2. p. 367.* De familia multa cumulare non est necesse, quæ ipsa est, quam supra §. 9. Clivie auctam ditione, & §. 12. Montanum etiam principatum tenuisse diximus. Quæ jura Saxonum nostrorum sint in comitatum hunc, ex superioribus repetendum est. Ceterum eum in celebri illa post Johannis Wilhelmi 1608. existenti mortem hereditatis controversia, peculiariter ad se spectare contendebant ultimi agnati, ex eadem gente, priusquam



**Marca Clivio** comitatu cresceret, originem suam ducentes, in Gallia Marcani Malleporii, in Germania Marcani Lumæi, ab aliis tamen prætententibus, qui possessionem præcipuerant, exclusi. Ceterum cum *Sibmachi Wapenb.* P.2. p.17. Marcanum scutum sub nomine *von der Mark* prodit, junioris linea (forte Lumeæ) illud fuisse existimo, leonem autem capiti scuti distinctionis gratia (*brisure*) adjectum, quod exemplis in Gallia & Belgio non carerat.

§. 29. Ultima ex Julianensibus areolis *Ravenstergia* est, quæ, à dextris Marcanæ fasciæ, argenteæ tres canthieros coccineos defert. (d' argent à 3, chevrons de gueules.) vid. *Sibmachi Wapenb.* P.2. p.14. Idem emblemæ in Eppsteinio clypeo conspicitur, an vero ex eo de identitate familiaris arguere liceat, viderint alii. Conf. §. 27. Porro habuit hic Ravenstergius Comitatus, præfecturis Ravenstergia, Limborgia, Sparenbergia & Vlothoviana constans, suos comites peculiares, qui in ultimo Ottone defecere, heredite per hujus filiam Margaretam, vel potius ejus occasione peculiari gratia Cæsar, ad Julianenses transmisæ. Ex eo cum reliquis Julianensibus ditionibus eadem fata fuerunt hujus comitatus: Unde nunc quoque in ejus juxta cum Marca & Clivia possessione Serenissimus Elector Brandenburgicus est. De jure nostrorum in eum eadem dici possunt, quæ supra de Julianensibus memorata sunt §.10. Antequam hinc abeam, aliorum etiam *Ravenstergiorum* Comitum facienda est mentio, qui alias *Altorfensiæ* dicti, olim in Sueviæ parte Algoja admodum inclinare, Guelforum primorum factores, sed nunc præter civitatem cognominati, quæ Imperialis est & sualbertate fruitur, vix memoria Comitatus supereat.

§. 30. Qui proxime sequitur alveolus hoc in reliquis eximium habet, quod solo colore miniatum constat, sine alia figura. (de gueules plain.) Evidem apud veteres scuta pura, hoc est unius coloris, gestata fuisse, dubio vacat. Candida scuta *Plutarch. in Mario*, Cimbris tribuit: eadem ex veteribus *Alex. ab Alex. Dier. gen. L.6. c. 21. de Carthaginensibus*, russata autem de Græcis allegat. Postea quoque ab adolescentibus aut juvenibus gestata volunt, qui nullis adhuc gestis propriam eruerint. Hæc à nostris *Wartschil* (Galli tables d' attente nuncupant, vid. *Menestr. verit. art. dublo* f.c.4. p.36.) appellata lego. Quo illud referres, *Virgil. 9. Aeneid.*

#### ¶ armatae inglorius albae.

An vero scutum ejusmodi purum insignium rationem habere possit, disceptatur. Qui affirmant, ipsum scutum conformatio[n]e sua locum figuræ aliquin inscribendæ occupare existimant. Ut adeo excutentur exempla Bandinelliorum in Tulcia & Menesiorum in Hispania, qui aurea testa se jactant. *Menestr. l.c. & in abreg. Method. p.21.* sed & in nostris hinc inde quadrantes putos repertire licet. Ita in Cronbergiis apud *Sibmachi P.1. p.124.* quartus, in Boymundiis. p.99. quadrantis secundi primus & quartus, in Erthalius p.104. secundus & tertius alveoli vacant. Ut alia non cumulet. De significatione nostræ areolæ apud *Albin. Chr. Misn.* p.422. lego notari des Regalisten oder die Blutsfahn? Rubeum colorem esse Majestatis colorem, sanguine claris tantum deberi, fortitudinis bellicæ insigne, & ob hoc à Principibus in bello usurpatum, juxta illud *Virgil. 3. Georg.*

#### Tyros conspectus in Ostro.

legimus apud *Haping. de jur. insign. P.9. §.1.m.2. n.469. & seq. p.653.* Cum vero regalianotari dicimus, exciperet quis, alios etiam principes sua regalia gestare, absque hoc tamen emblemate. Verum Electorales familias, nam & Brandenburgici alveolum similem servant, & olim Palatini, antequam Sphæram cruciferam (orbem vocant) à Carolo V. acciperet Fridericus II. *Conf. Dan. Pare. hist. Palat.* p.271. *Casp. Lerch. à Dirmst. 2. Grunds.* n.75. p.96. tertiam patmulam solo coco tingeant, hoc eximio decore insigniti dicere, nisi etiam in Pomeranorum apud *Sibmachi P.1. p.7.* armis cuspis humjumodi appareret. Cum ergo ratio non parum intricata sit, doctiorum relinquo decisioni & inixu.

§. 31. In cuspede scuti non ignobilis pars incrementorum Saxoniorum continetur. Exhibit illa in aureo laterculo nigrum Gallinam, quæ crista & palea ruboris ita enunciat *Chifflet. E. A. V. insign. II.* quod Gallus Cresté & Barbé, Germanus mit



mit rothen Kammin und Bartlein exprimit) prædicta, *viridi* (aliq[ue] rubeum volunt)  
*colliculo tricuspis* insitit. (d[icitur] or à une poule de sable, creste & barbée de guenies, sur une colline  
à 3. coudeaux de sinople). Porro monticuli talis frequentissimus Germanis est usus, ex-  
teris minus frequens. Figuram illam Sitis etiam montis esse indicium ex Martinio  
testit amicus noster de sacris & profanis literis bene merens Theoph. Spizelius de re liter.  
*Sinen* f. 5. p. 76. Ipsam quod concernit originem hujus insignis, forte à gallina, qua  
cum condenda rex esset, reperta fuerit, deduci, vide conjecturam apud *Spangenberg*.  
*Henneberg. Chronic.* L. 2. c. 3. p. 31. Aliquam variationem situs Gallina idem ostendit.  
L. 2. c. 16. de C. Popponie 12. de quota: *braucht in seinem Justael eine einzelnen*  
*fliegende Henne mit aufgestrahlten Flügeln*, dergleichendoch seiner Vorfahren noch  
Nachkommen keiner gethan.

§. 32. Sunt ex Gallis aliqui huic generi insignia, quod *Parlanteis* vocant, no-  
sti *Redende oder Nam-Bapen* (ut *Harsdorferus* in *Geprächsp.*) *Philip. Campanile*  
*dell' armi.* c. 9. p. 14. naturalia & materialia, alii latini suā aut græca voce, paronomasti-  
ca vel æquivoca, infeliores. Aliqui omnia ea rusticis & plebe quam nobilitate di-  
gniora existimant: qui moderatus loqui volunt, saltem quæ bis loquuntur, hoc est  
duplēcēm allusionem habent, nigro notant commate. Sed sine idoneo fundamento,  
& non absque injuria innumerarum familiarium, quæ his delectantur, usque adeo, ut  
parum abest pleraque omnia antiquorum *séjura* hujusmodi fuisse dicere licet.  
*Conf. Capp. Lerch. à Dirmstein.* P. 1. *Reichs Ritterlich Herkommen* 2. *Grundsat/*  
*summ. Marg.* 68. *Haping. de jur. insign.* c. 5. n. 39. (ubi *Freherum* citat) *Lunne. Iur. publ.* 6,  
6, 17. *Blondell. Generall. Franc.* T. 2. p. 363. Inprimis Heraldice artis peritissimus *Claud.*  
*Fr. Menchier in verit. art. dubia*, p. 440. recipit, in majori, quod de arte molitur, opere,  
integrā secundam partem in hoc argumento insumere, ut æquivoca insignia defen-  
dat ratione, authoritae, praxiantiqua, exemplis supremorum Principum, Civitatum,  
communitatum, familiarum Gallicæ, Hispanicæ, Italicæ, Germanicæ, Polonicæ, Angliae  
conf. eund. c. 20. p. 382; ubi ad originem multorum insignium investigandam, tèpè  
notitiam obsoletorum etiam vocabulorum esse necessariam credit. *Italo*s certe pro-  
prium omnium damnare neceſſe fuerit, si æquivoca dannes. Sed forte reſtricta  
aliorum sententia, quæ sola duplii *inveniuntur* insignia scuta rejicit, non carci fundamen-  
to? Ego vero carere, omnino dico, & idoneum quo advertarius convincatur, exem-  
plum hanc *Hennebergensium* (quos de *Monticac seu Montacac* apud *Spangenberg*. L. 2.  
c. 19. originis, quæ Gallica est *mont à cog*, seu *mont du cog*, ignarum, antiquæ literæ dixe-  
re) gallinam propono. De horum enim insignia & familiæ prisca nobilitate du-  
biū vix esse potest. Unde in argomento, quod ex placito veterum unice pender,  
sufficiens hujus autoritas exempli haberi debet. Sed ne uno tibicen sententia fulciri  
videatur, alia adducam exempla, quibus & theſſin & primum illud nostrum simul fir-  
memus. Si *Sibmacheri* librum evolvas, ubique occurſunt. p. 18. *Ochsenhusanus* abbas  
bovem è domo prodeuntem. p. 16. *Levensteini* comites inſistentem tupileonem.  
p. 32. *Sternbergii* innixam tricipiti collistellam gestant. Vide etiam insignia *Baronis*  
*de Auerberg*, nobilium *Raumschiffel*, *Reithnor*, *Vermul*, *Rabenstein*, *Hornstein*, *Sternfels*, *Kan-*  
*nellenberg*, *Horneck*, *Berenzels*, *Stocker*, (quasi Stockaer) *Wolfsurt*, *Eisenberger*, &c. suis singula  
paganis, ut jam de civitatum scutis, in quibus vix aliud frequentius reperias, nihil di-  
cam.

§. 33. Cæterum *Hennebergicum* principatum notari, ex prioribus jam intelligi-  
tur. Hujus vero ad Saxones nostros delati, duplex, pro diversitate partium, titu-  
lus est. Resita habet: seculo tertio decimo fratres duo Popponis XIII. Com. *Hennebergici* filii vivebant, *Henricus VIII.* & *Hermannus II.* Inter hos illa partitio, ut  
*Henneberga* & *Sleusinga* illi, huic Coburgum cederet, instituta est, vide *Spangenberg.*  
*Chron. Henneberg.* L. 2. c. 30. p. 115. Primum ita Coburgum à reliquo corpore divulsum,  
nondum tamen à gente, quod tum demum factum est, cum filius Hermanni Pop-  
po XIII. 1291. moriens forori Juthæ seu Gutha testamento 22. arcis & oppida,  
atque ita omnem fere Coburgensem districtum relinquaret. Nupsrat Jutha Ot-  
toni longo, ex Ascaniis Marchioni Brandenburgico, atque ita *Hennebergici* pa-  
tronum parte Ascanii aucti sunt. In his Ottonis & Juthæ filius Hermannus ditio-  
nestenuit, & per Waltherum Com. Barbensem rexit, vid. cit. *Chron. L. 2. c. 32. 33.*  
Sed



Sed solis 22.annis exulavit prima hac vice ab Hennebergiis Coburgū, quia Hermanni filia Gutaseu Brigitta 1314. Henrico XII. Henneb. nupta postlimmo omnia reduxit. vid. L. 5. c. 9. Brevis tamen usura, nam paulo post Catharina illis parentibus nata, cum Friderico Landgr. Thuringie ex Misnica gente genito nupsisset, Coburgica denuo attulit. Historiam conjugii non sine difficultate contracti legas licet apud sepius memoratum Spangenbergs. Chron. L. 5. c. 9. 11. & 13. Ita Misnica stirpe ea non ignobilem Francioniae partem, ob quam olim Hermannus Brandenburgicus apud eit. auct. L. 2. c. 33. Dominum Franconia se dixerat, intulit Catharina, & ad posteros, qui Serenissimam Saxoniam gentem hodie constituant, transmitit. Quod Petrus Albinus Chr. Attn. L. 1. Tit. 15. p. 200. refert: Man sagt von Churfürst Friderich dem Dritten so öfter seine Ahnen habe mahlen lassen/habe er zu Lucasen Erwachen dem ältern gesagt: Et sol ihm ja die Hennen fleißig mahlen / denn sie hab den Fürsten zu Sachsen ein gut Ey gelegt: Ex eo Gallina interca in lignis. Sed plures adhuc Hennebergi genitum ditiones fata pia nostris destinabant. Cum enim princeps Georgius Ernestus 1583. vitam & totam masculam Hennebergensem progeniem clausisset, successio Saxones è potiori parte cum Hassis vocavit, qua hodiendum familia fruatur. Conf. Thuan. L. 79. Histor. p.m. 893.

S. 34. Sola ut consideretur superest, quæ scuto medio honoratissimo situ inter tertii ordinis aquilas incumbit, & Electorale axioma notat, parvula. Hęc superiori parte, inferiori argenteo colore pingitur, inque ea duo gladii rubentes in decussim traejecti conspicuntur. (coupé de jable sur argent, à 2. espées de gueules croisées en sautoir.) De significatione adducit P. Albinus. Chron. Misn. T. 16. p. 435. veteres rythmos.

Zwei Schwerdt das Marschalek. Amt bedeuten/  
Die Wendischen Heyden aufzurüten.

Linnæus tamen in jur. publ. 3. 10. 29. credit eorum uno Electorale munus designari, altero fortassis tesseram. Id vero necessarium non crederem, sed juxta rythmum illius tenorem una utriusque de Marescalli (de nomine vide quæ collegit idem Linn. Not. regn. Franc. 2. 27.) munere interpretatio esse potest. Nam & Marescallis Popenheimius, qui non Electoris sed Marescalli propriè vicarii sunt, duplex ensis signif. ationem habet muneris. vid. Sibmach. Wapenb. P. 1. p. 19. Nec mirum sit hoc Symbole, Marescallus vel Protospatarii, titulo à Constantino politanis mutuo petito, dignitatem notari, cum in A.B.c. 22. diserte allegetur, Dux Saxoniae imperiale scure regalem in sem deferens, & Imperatorem seu regem immediatè præcedens, vid. ad h.l. Linn. obs. 3. ubi etiam gladiatores imperii illos, qui bajularent gladium, dictos, & olim à Wenceslao duce Lucenborgio & Brabantino jus hoc Saxonicum in dubium vocatum videbis. In Franciæ regno Marescallorum quidem, ex quo eorum omnis cura ad militiam translata est, insigne scipio esse cœpit, militaris im perii documentum. (Quamvis securum militarem eis tribuat Loysau apud Linn. Not. regn. Franc. 2. 27.) Constatibilis tamen, qui ipse in militia primastenet, & Magnus hipparchus seu scutarius ad utrumque latus scuti gentilitii (qui mos Gallorum est, ut dignitatis emblemata scuto non inscribantur sed adjiciantur) gladios adponunt, sed ille evaginatus & è manu armata porrectum, iste in vagina, quæ a cingulo pendet, reconditum. Conf. Nicol. Befogne in Estat de la Franc an. 1665. T. 1. P. 1. c. 4. p. 15. 17. & T. 2. p. 1. c. 1. p. 3. Cum his vero duobus aliquam affinitatem Elestoris nostri munus habet. Præterea mos ille figuræ officiorum indices, (hoc solo discrimine, quod extra scutum pinguntur) decutiatum collocandi, iisdem Gallis est frequentissimus, quemque in dicto libello ubique deprehendere licet. Illo situ Marescallus militares scipiones T. 2. p. 11. Cancellarius sceptræ, p. 63. anchoras Admiralis p. 55. & ex Vullonii Colombei inventione, (quam tamen praxis secura non est) M. Magister scipiones coronatos. p. 28. Cubicularius claves. p. 60. incisor cum cultro furcillam p. 44. ceremoniarum Magister baculos ferico nigro involutos. p. 250. bipennes hospitiorum designator p. 233; in decussim tracieare debent. Simili ratione editio anni 1657. p. 156. magno Palatii præposito secures cum fascibus, consularibus non dissimiles, adscribit. Ad eundem fere modum, quo Archiepiscopi & plerique Episcopi, spiritualis & temporalis sue jurisdictionis indicio, cum pedo Episcopali gladium in crucis Andreanæ scutum post scutum disponunt.



§. 35. Sumtum verò est illud symbolum, cum ipsa dignitate, quæ in nostra Serenissima gente primum Sigismundi Imperatoris gratia 1423; die Epiphan. Posonii Friderico Bellisco, heroi inter paucos, collata, atq; ab hoc in posteritatem hucusque propagata est. De origine Electorum in universum, questionem decantatissimam, sed difficultissimam, movere nostrum non est: sed qui ampliores sitiunt crateres, alios ad eam oportet. Nec minus qui alteram, quo iure præteritis ultimò defuncti prioris familiæ agnatis Imperator Misericordia domui honorem hunc conferre potuerit? per nosse velut, alios consulat.

## SECTIO II.

SCVTA RELIQVORVM SAXONIÆ  
DUCUM QVI HODIE SUPERANT, VEL  
PRÓXIMO SÆCULO VIXERE.

§. 1. Ita singulas Eleitoralis scuti areolas lustravimus. Reliquorum familie Principium insignia eadem cura evolvere necessitas nulla exigit, ne eadem semper repetere cogamus, sed sufficit notaesse, in quibus ab Electorali differant.

§. 2. Quod ergo insignia Serenissimi Duci *Augusti Administratoris Magdeburgensis* concernit: In paucis illa differunt à scuto jam explicato. Totus ordo primus, ut in Electorali clypeo *Thuringiam, Saxoniam, ac Misnam*; secundus, *Iuliacum, Civitatem & Montes*; tertius verò duasaquillas, *Palatinatus utriusq; indices*, continent, in hisce repetuntur. Similiter *Brenensia, Aldenburgica, Eisenbergica, Ravenstergia, Marcana, regatum atque Hennebergica Symbola*, utrobique eodem situ sextam & septimam seriem atque cuspidem complent. In quinto ordine loco Magdeburgici Burggraviatus, Elektori peculiari, leonibus *Pleissensi & Orlamundensi* apponuntur *Landstergi* pali è quarta Electorali statione huic extrusi. Præcipuum discrimen est, quod parvulae enses Archimare scallatus indicia deferentis loco in hoc scuto alia comparat, non tertiae tamen seriei, sed & quartæ (in qua hinc à dextris *murus*, illinc *bos Lusitanus* emblemata ex latere adstant) medianam regionem complebs. Hæc parma simplicissima est, ut propter unicam tantum linea transversim secta, quæ superioris partis minum, ab inferioris argento distinguit. (*coupé de gueules sur argent*) Iisdem utuntur coloribus & sectionis modo ( si *Sibmachi* fides est ) Poppelii de Lobeoviz, Part. i. pag. 32. inter Suevos Brezii, & Herterti de Herteneck. p. 113, in Hassia Lerbachii. p. 138. in civitatibus Underwalden. p. 222. Adeò non insolens est, pluribus eadem sine variatione competere symbola, quod aliis etiam exemplis probari potest.

§. 3. Significatio hujus laterculi longè querendanom est, cum facile quivis intelligat *Magdeburgensem Archiepiscopatum* notari. Hunc (vid. *Matt. Dresser. Isag. hist. p. 4. pag. 96. &c seqq. Ann. 968.* Otto I. Cesar, antea ab Episcopo Halberstadiensi Bernardo, quo minus id prius faceret, impeditus, instituit, & Adelbertum Archiepisc. præfecit. Accessit dein Norberti, quem 13 numerant, meritis titulus *Primatis Germanie*. Primum verò in hac diœcesi concessione *Alberti Brandenburg.* præfusis, 1539. lumini Evangelii datus est locus: cum jam prius 1524. per B. Luther, & Nicol. Amsdorffium illud civitati fuisse illatum. Successit Alberto *Ioannes Albertus* agnatus, sub quo grave inter Canonicos & civitatem dissidium exarist, ob quod hæc proscriptionem & obsidium sustinere coacta est, sed sustinuit constantissime. Inde *Fridericus & Sigismundus* ex eadem Brandenburgia familia germani tiaram gessere, hic etiam controversias, quæ urbi cum collegio intercedebant 1564. composuit, & Evangelicum præconium templo cathedrali inferre capiit. Non minus de fede hac, orthodoxyæ promotione (vid. *Thuan. L. 38 p. 431.*) & controversiarum reliquarum extirpatione meritus est priorum ex fratre nepos *Ioachimus Fridericus*, Administrator, quem ob ductam uxorem sede dejicere moliebatur Pius Papa, sed *Maximilianus II. Imperator* (verbis *Thuan. L. 47 pag. 801.*) te in longum extracta, vota & intempestivas Pontificis preces elusit. Mota tamen fuit non semel Joach. Friderico lis in comitiis 1576. & 1582. ab adversariis de dignitate & fessionis suffragiive jure; uno hanc causam *Linn. Jur. Publ. 9. 2. 198.* allegat omisso in Camera revisionis, cum ad eam status Romanæ Religioni addicti Primatem hunc admittere recularent. A patre in filium *Christianum VII. Vilhelnum* 1598. derivata est di-



gnitas. Demum cùm Christian. Wilhelmus ob bellum Danici societatem ab Imperatore Proscriptus esset, Canonici Serenissimum Duxem *Augustum* Electoris filium postularunt. Imperator collegio electione novi præsulis interdixit, & filio suo ab Urbano Octavo Papa mitram conferri obtinuit (conf. *Adolph. Brachel. Hist. L. 3. p. 143.*) In pace *Prag. S. Das Ethstift Magdeburg/xc.* Archiepiscopatus hic Augusto ad dies vita concessus, idemq; in pace *Osnabr. n. 11.* constitutum, exspectativa vero Ducatus Sereniss. Eleitorali domui Brandenburgicæ (unde in hujus insignibus eadem haec area conspicitur apud *Fursl. Wapn. P. 3. p. 4.* ut in nostro *L. i. c. 13.*) addicta est. Quæ conditiones huic concessioni adjectæ sint, ex ipso allegato instrumento publico quivis faci legeret.

§. 4. Ab annis non adeò multis una areola auctus est iste clypeus, quæ in scuri pede quadræ Hennebergicæ adjectitur, videlicet *cavula* inscriptis *duobus nullis barba-ti aversis auratis* vel ex naturali colore nonnihil ad flavum inclinantibus. Hoc symbolo designatur comitatus *Barbiensis*, quem 1659. extincto mariatu ultimo Augusto Ludovico Augustus Dux Saxonie crevit, atque eo tuam parvam ornavit. Porro in moneta piscibus quatuor rosas adjectas vidi, quod si ita sit, *Rosenbergiam* dynastiam, Barbiensem Comitum etiam patrimonium, sed ex Magdeburgico feudo, norari crediderim. Nam in Comitum istorum scuto apud *Sibmachi. Wapenb. I. p. 16.* primam & quartam aream rubras singulæ ornant argenteæ rosæ auro gemmatæ, forte nunc compendio cum piscibus in unum laterculum compactæ.

§. 5. Tertius beati Johannis Georgii I. Elect. filius Serenissimus Dux *Christianus Administrator Episcopatus Merseburgici* illam dispositionem servat, quantum ex picturis observare licuit; ut toti scuto pormula Saxonica media incumbat. Primam lineam *Iuliane*, *Civene* & *Montanum* symbola compleant, in secundo ordine crux *Merseburgi* & *Thuringie* leo, in tertio *Asturie* leo & *Palatinatus Saxoniae* index aquila, à dextris & sinistris Saxonum medium *casidus* stipant. In quarta serie *Palatinatus Thuringia*, muri & bos *Lusatiae* comparent: Reliquam partem inferiorem, nullo mutato, communem cum fratre *Augusto* servat, excepto quod modo de Barbiensi accessione diximus.

§. 6. Nullam in hoc scuto figuram repeteris, quæ non in Eleitorali scuto explicata esset, si solam secundi ordinis aream primum, auream nempe arce truce insignem, quæ etiam à Bandalio in Rhenanâ provincia servatur, *Sibmacher. in Wapenb. Part. I. p. 132.* excipias. (*d'or à la croix de sable.*) Hac *Merseburgensis* Episcopatus notatur. Eum institutioni Caroli M. *Ioh. Pomarius Sächsisch und Nieder-Sächsisch Thron. p. 52.* adscribit, sed *Matth. Dresser. Ifaq. Histor. Part. 4. p. 236.* illum tantum autem collegiatæ Ecclesiæ canonorum facit, Henrico Aucipi incrementa, & demum Episcopatus constitutionem Ottoni I. tribuens. Primus Episcopus *Boso* in conversione Slavorum Soraborum diligens 970. vivis excelsit. Successor *Giselarius*, promotus ad Archi-Episcopatum Magdeburgicum, ita attenuavit Episcopatum, ut subiectus Halberstadiensi Præfulti in *Abbatiam* mutaretur, sed 1005. facta est ab Henrico II. restitutio in integrum. Quartus Episcopus *Dietmarus* chronicò edito memoriam sui ad posteritatem propagavit. Post multos alios *Nicolaus Lubecensis*, Electoris Saxonæ Cancellarius & Episcopus *Merseburgensis*, Cancellarius & conservator jurum atque privilegiorum Universitatis Lipsiensis constitutus est. Demum post *Sigismundum à Lindenau à Capitulo electus est* Administrator diœcœlos in civilibus 1544. *Augustus Dux Saxonie*, qui *Georgum Principem Anhaltinum*, Theologorum noltrorum illustrissimum, in spiritualibus coadjutorem adscivit: hic vero nullum fidelis pastoris munus prætermisit, & pluribus concionibus atque scriptis, quæ dein integro volumine 1570. Latine & nostrarum lingua 1610. edita sunt, Ecclesiæ prodesse studuit. Cum vero deinceps *Michael Helingus Belga*, pridem suffraganeus Moguntinus & Episcopus titularis *Sidonius à Collegio intercessione Caroli V. 1550.* postulatus esset Episcopus: præfatus Georgius Princeps *Anhaltinus*, certa protestatione veritatis cauile cavit (vid. *Scripta Georgii Princeps Anhaltini Edit. German. pag. 839.*) Hic Michael inter autores interreligionis 1548. ac 1557. in Colloquio Wormatiensi suæ partis defensor fuit: In Tridentino Concilio assedit, in Camera Imperialis judicio prædictus, & Episcopatum usque 1561. retinuit. Post eum 1562. administratio *Alexandro*, 1566. *Augusto*, 1586. *Christiano*, & 1592. *Ioh.*



*Gergio Saxoniz Electorib. & Ducibus demandata est. Nunc eandem, cujus hic insignia tractamus, hujus filius Serenissimus Dux Christianus tenet: Confer de hoc Episcopatu*

*Frid. Hortled. de caus. Bell. Germ. 1,5,11. p. 1295. 1299.*

§. 7. Nunc ordo requirit, ut clypeum Serenissimi Duciis *Mauriti* lustremus. Sed in hoc quoque non multum differentiae reperiems. Prima laterculorum series *Thuringiam, Civitatem & Misnam*, secunda *Cisicensis* seu *Naumburgci* Episcopatus insigne, & (nisi pictor erravit) *leonem Montanum*, tertia *Iuliacensem* Montano alias preponendum ac *Palatinatus Thuringie* symbolum, quarta *Palatinatum Saxoniae & Lusatiae* notas, quinta *Pleissensem*, *Orlamundanum* & *Landsbergum* d'eymata, representant; sexta, septima & culpis cum prioribus consentiunt.

§. 8. Solanos, quo minus pergamus, detinet area secundi ordinis prima, quæ si picturam communicatam in spacio, superiori parte rubet, inferius argento fulget, si vero *Sibmachi Wapenb.* Part. 1. pag. 11. fidem adhibeo, tota coccinea est. Quocunque vero colore sit, in decussatu trajectos clavem & gladium (si capulum aureum excipias) argenteos exhibet. Hieroglyphicum figuræ non difficulter capies. Clavis Ecclesiastica potestatis etiam Biblica phrasij symbolum est. *Conf. Celeb. Salom. Glass. Philol. Sacr. Lib. 5. Tr. 1. c. 12. p. 1328. (392.)* Unde qui universalis Ecclesiæ audire vult Episcopus, Papa Romanus, autoritatis sua indicium duplii clavæ aurea & argentea facere solet. Quam duplicem clavem non ad palatum Romanorum, David Parens ad Apocal. 9, 1. ita interpretatus est. A Christo primus Ecclesie Romana Episcopus accepérat clavem regni celorum, hoc est, potestatem ligandi & solvendi conscientias secundum Legem & Evangelium Dei: sed contra hanc clavem Satan Papa dedit clavem abyssi: qua clavem Christus transfixit. Hinc due claves decussate in Pontificis insignibus cernuntur. Verum Episcopos etiam non infrequens haec figura est. Cont. Insignia Bremensis. *Sibmachi Wapenb.* Part. 1. p. 9. *Wormatiensis*, ibid. *Mindensia* p. 10. *Brandenburgia* p. 11. In Abbatibus s. *Haimerani* & *Petershusi* p. 13. Ut vero spiritualis autoritatis illud testimonium fuit, ita gladius adjectus temporalem jurisdictionem notat, quæ jam diu est, quod penes Episcopos in Germania fuit. Eos à Ludovico Pio principali dignitate auctos, sunt qui perhibent: alii à Carolo M. jam tale quid tributum arbitrantur. *Conf. Klock.* 1. consil. 14. num. 7 & seq. consil. 15. n. 8 & seq. Unde mos fluxit, ut una cum pedo pastorali gladium post scutum (et quod mireris, loco ante pedum posteri) collocare Archiepiscopi & Episcoporum nostri magna ex parte soleant. Vide *Wapenb.* Part 1. pag. 3. & 9. In Gallia idem obtinet circa Episcopos, qui temporale dominium obtinent, sed hi à latere collocant gladium. *Vid. Cl. Franc. Menestr. art. du blas. c. 13. p. 170. & 14. p. 187. & apilog. contra Labourerium. 10. p. 246. & seq.* Quod ergo alii exterius adhibito ente notare volunt, quidni pariter eadem figuræ patulæ in terra notari dixerim? Nam præter hoc exemplum *Menestr. d. l. pag. 252.* notat Episcopum *Podiensem* in Gallia, in Anglia *Londinensem*, *Vintonensem* & *Oxonensem*, quorum insignia gladius armantur.

§. 9. Ceterum ex his haud obseuerè colligitur, quid notari hac area velim: videlicet Episcopatum *Citicensem*, vel quo nunc nomine nuncupatur *Naumburgensem*. Taries allegatus *Petrus Albinus Chr. Mtn. Lib. 1. Tit. 22. pag. 283.* Cittice ad Elsterum, quæ à Carolo M. (cui tamē *Pomarius Sächs. und Nieder. Sächsische Chronic.* p. 52. ipsum Episcopatum acceptum fert) aut filius collegio Canonorum regulatum ornata fuerat, memorat Episcopalem dignitatem ab Ottone I. Imperatore (cui ex *Theodor. de Niem* rerum nostrorum peritisissimus *Christoph. Lehman in Chron. Spir. Lib. 4. cap. 3. p. 275.* attribuit, quod pene omnibus cathedralibus Ecclesiis una cum Dominiis temporalibus propriis insignia perpetuo deputaverit) Soraborum Venedorum saluti invigilante, collatam esse, ut metropoli Magdeburgicæ libesset; cum vero non nisi tres Episcopi ordine, *Hugo, Fridericus & Hugo* 2. prætulissent, 982. à Melitone Venedico seu Vandalico Principe Episcopatus devalstatus, occasioq; data est, tub Hildeberto, cum transferendi *Naumburgum*, seu *Noviburgum* ad Salam. Translationem *Conradus II. Imperator* 1027. ob hoc ipsum aliquibus habitus fundator, & *Joannes Pontifex* confirmarunt. Quadragesimum in Antistitium ordine numerant *Philippum Palatinum*, *Philippi Ingenui* Electoris filium, qui Fritengensi quoque Episcopatu prætulit. Huic *Iulium* ex generosa Pfugiorum prolapia (cujus nomen subscriptum legimus in comitio-



tum Augustanorum 1548. & 1555. recessibus) subiungit ultimum Albinus. Hujus vero electioni, suo jure contradixit Elector, & ex Nobilitate Misnica alium Theologum Wittebergensem Nicolaum Amsdorffum, ejus loco substitutum, qui inaugurate B. Lutheru dignitatem suscepit. Conf. Iohann. Sledianus Lib. 14. pag. 395. & apologia Megalantri nostri Lutheri Tom. Ienens. 8. vel. Altenburg. 8. fol. 1. & seqq. Porro Julius ab Electore non admisus in Cesarea aula exulavit, donec 1547. armis in dignitatem restituueretur. Hinc formulae Interimlitice 1548. cum aliis auctor, & 1557. Wormatiensis colloquii praes fuit, sed eo 1564. mortuo, postquam vera Religio introducta fuisset, ad Serenissimam Domum Saxoniam certa ratione diocesis administratio Collegio contentiente, devoluta, ac per Augustum Electorem, Christianum Electorem, & Augustum Ducem (quos racenset, dignus qui legatur Matthaeus Dresorus Iagog. Histor. Part. 4 pag. 254-256.) gesta est. Eam nunc obtinet Serenissimus Dux Mauritius.

§. 10. Ita vidimus scuta Electoralis linea. Quod reliquos Serenissimos Principes hujus familiae ex Ernesto prognatos concernit, omnibus non multum diversa symbolorum scutariorum dispositio servatur. Ut videbatur primi ordinis valvuli inter Thuringicum & Misnicum symbola Clivum continant. Hinc Iuliacensis ac Montanus, atque sub illis duæ aquile Palatina (inter quas aliquando Thuringici Palatinatus iudicem à dextris, pectoris virtus, an studio? collocatam vidi) Saxonum scutum reliquis incubans stipant. In quarta serie palos Landsbergios Orlamundensis atque Pleissenfis leones respiciunt, sub his Eisenbergium Comitatum Aldenburgum ac Brenna comitantur vel cingunt. Tandem in cuspidi scuti quadrifariam secta Marcana fascia, & Ravensbergii cantherii, areolam purpuream regalium notam, atque Hennebergiam gallinam includunt.

§. 11. Quam modo expressimus dispositionem servarunt Serenissimi Duces Fratres Iohannes Ernestus, Adolphus V Wilhelmus, Iohannes Georgius & Bernardus, quibus Vinaria, Isenaci & Jenæ sedes tuit, nisi quod quatuor illas pedis areolas in duas regiones partirentur, quarum superior regalum quadram Marca & Ravensberga inclusam, ima cuspis Hennebergam referret. Quod verò Serenissimi Duci Iohannis Georgii in prisca spem avorum lucrificentem florentissimam sobolem concernit, maternioris causa, scutum novis auctum est areolis. Unde illud scutum septem transversis lineis in octo regiones securat. Supremam ornant tessera inter Thuringiam & Misnicam Clivis, secundam inter Iuliacensem & Montanam Orlamundana, in tertia hinc Palatinatus Saxoniae, isthinc Palatinatus Thuringie, in quarto hinc Landsberga, isthinc Altenburgum, in quinta à dextris Pleissa, alæva Eisenberga stipant majus medium scutum Saxonum. Sexta regio Brezeni & Wiggensteini symbolo interjicit medium Saynense, septima Marcano & Ravensbergio Hennebergium; in pede scuti regalum quadram comitantur Homburgia & Freisburgia dynastia.

§. 12. Videmus in hoc scuto quatuor laterculos novos Saynensem, Witgensteinum, Homburgum atque Freisburgum. Hi Serenissimi fratribus Friderico Augusto, Iohanni Georgio & Iohanni V Wilhelmo competunt jure Sereniss. matris, quæ est Iohanna Saynia-Witgensteinia filia Illustrissimi quandam Ernstii, qui Witgensteinum à patre Comes, materno jure etiam Saynentein Comitatum habuit, & ad filias transmitit, licet fratres alia matre nati, filias excludere frustra laborant. De qua rediximus Lib. 3. cap. 32. num. 4. 5. seq. Porro tessera illæ sunt Sayns, in rubea parma leopardus erectus seu leo facie adverba aureus (ein aufgerichteter gelber Leopard / oder Löw mit beydien Augen vor sich schend). Witgensteinia nigri duo pali argento inducti: Homburgia castrum duarum turrium cum media porta & muro illas jungente ex argento in minio: Freisburgia, in pelta nigra baltheo diagonali sinistro argenteo inscripta tria capita a-prugna nigra.

§. 13. Inter Gothanos Serenissimus Dux Fridericus, præter columnam Romhildensem, de qua §. 18. dicemus, parenti ipsius gloriose memorie etiam uitatam, superiori anno novam areolam inseruit, clypeo in sex regiones distributo, ex quibus prima Clivam, Thuringia & Misnia cinctam, etiam exhibet, in secunda cingunt medium scutum Saxonum, Iuliacensis & Montanus icones, in tertia Landsbergios palos, utrius-



utriusque *Palatinatus aquilæ*, quartam ornant præter *Eisenbergam leones Orlamundanus & Pleißenfis*, proximam constituunt interposita areola *regalium Altenburgum & Brenn*. In pede autem scuti vel sextâ serie quinque omnino laterculi conjunguntur. In illis medius est *Hennebergica gallina insignis*, extremi *Marcana fascia & Ravenspergenis bus cantherius*: sed gallinæ proxima sunt à dextris *columna Romulensis*, à levæ leo. Hoc novo & in prioribus scutis non comparente laterculo designatur *Thommenfis Dynastia*, quam princeps à *Christiano Ludovico C. Waldeccio* emit. Quomodo ea ex *Gleichtor*um patrimonio ad *Waldeccios* delata, & gratia *Saxonicon ducum*, feudi dominorum collata sit, L. 3. c. 39. n. 10. vidimus. Ex eo vero apparet, areolam cæruleo, leonem argento tingendum esse: quam tessera à comitibus suis *Gleichiis* istud Dominum accepit.

**§. 14.** Itavidimus Principum, qui ex Serenissima familia nunc quoque vivunt, scuta. Verum opere pretium non dubito hinc etiam exspectandum, si quedam defunctorum insignia repræsentemus. Non jam ad manus sunt omnia: unde supplete, cui lubet, defectus hujus tractationis poterit. Initium mihi esto à seculo superiori. Eo incipiente in vivis erant *Fridericus & Ioannes*, unus post alterum Septemvir, horumque pater *Albertus*. Illorum insignia (prout SS. Bibliorum editioni *Vinariensi præmittuntur*) ita habent, ut duæ linea ad perpendiculum, & tres transversæ clypeum fecent. In primo ordine leones *Thuringia & Misnica*, *Saxonum emblemata* utrinque stipant, in secundo peculiarem *Electoratus* partim *Palatinatus duplex aquila cingit*, cuspidem *Brenensis*, *Landsbergia* & *Aldenburgia* hieroglyphica occupant, in tertia serie inter *Orlamundanum* seu *Vinariensem* & *Pleissensem* leones media arca est, quam non bene dignosco, an pura, quod vellem, sit, an ex duobus coloribus composita, quod typus (ied vix cum ratione) innuere videretur. In monetis aliquibus *Ioannes Elector* quatuor *parmulas* circa effigiem suam collocari jussit, *Electoram*, *Saxontam*, *Thuringiam* & *Misnicam*. Pater *Albertus Equitum* aurei velleris ordinis adscriptus alia usus est dispositione, quam exhibet *Chifflet. Insign. Eque. A.V. n. 96*. In ea superiores tres areolas *Thuringia*, *Landsbergia* & *Misnia*, proximam ducatus *Saxoniae* duplci *Palatinati* circundatus, tertiam *Vinaria* & *Plessa* (medium *Saxonice* scutulum adhuc compleat) ultimam hinc *Brenn*, illinc *Aldenburgum* tibi vindicante, areola media, argento & minio perpendiculariter secta. Hoc hieroglyphicum ultimum non magis quam *Chiffletius capio*, neque alibi in *Saxonice* clypeis conspicitur. Quod enim *Halberstatensis Episcopus* in *Sibmachi. Wapenb. P. 1. p. 10*. *Juliacensis* comitatus P. 2. p. 11. & ob id *St. Venbergiorum* Baronum primus laterculus P. 1. p. 33. *Rogkenhausens* cor. P. 3. p. 27. & nobilis de *Aurach. P. 1. p. 94*. *Wanglin. P. 1. p. 147*. *Betrwingen* P. 3. p. 182. & forte alii hanc selectionem scuti ostendunt, nihil hoc ad *Saxonos* nostros. An forte dicemus, deceptum imperitoris pictoris manu aut ætate corruptæ pictura Chiffletium, laterculo *cocineo*, quem in *Electoralis* scuto lustravimus, nequicquam argentum addidisse? Judicent de hoc alii.

**§. 15.** Extinctis istis filiis successere, in *Electoratu Joanni Ioannes Fridericus*, *Alberto Georgius* & *Henricus*. *Ioannes Fridericus* ita disponebat scutum, ut *Saxontam*, *Thuringia* & *Misniam* primus ordo; *Palatinatum* utrumque cum medio scuto *Electoralis*, secundus; tertius *Vinariam*, *Landsbergam* & *Plessam*; quartus *Altenburgum*, *Burggrav. Magdeburgicum* & *Brennam* designarent. Cuspidis eadem species (in Bibl. *Vinariensi*,) apparet, qua in parentis octavo laterculo notata fuit. Nec hic certiora de illa statuere possum. Cæterum cum prefatis *Ioan. Fridericus*, princeps pietate & magnitudine animi nemini secundus, *Electoratu* dejecus eset: invenio controversiam ei cum *Mauritio & Augusto* intercessisse, ob ulum *ensium* *Electoralis* notæ; sed composita illa & usus tituli ac illius emblematis ei permisus est. vid. *Iacob. Augusti. Thuan. L. 13. Hist. pag. 612*. *Henrici insignia* *Ioann. Iacob. Luck. syll. numism. pag. 94.* repræsentat, ut caput ictui *Misnica*, *Thuringica* & *Landsbergia* occupent, medium *Saxonice* trabes & ferrum inter *Palatinatus* *Saxonici* aquilam ac leonem *Vinariensem*, tum rosa *Aldenburgia* inter *Pleissensem* leonem ac *Palatinatus* *Thuringie* avem, explicant, & culpis complectatur *Brennese* emblemata. Quæ utrinque addit spatiæ vacua sculptoris imperitiæ adscribere mallem, quam causam rimari. Eandem dispositionem à fratre *Georgio* usurpatam vix dubito,



nam & alias eadem uterq; frater scutula in monetis effigiei suæ addi curaverant , nem. pe *Saxonicum*, *Thuringicum*, *Misnicium*, *Sibmachi*, & *Palatinatus aquilam complexa*.

§. 16. Jam Henrici filii *Mauritius* & *Augustus* haud dubie paternis insignibus successere, additis postea electoralibus symbolis. Circa Augustum hoc unum notare luet. Insignia, quæ à *Sibmachi*. *Wapenb.* P. i. p. 5. n. 1. referuntur, non alii quam ipsi deberi. In illis Aquilam *Saxonici Palatinatus* indicem leones *Thuringicus* & *Misnicus*, in tertio ordine *Landsbergicos* palos *Brenensis* signum & altera aquila, mox rotam areola *purplea* & fascia *Eisenbergica*, cinguit, gallinâ *Hennebergicâ* in cuspidem collocatâ : in secunda serie inter leones *Orlamundensem* seu *Vinariensem* & *Pleissensem* parma reliquis incubat, quæ ad perpendiculum secta, dextrâ sui parte trabes & ferrum, sinistra cruce nigrum auro impressam refert. Ut verò *Saxoniam* hieroglyphico priori notati nemini dubium esse potest, ita altero *Mersburgum* designatio non magis ambigo: haecque ipsa ratione Augusto scutum vindico, qui à Mersburgensibus 1544. Administrator electus est. In altera linea Joanne Friderico *Ioannes Fridericus* & *Ioannes Wilhelmus* geniti sunt. Hi ex paterno scuto ante omnia electorale & *Magdeburgici Burggraviatus* emblemata omittunt coacti sunt. In reliquis non eandem utrique statuta placuisse invenio. *Ioh. Friderici* clypeum depingit ex moneta lob. *Iacob. Luck. Syll. Numism. p. 224.* ut si tres palos dicatis, primus *Atisniam*, *Palatinatum Thuringia*, *Vinariam* seu *Orlamundam*, tertius *Palatinatum Saxonia*, *Aldenburgum* & *Pleissam*, Medius una areola ob cuspidem auctior *Thuringiam*, *Saxoniam*, *Brenam* ac *Landsbergam* designet. Aliter *Iohan. Guilelmi* clypeum disponunt pagellæ Biblii *Vinariensis* præfixe, ut primo palo *Palatinatus Saxonia*, *Orlamundensis* seu *Vinariensi* & *Brenensis* comitatus, ac regalium index areola pura, secundo *Thuringia*, *Saxonia*, *Landsberga* & *Aldenburgum*, tertio *Misnia*, *Pleissam*, *Palatinatus Thuringia*, atque *Eisenbergia* consipientur. Eadem dispositio dein filio hujus *Ioanni* attribuitur, nisi quod cuspidi *Hennebergia* adjicitur.

§. 17. Plura clypeo adjecta sunt, cum hoc seculo ineunte *Juliano-Clivensis* prætensio insiceretur. Tum in hanc formam redactum est *Electorale* scutum, priusquam Lusatia accederet, ut in monetis, si in scy ordines transversi 5. lineis secaretur, primus *Thuringiam*, *Saxoniam*, *Misniam*, secundus *Juliacum*, *Cliviam*, *Montes*, tertius *parvulam electoralem* inter aquilas duas *Palatinas*, quartus *Orlamundam*, *Landsbergam*, *Pleissam*, penultimus *Aldenburgum*, *Magdeburg*, *Burggraviatum*, *Brenam*, ultimus *Marcam*, regalia, *Henneberg*, & *Ravensbergam* continerent. Parum differt pictura *Sibmachi*. *Wapenb.* P. i. p. 3. cui hic plenam fidem attribuerem. In hac enim 5. superiores ordines eodem cum monetis modo repræsentantur, sextus *Marcam*, *Eisenbergam*, & *Ravensbergam* designat. Hisce cuspis subiectur in *Hennebergicum* & regalium hieroglyphicum divisus. Alteri lineæ (ex *Vinar. Bibl. edit.*) ista probata est dispositio: Quam §. 10. descripsi, tanquam nunc etiam ab illis usurpari solitam. In qua primus & tertius palus idem est, quia antea in Electoralibus armis, in solo medio palo differentia reperitur.

§. 18. Non longe hinc abit scutum, quod *Sibmachi*. P. i. p. 5. loco secundo exhibet, & haud dubie *Ioannis Friderici* junioris filius proprium fuit. In eo superiores quinque ordines nihil differunt à *Vinariensi*, quod modo consideravimus. Solus pes scuti aliter habet. Cum enim illud una serie quatuor areas exhibeat, hoc tres tantum, ad priorum modum esse patitur, in extrema vero cuspidis parte alias duas subiecti. Illæ sunt purpurea regalia, fascia *Marca*, & *Cantheria Ravensbergii*. Harū sinistra gallinam *Hennebergicam* detinet, dextrarubens, argenteam auro tamen coronatam columnam exhibet. *Rombildensem* ditionem ex *Hennebergicis* denotari, *Sibmachi*. P. 2. p. 6. docere potest. Hujus verò significationis apud *Spangenberghum*, diligentem *Hennebergicarum* rerum scriptorem, nullibi mentionem invenio; Potius apud eundem Lib. 4. c. 23. p. 159. repetitio, Antonium Columnum Italum de agnatione *Hennebergiis* persuasisse, adeò ut hi à *Friderico III. Imperatore* circa 1416. (quod & *Pius II. Papa* confirmavit) *Columniorum* illam in area rubra argenteam columnam coronatam peculiari privilegio insignibus suis addi pterent & obtinerent. Idem tamen ostendit Lib. 1. c. 3. olim quoque huic genti, antequam *Hennebergicum* nomen ad civitatem, columnam fuisse in uili. Cæterum *Rombilda* exstincto Bertholdo XIX. Principe *Hennebergico* linea & *Aschensis* ad *Mansfeldios*, ab his permutationis jure ad *Saxones* devenit (vid. *Spangenb. Chron.* 5. 26.)



In Serenissimi Ducis Erneſti ſigillo, quod hoc emblema, niſi me oculi feſtellere, nota-  
verum, ſuperius dixi.

§. 19. Unius me adhuc admonet Hennebergicorum symbolorum evolutio; videlicet ut obſervetur, cum principium ſymbolum videlicet gallina (ut vidimus S. i. n. 31.) & hic Romhildense emblema, Hennebergiaſ ſuccelionis pars, à Saxonibus aſci-  
tum ſit, alterum tamen aureum laterculum , qui apud eundem ſibmab. P. 2. p. 6, in fe-  
cundo Hennebergico ſcufo ex teſtelliſ argenteis & rubris prominentem nigrā aquila  
bicipitem defert, nunquam aſſumtum eſte. Illo enim emblemate *Burg gravatus*  
*Herbipolitanus* notabatur apud Spangenbergh. L. 1. c. 7. unde aliqui etiam , quibus cum  
Herbipolitano antitite lites aut aliam ob cauſam eo abſtinuere. vid. L. 2. c. 26. p. 103.  
L. 3. c. 6. p. 134. Reſumſit vero Henricus XIII. L. 5. c. 17. p. 203. Unde ad finem uſque  
familia ejus uſus duravit.

§. 20. Ethac etiam de variationibus, quas mihi videre contigit, insignium Sa-  
xonicorum dixisse ſufficiat. Omnes me expreſſiſſe, neciſe credo, ſed non viſas o-  
mittenti nemo jure ſuccenſebit.

## C A P U T II.

### DE APICE VEL TIMBRO ET GALEIS.

§. 1. I Ta priori inſtituti noſtri parte, ſcuſi contemplatione, deſuncti ſumus: jam acro-  
ſtoliū ſeu apex, quem *timbrum vel cimerium* nunc upare ſolent, & in primis ga-  
leobis ſpectandæ ſunt: quamvis nonnunquam hæ abſint, eorumque locum *mitra*  
*Electoralis* muris pontici vellere ferta, quod oræ reductæ monſtant, ſcuſo impoſita  
uſtineat. De galeis vero & coronis generatiū ut agamus, non patitur ratio pro politi,  
cum traſtationi generali artis heraldica hæc etiam materia ſervanda ſit. Pauciflma ta-  
men, nec niſi neceſſaria, prænotare cogimur. Ut cum obſervat C. p. Lereb. à *Düringſien*  
*de ord. equeſtr. Grundveſie* n. 4 p. 64. Dafs vor deme Fürſten und Herbege mit feinen  
H:lin gleich ein Ritterſmann aufgezogen / ſondern wie in Räyters Heinrichs  
Thüriner Ordinung zulſen/ bloſſes Haubts unter einer Kron und Kraut. Nihil o-  
minus niſi qua hæc lex tut, eam non perpetuum aut non extra torneamenta in uſu uifte  
oportet. Nunc enim non galeatantum, ſed & promote noſtræ gentis, cui major quam  
exteris caſſidum cura, uni ſæpè, ut hic fit, ſcuſo plures incumbunt. In collegio Equi-  
tum Aurei velleris galeas plures non admiſſas eſſe, perhibet lape memoratus Ioh. Jacob.  
*Chifflet. monit. ad lect. tract. de inſign. gentil.* E. A. V. A filio vero *into Chifflet. brev. hiſtor.*  
*Eg. A. V. c. 8. p. 23.* diſcimus, ex quo Philippus 2. Lufitaniam ſubjugaverit, eum Galeas  
Caffellanam, Aragoniacam & recens partam Portugallensem imposuit ſcuſo, atque  
aliis proceribus binas conceſſiſſe: Sed ut inclinata & obversa recipiſſent ſe invicem.  
Multa enim in hoc juxta ſecularium ſcita diſerentia eſt, qui recta facie aut luſi. (Den  
*Durchſchnitt nach/ en pourfil.*) galeam collocare debeat: quorum illud ſolis ſummis  
principiis deberi aſiunt. Sed & de numero craticularum, vel cancellorum tantum  
non ſuperſtitioſe diſputant, qua in uſum publicum nunquam admiraſſunt. Videatur ē  
Gallis M. Vulſon. de la Colom. ſcienç. Heroiq. c. 35. p. 384. seq. ex Italis Philibert. Campanile  
dell' armi. c. II. Noſtris hominibus, ſi uolum diſcriuen gallarum apertarum Thuriuſc.  
helm/ & clauſarum, Stechhelm/ (quarum haſ non per clathros, ſed minuta foramina  
luſem admittunt, & olim nonnunquam à Magnis etiam Principibus promiſuē uiur-  
patæ ſunt, conſuetudine a noſtris moribus abhorrente. vid. *Linn. Iur. publ. addit. Tom.*  
*V. ad 6.6. p. 60.* Theod. Haping. de juv. Inſign. c. 9. n. 515.) excipias, nec clathrorum certa  
lex eſt, nec ſitus. Certe in ſibmab. Wapenb. P. 1. & 2. perpetuo, quibus fors in medium  
in pagina locum obtulit, caſſides rectas, quibus primum & quartum in laevam, ſecun-  
dum & quintum in dextram conuerſum ſitum attribui videmus. Sed tam non exinde  
aliquam illorum ξεχν̄ colligas velim, quam non de iſtis male ob eam Chalcographi  
diſpoſitionem ſenties; quamvis alioqui titus galeæ ad laevam nothos arguat, juxta pre-  
ſcriptum diſciplinæ, cuius multa ſtatuta, vel non fulcepimus , vel ſervare negleximus.  
Conf. ſupra c. I. S. I. ſ. 2. E contra in continuatione Pauli Furſtii P. 3. & 4. universiſſe  
communi cum maximis & ſummis Principibus axiomate , adverſas galeas gerunt,  
quod haud dubie exteris crucem figit. Ubi plures autem caſſides ſcuſo incumbunt, ut  
in



in his Serenissimorum Saxonum insignibus sit, ea perpetua est consuetudo (neque hic pictorum culpa est) ut media adverla sit, & eam ex utraque parte respiciant certe, vel ubi numerus aequalis, ut media pars in lavam, reliqua in dextram eodem fine respiciant. Unde de situ nihil amplius notare necesse est. Porro eas auro pingi, non ambo: hoc enim non alias modo summis Principibus solempne est, verum etiam apud Chifflet, qui Equitum aurei velleris ordini ascribuntur, tali metallo omnes ornant capitis tegumenta.

§. 2. Ordine nunc singulas intueamur. A dextra parte prima aurata, quales & reliquæ phaleris aureis & cyaneis (regulam *Vulsoni*, quod metallum interiorem, color exteriorem partem tingere debeat, nobis constanter receptam esse, non scio) concreta, coronam gerit; ex qua ala (vel potius jugum alarum, ut tamen altera post alteram lateat) prominet, cyano superius infecta, inferiori autem parte auro picta, ut pinnæ, quales in laterculo *Lusatia superioris* apparebant, muri distinctioni serviant. (Alibi murum cum pinnis suis medieæ alæ insertum vidi, ut color, quo alæ tintæ sunt, non minus infra quam supra murum conspicatur.) Hoc ipsum indicio est, cui aere casis respondeat, ac ita quam dignitatem significet. Neque multa cumulo. Cum imprimis ex frequentissimis acrostolis alæ in insignibus appareant. Ex antiquitate apud Plutarchum Cimbrorum alatas cristas ad hanc figuram aliquo modo reduci existimo. Cum vero Coronam dixi, eam vulgaris formæ esse intelligo: ita enim apud nos in more est, qui curiosi non sequuntur diligentiam Gallorum, quia illi non regiabantur ab aliis, verum etiam Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum &c. coronas inter se distinctiones volunt. Vide citatum *Vulson. de la Colomb.* cap. 37. Fr. Menestr. verit. art. du blason. 13. p. 157. *Carol. Pascal. de Coronis.* 9. cap. 22. & præfat. *Wapenb. Sibmachi.* P. 2. n. 73. 74. 75. 76. (ubi tamen, ut & in pictura ipsa, non unus error deprehendi potest) Nostris, ut præoccupavi dicere, una est ordinaria coronarum forma, quæ apud autores ubique reperitur.

§. 3. Ex Secunda galea lacinia hinc minio, inde auro tintæ dependent. Acrostolum constat taurino seu bubalo capite rubeo, quod argenteis cornibus, oculis (seces quam Chifflet. ins. seq. A. V. n. 47. auro cornutum & oculatum prodit) & qui per narres trahicunt, annulo ornatum, atque aurea Corona florea, circulo scutariæ fascie laterculi Marcani concolori, redimitum est. *Chviam* illo capite notari certum est, circulo vero coronæ, *Marcam*. Siantiquitatem respiciamus, jam olim memorante *Diodor. Sicul. L. 2.* Reges Ægyptiorum leonis, tauri aut Draconis caput, Principatus insigne gestare sunt soliti: An vero hoc ab illis ad Græcos, inde ad Romanos, tum Celtas transferier, disputat, nec Stevvechii conjecturam admittit, sed Celtes suos in hac quoque re mores ex ipsa gentium dispersione arcessit, de Patria meritis *Philippus Cluver. Germ. antiqu. L. I. c. 44.* omnino legendus. Alioqui Steph. Pigh. de quo supra c. I. s. I. §. 8. hujus etiam hieroglyphicon ad *Solem* referit, ad cuius naturam, ut reliqua signa Zodiaci, ita in primis tauri referatur. Sed & Rhenus, qui bicornis, ut alii plerique apud antiquos fluvii, pingitur, & cuius interior tractus circa ipsa fere divergia domui huic continua successione paruit, causam potuit dare. Conf. *Limn. lur. publ. 5, 10, 3.*

§. 4. Tertiagalea, quam vittæ caruæ altera parte argento exornata tegunt, coronam gestat, ex quo prominent duo cornua argentea (*C. Oronce Fine. p. 140. trompes vocat*, quod notaret proboscides elephanti) recurvis atque apertis extremitatibus, quas & cornuum latera quini vel quaterni utrinque bacilli foliati ornant. vid. *Sibmachi. Wapenb. P. 2. p. 6.* Porro antiquissimus in galeis cornuum usus est, ut adeo non nunquam horum vocabulo universus apex intelligatur. vid. *Haping. de jur. insig. cap. 9. §. 4. n. 581.* Ita Pyrrhum cornua hircina gestasse memorant, quod & de Philippo Macedone prodit *Livius*. Conf. de more illo antiquitatis promum condum *Lipsum de milit. Rom. L. 3.* Amplius Gallorum galeis *Diodorus* cornua, tum avium aut quadrupedum formas aptat. vid. etiam supra allegatum *Cluver. d. l.* De symbolo roboris & eminentiæ splendorisque videri posunt varia variorum. Conf. 1. Reg. 22, II. *Celeberr. D. Glass. Philol. Sacr. L. 5. tr. I. c. 8. p. 1168. (168.) & c. 11. p. 1267. (p. 307-308)* Unde nostri, quibus non infrequentius ulius in galea cornuum, sarcasmos exterorum merito rident. *Limn. lur. publ. 6, 6, 95. & T. addit. V. p. 61. Haping. de jur. insig. c. 9. n. 32. seq. Futorum*, quæ ex bacillis adhaerent cornibus, ornamenta nostris etiam sepe sunt usitata. vid.



vid. *Saxonia Duc. Sibmachi. Wapenb. P. 1. p. 4. Eberstein Com. p. 14. Freundsberg. Baron.*  
*p. 25. ita sine bacillis Noſchuviz p. 66. Sed & aliis decoribus illa cornua alibi exornati*  
*videamus: ut foliis quercentinis, ita Geymann. p. 36. vel foliis, ut Geſtruck p. 49. Roſenau. p. 104.*  
*vel pennis pavoninis, e. g. Schurwartenberg. Com. p. 15. Roggendorff. Baron. p. 21 Baum-*  
*garde Bar. p. 24. 40. V Volckenstein. Bar. p. 26 Sindersdorff. Bar. (ubi utrinque pennæ illæ,*  
*& in altera galea bacilli liliati cornua circumfunt) p. 31. Gramlich. p. 42. Sinzendorff.*  
*p. 92. vel struthionis, Starzhausen p. 84. Pronner. p. 98. Liechtenstein. p. 100. Groſen. p.*  
*104. vel globulis, ut Eitzing. p. 22. vel vexillis, ut Terza. p. 32. Arzletter. p. 37. Roſeviz.*  
*p. 67. ut &c. de quo paulo post, Saxonia Dux, vel annulus, ut Auer. pag. 35. vel clavis, ut*  
*Kirchberg. p. 35. vel stellis, ut Heinſpach. p. 93. &c. quæ omnia ideo cumulavi, ne nimis*  
*insolens videatur, è cornibus folia suspendere. Unicum supererit, ut hac galea Thuri-*  
*giæ notari obſervetur, de qua quantum fatis fuit, c. I. S. I. §. 2. & 3. diximus.*

§. 5. Offert se proxima auteis atq; nigris laciniis circumfula galea, & super ea corona, ex qua pileus turbinatus fasciis aureis (fallit literula W. album colore designans apud Furſt. Wapenb. 3. p. 4.) & nigris fertoque transverlo, symbolis Saxoniciis, exaratus, defuper verò corona iterum aurea atq; pavoninis orbibus fastigiatuſ eminet. Hac specie comparet in Saxonie Ducum reliquorum *diuīnū*: Elector enim pileum hunc inter cornua ex nigro (*Oronce Finé de Brianville in jeu d'armoir. pag. 140. cartulea substituit*) & argento variegata, atque eorundem colorum (juxta euadem *Brianvill.* *argenteis & rubeis*) vexillis propendentibus utrinq; quinis ornata, locat (P. Furſt. l. c.) Interpretatio hujus additamenti ex officio Electorio *Mareſchall* petenda est, more nostris recepto, ut in galea etiam munerum reseræ confiſciantur: à quo Galli omnino abeunt, eas non niſi juxta aut pone ſcutum admittentes. De figura apicis nostri, quemodo deſcripsi, & pileum appellavi, non defuit, qui diverſa ſentiant, & columnam eſſe velint. Vide ſententiam *Labourerii* apud *Meneſtr. L'art du blason iufiſ. c. 8. p. 198. 199.* qui tamen demonstrat, pileos effe turbinatos; conſuetudine olim apud Græcos, nunc Turcas recepta. Exempla ex armoriali nostro hujus generis pileorum adferre, quæ innumera ſunt, ſuperedemus. Sitamen hic noſter *Meneſtrier. l. c. p. 199.* nullas omnino columnas in apicibus admittat, quia nec gigas Hercules capite eas geſtaverit, noſtræ nobilitatis non uno exemplo refelli poſſet: vide *Boaenhausen & Campen* apud *Sibmachi.* *Wapenb. P. 1. p. 197.* & alibi ratione reſellunt alia exempla, nam quamvis nec portatutres, rupes aut montes, videamus: horum tamen figuris fastigiatas videamus galles, *Levenſteiniorum Wapenb. 1. p. 16. Saynenſium. p. 17. Thurnenſium leu Turrianorum p. 18. Lynarienſium p. 18. Meuchſleiniorum pag. 19. Hohenvarthiorum p. 35.* aliorum alibi. Porro Saxonice arcæ hanc respondere callidè dicere anticipavi: unde eodem titulo, quo reliqua Saxonie ſymbola, geſtant eam Lauenburgici atque Sabaudi. Quin apud aliquos (vid. *Wapenb. 1. p. 5.*) Brunſwicens: quod propterea fieri dixeris, quia horum quoq; maiores olim Saxonie imperarunt. Sed rectius ſentiant, qui eorum pileum turbinatum ſine fasciis & ſerto Saxoniciſ pingunt, quo ipſo à noſtro pileo diſtinctiſſimus eſt, quod vidimus L. 2. c. 9 n. 9. Ita pileum ſimpliciter rubrum pingit C. *Oronce Finé de Brianville jeu d' armoir. p. 153.* Certe nondum haec insignia Saxonibus tum fuſile, cum Henricus Leo Ducatu Saxonie ab Imperatore exueretur, exillis conſilare poſſet, quæ C. I. S. I. §. 5. allata ſunt.

§. 6. Transimus ad quintam galeam, in qua herma virilis eminet, acuminato pileo rectius. Vestis & que ac pileus in palorum modum tæniis alternis argenteis & rubris diſtinguuntur. Ora pilei reducta non minus argento fulget, & pilei apex pennâ pavoninâ ornatur. Haec ex fide armorialis noſtri *Sibmachi. Wapenb. P. 1. p. 3. 5. & P. 2. p. 6.* cui ut affentiar, frequens repetitio facit: alioqui non nego, Brianvillii in *jeu d' armoir p. 140.* opinionem non diſplicuisse, quæ vesteſ ex cocco & auto conſtituit: hoc enim metallum, quam argenteum rectius respondet Miſnicæ areolæ: ſed & ſic de rubo ſupererit quæſtio, ſi convenientiam exigamus cum parvula, in qua aurea leo non rubens, led ater fulit. Quamvis ergo non negem, plerumq; apicis fastigiarum coronamentum tinturas cum area eadē habere, exemplis tamen etiam non paucis doceor, contrarium fieri poſſe. Taceo quod caudæ pavoninæ, quod acrostolium admodum frequens eſſe deinde dicam, peculiari colore prædictæ, diſſiculter imitari poſſunt ſicutarios colores. In Ducum Brunſwicensium apice (vid. *Wapenb. Part. 2. p. 5.*)



præter pileum turbinatum, vel columnam, equus albus inter argenteas falces, pavoninis pennis exterius decoratas, salt. Cum tamen scutaria schemata, Brunsvicenses, leopardi in rubeo solo gradientes aurei, & Luneburgicum, in auro leo caeruleus, alias requiuiscent colores. In Wirtenbergicis armis (p. 7.) qua prima est galea, atrae aureæ cornua cervina nigra deferenti respondens, cornu venatorium, auro quidem ligatum & armillatum, at non quod crederes, nigrum, verum rubrum sustinet. Sic & Sibmachi. Wapenb. P. 5. & 7. galeam Brandenburgicæ aquilæ scutariæ rubæ in argenteo solo expandit impositam, jugo alatum nigro (rubrum alias suspicatur) ornata, illas autem corculis & cemicirculis trifoliatis non argenteis sed aureis aspergit. Paucis exemplis addere plura licet, si operæ pretium foret, ista cumulare. Hæc ipsa tamen alii conjecturæ apud me faciunt locum, ut existimem (nisi qui antiquiora illustratrum monumenta, rem aliter habere forte repererint) galeam hanc à majoribus gestatam, tum quoque cum Wethini Comites essent: Horum enim leo, quia rubeus in argenteo laterculo erigitur apud Albin. Tit. 15. p. 187. quod fastigiarum apicis ornamentum sui coloris habuerit, facile ut credam adducor; etiam cum autoritate aliorum destituor. Ubi ergo Misnia Marchionatus obtigit, eo seculo, quo plures areas in scuto deferre nondum moris erat. Wethinensis leo Misnico locum cedere debuit. Quid jam absurdum, si dicamus, ne Wethinia symbola omnino abdicata videri possent, recentem apicem veterem, aut saltem Misnicum coloribus veteribus alteratum? Hoc non alienum à Germania consuetudine esse, exempla superius posita evincunt: cum quæ Brunsvicensis galea dicuntur, potius Saxonica esset, & quæ Wirtenbergicæ parvae responderet, Urace nis. conf. de hoc Walz Wirtenberg. Stain. und Mainensquell. P. 1. c. 10. p. 59. & Cruf. Annal. Suev. P. 3. L. 1. c. 7. Itanihil impedit, ut Wethinensis galea cum Misnica parma coalescat. Lacinias quod concernit, quæ utrinque deflunt, iterum regula scutia aeras & nigras vellat, galeæ instructæ albas & coccineas; quales etiam pingi video. Nisi quod Wapenb. 2. p. 6. ex altero latere literulâ g. etiam auræ mentionem fieri observo: quod si non erroreum est, haud dubito, nigrum etiam colorum auro sociandum, uthinc quidem phaleræ aureæ & atræ, illinc argenteæ & militariæ dependant.

S. 7. Sexta galea, quæ Iuliensis est, (& in aliquibus picturis, coronata apparet) incertam figuram fere habet, sculpentum virtio, in quo unum certum est, alicujus animalis, cuiuscunque tandem, ~~opaculū~~ esse. Aquilæ exsurgentæ & expandentæ alas, haud dissimilis est pictura, quæ apud Sibmachi. Wapenb. P. 1. p. 3. occurrit, sed aures, quæ clarius exprimuntur, in galea Brandenburgensi c. p. 3. Palatino-Neoburgica p. 4. Saxo-Vinariensi p. 5. Juliensi p. 6. & P. 2. p. 4. potius gryphem referunt: Talis enim auribus eusmodi pro more pingi solet. Verumtamen, si hanc figuram concipiimus, pedes anteriores oportet omisso. Ita avis species in picturis Bibl. Vinariensi præmissis retinetur: & vidi ab ipsis Principibus linearum Altenburgicæ & Vinariensi hunc motum in picturis insignium servatum esse. Si verò Furſiu Wapenb. P. 3. p. 4. consulamus, galea inter Brandenburgicas tertia canis speciem referrit, ut tamen facili ductu ad avem priorem reduceretur. In aliis autem picturis & sigillis ita expressa est, quæ ex galea eminet, canis indagatoris vel molosii, (quod genus Bracken appellant) propendentibus auribus figura, ut de mente sculpentis dubitatio esse nequeat. Et ex hoc, opinor, haust Orance Finé de Brianville jeu d'Armoir. p. 140. ubi describit: Un chien naissant d'argent au collier eschiqueté sans jambes de devant & à leur places deux ailes à l'azur. In eo tamen differt, quod chaleographo, & quas vidi picturis, animal, aureo, alæ & armilla nigro sunt colore. Quod ultimum denovo aliquis ex P. 2. p. 4. corrugendum putaret, cum numella minio tingitur. Si mihi, quid probabilius videatur, libertum sit profiteri, gryphem nascentem aureum dicere, sed pedibus destitutum, cuius rotundum, lingua & armilla rubrum colorem, alæ nigrum agnoscunt. Laciæ utrinque circumfulæ haud dubiè aureæ & turvæ sunt. Si verò omnino canem alatum agnoscere si necesse, ut in recentioribus picturis ac monetis in primis ab Electorali linea constanter exprimi observo, saltem exemplares non caret. Nam & Scaligeri Veronenses canis ~~opaculū~~ coronatam & alaram galeæ imposuerunt (vid. Henning. Theat. General. T. IV. P. 1. p. 111.) Et quis chimericas acrostolitorum figuræ recensere omnes posset, vel auderet rejicare? (de illis aliquando agemus Art. Heraldicæ P. 1. c. 6.)



§. 8. Ejusdem successionis est proxima galea, qua inter phaleras argenteas & coccineas, coronam autem cauda pavonina verticicoloribus, ut natura fert, pennis radiante, fastigiatam pro Principatu Bergensi vel Montano sustinet. Pennas galeæ affigere in more verutissimo fuit, unde *Heges. 5. cap. 6. & 7. cap. 10.*, pennis erectis ad consuetudinem hodiernorum Turcatum puniceis, quod nobiliorum insignie, aut, quod viliorum, nigris, vel etiam candidis, constantes. Conf. *Lip. de milit. Rom. Lib. 3. dial. 5.* In primis vero eo magis pavoninæ placuerunt pennæ, quo pulchriori specie inter omne genus volvutrum pavo i.e. ostentat. Ita *Claudiani paneg. in 6. consul. Honor. v. 575.* verba intelligunt, qui ita: *Quod picturatas Galeæ Iunonia cristas ornæt avis.* Licet Aldrovand. apud *Haping. de Iur. insign. c. 9. §. 4. m. 8. f. 2. n. 602.* struthiocamelum, Lazio contradicens, intelligere malit. Sic & in *pance yr. Maximini. & Constanti Imp. dictio* verba, galeam auro gemmisq; radiantem, & pennis pulcherrime avæ eminentem, de pavoninis intelligit *Paschal. L. 10. ac Coron. c. 13.* Unde *Lip. d. L. Regum* vel Principum propriam illam regiam avem fuisse credit. Conf. dihigentissimum Gallorum *Andr. du Cheyne hist. Geneal. de la maison de Montmorency L. 1. c. 9. p. 29.* Id quod à moribus nostris & seculorum proximorurn omnino abludit, uti non solum *Blondell.* contra adversarium in *Geneal. Franc. assert. p. 356.* ostendit, sed & evolutio libri armorialis mille exempla, ubi plumea corolla cauda pavonina constat, suppeditare potest. Adde id quod juxta *Haping. de jur. insign. c. 5. n. 29. & t. 9. §. 4. m. 8. f. 2. n. 604.* hic apex nota praefecti, vel economi, ubi ex *Binhards Chron. Thuring.* Das Kloster Homburg bei Langensalza gelegen hatte Vögte, welche ihm lang treulich und vorstunden/darum beichteten sie die Kloster-Herren mit dem Dorf Salza und wurden dieselben so reich, das sich ein Schloß daran baueten / und die Dreyburg/weilten der Brüder drey waren, nemmen/ und haben in ihrem Wopen ein roht Widder-Horn/ und auf dem Helm einen Pfauen schwanz geführet/ zu Urfund/ das sic zuvor/ che sic zu solchen Ehren kommen/ Vögte und Schaffner gewesen wären. Nihil tamen ita honori pennarum illarum detractum est, unde illustrissimæ familiz ut plurimum tali apice delectata sunt: Post illas etiam alia nobiles in communionem ornamenti admitti. De Habsburgica familia res nota est. Exemplum vero illud post acres & diutinas cum Helvetiis contentiones atque bella hujus familiz, adeo pennis ipsas exosas genti isti reddidit, ut de vita periclitatus fuisset, qui in eorum ditione ausus esset gestare in capite ejusmodi pennam: tanquam hostilis illa ubique tessera force, quam toutes fulgere in hostium hereditariorum cristicis confixerant, vid. *Georg. Horn. orb. polit. c. 4. n. 2. §. 3.*

§. 9. Qui circa ultimam cassidem volitant panniculi, auro & minio picti sunt. Imponitur illis mitra ducalis rubea, cuius vellere muris pontici farta ora reducta candido colore & nigris maculis ornata est. Eminent supra illam cum collo exurgens caput aquila argenteum, cuius si licet, lingua & rostrum cocco tingerem. Notari inferiorem *Lusatiam* ex ordine arearum colligere in proclivi est. Alibi tamen apud *Albinum p. 44.4.* in Henrici M. Lufatia prima galea ipsum bohem scutarium anteriori corporis parte è galea coronata prominentia conspicio: quod nobis non officit, cum non raro factum sit olim, ut galeæ, codem maiente scuto, mutarentur.

§. 10. Ex his galeis, primâ & ultimâ, nempe Lusatias, demitis, reliquæ omnes Saxonice & Serenissimæ familiz universi Principibus comunes sunt, & eodem situ retinentur, ut adeo quod in scuto necessarium fuit, hic non opus sit, plura de galearum differentia huic transferre. Id vero facile quivis observabit, præter Lusatias, tres alias quoque cassides hoc seculo adjectas esse; eas nempe qua Juliacum, Chiviam & Montes notant. Unde superiori seculo & hujus principio non nisi tres galeæ scutis, Electoralis pariter & Ducalibus, imponi conuovere.

§. 11. Seddices: nondum omnibus laterculis suis respondent galeæ. Neq; vero illud necesse est, nec spatium ferret. Si vero que singulis attribuenda essent, cognoscendi cupido aliquem teneat: hujus etiam curiositatì satisfacere studebimus. *Palatinatus Saxonice* scuto si imponatur cassis, huic insitum aquila scutaria coronata, & haud dubiè phalera cyaneæ & aureæ utrinq; desluere debent. *Thuringicus Palatinatus* aperte pari cornuum ex aurea corona prominentium constat: laciniis haud dubiè scuti unitantibus tincturas: quod de *Landsbergia* casside similiter dictum esto, que coronam impostam habet: supra quam pileusturbinatus lineisq; ad scutariorum palorum modum ductis variegatus aliâ impostâ coronâ & pavoninis pennis superbit. Quod *Magdeburgensem Burggraviatum* concernit; ejus galea coronata est, & pro acrostolio cornibus (qualis solet in noctriatum galeis figura esse) repandis uitur. Cornua et tenis ex scuto deponit distinguntur, & laciniæ ejusdem tinctura circa galeam volitant. Ita Saxonici pictores representant apicem: alicer *Wapenb. P. 2. p. 7.* In hoc enim jugum alarum fascis scutarii pictum loco corone & cornuum cassidem tegit.

§. 12. Ad *Hennebergicum* comitatum transiunis; In hujus apice muliebris hermarubro vestitus, sed brachii destitutus, coronam, atque ultra hanc pilum rubrum turbinatum & aliâ corollâ ac pavonis pennis fastigiatum gestat: crinibus contortis inque nodum collectis. Si fides nostro *Wapenb. P. 1. p. 6. habenda est*, ipsa galea coronata esse debet; ut hæ ratione in codem acrostolio triplex corona observaretur. Laciniæ item argento & minio tingit. Quod miror: nam analogia aureas & atras visu fuisset requirere. Sed §. 6. jam præoccupavi dicere, quod non perpetuum illud sit. Si Romiheldenibus insignibus imponeretur hac cassis, facilior explicatio foret, sed allegata pag. 2. alteri etiam scuto Hennebergico (ubi Rom-



Romhildensis columna non compareret,) imponitur eadem figura. Vicissim si, quas ex cuspidibus Francicis ducum derivat Spangenbergs Chron. l.c. 7. tessellas argenteas & coccineas, è quibus aquila imperialis coronata exsurgit in Hennebergensium primo ac quarto laterculo, respicias, denuo videbitur solutum esse dubium. Sed unde alteri Romhildensi scuto galea isti arcu debita? An dicemus: ut vestitus Hennebergicis columnam Romhildens. ut superius ex Spangenb. audivimus, in usu fuisse, cum vasallis Francicis Francon. colores placent? & antiquioris emblematis memoriam in laciniis atq; apice, cum scutaria figura mutaretur, servatam es? Certe exempla similia & alibi occurunt & talia superius notavimus.

§. 13. Nunc Orlamundana & Brenensi atex (neque enim de ullo ordine hic solliciti erimus.) quis apex debeatur, videndum est. Et quidem Saxonici sculptores galeam utramque pileo latiori, cuius ora reducitur, tegunt; nec minus ex utroque pileo duo prominent bacilli, hac cum differant, ut Orlamundanos singulos binæ pennæ pavoninæ, altera supra alteram, totos quasi occultare videantur; Brenenibus in extremo culmine exdenn penna imposita conspicuntur. De coloribus nihil certi dicere possum. A sculptura Saxonum ipsorum in diversum abit Wapenb. P. 2. p. 22. cum Brenenibus (Bremen quod legitur typothetæ ~~magique~~ est) jugū alatum, quarum altera fere post alteram, scutaria figura exornatam, lateat, imponit. Ab eodem phalera minio & argento pinguntur. Pleissensis cassis coronata, inter duo cornua erumpentem leonem ostentat: Eissenbergia hermam, cuius tortili diademate caput revincitur, fascia extrema volitante, sustinet. Altenburgica rosam scutariam repetit, ac eam superius & ex utroque latere singulis pavoninum pennarum fasciculis exornat. Verum omnium horum & in primis laciniarum colores exprimere non valeo, neque ex ingenio fingere sustineo.

§. 14. Juliaco-Clivensis successionis partes sunt comitatus *Marcanus & Ravensbergi*, unde principatum galeæ, hisce debitas absorserunt: Nam etiam Juliacensis & Clivensis duces olim eas omiserunt apud *Sibmachi*. Wapenb. P. 1. p. 6. imo ne Marca in acrostilio mentio nulla fieret, tessellas in corona capitinis bubalini Clivensis exprimere, quam peculiarem apicem afflumere maluerunt. Nec tamen ob hoc comitatibus hisce olim sua non fuisse peculiaria ornamenta dicendum est. Marcanæ enim tessellatae fasciæ galea coronam auream, sed circulo ex argento & minio tessellato instructam, & huic impositum jugum alarum complicatum deterens debebat, ut est in Wapenb. P. 2. p. 17. Ravenspergicis vero cantheris imponenda est galea coronata, & rubro turbinato pileo, ex quo utrinque terna vexilla, scuti cantherios repetentia, prodeunt, fastigata. Utique galeæ phaleræ argento & coco infectæ adjiciuntur.

§. 15. Demum ne ultra area suo apice destitueretur, puro laterculo, quem *regalium notam* esse volunt, galeam imponunt, corona insignem & expando alarum jugo.

§. 16. Scuta & galeas ita vidimus. Jam nisi imperfectam tractatione relinquere constitutum sit, ut de telamonibus, symbolo, militari tessera & aliis verba faceremus, lacutiae artis prescripta exigerent: nec invitus mori morem gererent, nisi in his præcipue meæ suppellebilis angustiam fateri necesse esset. Tum nostris non æque atque exteris illa in usu fuisse, & plerasque illustrissimas familias istis destituti, res ipsa loquitur. Hoc unicum non omittendum duco, quod in Serenissimi Duci Johannis Georgii linea Vinariensis sanguino observaverim, telamones adiectos esse, viros sylvestres duos, quorum quis per galeam extremam sui lateris prospectat, ac manibus vexillum gestat.

§. 17. Superefflet, ut variorum etiam dominiorum aliarum quæditionum, quæ vel ad hucum sub Serenissimæ familia potestate sunt, vel aliquando fuere, tesseras hic exhibetrem, & historia illustrarem, uti & *Albinus* hic prælivit, & ab aliis quoque in eam rem nonnulla subministrata sunt (in quibus in primis Magnifici Antecessoris Jenensis *Nicolai Christopheri Lynckers*) Cui benevolentiam prædicare gratitudo jubet) verum quando ab Amplissimo *Weckio* Electoralis tabularii custode & iurato diligentissimo insignium Saxoniorum plenam deductionem parati intellexi, meritò manum abstineo, & digniori opus relinquo, qui subsidiis longè uberioribus, authenticis documentis & patriæ historiæ plena cognitione instructus, & de lectoris industria & de domus Serenissimæ decoribus melius merebitur.

§. 18. Voto concludam: ut DEO TER OPTIMO TER MAXIMO benedicente, donec errunt qui regant & regantur homines, Serenissima Familia, in qua tantum recipublicæ, Ecclesiæ situm est, vigere, augeri & hisce atque aliis honorum insignibus gloriari, nunquam desinat. Imo, DOMINE. (Pf. 61.) Dies super dies principum adiutorie, anno eorum usque in diem generationis & generationis. Permaneant in eternum in conspectu DEI: misericordiam & veritatem prepara, quæ custodiunt eos.

Sic Psalmus dicens: nomini Tuo in seculum seculi, ne reddamus via nostra de die in diem. Amen.



## LIBER I.

## Cap. I.

Fam. Alberta, Duces de Luynes &amp; de Chaunes.

- |                                     |   |
|-------------------------------------|---|
| 1. Familia. Linee.                  | 6. Tunilifili. Chenureneuse.                |
| 2. Dux de Luynes & de Chenureneuse. | 7. Dux de Chaunes.                          |
| 3. Scutum. Rohan.                   | 8. Scutum.                                  |
| 4. Galea.                           | 9. Familia Aliaca s. d' Ailly. Carolaberet. |
| 5. Tunic.                           | 10. Tunilii.                                |

## §. I.

**L**icitata Albertorum familia, quæ raro exemplo tres fratres germanos Familia. Duces habuit, ad Jacobum Alberti refertur, qui ad Ludovicum Sanctum Regem Claromontium Arvenorum venit, ut pro Napoleonе patre, quem Florentini dicenibus suis Montecarellia: que Cerbaya deculerant, auxilium obtineret, ibidemque sedem fixit: Eo natu est Jacobus Dominus de Mont, arnat & Gaffiac, pa: et Guidonis atq: Stephani, ex quibus hic Episcopus Claromontanus 1352. Avignonē Pontifex electus est, summo nomine Innocentii VI. atque sedem decennio obtinuit. Guidone vero natus est Galterius d' Albert, Dn. de Mont, hoc Petrus & Hugo, Dn. de Thor, qui ad partum magnum Pontificem abiit, pater deinceps Raimundi, avus Thoma Dn. de Bousargues, Ballivi & gubernatoris Vivarensi atque Valentini pagi, qui ex Paulina Capella reliquit Ioannem Dn. de Bousargues, cuius nepes in domos Lestran & Crezé clocatae sunt, atque Hugonem dominum de Sagries, genitorem ex Catharina de Malingré Iacobi, cui uxor Duicia de Satras, Dominium de Mornas attulit, & Leonem peperit, prælio ad Cerisoles casum, patrem ex Joanna de Segur Honorati Dn. de Luines (quod à matre habuit) Brantes, Linea. Mornas & Cadener, qui communis duxum linearum pater est, genitus Carolo Duce de Luynes, qui Conestabile Franciæ fuit, Honorato Duce de Chaunes, Marescallo Franciæ & Leone Duce Lucenburgo ab uxore Carola de Lucenburg-Piney, cuius filius & filia Ecclesiastica vitam sectari sunt: reliqui duo, quod diximus, duos ramos ex se dedere, diversis etiam utentes symbolis.

§. 2. Carolus D. de Luynes, quem Conestabilem diximus, genuit ex Maria Ro- Dux de luene. hanea Ludovicum Carolum item Duxem de Luynes, qui præter filias ex secundo matrimonio Anna Rohaneas suscep:as, ex primo iherò Ludovicæ Maria Segueriae hereidis Marchionum d' O & Comitum de Sorel, & filias genuit & Carolum Honoratum Da- rem de Chenureneuse, Joanne Mariæ Colbertiæ, filiæ Joannis Baptiste Colberti M. de Seignelay, qui ærarium regni, omnes ejus structuras, opificia, commercia Indica, & consilia prudencia exquisita, fide in regem insigni & dexteritate mirabilis moderatur, maritum, patrem Caroli Edoardi C. de Monteforti.

§. 3. Scutum huius Duxis quadripartitum est; prima & quarta quadra aurea Scutum. Leonem rubrum coronatum deferente, quod est familiare gentis Alberti & Iacobi. sc. Rohan. tunda & tertia areola rubra novenas maculas aureas Rohaneas representante. Laterculi hujus jus est ex matre Maria de Rohan.

§. 4. Galeæ coronatæ apex imponitur caput viri sylvestris colore naturali pi- Galeæ. etum, lacinis dependebus aureis & tubeis. Telamoncs vero adstant viri duo lyl- vestres.

§. 5. Tirulis pater utitur: d' Albert, Dux de Luynes, Par Francia, Marchio d' Al- bert, C. de Tours, Baro de Rochebaron & Samblancay. Axioma Ducale de Maille-Luynes Tituli. accessit 1619. & eodem anno adhuc confirmatum est.

§. 6. Filiitirilli sunt: Marchio d' Albert, Dux de Chenureneuse, C. de Montfort, Tiruli filii Baro de Chars, Dn. de Marigny, Marechal, &c. Quod Caprufum s. Chenureneuse atinet, Du- Chevru- catus dignitas collata est à Francisco I. 1545. & confirmata ab Henrico II. 1555. augen- dis Lotharingiorum Guisiorum prærogativis: accessit etiam gratia Ludovici XIIII. Pariatus honor 1612. confirmatus à Curia 1627. In primis vero eo titulo usus est Claudius Lotharingus, Henrici D. Guisii filius, Caroli frater. Porro Claudius hic, qui 1657. de- cessit, ex Maria Rohanea vidua Conestabilis de Luynes tres suscep:erat filias, ex qui- bus



bus non nisi *Henrica* superest, Abbatissa de Jouare, quæ adeo hujus Caroli Honorati amita est. Huic vero Rex 1667. Ducatus Captulii dignitatem confirmavit, ut ea fruatur juxta primam erectionem anni 1555. cui gratia Regis suam autoritatem addidit curia anno sequenti.

Dux de  
Chauves.

§. 7. Alter ramus est *Ducum de Chaunes ab Honorato Marescallo* Caroli Conciliastis fratre: Hoc & *Carola d' Ailly* illustrissimæ gentis herede natu sunt *Henricus Ludovicus & Carolus d' Albert dicti d' Ailly, Duces de Chauves*, quorum ille non nisi filiam Duci Rendano nuptam sed 1665. extinctam, successionem autem fratri *Carolo* reliquit, qui Regis legatus in aula Romana fuit, & nunc *Dux* est.

Jacutum.

§. 8. Hujus aliud plane *sanguine* est, quam patruelis *Ducis Luynii*, nempe scutum rubeum ornatum duobus ramis argenteis loti (alilier, credo ob allusionem nominis Ailly) in serii modum dispositis, cephalo scutario argenteis & cœlestinis tessellis triplici ductu replete. Apex vero idem est, quem *Luynis* dedimus.

Familia  
Alliaca  
d'Ailly.

§. 9. Hec tesserat una cum nomine *d' Ailly* assumpta est ex conditione matrimonii *Carola Alliaca & Honorato d' Albert*. Porro familia illa, cuius *Carola* heres fuit, ex dicitissimis, illustrissimis & vetustissimis *Picardie* fuit, quam *Celeberrimus Historicus Andreas du Chesne Hist. Geneal. de la maïs, de Chastillon. L. 9. c. 19.* refert ad *Robertum Dn. d' Ailly Boubers*, quo vero etiam aliquem antiquorem *Robertum d' Ailly* allegat, qui sub *Henrico I. & Philippo I.* vixerit. Isti vero *Roberto*, à quo *Chesne* incipit, pater fuit *Hugo*, avus *Ioannes*, proavus *Rudolphus*, qui 1181. vixit. *Roberto* prædicto nati *Hugo Dn. de Rume, Petri Cardinalis de Alliaco*, qui 1425. mortuus, pater, *Rudolphus Archidiaconus Cameracensis*, & continuator stirpis *Robertus Dn. d' Ailly*: hoc ex priori conjugi *Dn. de Breuc in Flandria natus Robertus*, pater *Catharinae* heredis dominiorum d' Ailly, de *Boubers & de Fontaine sur Somme*, quæ *Ogerio Dn. Anglurio, & dein Joanni Dn. de Fosseux nupsit*, & ista bona attulit: ex altera vero conjugi *Margareta de Piquenay f. Piquigny*, *Dna de Piquenay & vicedomina Ambiani*, nati inter alios *Colardus cogn. Paganus*, dominorum de *Sains, Beaudegnies & Herboval*, sator, *Mathaeus cogn. Sarrazin*, cubicularius *Caroli VI. Seneschallus Bononiae & Ballivius Pontis vii*, à quo Domini de *Arennes*, & ab ejus nepote *Sarrazin, Sarrazini* in Artesia, atque his major *Baldwinus* vicedominus Ambiani, *Dn. de Piquenay (cogn. le Bauois)* Confiliarius & cubicularius *Caroli VI. regis*, atque ex numero duodecim equitum, qui regidati moderatores ob valitudinem afflictam, qui demum 1415. prælio ad *Azincourt* cecidit, maritus *Joanna filia & heredis Valerianus de Raineval C. de Falckenberg, Dn. de Raineval & de Pierrepont*. His natus est *Rudolphus d' Ailly, Dn. de Picqueny, de Raineval, de Varennes*, vicedominus Ambiani, qui mortuus 1468. ex *Jacobe Bethunia* præter alios reliquit *Iacoben Joannis Burgundi Ducis Brabantiae & Lucemburgi uxorem*, quæ ei præter reliquam dotem pecuniariam attulit *Englemonstier, Vive & Pont Rouard in Flandria, Antonum ramu Dominorum de Varennes autorem*, atque *Joannem Vicedominum Ambianensem Dn. de Piquenay, extintum 1492.* Eo & *Jolanda Burgundianatus* est *Carolanus*, maritus *Philippus de Crevecœur*, pater *Antonii*, qui Francisco adversus *Carolum V. fideliter servit, & filios ex Margareta de Melun suscepit Franciscum, Ludovicum prælio Sandionysiano cæsum 1567.* atque *Carolum*, dominum de *Seigneville, Fonville &c.* qui eodem prælio cum fratre cecidit, genitor ex *Francisca Warty Philiberti Emanuelis, Vicedomini Ambiani, domini de Piquenay & de Raineval*, qui masculorum ultimus 1618. decepsit, pater præter filios in juventute mortuos *Carole* heredis, quæ *Honorato d' Albert Dn. de Cadene* nupsit, qui dein *Dux de Chauves* fuit.

Carola  
heres.

Tituli.

§. 10. Titulus est: *d' Albert dictus d' Ailly, Dux de Chauves, Par Francia, vicedominus Ambiani, Baro de Piquenay & de Brioz, Dn. de Magny, de la Broye, Fliscourt, Vinacourt &c.* Ex his titulis Vicedominatus Ambiani, & Baronie de Piquenay, nec non ipsum *Chauves* est à *Carola Alliaca*, cuius mater *Ludovica d' Ongries f. Caroli Com. de Chauves*, doti hunc etiam comitatum marito attulit. Accessit vero dignitas ducatus & Patriatus regio beneficio 1621. cum comitatus titulus 1563. concessus fuisset.



## Cap. II.

## Domus Albretana, ex qua Reges Navarræ.

1. Albret s. Lebret.  
 2. Deductio familiae, Reges Navarra. Linea de Orval.  
 3. Domini & C. de Miossens.  
 4. Scutum parvum rubrum. Donnum beliorum Francorum.  
 5. Scuta uno colore infecta.  
 6. Scutum R. Navarra ex hac gente.  
 7. Henr. Regis tabula Progenylogia.  
 8. Navarra, Domus Ebrovicensis.  
 9. Foixa. Bearnus.
10. Aragonia, Castilia, Legio. Scutum Ioannis Regis.  
 11. Com. Armeniacenses. Deductio.  
 12. Bigeronnes.  
 13. Ramus Orvalius. Scutum. Controversia cum Clivis. Composito.  
 14. Com. de Miossens.  
 15. Toul, Dominium Albret. Toulus Sire.  
 16. Com. de Dreux.  
 17. Miossens. Pons.

## §. I.

**E**x illuſtrissimis Francie stirpibus haud dubie est *Albretana*, quara & Labretanam dicitur. **L**e Bret L. Ecunt, de Labret, vel Albret. De hoc vico Fourn Geogr. orb. Not. P. I. L. 6. cap. 35. p. 321. **L**e Bret Ad pontem Baulacum delabitur in Garumnam Cironis fluviolus, qui nascitur prope Lebreti vicum, unde Lebretinis principibus inditum nomen Albretum, quibus datus dictum Loporetum, quod abundet leporibus, utpote situm in Lapurdensibus syrtibus. Amaveni nomen familiae gentilium, jam ab anno millesimo quingentis primo (volet dicere quinquagimo.) quo uocabat Amavenus Lebretius. Ex horum progenie Iohannes Lebretius duxit uxorem Catharinam Fuxiam Navarræ reginam, tandemque Iohanna Navarræ regina Bearnæ & Lebreti dominatrix Antonio Borbonio, ex quibus ortus Henricus IV. Francie & Navarra rex. In gratiam autem Iohanna regina vicum Lebreti nunc Albreti in auctoratum evexit Henricus II. habuitque iuridicas sedes quatuor Neyras, Tatas, Castelgeloux & Castelmoron, partemque Condomii & Arminiaci.

**S. 2.** Hanc stirpem Celeberissimi scriptores Sammarthani, Blondellus, Instellus, Deductio familiae, Olhagaray, Oihenartus, Anselmus, hinc inde illustrarunt. Primus cuius mentionem vidi fieri, est Amaneus, quem Fournier etiam allegat circa 1050, ex posteris vetustorum Bigorvensum comitum: edius descendere: eo Amaneus 2. natus est, qui 1096. expeditioni Hierosolymitanæ interfuit, & filium habuit Amaneus 3. 1130. nepotem, velex Arnolde pronepotem Bernardum, Maria de Cominges maritum. Hoc Amaneus 4. natus est, Dn. Albreti, & ex Almodia filia Guilelmi Tailleferrii Comitis Engolismensis pater Amaneus 5. 1220. mariti Aſſalide f. Sarida filia Didaci vicecomitis de Tatas. His parentibus nati Bernardus & Amaneus 6. quo & Matthaf. Petri de Bourdeaux geniti Bernardus 2. pater Isabella Dn. Albretane, quæ dynastiam marito Bernardo 6. Comiti Armeniacensi attulit, sed sine liberis mortua est, & Amaneus 7. Vicecomes de Tatas, & post mortem neptis Albreti Dominus. Hic ex Rosa filia Guitardis de Bourg reliquit Guidonem & Guitardum, Arnoldum (cujus filius Amaneus patrum Guidonem habuit heredem) Berardum Dn. Riuntii (cuius filius Arnoldus ex fratribus solus Gallos securus est, cum reliqui Anglis adhaerenter, unde solus etiam heres manis, atque ex mortuus est, Amaneus autem Dominus Verteillu fuit, maritus Mabilæ heredis Arnoldi d' Escoulan, Domini de Longoyran) & Bernardum Cognomento Ezium, maritum Martha Armeniacensis, quem tamen alii, omittunt. Hoc geniti Bernardus Dn. de S. Basile 1379. pater Francisci atraue, & Arnoldus Amaneus Dn. Albretanus, quem Carolus V. rex Francie à partibus Anglicis abstraxit, & fideiſimum suarum partium dein propugnatorem expertus est. Is 1401. deceſſit, pater ex Margareta filia ducis Borbonii Caroli Domini Albretani, Confessibilis Francie, qui Carolo VI. regi unice charus fuit, ut hic ipsa Rege Aragonio sororem ejus pateret: sed obtigit matrimonio Maria heres Dn. de Sully, vidua Guidonis Dn. Tremollie. (Hic 1399. caput dicebatur tredecim equitum à viridi scuto candida virginē ornato dilectorum. Vulſon. de l'escu vert à la Donne blanche.) Porro cecidit Carolus 1415. prelio ad Azincourt, una cum genero Carolo Dn. de Montagu & de Marcouſis: Filios habuit Guilelmum Dominum de Orval, qui ad Rouvroy praefatio cecidit, & Carolam Dn. Al-



breti Comitem Drocis s. Druidarum, hic ex Anna Armeniacensi suscepit Mariam Caroli Burgundi C. Nivernii & Isabellam s. Ioannam Arti ducis Britannia conjuges, qui per eam factus est Drocus Comes, Ludovicum episcopum Aire inde Cardinalem, qui obiit 1465. Carolum Dn. de S. Basile, & duorum ramorum autores Ioannem atque Arnoldum Amaneum. Ille Vicecomes de Tarsus fuit, & ante patrem mortuus est, pater ex Catharina Rohanea Alanii Magni Comitis de Dreux, in cuius matrimonio vixit Francisca filia & heres Wilhelmi de Britannia s. de Brose Vicecom. Lemovicum C. Petricorii. His parentibus geniti Anna Dom. de Avesnes, uxor Caroli Croii Cimacensis principis (unde in ejus linea scutum areola Albretana illata est) Isabella uxor Joannis Foxii C. Candal & Carola uxor Casparis Borgiæ D. Valentini: tum Petrus Com. Petricoriorum & Ioannes Dn. Albreti, & uxorio jure Rex Navarra, qui jam regno pullus 1516. decepsit. Illo & Catharina Foxia regina Navarra geniti Andreas Phæbus princeps Vianæ, Ioannes Marinus Bonaventura, Carolus princeps Navarra, qui in expeditione Neapolitana 1527. periiit, & Henricus Rex, cujus tamen regnum detinuerunt Castellani, unde illo & Margareta Valecia Regis Francisci I. sorore nata est Joanna, princeps ultra lexum prudens & animosa, Pontificiarum superstitionum hostis acerima; quæ regni Navarrensis marito Antonio Borbonio attulit, & dein filio Henrico IV. reliquit, linea sua ultima. Ast Arnoldus Amaneus Caroli II. filius secundus lineam alteram Orvelli am dedit, patet Gabrielis Dn. de l' Esparre & Ioannis Dn. d' Orval Comitis de Retel, qui ab uxore Carola filia Joannis Burgundi prætensionem in Nivernium & Retelium obtinuit; sed filia Maria Carolo Clivio C. Nivernensi nupsit, ut lites dirimerentur domus Clivensis & Albretanæ.

Regis Na-  
varra.

Licet de  
Orval.

Domini  
& Com de  
Miossens

§. 3. Præter istos Joannes pinguis Albretanus, vicecomes Tarrassius, vel fratrem vel filium per naturam habuit Egidium Dom. de Castelmoron, qui ex Anna Aquillonia s. d' Aguillon ex principibus Tarragonis deicendens & Stephanum Arnaldum genuit patrem ex Francieca Bearnensi Domino de Miossens Ioannis Albretani B. de Miossens, quem Henricus Albretanus Rex Navarra locum tenetem generalem creavit. Huic uxori fuit Su- fanna ex Borboniis Petri Baronis de Buisson filia, cujus curæ Henricus IV. dein Francie rex educandus commissus est. Hos parentes habuit Henricus Albretanus Baro de Miossens maritus Antonius Pontiæ Comitis de Marennies Antonio Domino de Pons natæ. Hi genuere Apolinem Ecclesiasticæ vite dicatum, atque Henricum Dominum de Miossens & de Pons Comitem de Marennies, qui præter Franciscum Amaneum Comitem de Miossens 1672. occisum suscepit Cesarem Phæbū Comitem de Miossens Marecallum Francie, 1653. scipione donatum, atque Franciscum Alexandrum Dominum de Pons Comitem de Miossens: ille è conjugè Magdalena filia Gabrieli de Guenegaud Domini de Guenegaud ærario sacro præfecti filia Mariam Franciscam, hic ex Anna Poussart du Vigean de Fors, quæ vidua dein Armando Joanni du Pleissis de Vignerod Duc de Richelieu nupsit. Carolum Amaneum suscepit, qui patru- les 1662. connubio juncti sunt.

Scutum  
purum  
rubrum

Donum  
Ullorum  
Francisco-  
rum.

§. 4. Quod artinet insignia, verutis Albretanis datur scutum, solo minio tin- etum. Eo designari ajunt ex antiquis Navarra regibus descensum, in quibus auctori Garsie de Ximenes, antequam ex visione aureum clypeum queru viridi, cui immi- neret crux rubea globulis extrema munita, insignitum susciperet, tale scutum coc- cineum à majoribus in usu fuerit. Ita P. Pailler La vr. & Parf. se, des arm. voce Armes p. 46. tradit: *Les Comtes d' Albret descendus de cette maison Royale, retindrent l' escu seul degueules simplement jusques à Charles d' Albret Comte de Dreux Seigneur de Silly & de Craon Connestable de France, lequel par benefice de Charles VI. porto & les siens apres lui escarrelé au premier & quatrième semé de France, & aux deux & trois de gueules. Comtes Albretani, qui ex hac regia domo descenderunt, retinuerunt solum clypeum mero coco tinetum, usque ad Carolum Albretum Comitem Drocensem Dominum Sulliaci & Credonii Francia Con- nestabilem, qui beneficio Caroli VI. parvam ascrivit, & ad posteros transmisit, quadripertitam, cuius prima & extrema areola calcistica liliis auris Francicis conseretur, secunda vero & tercia tota ruberet. Alibi voce Table d' Attente p. 617. Arnaldo Amaneo hoc tribuit: Armand Armajen Seigneur d' Albret portoit d' Albret, qui est de gueules, il sposua en l' an MCCCLXIIII sous Charles V. Marguerite de Bourbon fille de Pierre premier du nom Due de Bourbon, & en faveur de cette alliance Charles II. luy permit d' escarter les armes au quartier d' hon-*



Le bonheur de l'escu de France. L'escu simplement de gueules de cet Armanien se voit parmy les alliances de Bourbon, & l'escartelage entre les armes des Connétables sous le nom de Charles d'Albret Comte de Dreux Seigneur de Sully & de Craon Connétable de France, qui portoit semi de France, escartelé de gueules. Quod ita sonat: Armandus (Alias Arnaldus vocari solet) Amaneus Dn. Albretanus utebat tessera Albretana, hoc est mero minio: duxit ille anno 1308, sub Carolo V. Margaretam Borboniam filiam Petri I. Ducus Borbonii, & favore hujus fæderis conjugalis Carolus VI, ei permisit propriæ tessera quadripertitum loco honoratio-ri miscere Francicū symbolum. Scutum mernin coccineum hujus Armanei inter affinitates Borbonias visitur: quadripertitus autem clypeus in indiculo Conestabulum sub nomine Caroli Albretani Comitis Drocensis Domini Sulliaci & Credonii Conestabilis Francie, qui utebat clypeo confito Francicis liliis cum quadris duabus interpositis rubeis. Differentia inter utramque traditionem forte ita conciliatur, ut Amanei conjugium causam dede-rit, sed axiomatice primus gavisus sit Carolus.

§. 5. An insignium nomine veniant talia scuta uno colore tantum tinetatis uno puratur: de quate P. i. seu generali c. i. n. 21, egimus, nec hic repeterem necesse est.

§. 6. Cum matrimonio Joannis Albretani & Catharinæ Foxie regnum Navarrenum in hanc familiam delaberetur, non una accessione scutum ornatum est. Navarr. ex Itavidi Henrico regi & ejus filiæ istud tribui scutum apud Paillor Larv. & parf. sc. dcs arm. voce Pennon p. 529. & Varen. R. d' arm. p. 137. quod transverse sectum superius tres complectentur regiones, quarum prima rubea continet carbunculum, quem vocant, lineare, clauilem & sphætulis distinctum aureum, designando Navarreno regno; secunda quadripertitum exhibet Francica lilia, cum quadris rubeis, Albretanam teliferam: tertia aurea quatuor exaratur palis rubeis Aragonorum. Inferior scuti pars quatuor arcolas complectitur, quarum prima quadripertitum Foxia & Bearnensia lympho ostentat, quorum illa constant tribus palis rubeis in auro, haec in codem metallo binis vaccis rubeis, quarum tintinnabula & cornua cærulea sunt: secunda regio iterum in quadras secta, priorem & extremam aureas singulis leonibus coccineis, reliquas duas rubeas leopardis singulis aureis, falculis & lingua cæruleis, ornat, quoru illud ~~scutum~~ <sup>est</sup> Armeniae solum, hoc Ruthenorum s. Rhodenism. Tertius laterculus est Eborovicinus (d'Evreux) videlicet cæruleus liliis aureis sparsus, inducto baltheo dextro segmentis argenteis & rubeis composto: Quartus & extremus in decussim secatur, ut superiorem & inferiorem regionem auream ornent pali Aragonit rubei, latera vero vel aquilæ Sicule, vel potius hinc in rubeo castellum, Castilia hieroglyphicum, isthinc in argento leo Legionensis rubeus. Toti deum imponebatur media aurea parvula, impressis duobus leonibus gradientibus rubeis, quorum falcula & lingua cærulea essent. Huic scuto imponebatur corona regia, eo quidem tempore nondum clausa, utpote quimodus coronarum deinceps deum invalidit.

§. 7. Ut singularem areolarum jura rectius intelligamus, non abs re fuerit, Henrici huc adscribere majores Henrici regis, qui Henrici IV. Francorum regis gloriose tabula avus fuit.

propositio logica.



*Cap. II.*

Joannes Albertanus Rex Navarræ † 1516.	Alanus Ma- gnum Dn. de Albre- t Com. de Dreux.	Joanes Dn. Albrete Vi- ce Com.de Tartas.	Carolus III. Dn. de Albrer, C. de Dreux. Albr. C. de Dreux. Maria f. Ludovici Dn. de Sully.	Carolus Dn. de Albrer, C. de Dreux. Maria f. Ludovici Dn. de Sully.
		Catharina de Rohan.	Anna de Arm- gnac. Alanus vicec. de Rohan.	Bernardus Comes de Armignac. Bona f. Joannis de Francia Duc. de Berry. Alanus vicecomes de Rohan. Rohan.
Henri- cus Al- bret- anus R. Navar- rae † 1555.	Francisca de Blois f. Britannia Vic. de Li- moges. † 1488.	Guilelmus de Blois f. Brit. vic. de Limoges.	Margareta Britan- nica. Joannes de Blois f. de Brit. Vice- de Limoges.	Joannes Dux Britannia. Joanna f. Caroli II. Reg. Navarræ. Carolus de Blois f. de Chastillon. D. Britannia.
		Isabella de la Tour.	Margarita Clif- fon. Bertrandus de la Tour C. Arv. & Bon.	Joanna f. Guidon. de Britannia, C. Penturie. Oliverius Clisson, C. de Porhoet Co- neft. Francia. Catharina f. Guid. Dn. de Laval. Bertrandus Dn. de la Tour.
Cathari- na de Foix re- gina Na- varrae † 1517.	Gasto de Foix pr. de Bearn. † 1470.	Jacobea du Pe- schin.	Jacobe du Pe- schin.	Ludovicus Dn. du Pelschin. Yseul f. Guidonis de Sully Dn. de Voulor.
		Gasto C. de Foix pr. de Bearn. † 1472.	Joannes C. de Foix pr. de Bearn. Joanna de Albret.	Archibaldus Dn. de Greilly. Isabella de Foix f. Rogerii Bern. Vic. de Castelbon. Carolus Dn. de Albret. C. de Dreux. Maria f. Ludovici Dn. de Sully.
Magdalena de Francia † 1486.	Carol. VII. R. Francia 1461.	Leonora reg. Navar. † 1478.	Joannes Rex Ara- gon. & Nav. † 1479.	Ferdinandus Rex Aragonia & Sicili- a † 1418. Leonora f. Sancti Com. de Albu- querque.
		Blanca reg. Na- varrae † 1441.	Blanca reg. Na- varrae † 1441.	Carolus III. Rex Navarræ. † 1425. Leonora f. Henrici R. Castilia. † 1416.
Foix camum.	Maria An- dina † 1463.	Carolus VI. Rex Francie † 1422.	Carolus VI. Rex Francie † 1422.	Carolus V. Rex Francie. † 1380.
		Elisabetha Bavari- ca. † 1435.	Elisabetha Bavari- ca. † 1435.	Joanna f. Petri Duc. Bourbonii † 1377. Stephanus dux Bavariae † 1413. Thadea f. Barnabonis Vicec. Medi- lani.
Foix camum.	Ludovicus Andi- nus R. Sicilia † 1417.	Ludovicus Andi- nus R. Sicilia † 1417.	Ludovicus Andinus Rex Siciliz. † 1385.	Ludovicus Andinus Rex Siciliz. † 1385.
		Jolantha Arago- nia 1442.	Jolantha Arago- nia 1442.	Maria f. Caroli de Blois. D. Britan- nia. 1404. Joannes Rex Aragonia † 1395. Jolantha f. Roberti D. Barrensis.

§. 8. Ex his de rationibus laterculorum judicium haud adeo difficile est. *Navarrenum* sicut primum est, quod *Henricus* à matre habuit *Catharina Foixa*, hæc iterum à sua avia *Leonora* *Aragonia* ad quam jus delatum erat à matre *Blanca* *Carolii III.* ex *Eburovicenibus* *Navarræ* regis ultimi filia; quod etiam indicat jus *Eburovicenfis* symboli: nam *Caroli* illius avus *Philippus*, cui ab uxore regnum *Navarrenum* obtigit, filius fuerat *Ludovicus de Francia* Comitis *Eburovicenfis*, quillo discerniculo regium scutum distinxit, pro more gentis regia.

§. 9. *Foxiam* areolam itidem à matre *Henricus* habuit, utpote ei gentilem, seu potius ab ejus abavia *Isabella Foixa*, quæ *Archibaldum de Greilly* maritum habuit, auctorū: Nam per eam nomen



nomen & arma Foixia ad istam stirpem ex Lemanni lacus vicinia in Aquitaniam de-  
lata per venerunt: & quidem Bearnensis symbolo aucta, cum jam pridem duo illa co-  
aliuiscent.

§. 10. Aragonici pali sunt à Leonoraregina Catharinæ avia, quæ gente Aragonia Aragonia,  
fuit, patremque Joannem regem habuit, Ferdinandi Regis Aragonie electi filium, cu- Castilia  
jus mater Leonora Aragonie & Siciliæ regis fuerat filia, & occasio Aragonici sceptri in Legio.  
Domum Castellanam transferendi. Porro iidem Aragonici pali repetuntur in extre-  
ma areola, lateribus Castellatum castrum & Legionem in leonem referentibus. Ceterum  
hoc symbolo Joannes Rex Navarre ipsius usus est, uti vidi ejus imagini veteri additum  
scutum bipertitum, anteriori parte constante quadrifaria sectione ex Navarrenis & Scutum  
Eburovicius tesseris, posteriori hanc tessera deferen. e, quam proin p[er] altera illa Si- Ioannis  
cula p[er] eligendam non dubito. Addo in transitu, adjectum qui scutum custodiret Regis.  
telamonis loco caprum in illa pictura. Porro explicatio d[icitur] p[er] auctor non difficultis est,  
nam gente Joannes ex Legionis & Castiliæ regibus fuit, patrem vero Aragonie regem  
habuit, quod ipse etiam regnum administravit.

§. 11. Vidimus etiam Armeniacensem laterculum in scuto nostro: Porro Ar- Com. Ar-  
meniacensem origo est ex Sancti Duci Vasconie ac Regis Navarre, ex priscis regibus, meniacen-  
filio Garciacurvo cognominato Comite Vasconie, qui prater Sanctum Ducem Vasconie D[omi]n[u]s  
reliquorum Ducum & Comitum Burdigalenium satorem atque Arnoldum C. Ajl xtra-  
vensem, à quo reliqui Astaracenses (d' Estrac) nec non Pardiacenses descendunt, gen-  
nuit Gulielmum Comitem Fidentiaci. Hoc nati Otto, à quo reliqui Comites Fiden-  
tiaci seu de Fezensaguet derivantur, & Bernardus cognomento Iuseus Comes Armeniacen-  
sis, pater Geraldii, avus Bernardi II. proavus Geraldii III. Hic genuit Bernardi m. III. pa-  
trem Geraldii III. qui ex Fidentiacis uxorem habuit, unde filius Bernardus Comes Ar-  
meniaci & Fidentiaci fuit, genitor Geraldii IV. Arnoldi Bernardi, Petri Geraldii, qui ordine  
comites fuere, nec non Rogerii Vicecomitis Fidentiaci: Geraldus Bernardum relique-  
rat, qui patruis successit, sed huic Rogetii filius Geraldus V. excluso eius iorioru Ar-  
noldo Ottone vicec. de Lemaigne: Geraldus genuit Gaetatem & Bernardum VI. ab illo de-  
scendunt vicecomites Fidentiaci in quartam generationem, sed successit illis Bern-  
ardus VII. Armeniacensis. Porro Bernardus VI. Armeniacensis uxores habuit Isabellam  
filiam & heredem Bernardi Ezii, Dn. de Albret, & dein Ceciliam filiam Henrici II. C. de  
Rhodes. Ruthenii heredem (quæ ratio leopardi leonibus in scuto juncti) Bernardo &  
Cæcilia natus est Joannes C. Armeniacensis, hoc Joannes II. Comes, cogn. Crassus, pater  
Ioannis III. & Bernardi VII. qui neptes ex fratre à successione excludit, & agnatos Fi-  
dentiacos in carcere ad mortem usque detinuit, dein successor. Hic pater fuit Joani-  
nis IV. genitoris Joannis V. & Caroli atque Mariae Ludovico Duui Alensonu nuptæ, (ad  
quam domum hac ex causa bona Armeniacorum delata) Bernard. C. de Pardis (quo  
Jacobus D. de Nemous natus, pater Joannis & Ludovici, in quibus mascula progenies  
defecit) nec non Anna, quam vidimus Carolo II. Dn. Albretano nuptam fuisse. Huic  
itaque notando conjugio illa servit area.

§. 12. Supereft Bigerrorum leones exhibens partula media. Bigerrorum Co- Bigerreros  
mites descendunt a quodam Lupo Comite, cuius filius Donatus Lupi, sub Ludovico II.  
pio Bigerronus rexit. Eius trinceps fuit Bertrandus Comes 1036. qui genuit Gisber-  
gam vel Gerbergam vel Ermeindam, Ramiri Regis Aragonie uxorem, & Bernardum,  
cujus hereditatem filia attulit marito Centullo IV. Vicecomiti Bearnensis, genuitque Ber-  
nardum & Centulum comites, quorum hic B. atricem reliquit, nupram Petro Vicecomiti  
Martiani, à quo genitus Centillus II. Comes, ab hoc autem Stephanus, à qua maritus Bern-  
ardus III. C. Convenarum s. de Cominges comitarum natus ad filiam transmisit Petronellam,  
quæ denuo nupta Gaetoni VI. Vicecom. de Bearn titulum genti intulit, sed nullam  
ex eo sustulit prolem, unde heredem habuit nepotem ex filia. Eli de è tertio marito su-  
cepta Esquibatum, qui sororem Lauram uxorem Raymundi VI. vicecom. Turenii  
heredem instituit, sed comitatus reginæ adjudicatus est. Porro leones hos Bigerro-  
num ob originis testimonium vid. num. 2. gestari opinor, unde etiam potiori loco  
sunt.

§. 13. Adramum Orvallium pergitimus, cui usitatum fuit discerniculum, videlicet Ramus  
quadris duabus scuti tubeis, ute pote antiquo Albretano symbolo, circumdato limbo  
Orvallius.  
striato



**Córoversia** striato argenteo. His ab *Helena*, *Maria* & *Carola* Joannis Albretani Orvallii filiabus, *cum Clivis*, alios laterculos additos suspicor, ob matrem *Carolam* filiam Joannis Burgundi C. *Retelii* & *Nivernensis*. Cum enim Clivii ex *Maria* illa Albretana descendentes usi sint laterculis (ut infra c. 29. videbimus) *Clvio*, *Marcano*, *Artesio*, *Brabantino*, *Burgundico*, *Retelano*, & *Alensono*; Albretanis ipsiis præteravitam tesseralem, etiam Arte- liam
, *Brabantinam*, *Burgundicam* & *Retelanam* à matre *Carola* convenire credo, & ob hoc usurpatas etiam opinor. Et quidem *Carola* hæc Joannis Burgundi quod diximus filia natu minor erat, cum major *Elisabetha* Joannis Ducis Clivie uxor fuisse. **Cópositio.** set, ast *Carola*, quod Clivii extranei essent, eos à successione arcere voluit. Demum controversia sublata matrimonio est *Mariæ* Albretanæ atq; *Caroli* Clivii.

**Com. de**  
**Miessens.** §. 14. Linca de *Miessens*, quæ superest, apud *Sannmarth*, L'elf. de la Fr. p. 355. pleno utitur scuto Albretano, haud dubie qui a rami omnes reliqui defecere. Ei autem imponit galeam coronatam, cui olea naturali figura picta insitit; *Lacinie* verò sunt ex auro, minio & cyano. *Telamones* pinguntur duo leones aurei cubantes & capita recti galéis argenteis, quibus insitunt duas aquilæ nigrae, clypeum rostris apprehendentes.

**Tituli Don.**  
**Albre. T. 14**  
**titulus Suc.** §. 15. Quod titulos concernit, antiquus est *Dominorum de Lebreto seu Albredo*. Et quidem utebantur titulo: *Sire d' Albre*, uti *P. Anseame Palais de l'honn*, p. 316. constanter eo utitur. Porro sciendum, quamvis ille sit titulus, quo solus Rex compellari solet, in ob vocandi casu, superioribus tamen seculis proceribus etiam aliis fuisse attributum. conf. *Limn. Notit. R. Franc. 2, 6*. p. 396. 442. ubi ex *Steph. Pasquier* illa adducit: *La forme que nous observons en ceci, soit en parlant, soit en écrivant au Roy, est de mettre seulement le mot de Sire. Nos ancêtres n'en userent pas toujours ainsi, par une Règle stable & infallible, je voy quelques anciennes familles en France, qui affecterent, que le mot de Sire tomba particulièrement sur elles, comme le Sire de Pons & le Sire de Montmorency, & spécialement le Seigneur de Coucy, quand il estoit en essence: Car il portoit en sa devise: je ne suis Roy, ny Prince aulty, je suis de Sire le Coucy. Forma quam habac in re observamus, s. scribentes regi sive eidem loquentes haec est, ut solium nomen Sire exprimamus. Majores autem nostri hoc non ita precise semper observarunt. Deprehendo nonnullas familias Francie affectasse hoc nomen, atq; voluisse illud sibi peculiare fieri, ut Sire de Pons, sive de Montmorancy, & precipue Dominus de Coucy, quando erat in vigore. Habebat enim pro symbolo: Non sum rex nec etiam princeps, sed Sire de Coucy. Sed longe plures familia erant. De Gravilleis ita *Varenne. R. d' arm. P. 3*. p. 440. quod etiam nomine *Sire* utantur: *Pour ce que l'on a voulu se persuader qu'il y avoit Sire à Graville premier que Roy en France, & que ce nom leur avoit été donné par Iules Cesar. Sed hisce commentis opus non est, cum potius plures ex illustrioribus familias prisco tempore eodem titulo sint gavisa, ut observasse memini in actis contra Bonifac. IX. Pontif. p. 62.* Porro deinceps 1556. Albredo dignitas *Ducatus* accessit, honori Joannæ reginæ. Verum filio ad coronam Francicam successionem vocato ducatus ei unitus est. Iterum vero idem 1652. cum Baroniæ Durance & aliis locis *Bullionie* domui est concessus, pro *Scdano* & *Raucourio*, & quidem ut à tempore primæ erectionis illo fruerentur axiomate ducali. Unde nunc quoq; hoc nomen in titulis *Ducis Bullionii* legitur, ejusq; filius secundogenitus *Emanuel Theodosius* peculiariter eo fruatur.*

**Ducalis Di-**  
**gnata,** §. 16. In titulis etiam Comitatum *Drocensem* sive *Druidum* reperio. Hic comitatus in familia regia hæsit, concessus Roberto Ludovici Crassi filio, ex cuius posteris orti sunt Dukes Britanniæ: porro *Petronella* & *Margareta de Thouars*, hæredibus *Simonis de Thouars* C. de *Dreux*, transferentibus jus suum in *Carolum V.* ille coronæ redunitus est. Inde beneficio regis ad Albretanos datatum oportet: ast *Caroli II.* filia *Joanna* eum dotalē attulit Atto Duci Britanniæ.

**Com. de**  
**Dixi.** §. 17. Modernæ lineæ tituli illi sunt: *Marescalli: Dominus (Sire) de Pons*, *Supremus dominus (Souverain) de Bedailles*, princ. de *Mortagne*, *Comes de Miessens*: *nepotes ejus: Comes de Miessens, Baro Baroniarum de Coaraze, Gerdretz, supremus dominus (Souverain) de Bedailles*: aliquando additum vidi elogium *Com. de Marennes*: quod ut & *Pons* estab *Antonia Pontiaf. Antonii Dn. de Pons*, *Hentici Albretani uxore*. *Miessens* verò attulit *Stephano Arnaldo* marito *Francisca de Bearn Dn. de Miessens*. Reliquorum rationes explicare nescio.

**Miessens.**  
**Zona.** §. 18. Moderne lineæ tituli illi sunt: *Marescalli: Dominus (Sire) de Pons*, *Supremus dominus (Souverain) de Bedailles*, princ. de *Mortagne*, *Comes de Miessens*: *nepotes ejus: Comes de Miessens, Baro Baroniarum de Coaraze, Gerdretz, supremus dominus (Souverain) de Bedailles*: aliquando additum vidi elogium *Com. de Marennes*: quod ut & *Pons* estab *Antonia Pontiaf. Antonii Dn. de Pons*, *Hentici Albretani uxore*. *Miessens* verò attulit *Stephano Arnaldo* marito *Francisca de Bearn Dn. de Miessens*. Reliquorum rationes explicare nescio.



## CAPUT III.

## Anglia s. Magna Britannia Reges.

## ARGUMENTUM.

1. Britannica insula. Magna Britannia.
2. Vetera & iuxta.
3. Hodie moderna dispositio.
4. Lilia Francica unde? Pretensio Edoardi III. a matre.
5. Ex captivitate Joannis Regis.
6. A Caesarea Valesia.
7. Curante Angliam Francica liliæ.
8. Anglica area. Color rubens.
9. Leopards an leones?
10. Origo ex Uptono.
11. Ex Chefsuo, Hapingio, Spelmanno.
12. Anglia. Sue potestate. Luccus Rex. Sub Romanis. Vorigerinus. Anglo-saxonis. Heptarchia. Egbertus Rex. Familia. Saxonica, Danica, Normannica, Andegavensis, Tideria, Scotica.
13. Scotica areola.
14. Scotica areola.
15. Origo. Vetera Symbola.
16. Limbus & flores ex amicitia Gallica.
17. Scotia.
18. Regum successio.
19. Stuartorum gentile symbolum.
20. Howardus concessus ex parte leo Scoticus.
21. Hibernicus laterculus. Chelyos origo.
22. Hibernia regimen.
23. Galea. Anglica. Scotica.
24. Corona clausa.
25. Aliquius negat, sed injuria.
26. Praetensio Pontificis in Angliam & Hiberniam. Ex veltigali imposito. Ex Joannis subjectione. Ex Henrici II. concessione. Ex Sixti V. auctu. Ex Hibernorum confessione & regni collatione. Fundamenta Anglica.
27. Scotica corona.
28. Anglica liliata.
29. Telamones.
30. Symbolum.
31. Ordo per scelidit.
32. Equites Balnei.
33. Ordo S. Andrea s. Cardui.
34. Rosarium.
35. Papilio regius.
36. Titulus. Magna Britannia.
37. Defensor fidei.
38. Scutum Duc. Eboracensis.
39. Dux Richmondie.
40. Vestustora discernicula.
41. Regiorum per naturam filiorum discernicula.
42. Honoraria concessiones.
43. Cromwellii vel Reipubl. Anglica sigillum.

## §. I.

**B**ritannicæ insulæ, naturæ gaudentis opus, Fortunatarum æmulæ numero plures sunt; magnitudine tamen duas reliquas superant, quartum major *Angliam & Scotiam* complectitur, minor *Hibernię* nomine venit. Has omnem titulo *Magna Britannia* post unionem seculi hujus principio factam unus sceptro suo rex regit, cujus nunc clypeum considerare ordo nos jubet.

§. II. Ut de veteribus ~~de~~ quædam addamus. Nic. Uptonus scriptor Britanicus demilit. offic. p. 127. Bruto primo tribuit leonem gradientem rubeum in solo aureo: inde Belino & successoribus 3. in caruleo aureas coronas. Post hos Iter Pendragonem (quod magnum corpus & longum cum capite parvum ad similitudinem draconis habuit, p. 206.) duos dracones virides rubeis coronis ornatos tergis obversis in scuto aureo: Arnum autem filium in viridi solo crincem argenteam & in superiori angulo dextro imaginem genou filium in sinu gestantis, usurpasse refert. Cadwalladro tribuit crucem patentem seu pedatam figitivam (siché) auream in solo azorio, hoc est, cyaneo. Dehinc Egbertus dat crucem auream floridanam (flueronnée) in campo caruleo: Mox Svenoni Dano 3. coronas aureas (quarum altera alteri imminent) in clypeo rubenti: Ab Edoardo ait cruci floride additas 5. merulos aureos annos, eo mysterio quia spoliatus ante per Danos Edoardus sine terra vocabatur. Gwilhelmo questori relinquit Normannia pardo. Stephano autem Blesensi refert gestata in solo rubeo 3. leonum gradientum, quibus pro capitibus fuerint singuli sagittari retro conversi, monstrosa specie corpora. Demum subicit, Hcnricum tres leones aureos peditantes in scuto rubeo assumisse. Hæc ille, penes quem autorem fides esto: si tamen ullam merentur de temporibus istis, quo insignium illa confervudo nondum fuit, traditiones vel commenta. Quas hic aviculas Edoardo, Egbertus tribuit Hieron. Henning. Theatr. genal. T. 4. Mon. II. P. ult. p. 87. sed crucem mimio, scutum argentum tingit. Non minus Le Labourer (ap. Menestrier. L'art du blason justif. p. 367.) une croix passée d'argent cantonnée de 4. colombes. Verum enim verò rider adverarium P. Menestrier, commento deceptum; & ex Henrico Spelmanno (qui plus judicii quam antecessorum quisquam ad hoc argumentum attulisse apparet) Aspilog. pag. 42. ostendit,



ostendit, errorem ex numis ortum esse. Habent enim isti inter aves 4. bacilos totidem, scin vicem instar crucis dissecantes : alites autem videntur non apodes sed antipodes: addit. nusquam locorum Edvardi avum referentium (si omnem antiquitatem, tempora, casula, monumenta, ruderam per lustraveris) reperiri credo, neque armata, nec armorum quidpiam. Certe ejus tempes tatio relquia & ne simplus scutum (quam unquam viderim etiam data opera) effigiem admittunt. Sunt ali etiam, qui leonem cum rosa tribuant ap. Theod. Haping. de stir. insign. c. 6. P. 3. §. 2. p. 308. An exinde suspicio, quia rosæ albæ & rubræ factio-nes Eboracenfum & Lancastrenfum non uno seculo Angliam exercuerunt?

**Moderna dispositio.** §. III. Ad illud scutum me converto, quod in usu hodie est, cuius etiam explicatio ea, quæ de antiquioribus adhuc scire operæ pretium fuerit, includet. Utitur ergo Augustus Magna Britannia rex clypeo quadripartito, quadris prima & extrema Francia lilia & Anglicos leopardos, secunda Scoticum leonem, tertia Hibernicam chelyn referenti-bus. Videlicet (ita Sibmachi. Wapenb. P. 1. p. 2.) ubi Scoticum & grypha secundum & tertium alveolum constituebat, Francico-Anglicis symbolis in primam, Hibernia in extremam aream repositis.

§. IV. Primo laterculo Francia & Anglicæ & inserita sunt sectione nova quadrigida, ut quadrantis hujus prima & quarta area cerulea lilia tenuis aureis, reliqua duæ rubentes tribus leopardis aureis, quorum lingua & protensi ungues carulco colore tinguntur, insignite conspicantur.

**Lilia Francica unde?** §. V. Liliis Franciam notati in aprico est. Ceterum hæc à Polydoro Virgilio Guillelmo Conquestori contra fidem historiæ dari & refert & refellit Spelmann. apilog. p. 42. Prætentio Edoardi III. à matre. Primus enim Edoardus III. hisce floribus suum exornavit clypeum. Sed Historia & juris ratio disertius explicanda sunt. In Carolo IV. cui pulchro cognomen, linea Regum Franciæ ex Capetino sanguine prior defecerat, Anglia verò Rex forore hujus Isabella natus, si feminina successio valereret, ad successionem vocabatur. Exclusit autem hunc à regine viduæ, cuius partus expectatus erat & custodia & deinceps successione Philippus, Valefus à comitatu quem ante sceptrum rexit nuncupatus, extinctorum trium ultimorum regum patruelis, atq; ita agnatus proximus. Jus allegatum Salicæ legi, quod tres regni status congregati confirmarunt, Roberto Atrebatus comite & regis pariter agnato strenue ius masculorum propugnante, Episcopo Bellovacensi autem ex Matth. 6. 28. *Lilia non nere* coram multitudine, quæ divina voce convinci videbatur, afferente, & non parum ad causæ successum conferente. Inde factum ut Edoardus jure cederet suo, atque 1329. Ambiani Philippo de Aquitania ac Pontiveni comitatu diceret sacramentum tanquam vasallus. Restabat adhuc Eridos pomum, arces Pensacensi motu sub Carolo IV. à Philippi patre Carolo ademptæ, quas Edoardus restituì poscebat. Dehinc reperita prior de regno prætentio, quam ætate adhuc minor & à matre peritus validen potuerit abdicare: tum quia Philippus ipse Ambianus non steterit conventione: in primis cum accederet Robertus Atrebatenfis, à rege jam offensus, & Valefio regnum uti dederit ita auferre posse jaçitans, adeoq; reperiendi juris sui Edoardo novus instigator. Hic Ludovicum Bavaram, Imperatorem, præter Brabantinum & Geldrum duces, in partes asciscit suas, atque Flandros adversus comitem ipsius gravem adjuvat. Hinc aperto bello Philippum 1338. aggreditur, à Ludovico etiam imperii Vicarius creatus, ut Germanos hortari pro autoritate posset. Stetere exercitus ex adverso sed à pugna temperatum. Reversus in Flandriam Edoardus, Flandrorum & Brabantinorum fvalu (conf. Chiffet. Lumin. Salic. 9.) nomen & insignia Francica sumit, ut cum Flandria Francorum regem superiorem agnosceret, non alium hi quam dominum sequi dicerentur. Hæc litorum, & quidem quomodo à Francis regibus eo tempore gettari solebant sine numero, donec demum ternarius ab istis determinatus, his quoq; ieratus est, in insignibus istis origo: Nec ab eodem tempore omissa sunt, etiam si non solum bellum varia fortuna fuerit, sed & transactio-nes plures intercesserint. De quibus historiæ Francicæ & Anglicæ consulendæ erunt.

**Ex captivitate Joannis Regis.** §. VI. Novum jus pro liliis his allegat Nic. Uptonus de milit. offic. p. 110. cum primo titulo, quod Isabella mater Edoardi III. heres regni fuerit, alterum addit: *Iura volunt, quod capti in justo bello fiat servus captientis.* Est textus Inst. de I. N.G. & C. m. §. jus autem gentium. Vbi dicitur, bellum enim ortum sunt, & captivitates secutæ, inde & servitutes, quæ sunt jurinatas alii contrarie, sed verum est quod XIX. Sept. A. D. MCCCXLVII. Dom. Edvardus Princeps & primogenitus prefati Edvardi III. R. Anglia in bello de Poyters Regem Francorum Ioannem cepit, & postea ipsum captivum in Angliam cum magnis triumpho & honore perduxit.

Bene



bent ergo licebat prefato Edvardo & heredibus suis arma sui captivi deferre postea & portare. De eodem postea quoque agit p. 132. 145. & argumentum hoc ulterius urgente: de quo alii cogitent.

§. VII. Novum jus post hæc acquisitum Anglis, Burgundorum & Aurelianiensium factionibus Franciam misere scindentibus. <sup>A Catharina Vale.</sup> Catharina enim Caroli VI. Fransciae Regis filia 1420. Henrico V. Angliæ regi illa lege nupsit, ut, excluso ob cædem Joannis Burgundiæ Ducis procuratam Delphino, ipse & liberi post sacerorum regnum Franciæ haberent, interea rector esset. Mortuo patre & Henrico V. Carolus VII. ager servavit regnum avitum, cum initio intra Bituriges imperium ejus & hostium armis & suorum odio concluderetur. Henticus autem VI. Henrico & Catharina natus Lutetiaz etiam solenniter Rex Franciæ inauguratus est (*cœuf. Chifflet. vindic. Hisp. c. 7. & Lum. Salic. 9.*) Vicit demum Caroli fortuna, ut in primis Joanna Darcie, quæ puellæ Aurelianensis nomine celebris est, & Joannis Aurelianensis nothi fortitudine regnum universum subigeret, Normannia etiam & Aquitania vetustis possessoriis Anglis extorta. Ex eo servata quidem in insignibus lilia, nec tamen quod sciam illo nomine quicquam in Franciæ regnum tentatum est.

§. VIII. De eo porto disquirunt, cur potiori ante domesticos leones lilia Franciæ loco Anglia ostentet. Responsum *Henr. Spelmanni Aspilog.* p. 45. quam alterius ascribere malo: ita ille, *Edvardus III. regni Francici clypeum, cuius materno jure heres salutatur, Angliaco immisceruit, concessa huic quadra in scuto posteriori: quia ut quidam volunt, leones nostros ad ducatum alias pertinuisse ferebantur, lilia semper ad regnum.* Sed Edvardo antiquius aliud fuisse non est dubium. Nam Raymundus Barcinonæ comes, qui priori anno Petronillam Aragoniæ filiam & heredem duxerat, comitatus sui insignia (qua hujusque Aragoniæ regno addicuntur) loco primo detulit: uxoria vero illa regia in secundo. *Edvardus igitur morem gessisse videtur occasioni: Franciamque ingrediens regem se Francia sic apertius indicasse.* Quin & Belgæ quorum opere maxime nitebatur inclinatiores sibi reddidisse sedatiique animi. Belga enim in fidem regum Francia juramento strinquebantur. Anglium verò sequi viderentur, si leones stationem primam in signis militaribus occuparent. Signa enim & vexilla ejus esse dicimus, cuius prima sunt in illis symbola. *Quod & in comitiis Parliamentariorum Edvardi III. decimo quarto non nihil hesitationis astulit.* Conf. de liliis his *Haping.* de *Jur. in s. c. 6. P. 3. cl. 3. §. 3. n. 495. seq.*

§. IX. De liliis satis: quadrantis primi & quarti areola secunda & tertia coco <sup>Anglica area. Co-</sup> gitur, & tres defert leopardos aureos, lingua & falculis caruleis. De scuti colore ita philonosphatur *Ioannes de Bado aureo.* p. 10. *Rex Anglia portat colorem rubrum,* quia per colorum rubrum representatur ignis. Et Anglici dicuntur quasi Ingli vel igne electi. Condonamus has feculo inceptias.

§. X. Denomine ferarum item disputatum videmus. P. 1. c. 5. differentia *leoniū* <sup>Leopardi</sup> & *leopardorum* in re heraldica illa notata, quod horum adversa pinguntur ora, utroque extante oculo, istorum non nisi unus oculus conspicitur: præterea gradientes hos repræsentari, istos salientes moris est. Hæc si fanciatur regula *leopardos* esse, quos Anglica regia parma defert, indubium fuerit. Succenlet vero illis qui ita loquuntur *Vptonus de milit. offic.* L. 4. p. 125. *Cave in declaratione sive armorum discreto: quid de leone & ejus conditionibus dicturus, multi tamen dubitant pro eo, quod quidem M. Honorius Bonet in libro suo quem nominavit arborem bellorum, quæ quidem librum ipse compilavit in Gallia sermone, ad honorem Karoli VI. in IV. parte libri predicit in cap. XXXIX. affirmavit, Dominum nostrum supremum regem Anglie, debere omnino portare pardos in suis armis & non leones, quia salva pace sua in illo nequiter erravit, ut sequitur. Nam nobilis ille poeta Arbitremus, scribens de Bruto, qui primo, ut dicitur regnum Anglia occupavit, ut Dominus terra, portavit pro armis suis unum leonem rubrum pedantem in campo aureo, ut metrice dictus poëta scripsit:*

*Reptas in umbone leo flammæ signus aurum.*

*ut hic leo flammæus & igneus, h. e. rubius reptat, & e. pedibus transit in umbone vel scuto aureo. Et Gallicæ il port d'or un leone passant de gevules. Paulo post de Rege Richardo illud allegat,*

*Parvum scutum tenuere leoniū.*

*Ex quo postea colligit: ex predictis versibus bene patet, quod prefatus Ricardus portavit leones & non leopardos. Verum enī vero, quis poetam ad illam ægæan phrasēos*



Heraldice adstrinxerit? Certe Matthæus Paris scriptor non exiguae autoritatis in Hencio III. diserte vocat leopardos, & ait: *Misit Imperator (sc. Fridericus II.) Regi Anglorum 3. leopardos in signum regalis clypei, in quo tres leopardi transentes firmantur. Ita pictura Uptono additæ leopardos non leones capituli situ referunt.*

Origo ex  
Uptono.

§. XI. Originem hujus clypeos indagare non facilius est quam plerorumque aliorum symbolorum. Si ab Uptono ad fabulosa tempora nos duci patiamur, Brutumille allegat p. 126. cum leone rubeo peditante in parma aurea, quem primogenitus Locrinus ad posteros transmiserit, datus filio secundo Albano, & cum Albania leone rubeo rapaci in scuto aureo, & tertio genito Cambro duobus leonibus rubeis, qui facies ad terza verterent, in solo argenteo. Sed historiarum gnosces aegre ad hæc credenda induxeris. Dein de Wilhelmo Conquistore illa memorat p. 129. *Pro armis suis portavit duos leopardos aureos in campo rubeo. Quæ etiam arma portavit filius suus Robertus Curtus primogenitus, & filius suus Wilhelmus Rufus qui successit patri in regno Angliae coronatus. Quo quidem Wilhelmo Rufo mortuo sibi succedit Henricus I. frater ejus qui eadem arma paterna portavit. Quidam tamen dicunt quod Wilhelmus Conquistor, adeptore regno Angliae, apposuit armis suis tertium leopardum, de qua appositione nihil caurum invento. Inde p. 130. ab Henrico Andegavensi derivat modernos tres leones aurores peditantes in campo rubeo.* Addit: *Et scilicet ulterius quod opinio illorum qui dixerunt quod dicti Reges Angliae portaverunt tres leopardos in campo rubeo, addentes quod duo leopardi pro ducatu Normannie & tertius apponitur in scuto pro ducatu Aquitanie, est omnino reprobata, quia si le Henricus filius Galfredi Plantagenet & Matildis Imperatricis post divortium celebratum inter Lodowicum regem Francorum & Alianoram filiam Duxis Aquitanie duxit eandem: quae fuit dicti heres ducus Aquitanie patris sui, & sic hic crevit primo titulus quem habet rex Anglia ad ducatum Aquitanie. Quarà dico quod illi erraverunt qui dixerunt quod Wilhelmus Conquistor apposuit tertium leopardum in armis suis, ratione ipsius ducatus Aquitanie, quia ipse nullum titulum habuit ibi, sed ille Henricus secundus. P. 132. dum Ricardi mentionem fecisset, subjicit: Quod pater ejus Henricus secundus primo leones in Angliam duci fecit, & eos habuit suo dominio subjectos: quorum catulos ipse multoties solebat acriter verberare in presentia suorum trium filiorum: qui de facto eidem patri suo rebelles erant.*

Ex Chel-  
neo.

Hepingio.

Spelman-  
so.

§. XII. Ista Uptonus. Non desunt alii (ut du Chesne ap. Limn. Jur. publ. addit. T. IV. ad 6, 6. p. 99.) qui Guilelmum Conquistori primum tres illos leopardos assignant, cum prius insula nullis uteretur propriis: alii duos tantum cum Uptono Guilelmum relinquunt, tertium ab Aquitanica herede arcessunt. Apud Heping. legitur, Richardo quinq; aurores leopardos esse gestatos, quorum dues scuto detractos Henrico Brunsivicensi. Duci concederit. Forte hic etiam tutius Spelmannum sequemur. Hic Aðilog. p. 40. ista habet: *Alius sternit Bellicos principes annum circiter Domini 1177. hoc est, aestate Henrici II. R. Angl. novam expeditionem parantes in Syriam, leonum gestamine suscepisse. Et reges Angliae Henricum vel Richardum idem tum fecisse persuasum habeo, cum & in eandem militem conscripti essent crucis candidati, & leonina gestatio nusquam ante apud reges Angliae sit reperta. Inde p. 45. Richardus I. ad sacram bellum se accingens, omnium primus clypeum habet insignem, ac si id decoris, quod in ea militia usitatus esset, propter populorum confusiones, ap. Anglos prius non claruisset. Sed leone tum ille solitario & erecto non gradario. Sigillo autem suo s. per naufragium Cyprum s. per captivitatem Austriacam, in aliena porci state, ut suis utar verbis, constituto, novum curat confidendum, quod etiam ne falsariis locutus esset, à priore disperaret. Illic demum, nec antiquius usquam tres leones vidi mus. Adducit p. p. 46. Wilelmi Britonis Armoricanus versum de Richardo adhuc, vivo patre, Pictavia comite:*

*richtus agnoscō leonum*

*Illiūs in clypeo.*

Ad quam autoritatem non uno responderet modo. Subjicit: *Illiud quoque innuere videatur Richardum inter reges primum usum fuisse leonino gestamine, quod ei praecatensis cognomen indiceretur cor leonis à pictura clypei (ni vana conjectura) derivatum. Nam è clypeis & armaturis nomina sape accepimus tum antiqui tum recentiores. Glauco Minoi filius ab ansa clypei, quam Græci λάβην vocant, Labicus dictus est, unde Virgil. Pieta scuta Labici.*

*Itaque cum de gente sua testimonium quereretur, ostendit, inquit Servius, scutum militare*



militare à quo ipse Labicus dictus est, & ex eo populi. Nam & populi nomina suita alias consecutis sunt. Sic à galearum syllis Syle. Et Richardi evo etiam hoc in usu. Nam & suis ipsius familia à planta genetæ qua usq; est in apice galearum, ut in sigillo suo novo videas, Plantagenista nomen relinquatur, &c.

§. XIII. Angliam speciatim illo gestamine exprimi jam memoravimus, & ex Anglia, omnibus que jam allata sunt patere potest. Eam Magnæ Britanniæ partem, quæ h[ab]et nominis venit, non Britonibus suis habitata, non tam Regem quam regulos plures habuisse aut libertate gavisus fuisse videtur. Quos reges assignant à Bruto Aeneæ ex Lavinia nepote, qui cum patrem Sylvium anno mundi 2856. in venatione inscius jaculo transfixisset, in hanc venerit insulam, eique de suo indiderit nomen, ex documentis vel autoribus, qui fidem facere idonei sint, probari posse, valde invidubium. Septagelius tertius inter eos numeratur *Lucius*, quem à *Fugatio & Damiano* Roma ab Eleutherio episcopo missis An. Chr. 177. convertit atque baptizat, & deinceps *Brixa* Rex. *Apostolum* factum memorant. Post hæc inter se discordes Principes *Romanis* Subromani occasionem fecerunt tota fere portiundi insula, quam ad 257. annos retinuerunt. Unde *Severum*, *Constantium* & alios Augustos in Regum Britannorum indice legere licet. Refutatus demum aduersus Romanos animus, & *Vortigernus* rex, quem octauagelium sexum numerant, contra Romanos, Scottos & Pictos *Anglo-Saxones* Chernes, fons Cimbrica evocavit. Hi *Hengist* & *Horsa* Ducibus in insulam delati re feliciter gesta, demum sua agere cœperunt, versis in eos armis, quorum auxilio venerant. Heptabhis Anglis Angli nomen. Ceterum in septem *Northumbria*, *Cantii*, *Eystanglia*, chia. *Mercia*, *Eastsexia*, *Suffexia* & *Westsexia*, regnacum divisa eset, semper tamen Beda teste unus fuit, quem reliqui ut supremum dominum agnoicerent: adeoque illa Monarchia ambulatoria modo penes hunc modo illum populum fuit. Demum *Egbertus* Rex. *Egbertus* in ex Saxonibus occidentalibus. *Westsexia* pleraque regna heptarchie destruxit, & Familia. proprium *Anglicum regnum* constituit, unde ab eo regum principium commode nu. *Saxonica*, meratur. Ceterum non una ex isto tempore familiathronum occupavit, sed illas numeramus. 1. *Saxonicam*, que in *Edmundo* (cogn. *Ferreum latus*) 1016. à suis cæto, seu potius 1065. in *Edoardo confesseore*, qui ab exilio revocatus, Danos expulit, & regnum patrium legibus exornavit, defecit. 2. *Danicum*, ex qua inter *Edmundum* & *Edoardum* Danicis, dum modo dictum tres, Canutus M. Haraldus & Canutus durus regnarunt. 3. *Nor- mannicam* à *Guilelmo Conquatore* D. Normannia, quem *Edoardus* hæredem dixerat: que in nepte *Guilelmi Mathilde* 1154. defecit. 4. *Andegavensem* & *Plantagenetarum*. Andegavia. Ex hac primus regnavit *Henricus II.* Mathildis filius. Ultimus occubuit *Richardus III.* 1485. 5. *Tideriam*, ab *Ovreno Thedoro* ī *Tiderio*, Nobili Wallo, qui Catharinam Vale- Tideria, siam Henrici V. Regis viduam ducere ausus capite luit, ortam. Hujus enim ex filio *Edmundo C. Richmondia* nepos *Henricus VII.* 1486. rex proclamatus est, & successores habuit *Henricum IIX.* filium, hocque natos *Edoardum VI.* Mariam atque *Elisabetham* meritis suis celebrissimam reginam, quæ istam etiam stirpem morte sua 1602. clausit. 6. *Scoticam* & *Stuartinam*, quæ nunc quoque feliciter sceptruingerit Anglicis & Scottis commune.

§. XIV. Ad secundum quadrantem transitre nunc necessitas exigit: *Hic au- Scotica reus leonem rubeum lingua & falcis caruleis internolimbulo geminato coccineo utrinque areolas liliato conclusum* defert. Verba fere sunt *Chifflet. insign. Eq. A. I.* n. 165. Alii ita enunciant: *Le rubeus cretus aurea facie descriptus, caudat ergum ut feremose est, dum scit ad pugnam incitat, verberans, eoque generosim iracundiam significans, prætexta carulea duplice tractrubeo contrapositis liliis consita, stamine in aureo.* Boeth. I. Hist. Scot. Galli enunciant limbulum istum internum *treacher fleuronne & contrefleuronne* (de hac figura lege *Le Labour. Orig. n. 130.*) Inde Anglis suum *tressure*.

§. XV. Originem hujus leonis *Nic. Pptonus de milit. offic.* p. 126. tribuit *Bruto* Orig. insulæ occupatori, qui secundo filio leonem rapacem rubeum in solo aureo tribuerit. Vetera Forte magis ex vero historia *Henr. Spelmanus apilog.* p. 40. querit originem in expeditionibus Syriacis, quibus ali etiam leones sibi sumiere principes. Olim vero *Andreas* crucis (quam vocant) usos esse reges, & hanc bello contra Pictos apparuisse, aucto est Boeth. Hist. Scot. 10. Qui etiam insignia L. 2. refert, enitem nudum ancipi acie, sceptrum & coronam militarem, quæ tamen potius alia dignitatis regiæ ornamenta quam vera insignia crederim.



Limbū  
& flores  
ex amicitia  
Gallica.

§. XVI. Quodad *limbum & flores*, quibus ille exornatus attinet: traditio habet, *Aenjum Regem Scotiæ*, qui primus fædus cum Carolo M. cùi frater Guilelmus militabat, percussiferit, ab isto quatuor accepisse lilia. Quam traditionem nuperius adhuc sulcepit *Ferrand. Epini. pro lit. 2. p. 27. & seqq. Fournier. Geogr. orb. not. L. 5. t. 1. p. 203. Spelmannus*, cuius judicio plurimum tribuo, *aspilog. p. 106.* admittit lilia in memoriam antiquissimi fæderis assumta esse: quod vero Achaio ipsi insertio tribuatur, ita eloquitur: *Fama est, ni imponit mihi Scotorum Bonavies Buchananus, &c.* Unde magis illi errant, qui plane *Fergufi* tribuunt. Et quid dicemus, si demonstratum fuerit, quod alibi factum, Caroli M. imo & Hugonis Capeti seculo recentiora esse Francorum *lilia?* Hoc certe argumentum, & quod a eo Carolino ille mos gentilitiorum insignium vel aliquid eorum in testimonium amicitiae concedendi ignotus fuerit, traditioni valide contradicit: & forte validius quam illa *Labourerii* ratio (in add. ad orig. des arm. p. 8. 9.) quod Caroli aetate Scotiæ Francinon eguerint, & illi eo tempore contumiores ac barbarorum instar habitu fuerint. Primum amicitiam hic concedit cum Alexandro R. à S. Ludovico pactam 1248. Unde iti primo limbum simplicem tribuit, postquam priores post Malcolmum semper usi fuerint leone solo. Addit repetita inter Catolom V. Franciæ & Robertum Scotiæ reges amicitia 1371. limbum duplikatum & ornatum esse. Quod iterum alii Carolo VI. tribuere malunt. In eo tamen omnes consentire videmus, *amicitia Gallica* originem debere illos flores.

Scotia.

§. XVII. *Scotiæ* illo symbole notari, que Magnæ Britanniae pars septentrionalis est, ex memoratisjam liquet: unde non nisi postquam Elisabethæ morte Jacobus Rex Scotiæ ad solium Anglicanum evectus est, Anglicis *deizygnis* hoc adjunctum est, quod prius solum in propria patina splendebat.

Regum  
successio.

§. XVIII. Reges Scotiæ hic enumerare nihil attinet; imprimit ad tempora fabulosa ascendere integrum nobis non est. Ab *Achao*, cum quo Carolum M. qui ab eo accedit *Ioanne, Rabano & Alcuino* Scotis, viris præclaræ eruditio[n]is, prima fundamenta Parisiensis Academiat jecit, fædus primum percussum ajunt, series regum satis certa est: Et quidem familia illius duravit usque ad *Alexandrum III.* in quo directa masculorum series defecit 1286. Post hunc ad sceptrum vocati, *Ioannes Balliolus* (s. de Baileu.) matritus *Donagillæ Galvaie*, cuius avus David C. Huntingdonius Guilelmus regis frater fuerat; (sed Joannes qui Edoardi Angli auxilio regnum obtinuerat, quod ei sacramentum dixiflet, iterum pulsus, & Scotia ab Anglis aliquandiu misere afflicta est) & *Robertus Brusfius*, nova familia autor, cuius avia Isabella præfati Davidis quoque filia fuerat. Hic regnum ab Anglis recuperatum ad filium Davidem deinceps transmisit, in quo iterum terminata stirps, & successio delata ad *Stuarteum* domum, ex qua Waltherus Stuarts regni Seneschallus uxorem Davidis hujus regis sororem Mariam in thoro habebat. Porro ipsa Stuarterum gens ex Achaji supradicti posteris fuit, à *Ferquharo Kennethi III.* Regis filio atque Malcolmi II. item regis fratre. Hic enim princeps Loquahabriæ ponepotem habuit Waltherum, qui constitutus *Stuartus* hoc est *Magnus Seneschallus* Scotiæ ab officio familie nomen fecit. Hujus trinepos Jacobus regens Scotiæ Waltherum genuit, Davidis Brusfi regis sororium. Hoc & Maria natus est *Robertus II.* primus ex *Stuartis* rex: Ex quo deinceps reliqui Reges. Directa horum linea defecit in *Maria*, quam capite truncari fecit Elisabetha Anglia Regina 1587. Successit vero altera linea *Darniæ* (s. Lenoxiorum), ab Alexandro Stuarto Roberti II. Regis fratre prosata. Ex hac enim Henricus Dux Rothesaijæ in regium Mariae thalamum adscitus ex ea *Iacobum* genuit Scotiæ, & cum Elisabethæ successit totius Magnæ Britanniae regem, moderni regis Caroli II. qui feliciter imperat, avum.

Stuartorum  
gentile  
sym-  
bolum.

§. XIX. *Stuartorum* gentile quod concernit scutum, illud legi *aureum inducta fascia tessellata tessellis caruleis & argenteis*. Porro cum aliis gentibus fere in usu sit familiare *tertia* a regiis scutis insertere, quod *Daniæ, Sveciæ, Polonia* exempla docent: *Stuartorum* tamen hanc fasciam regiæ parmae nunquam inductam vidi: undo morem eum Britannis receptum non esse colligitur. Porro ad hanc familiam præter *Duces Richemondia* spectant Comites in *Scotia de Murray, de Gallovery, de Carrike, de Traquair, Barones d' Innermeth, d' Ochiltry, de Blantyre*, & in *Hibernia* Barones de *Castlustumard*. His omnibus gentilis est fascia illa, sed non uno addito discerniculo, & aliis quadris.

Novata.

§. XX. Ceterum Cambdeno autore *Henricus IX. Thoma Howard de Norfolk* à se



à se creato Duci, quod Jacobum IV. Scotiæ regem ad Floddon vicisset atque occidisset, discon-  
cessit, ut Hovvardi in baltheo familiaris clypei argenteo scutum aureum gestarent, discon-  
cessus ex  
cum dimidiato leone tubeo sagitta ore transfixo inter duplum liliatum limbum, cu-  
jus aliquid simile nunc etiam apparet in Duci illius nec non Com. Norvichii insigni-  
bus, ubi balthei Hovvardici argentei, quem in rubea area hinc & inde ternæ crux  
brachiatae atque spiculatae aureæ comitantur, capiti visitur additum scutulum, quod in-  
tralimbum leonis imaginem defert, cuius tamen colorem non satis dignosco. Dixi  
opima quod retulerit Ipolia, regium etiam scutum levimutatione ei concepsum esse.  
conf. de eo more viatorum arma assumendi P. 1. c. 2. Pariter video in C. Guilfordii  
(fam. Mainlandæ.) scuto aureo inter limbum floridum tubeum representati leonem  
Scoticum sed membris dissectis. Rationem non capio.

§. XXI. Ultima nos quadra vocat *rubea* (alius quod vitio factum credo, cæru-  
lea) in quâ *chelys aurea* pingitur. Hoc symbolo *Hibernia*, quam & parvam *Britan-*  
*niam & Iernen* vocant, notatur. Hujus notam Chassan. catal. glor. mundi. P.2. conf.38.  
leonen argenteum in parmarubea olim fuisse dicit: sed Varenn. R. d' Arm. P.3. p.311. re-  
gem in clypeo nigro insidentem throno, cruribus decussatim junctis, & dextraspexitrum  
preferentem ex auro. Aliter Aldrovand. ap. Hæping. Iur. insign. C.6. P.3. cl.3. p.312. cum  
talia insignia tribuit, quæ ex altera parte *aurea brachium gladio armatum, ex altera ar-*  
*gentea aquilam dimidiari* referat. Sed de his penes autores fides esto. *Chelys* videtur Chelyos  
inde originem traxisse: quia hoc cum instrumento musicali *Davidem* regem pingere  
solenne est, quod quidam regulus *Hibernia* *David* in nominis gratiam figuram assum-  
serit, quam nec posteri mutare dignum judicarunt. Nescio vero quid in mente fuerit,  
*Cyr. Spangenb. rgio. Adelisp.* P.2. L.12. c.33. p.315. b. quod nova insignia *Hibernici regni*  
ita describit: *Der gevapnede blaue arm mit blossen schwert in rothem/ beneden  
einem halben schwarzengefrohnten adler in gelbem feld/ ist das neue wapen des  
Königreichs Irland.* Quod tamen cum eo convenit, quod modo ex Aldrovando  
de veteri symbolo retulimus.

§. XXII. Cæterum *Hibernia* suos olim indigenas regulos habuit, quibus inter *Hibernia*  
sed dissidentibus à *Dermitio Langinia* rege auxilio vocatus *Henricus II.* 1172. insulam si-  
bi subjecit, & obtinuit, ut ordines signatis chartis in eum dominium transferrerent. Un-  
de *Dominorum Hibernie* titulo usi sunt, qui Angliæ reges successere. Demum *Henrico*  
*IIX.* regis titulum insulæ ordines detulere, quem etiam in gratiam *Mariae reginæ* 1555.  
Pontifex Romanus confirmavit.

§. XXIII. Explicato scuto jam galeas imponamus. *Anglica* instruitur per *Galez.*  
*demissioccineo* (*unchappaenplat.*) orareducta *hermionica*, *aurea corona* imposta: uti de-  
scribit *Ioh. Iac. Chifflet. Eq. A.P.* n.63. Ex *Scotia* autem casside leo erumpit scutario simi-  
lis strictum ensim auro instructum dextraprendens ap. eundem Chiff. n. 165. *Linn.*  
*Iur. publ.* 6.6. 85. addit leonem sedentem, altero pede ensim, altero vexillum crucis *Andrea-*  
*negestare*, addita leoni epigraphe, in defens, hoc est in defensionem. Nec non quod leo  
*vallari corona* sit redimitus. De qua mox aliquid dicemus.

§. XXIV. Porro regius clypeis tarius galeas imponi conspicimus, sed frequen-  
tius teguntur *coronis*. Ita hoc quoque scutum *regia corona* tegitur, & quidem pro  
more regum clausa, cuius circulo 4. lili flores & totidem cruciculae ad Melitenium  
formam infistunt, & semicirculis superius clauduntur, imposito ut plerisque solenne in  
summitate globulo simili cruciata fastigato. Videre quidem est, ubi *Henricus IIX.* &  
*Eduardus* aperta usi corona, non quod aliis regibus inferiores essent, sed quia superiori  
seculo non ita invaluera clausarum convertendo.

§. XXV. Legimus tamen regibus controversiam de eo jure motam, sed inju- Aliquius  
ria. Ita *Lud. Guyon* T.2. divers. leçons. L.3. c.26. p.615. referente *Linn. Iur. publ. add.* negant, sed  
*T. IV. ad 6.6. p.106.* *Anglia regem quod attinet, ille multis retro ab annis clausa corona* *injuria.*  
*usus* fuit, tanquam Rex Gallie imaginative, & Rex *Anglia* sine superiori. Hoc tamen Ponti-  
fices Romani oppugnarunt, & vasallum suum esse affirmarunt. *Henricus IIX.* postquam  
Pontifex repudium quod dederat conjugi sue legitimè quo ad alia vota transire posset, appro-  
bar eus afferre, noluit amplius vasallus vel tributariorius Apostolicæ sedis dici aut esse, ac se ca-  
put Ecclesiæ Anglicane constituit, regnumque suum à Deo & gladio dependere profissus,  
coronam assumpsit clausam, in quo successores suos sibi similes habuit. Cum anno 1554. Phi-  
lippus filius Caroli V. Imper. Mariam reginam *Anglia* in uxorem duceret, & in ipsa nuptia  
rum



rum festivitate coronam clausam capite gereret, Pontifex id agre tulit, cum regnum Neapolitanum & Siciliæ ab Ecclesiæ feudi nomine possideret. Verum Philippus se ornaret, hoc usum dicebat, non propter regna quæ ab aliis teneret, sed propter illa quæ a nullo dependent.

**Prætentio Pontificis in Angliam & Hiberniam.** §. XXVI. Locus hic est, ut excutiamus, quæ Pontificis sunt inanes in Angliam & Hiberniam prætensiones.

### Fundamenta Curiæ Romanæ quinque sunt.

**Ex vestigia. li mpon- to,** I. *Vestigial regno impositum; initio à Centu vino nono VTest sexiæ rege: qui Petro nouum vestigalem, Romanæ profectus, promisit. Hujus tamen etiam Polydorus Vergilium mentionem nullam facit.*

Inas undecimus rex Westsexiæ Gregorio III. Pontifice regnum iterum sedi Romanæ tributarium fecit, 740. iussa quoque domo pendere annum numum seu denarium Petro. vid. *Polyd. Verg. L.4. hist. Angl. p.118.* qui addit. *Omnis Anglia hoc tempore istud vestigial pietatis & religionis causa, Romano Pontifici pendit, domesticatim collatum, & numi illi argentei vocantur vulgo denarii divi Petri, quos Pontificis questor, quem non inscienter collector m nuncupant, exigit.* Nos hanc olim questuram aliquot per annos gessimus, ejusque munera obsecundi causa primum in Angliam venimus. Imitatione hujus datum putat idem Verg. L.4. p.99. quod anno 773. Offa rex Merciorum Romanam petendæ delictorum venia Hadriano I. regnum vestigiale fecerit, etiam inposito insingulas domos argenteo denario.

Ex iis qui Angliæ jam imperabant secundus *Edelvulfus* monastico voto, ut rex fieret, à Leone IV. solitus, vel ut à Normannis turus posthac esset, iterum singulas familiæ numo argenteo in singulos annos ad festum B. Petri & Pauli, aut ad summum, ad Petri vinc. obligavit Papæ 847. vid. *Polyd. Verg. L.5. p.127.* qui reliqua regni, quæ Egbertus pater adjunxerat, hac ratione obstricta Pontifici, memorat.

Solutum quoque id tributum, donec Henricus VIII. 1534. aboleret. *Thuan. L.1. p.49. Sleid. L.9. p.239.* Inter alias leges Henrici VIII. abrogatas à Maria, *Thuan. L.13. p.611. Sleid. L.25. p.817. 818.* hanc fuisse dubitarem, quia bona Ecclesiastica à Maria redditæ non sunt. Si vero etiam abrogata diceres, saltem Mariaæ acta 1559. ab Elisabetha item universa rejecta. *Thuan. L.22. p.1006.* His vero ab Anglis merito obvertitur.

I. Quod census non inducat superioritatem. Unde *Vergil.* ipse collector Pontificis, dicit *religionis & devotionis*, non vero subjectionis caula factum esse. Imo in antiquissimis Anglorum monumentis refertur: *Inam hanc destinasse pecuniam tantum eleemosynam, impendendas sustentationi Anglorum pauperum Romæ communitantium: unde in aliqua epistola Regis Edoardi dicitur Eleemosyna regis, alibi regis largabentignitas.* Sic & Bulla extat Greg. Papæ, pro accipienda ea pecunia, quæ tributi non meminit. Vid. *Meteran. Niederl. Histor. L.13. p.553.* Nec diffiteri potest, scholam Anglorum commido à regibus erectam Romæ, licet ad hoc destinatum vestigial illud non dicat. *Polyd. Vergil. L.5. p.128.*

2. Henricus II. abolere jure potuit: in primis vero subsequentes reges, religione mutata.

**Ex Joann- nis subje- ctione.** II. *Ioannes Rex cum Pontifice Innocentio III. quod ab hoc creatum Archiep. Cantuariensem Steph. Langtonum admittere nollet, item habebat, & ab eo 1208. excommunicatus est.* Ob quod cum Ecclesiasticis initio durius tractasset, tandem regis Gallicæ, ob nepotem proprium Arturum Britannum occisum, armis pressus succubuit, & coronam 1212. in manus Papæ cum regnis Anglie & Hibernie resignavit: imposito illi 700, huic 300. marcarum tributo. Ita jactat Romana curia: sed habent quo se tueantur Angli.

I. Testimonium authenticum de tali homagio Joannis adferti nequit. Quod **ex tabulatio Pontif. allegatur**, siuepectum est. *Polyd. Vergil. L.15. p.357.* author Pontificis, cuius questor in Anglia fuerat, studiosus, sumam tantum allegat, referentem, quod Joannes diadematis Pandulfo legato Romano traditi, & ab eo accepti, mensuram perpetuare cupiens, ea lege se Innocentii fecerit beneficiarium, ut reges deinceps à Pontifice duxintaxat Romano jurare regni consequerentur. Ceterum has reconciliationis leges, qui secuti sunt reges minime servarunt, neque annales Anglii de ejusmodi ditione



ditione loquuntur. Sic & Th. Morus semper tenuit, Romanos non posse hoc probare instrumento idoneo.

2. Joannes quæ fecit, necessitate fecit, undique pressus & consilii inops. Et ipse postea ap. Polyd. Verg. p. 361. clamat, *sibi impositum esse, atque iecrco non vult convenire stare.*

3. Posteros non respiciebant pœnæ Joanni impositæ. Ita Vergil. d. l. p. 358. dicit: *Quare illa omnia onera Ioanni tantummodo qui deliquisset imposta, non item successoribus sufficienda fuisse, satis constat.*

4. Sine statuum consensu Joannes onus regno imponere non potuisset. Unde eum sub Edoardo III. Cancellarius retulisset, Papam Angliæ regem tam de homagio quam de tributo pro Anglia & Hibernia præstante, quibus Joannes & successores obstrinxerit, in jus vocaturum, sententia rogata, & Episcopi ac Ecclesiastici seorsim, alibi proceres & plebs liberarunt. Una omnium sententia Joannem contra juramentum in inauguratione præstitum non potuisse sine Parlamenti consensu haec pacta iniuste: & si Papa hoc urgeret, ad opponendas vires se paratos ostenderunt. apud Cambd. Brit. p. 405.

5. In fine diplomatis Joannes addit reservationem: *salvis nobis & hereditibus nostris iustitiis, libertatibus & regalibus nostris.* Cambd. Brit. p. 405.

III. Jam ante Joannem pater eius Henricus II. retetur, cum se purgasset à ex Henrico Thomas Cantuariensi ab exilio nuper revocati cæde (quæ injussum eius sed occasio. et II. consecratione. proibri, ex quo sui animum infestum judicabant, & iustum interpretabantur, patrata erat) passus esse, lege sancti, ut ipse & Henricus filius sic regnum Angliæ obtinarent, ut nemopost illorum mortem regis nomen ferre intelligeretur, nisi quem Rom. Pontifex designasset. Polyd. Vergil. L. 13. p. 286. Cambd. Brit. p. 404. 405.

Verum huic etiam prætenso juri respondet ipse Vergil. l. c. his verbis: *hujuscemodi annales Anglii neque meminerunt, nec reges qui secuti sunt, observantes fuerunt.*

IV. Eadem fiducia postea 1588. Sixtus V. Pontifex Elisabetham non tantum ex Sexti V. excommunicavit, sed & regno illo (tangam sedis Rom. beneficiario ex Ina, Henrici II. aufu. & Joannis pactis) donavit Philippum II. R. Hispan. ap. Thuan. L. 89. p. 379. 381. Bullam recitat Meteran. Niederlünd. Hist. P. I. L. 13. p. 617. seq. Verum Pontifici in aliena regna nullum jus *adrogationis*, quam usurpat, præbere potest, apud æquos terum æstimatores.

V. Alius specialis in Hiberniam titulus est. Nam Hiberni ap. Polyd. Vergil. Ex Hibern. L. 13. p. 287. Henrico II. insulae dominium affectanti respondent, nisi autoritate Pon. norm. tificis, cui post Christianam religionem acceptam se ac omnia sua dedidissent, id fieri confessio. non posse, & ob hocalium quam Pontificem dominum non habere jaçant. Idq; dicit Vergilius, etiam suo tempore jaçat. Unde Henricus ab Alexandro III. proptrium quærentem commodum obtinuerit, eis dono Hiberniam jungi Angliæ. Sic ap. Thuan. L. 46. p. 782. à Pontificiis allegatur Hadrianus Papa, qui Hiberniæ regnum donaverit Anglis. Addi potest, quod Hiberniæ regis titulum autoritatem sua probavit in Maria 1555. cum ea per legatos obedientiam deferret, Paulus V. ap. Cambd. Brit. p. 405. Verum enim vero potior titulus Henrico ab eo, quod in fulam intestinis dissidiis turbatam in potestatem accepit. Quod vero ap. Cambd. Brit. p. 404. translationem domini Hibernici, ab ordinibus in Henricum factam Urbanus Papabulla probarit, & in confirmationis argumentum, coronam de pavoninis pennis auro contextam misserit, nihil iuri Anglo derogat. Unde & Henricus II. propria & comitiorum Dublin. 1541. voluntate regum pro domini titulum assumuit. Iac. VVare. de Hibern. c. 4. p. 26.

Universum ista etiam opponuntur ab Anglis.

I. Quod Reformata religio nullum agnoscit visibile Ecclesiæ caput, unde multo minus sacerdotem aliquem regum principem.

II. Regnum Anglicum armis Anglorum fundatum, legitima successione, & absque Pontificis interventu ad hodiernos reges devenit. Allegatur etiam epistola Eleutherii Papæ ad Lucium R. Britann. qua eum dicat, *vicarium Dei in regno suo.*

III. A Joannis tempore ad Elisabetham usque plurium seculorum laipi, etiam præscriptio firmata esset.

IV. Tam non subjecti Angli reges Pontifici, ut etiam Episcoporum constitudo. rum potestate gavisi sint. Ita Henricus I. eo jure usus. Conf. querentem Polyd. Vergil.



L. II. p. 237. Licet tum Pontifex mutationem obtinuerit. ibid. Sed ex illis, quæ de *Eduardo III.* leguntur ap. eund. L. 19. p. 506. 507. 508. successores eadem potestate usos colligunt, etiam ringente Pontifice.

Demum clavis Hispanica 1588. quæ ut executioni sententiam Pontificiam mandaret, vela dederat, disiecta, conatus Romæ irritus fuit. Haec tenus quoque hujus confilia & pretensiones nauci fecere Angli, & regni sui strenuè tutati sunt. Sic & in Hiberniam quæ 1580. tentaverat Pontifex ap. *Tuan.* L. 70. p. 569. in irritum ce. cidere. Nec felicius successere, quæ 1641. iidem Hiberni Pontifici contra Anglos ausi erant. Sed & jam pridem dedidicere, ipsi, qui Pontificem in religionis causa agnoscunt, Magnates fert, ut in temporalia eorum ille jus aliquod pæctet.

*Scotica corona.*

§. XXVII. Quod Scotice in coronam attinet: aijunt hanc vallarem olim fuisse à *Feritharo* rege assumtam, quod Pictos vallo militari expugnato vicerit. Vid. *Varenn.* R. d' arm. P. 4. p. 549. Inde refert *Haping. de Iur. ins. c. II. §. 3. n. 78.* quod Carolus M. amicitiae signo Scotice coronæ vallati, & lilia aurea quatuor cum crucibus, (quam figuram nunc quoque usurpari §. 24. diximus) liliis: amen paulo eminentioribus adjectis: quod etiam apud *D. T. V. Y. Estates, Emp. & princ. du Monde.* p. 1457. legere est, nec non ap. *Varenn.* R. d' arm. P. 4. p. 527. qui etiam clausam eam ad modum imperialis coronæ perhibet. His etiam regibus ab Anglis usum coronæ clausæ in dubium revocatum ei. que contradicunt memorat allegatus *Cuyon. l.c.* quod vasallos suos Scotos dicerent. Fides sit penes autorem.

*Anglica liliata.*

§. XXVIII. Anglicorum quoq; regum coronæ sèpius liliata in sigillis & monumentis conspiciuntur, cum neccum titulus accessisset Francie. Verum etiam olim Pindarus Neme. od. 7. lilia coronis junxit. vid. *Spelmann. Aspilog.* p. 38.

*Telamones.*

§. XXIX. Quæ circumstant insignia, nunc consideranda sunt. Huc telamones spectant sive Atlantes: cui officio Anglia adhibet altera parte leopardum coronatum ob insignium figuram: altero latere draconem, ob ordinem periculidis Georgio, à quo confossum draconem ajunt, sacrum. *Monefr. verit. art. du blas.* c. 14. p. 172. Aliquando etiam canem vestigatorem, quo genere Anglia excellit, additum lego ap. *Limn. Iur. publ.* 6, 6, 102. Scott vero leonem coronatum & moncerotem conjungunt, vel duobus etiam moncerotibus arma stitant. Quod antiquis Scotice regibus dat *Varenn.* R. d' arm. P. 4. p. 565. Ceterum leonem videose gestare vexillum rosa impressum, moncerotem, cuius collo corona inservit ex qua catena penderet, aliud vexillum cum cardui figura: cuiusratio ex ordine, de quo §. 33.

*Symbolum.*

§. XXX. Symbolum hoc quoque spectat, cuius instar esse puto, quod ascribere insignibus reges solent: *Dico & mons droit.* Deus & jus meum. Sed & eodem retulerim, quod §. 23. apici Scoto a scriptum diximus, in defens.

*Ordo periculidis.*

§. XXXI. Ordines quod concernit, celeberrimus est *periculidus s. garterii.* Unde regium scutum cingi videose periculide carulea cum fibula aurea, & solenni inscriptione: *Hony soit qui mal y pense.* De ordine hoc diximus P. I. c. 7. n. 35. Juvat tamen hoc etiam transferre, quæ luculentissimus Ordin. Equitum scriptor *Aubertus Miratus* tradit orig. ord. Eq. L. 2. c. 2. *Eduardus III.* eo nomine Rex Anglie instituit Garterium ordinem; cui tantus deinde accessit honor, ut maximos quoque Reges non ponuerit in id venire collegium. Sunt numero sex & viginti Garterii Equites (sic enim appellantur) & alius in alterius demortui locum, suffragiis reliquorum, cooptatur. Horum autem princeps eques Rex Anglus habetur: utuntur pallio caruleo, crus sinistrum paululum infra genu, corrigia fibulata, gemmis auroque ornata, cincti: à qua quidem corrigia nomen ordini inditum constat, quod Garter lingua Anglica, ligaculum, significet, quo mulieres tibiarum tegumenta fibi ligant. Ornatur autem ista corrigia ejusmodi titulo, Gallicis verbis inscripto, *Hony soit qui mal y pense*, id est, Vituperetur seu confundatur, qui malum cogitat. Ordo vero est *s. Georgio*, ut bellatorum praesidi, dicatus. Quare Equites quotannis diem illi sacrum multis ceremoniis celebrant, in templo ad Vindesorium castrum: quo loco ejus collegii sedes est, opiparoque convivio diem illum festum agunt. Quapropter Rex *Eduardus* ibidem instituit celebre sacerdotum collegium, qui res curarent divinas. Habent isti Equites certas leges, quibus id in primis est constitutum, ut mutuo se juvent, defendantque, ac bellando numquam in turpem fese dent fugam.

Habent



Habent insuper apparitores ministros, quos *Haraldes* dicunt: quorum præfectus appellatur *Rex armorum*. Si bellia ac pacis nunci, Ducibus, Comitibusque à Rege creatis insignia aptant, atque eorum funera curant. De causa autem instituendi ordinis omnino ambigitur: fama tamen apud vulgus etiam nunc tener, *Eduardum* aliquando è terra collegisse *Reginæ* seu amicæ ligamen tibiale, quod forte resolutum, ut usu follet venire, deciderat: & nonnullis heroibus id videntibus, ac jocose cavillantibus, dixisse, brevi futurum, ut ejusmodi cingulo etiam ab ipsis summus haberetur honor: atque non multo post istiusmodi ordinem instituisse, eumque addidisse titulum, quo testaretur, ipsos heroes contra quam erat, de se judicium fecisse. Hæc in vulgo est fama. Atqui scriptores Angli vercunde superstitionis, forte timentes ne imminutæ majestatis regiæ crimen subirent, si tale quid ut minus insigne prodidissent, maluerunt id tacitum relinquere: perinde quasi nunquam alias visum fuisse, rem ab initio à parva ferdidaque origine ortam, magno post incremento, dignitateque auctam. Equis deformius despiciatiusve apud multos olim populus habitum est, quam rarus vertex, quinunc unicum est facri profanique capitis dictiment? An *Aruales* fratres, quos *Romulus* creavit, eo in honore à principio fuerit, qualiter postea obtinuerunt? uti nos utrumque in nostro de rerum inventoribus opere docimus. Quid, quod *Censura*, magistratus olim apud Romanos, ab initio, teste *Livio*, à primoribus omnino spreta est? at non longo post tempore omnis *Urbis* ordo sub ejus ditione fuit: atque id genus exempla sexcenta sunt. Proinde origo vera *Garteris* ordinis non erat prætereunda silentio, etiamsi proœcta esset ab amore: quo nihil esse nobilior, vult *Ovidius canens*, Nobilitas sub amore jacet. Quo circa famam vulgi de istiusmodi instituti causa non omnino vanam dixerim. *Eduardus* item, cum *D. Georgium* suæ militiæ præsidem optallet, postea ipsis armato, & equo insidenti, appinxit scutum album, rubra cruce per insigne: dedit & militibus suis saga alba, utrumque binis crucibus pariter rubris munita, que ipsi super armaturam induerent: ut non minus decorum, quam magnificum esset, videre Anglicanas legiones armatas instar orientis Solis procul albescere, micare, fulgere; cum aliarum nationum milites velut gregarii vestitus colore minime internoscantur. Sic fer Polydorus Vergilius histor. *Anglicanæ* lib. 19.

Hæc itaque vulgi est opinio, longa traditione veluti per manus accepta, equestre istud collegium suum debere originem fasciolæ heroidis *Salberina*, casu tibia delapso, protinusque à Rege *Eduardo* per amante collectæ. Pro qua quidem facere videtur & titulus ipse equestri fasciolæ inscriptus, *Hony soit qui mal y pense*.

Cæterum *Guilielmus Camdenus*, à fasciola seu perifelide Regis *Eduardi*, in præ-  
lii, quod feliciter cesserat, tesseram data, equestri huic collegio *Garterii* nomen inditum  
fuisse existimat: *Inter Bibrocos*, inquit, *flores* *Vindfore*, *Saxonice* *Vyndlefora*. Situm  
certe amænorem sedes regiavix habere possit. Clementer enim ex edito colle, jucundissimo  
in orbem fruictur prospectu. A fronte vallem despectat longe lateque procurrentem,  
aruis distinctam, pratis viridantem, nemoribus hinc inde vestitam, & placidissimo Tamisi  
irriguam. A tergo colles passim exsurgunt, nec asperi, nec praeculti, saltibus coronati, &  
venationi à natura ipsa quasi dicati. Hac loci amenitate pellecti reges, sapissime huc sece-  
dunt: & hic ad *Galliam* vincendam natus est *Eduardus III.* Rex potentissimus, qui hoc ca-  
strum quasi urbe emul'um fossis & propugnaculis ex quadrato saxo munitissimum de inte-  
gro construxit, statimque debellato Gallo, ac Scoto, Joannem Regem *Gallia*, & Davidem  
*Scotia*, in hoc captivos uno eodemque tempore tenuit. Dividitur hoc castrum in duas  
areas: interior, qua ad ortum, spectat aulam regiam, qua adficiorum descriptione ni-  
hil illustrius, nihil est splendidius. Ad cuius Borealem partem, qua flumen despectat, Eli-  
sabeta Regina, Henrici VIII. filia, subdiale ambulacrum adjecte longe amoenissimum.  
Exterior area in ipso primo ingressu templum habet Auguſtissimum, B. Matiae virginis, &  
S. Georgio Cappadocii ab *Eduardo III.* consecratum; sed ad eam, qua nunc cernitur, 1350:  
magnificentiam ab *Eduardo IV.* perdūctum. Hic *Eduardus III.* ut militarem virtu-  
tem honoribus, premis, atque splendore decoraret, nobilissimam conscripsit Equitum  
auratorum societatem, quos ob periscelidem suam, in prælii quod feliciter gerit,   
tesseram datam, *Garterii* sive *Periscelidis* Equites nominavit: qui carulea perisce-  
lide aureis litteris Gallice inscripta: *Hony soit qui mal y pente*, sinistram ti-  
bam substringunt. Alii tamen hujus ordinis inventionem multo antiquorem faciunt,  
& ad Regem *Richardum I.* referunt, Eduardumque tantum reduxisse credunt. In  
ipso



In ipso enim institutionis libro, quem Guil. Dethicus principalis armorum Rex, Carterus nomine insignis, omnium, que ad honorem spectant, studiosissimus, mihi ostendit, sic legitur.

Alii ordinem Gar-  
tem R. Richardo L.  
Rege in-  
stitutum  
volunt.

Richardo, cum contra Turcas & Agarenos, versus Cyprum & Aconem moveret, longiorisque moræ pertulit esset, dum mira tolicitudine traheretur obsidio, tandem illabente, per D. Georgii, ut opinatum est, interventum, spiritu, venit in mentem, ut quorundam electorum militum erubris coriacum tubifibulum, quale ad manu tunc solum habebat, induceret: quo futuræ gloriæ memoræ ex condito si vincerent, ad rem fortiter ac strenue gerendam expergerent, ad Romanorum instar, apud quos illa coronarum varietas, quibus variis de causis donati sunt & ipsigniti milites, ut his velut irrita mentis excussa vecordia, virtus animi fortitudineque pectoris servidior exsurgere atque exsiliere. Ceterum in hanc societatem potentissimi quinque orbis Christiani Principes cooptari, iuxta maximi honoris duxerunt: & jam à prima institutione, in hunc ordinem, qui è xxvi. Equitibus constat, Reges adscripti fuerunt plus minus xx. prater Anglia Reges, qui ejusdem praesides habentur: ut Duces, & altos maximi nominis tandem. A sinistra templi, ades sunt Decani & probendariorum sive Canonicorum xii. A dextra, est quasi prytaneum, in quo aluntur emeritis sed pendit provectioni etate milites duodecim, honestiore loconat, qui quotidie rubræ togæ ad talos demissa vestiri, cui lacerna purpurea inducitur, sacris interesse tenentur, precibusque pro Equitibus apud Deum intercedere. Inter utramque arcam intermince moles, cui arx rotunda imponitur: juxta quam alia arx edita surgit Winchesterovna, ab Episcopo Wincentiensi Wichamo, quem Eduardus III. operi prefecit, appellata. Hucusque Miraeus.

**Eques Balnei.**

§. XXXI. Alius ordo est equitum Balnei: de quo audiamus Francij. Menenii delici. Ord. Equestriam, sub tit. *Equites Balnei in Anglia*, qui ita: De militibus, sive Equitibus Balnei, nihil antiquius mihi legenti haec tenus occurrit; quam in usu fuisse apud veteres Francos; & Henricum IV. Anglia Regem, ea die quinque auguratus est in arce Londinensi, quadraginta sex armigeros, qui præcedente nocte vigilascent, & balneo usi escent, Equites creasse, singulis tunicas virides ad talos demissas, cum manicis stricis & Atuevera pellitas donas: eosque gestasse ad humerum sinistrum duplècum funiculum ex albo serico cum \* torulis dependentibus. Hi superiori seculo ex flore nobilitatis, qui nondum gradum Equestrem accepissent, feligi in Regum & Reginarum inauguratione & nuptiis solebant: Aliquando etiam cum eorum filii in Principes Walliae vel Duces investirentur, aut militari baltheo cingentur, plurimis adhibitis ceremoniis. Qui ad hunc ordinem suscipiendum à Rege evocantur (nec banc rem exquisite perleguar) pridie quam creantur, heremiticam vestem tineritam, cum cucullo, pileolo lineo, & ocreasinduti, sacra devoti accedunt, ut militiam suam quasi Deo imprimitis militari, auspiceantur, una canant, singulisque ministri duo armigeri, & puer assecla. A cena in cubiculum se recipiunt, ubi paratur singulis lectulus cum velariis rubris armisque suis gentilitiis affixis, & juxta vas balneariorum, linteis opertum, in quo cum se Deo commendaverint se ablunt; ut deinceps corpore animoque mundo esse admoneantur. Postridie postremo bene mane, instrumentorum musicorum sono excitantur, easdemque vestes induunt. Tunc Anglia Constabularius, Marescallus & alii, quos Rex constituit, eos accedunt, nominatum suo ordine evocant, & iusurandum proponunt: scilicet, ut Deum ante omnia colant, Ecclesiæ defendant, Regem honorent, ejus jura propugnant, viduas, virgines, orphanos tueantur, & injuriam, quantum poterunt, propulsent. Hæc cum tatis Evangelii juraverint, ad saera matutina Regis musicis & Heraldis præeunribus deducuntur, atque ab iisdem in cubicula reducuntur, ubi heremiticas vestes exuti, chlamydem holosericam rutilo Martis fulgore reliquent, & galerum candidum, candidis plumis super pileum lineum induunt, chirothecas candido funiculo chlamydias colligant. Equos sella & ephippiis scorteis nigris albo intestinatis, & cruce fronti præfixa instructos, concendent. Ante singulos suos asseclæ Eques gestat gladium capulo inaurato, ad quem dependent aurata calcaria, utrumque armigeri obequitant. Hac pompa tubis ante clangentibus ad aulam regiam itur, ubi cum ad Regis præsentiam à duobus senioribus Militibus deducuntur, Regis Camerario assecla balthem cum gladio dependenti tradit. Ille summa cum reverentia Regi, qui Militem transversum eo cingit, jubetque duos seniores Equites calcaria imponere, qui olim creandi militis genua, bene precantes, osculari solet. Jamque milites creati, olim Regis



§. X. Titulus vulgo habet: *Duces Saxonia, Angria & Westphalia &c. Angria* nomen ei insertum meretur, ut huc transferam, qua vir diligentissimus L. *Henry. Hamelmannus*, de famili. & tit. emort. L. i. p. 27. & seq. notavit circa eos, qui Angriæ dominis sunt. *Chronicon Coloniense resert in Ducatu Engern esse metropolin urbem Sutatensem*, sed *Franciscus Irenicus* scribit *Osnabrugum*, urbem quam censet olim à Brückenis adficatam, esse sitam in *Angriavaria*. Quod videtur verisimile: ideo duplex est *Engaria* ducatus. Ut vero *Minda* habuit arcam *Wedeckindus*, & adhuc è regione arcis, deß *Haus* *ses zum Berge*, in ditione *Minden sextat* arx *Wedeckindus* dicta die *Wedekeburg*/ ita quoque *Osnaburgi* gubernator fuit *Wedeckindus*, & extant adhuc non procul ab urbe reliquie ad modum exigua, ubi arcam habuit *Wedeckindus* propè *Cænobium Rulle* in monte, dā noch der Name ist/ die *Wedekeburg*/ mō potius locutius nomen, ut dixi, facit hoc nobis verisimile, nam dicitur die *Wedekeburg*. Sic quoque est in templo pagi *Belm* (quod volunt *Berblehem* dicunt) baptizatus cum uxore *Gena*, que est etiam ibi sepulta: Et extat adhuc ibi baptisterium *Wedeckindus* egregium à *Wedeckindus* ibi extructum: Primaria autem arx *Wedeckindus* fuit *Enger*, unum milliare ab *Hervordia* & quatuor milliaria ab *Osnabriga* distans, Hodie ibi est ampla parochia cum aliquot pagis solummodo dicta *Enger*. Cum *Henricus Leo* (qui merito est omnibus potentissimis Regibus, Electoribus magnificissimis & Principibus excellentissimis exemplar, ne in sua confidant potentia, neque ferociant vel se extollant) pelleretur à possessione & titulo *Westphalia* & *Engaria*, per venit in possessionem istius arcis & urbis & dominus Comes *Lippia*, qui stetit à partibus *Henrici Leonis*, eadē causiquod *Lippensi* domino ademerat multa bona, pagos, item arcam die *Hauestadt* *Erucet*, & alia circa urbem *Lippiam* dominia, *Coloniensis* Episcopus, & deinde *Monastryensis* arcam *Sassenborg*, quoniam olim à *Lothario* rege consecuti fuerant *Lippenses* domini, ideo recipit in recompensationem Comes *Lippia* *Enger* dominium ab *Henrico Leone Duce*: nam erat arx munita & ad eum pertinuit castrum *Bustede*, quod ante centenos aliquot annos nobilibus die *Nagels* dictis Comites de *Lippia* oppignoraverant: Cum vero *Simon Comes de Lippia* multum damnum daret *Osnaburgi* fiditioni, propterea quod diceret oppidum *Melle*, & pagum *Reimeslage* pertinere ad dominium in *Engeren*, est tandem interceptus ab Episcopo *Osnaburgensi* *Ludovico* Comite in *Ravensberg* & ad quinquennium derentus *Osnabrigi* in vinculis, quibus nomen dederunt der *Buck* & demum datis obſidib⁹ est ita liberatus, ut deſtruueret castrum *Engern*, & deinde pagum *Engern* & reliqua ad illum pertinentia bona oppignoraret *Brunoni Comiti* in *Ravensberg*, Episcopi fratri. Ita haec tenus *Enger* parochia cum multis pagis *Ravensburgico* Comitatui oppignorata est, quod dominius



minim modo repetit Simon Comes Lippiensis. Cum verò turbatus esset à suis regionibus per Fridericum I. Cesarem Henricus Leo, est titulo Westphalia & Angrivaria vel Engern investitus Colonensis Praeful Gilhauseu: Nam supra Susatum in Surlandia monsia sita est arx Eresburgum quasi Engersburg, & hanc posseditse W edekindum & ejus posteris constat, & illam arcem atque oppidummodo dictum Mersburg adhuc obtinet Colonensis Episcopus ideo verisimile est, & superiorem & inferiorem Angrivaria vel in Eugern ducatum fuisse, & superioris Angrivaria ducatum cum multis oppidi & arcibis certissime obtinet Colonensis Praeful, & extenditur per Surlandiam usque ad Comitatum in Nissa ab una parte, & ab altera usque ad Hessiam, & Comitatum Waldeck, & circa amplum Comitatum de Marca & Diocesis Paderbornensem & superiorum Comitatum Lippiae: Circa flumen Lupiam multa & plurima ad Ducatum Engaria & Westphalia pertinentia possidet Colonensis Elector. Sed ut traxit illum Ducatum ad se Colonensis Elector, qui in transactione adjudicatus erat Principi Bernhardo, ex quo originem dicunt Principes & Dukes inferioris Saxoniae qui dicuntur de Levenberg, & propterea isti adhuc retinent titulum Westphaliae & Angrivariae: Gobelinus Persona expresa scribit in suo Cosmодromio: Anno D. 1180. in conventu Principum apud Gilhausen celebrato per sententiam Principum Duci Saxoniae Henrico Leoni ducatus suis abjudicatur, & partes istius ducatus qua erant in Colonensi & Paderbornensi Diocesib. ultra Visurgim (versus Rhenum) dantur Philippo Colonensi Archiepiscopo & Bernhardo Comiti de Ahlod filio Marchionis Alberti. Hic est ille Bernhardus unde, ut dixi, originem trahunt Duces Saxoniae inferioris: Interim cum semel totum Ducatum invaserat Colonensis eum planè obstinuit, & exclusit Principes Saxonicos ut legitimos heredes: Verum hodie ut Principes inferioris Saxoniae: ita & Episcopi Colonensis titulum ducatus Westphalia & Angrivaria retinent. Est adhuc aliud dominium vel Comitatus Engeren, qui titulus plane evanuit. Nam ultimus Comes regni Angariae de Oisten (isto titulo) Bernhardus & ejus uxor Christina simul baptisati sunt, & in loco & oppido Hamelen ibi ex suis bonus fundaverunt Collegium, quod hinc adhuc est in oppido Hamelen, ubi est etiam ille Bernhardus in Collegio sepultus, sicut & W edekindus in Enger, ubi etiam ille Collegium fundavit, quod est nunc translatum in novum oppidum Hervordense: Et hic consideranda mirabilis mutatio in hoc Ducatu est.

§. XI. Quod veteres attinet. Apud Brotuffum Electorum qui ex hac familia Veterum Saxoniam tenuere insignia ita pinguntur, ut quadripetita primo loco enles mareficallatus dœyua contineant, altero Saxonica strabes & rutaceum lertum, tertio aquilam Palatinam, quarto Angriæ ut vulgo creditur insigne. Ducum autem parma hoc situ exhibetur, ut primam aream occupet Saxoniam, quartam ..... duas reliquas bis repetitum Angrivariae dœyua, sed & Ensis posthac etiam usi sunt, quod jus sibi in Electoratum luperesse contendenter: de quo §. 7.9.

§. XII. Jam Anhaltinum clypeum intueamur, quem Sibmach. Wapenb. Anhalt. P. i. p. 8. exhibet, & ante eum paßim Brotuffus. Is duabus perpendicularibus & tot idem transversis lineis in novem quadras diſpescitur, ut tamen media locum parvula scuta. occupet peculiaris. Ut à medio scutulo ordiamur, illud ad perpendicularum bipartitum est: prior pars argentea dimidiam aquilam rubeam continet, altera aurea Saxonicas fascias nigras & lertum rutaceum. Hoc Anhaltini principatus proprium esse emblemata ex Brotuffo disco: quicca Anh. Chron. L. 4. c. i. p. 65. a. b. Es gab ihm auch der Kaiser und dem Fürstenthum des Harches zu Anhalt ein neu Wappen/ daß ist ein zeichen ihres heerschildes/ nemlich er nahm einen halben Märtschen roten Adeler / setzte den forn in ein halb Wappen des schildes / und nahm darnach ein halb Wappen der funf schwarzen balcken nur dem rauten franz/ sahze es in das ander theil des schildes mit dieser bedeutunge / dieweil das neue Fürstenthum wäre Anhalt genandt/ und Brandenburg und Sachsen bedeuteten durchs neue Wappen ein Anhaltisch Fürstenthum/ so solten sich das Marggraffthum zu Brandenburg/ das Herzogthum zu Sachsen/ und Fürstenthum zu Anhalt aneinander halten/ und untereinander schützen/ denn sie wären eins Fürstlichen geblütes und geschlechtes. Daß aber das Märtsche Wappen zu förderst gesetzt wird/ und das Sachsische mit dem Rautenfranz nach/ist die ursache/däß das Märtsche Wappen bey ihrem Geschlechte älter ist/ denn das Sachsische/nur dem Rautenfranz. Dein Kaiser Heinrich der Erste/ als er die Wendische Lande bekrieger/ jenseit der Elben/ und die Marc zu



Brandenburg zu einer markt des Röm. Reichs geordnet/ hat er ihr einen Röm. Adler mit einem halben monden zum Wopen gegeben/ und ist der Adler roth/ zu bedeuten/dass es viel blut vergießen gekostet/ eber dieselbige Wendische mark dem Röm. Reiche und Christlichen glauben unterthänig und gehorsam gemacht. Der halbe monat bedeut das abnemen/dass die Wenden/ ob sie gleich den Christlichen glauben angenommen/ so seynd sie doch unbeständig geblieben/haben wieder abgewonnen/ ihren rechten Gott und Schöpffer oftmahs verlassen und verläugnet. Solches ist in etlichen Sächsischen Annalibus zu befinden. Ex his & prioribus Brotuffi verbis intelligimus, Henrico Bernardi I. ex Alcanii Ducis Saxonie filio alteri ab Imperatore (& quidem Friderico I. ut paulo ante dixerat) scutum hoc concessum esse, cum prius eum, quem subristiorem viderat, principem creasset Anhaltinum, donatis præter avitas possessiones nonnullis civitatibus & ditionibus, quas è Ducatu Saxonie & Marchionatu Brandenburgico decerpserat, ut ille etiam, qui Electores patrem, patruum & fratrem haberet, dignum gente decus tueri posset; Quicquid vero de hac traditione sit, id certe fallsum est, à Friderico I. hoc fieri potuisse: is enim, quod §. 3. monui, vivis antea exceperat, quam Bernardus Alberti & Henrici patens conjugem duxerat vel liberos generat. Alium ergo querere Imperatorem oportet, si fides esse debeat relatione. De eo minus dubitaverim, Anhaltinas ditiones ~~anteriorum~~ esse Saxonie atq; Marchie, atq; adeo symbolon hoc ex utriusque symbolis compositum non solum memoriam servare, in Serenissima hac gente uno tempore duos Electoratus viguisse, sed etiam notare principatum, quem Electoralis familia ramus iste teneret.

*Brandenburgicus  
Electoratus  
tus olim in  
familia.*

§. XIII. In memoriam revocat hoc ~~ā~~ Electoratus duos in gente fuisse: quorum tamen possessione deinceps ea excidit. De Saxonico supra diximus. Quod Brandenburgicum attinet: Perhibetur ex stirpe hac primus fuisse, qui Marchiam veterem s. Saltvedelanam tenuerit Ernestus, s. simplex id beneficium Henrici II. Imperatoris fuerit, s. Ius etiam aliquod matris intercesserit, quam Annam Marchionissam vocant. Eius vero filio Esico VI. lego Primislaum R. Henetorum eandem iterum eripuisse. Non minus Alberto Esici IV. fratri eandem ab eodem Imperatore commissariam invenio (vid. Brotuff. Chron. Anhalt. L.1. c.21. p.23. qui uti ubique hic etiam satis confusè omnia tractat.) Exin Ottocogn. Magnus memoratur eam dote accepisse, cum uxorem duceret Helicam filiam Magni Duci Saxonie, qui Primislaus Heneto eam extorterat bello. Qui Ottoni patri succedit Albertus Ursus legitur de Marchia veteri investitus esse 1140. à Contrado III. Imperatore: dein ab eodem accepisse Marchiam integrum cum Electorali dignitate: Ita Brotuff. Cht. Anh. L.2. c.1. p.28. b. Cum vero idem postea memoret, etiam à Primislaus Heneto Albertum hunc compatrem suum heredem omnium ditionum Henetarum atque Brandenburgicarum esse institutum: demum Electoratum, cum Contradus Plezkenensis elector, qui in Landsberg habitaverat, vivis excelsisset, Albertum nauctum, deque eo 1150. ab Imp. Lothario in comitiis Quedlinburgicis investitum esse: nescio titulos hos cumulatos dicam, an sibi non constare Brotuffum? in primis cum paulo post 1152. eadem investitura à Friderico I. facta esse dicatur. Quicquid vero horum sit, constat in Alberto hujus ex filio Ottone posteris duobus fere seculis haessisse Marchiam & electoratum, donec Joannes V. matrum ultimus vita excederet. Hujus morte ad duces Saxonie & Anhaltinos delabi videbatur successio. Sed præteriit hos, quatum imperium moderabatur, filius dives Ludovicus, & filium sibi cognominem electorem atque Marchionem creavit. Causa allegat Brotuff. Cht. Anhalt. L.3. c.1. p.54. b.55. a. quod Rudolphus Elector Saxonius suffragio suo non Ludovicum sed Fridericum solo admovere quandam conatus fuisset: sed & à Ludovico, quem tres Pontifices proscriptiissent, & quem adeo Augustum non agnoscerent, tam ipse quam Anhaltini agnati investituram petere neglexerant: unde illis præteritis Ludovicus Bavarus (senior, non aliter cui Romano cognomentum fuit, qui error est Brotuffi) feudum à patente nactus adversarium quandam habuit, quem Waldemarum ex Alcanii Saxones & Anhaltini ferebant, reducem ab exilio, in quod quandam abivisset, alii molitorem esse perhibebant, sed Waldemaro per omnia specie similem. Inde arms diu actum, donec Ludovicus Romanus, cui senior frater Electoratum interim conesserat, Pseudo-Waldemarum expelleret, & Marchiam denuo in potestatem reduceret. Vicissim Rudolphus Saxo & Anhaltini apud Pontificem de Imperatore & quam credebat inuria sibi illata conquesti, vi quoque ditionem subigere conati, frustra tamen fuerunt.

Post



Post Ludovicos duos frater Otto eundem rexit, sed demum Carolo IV. Augusto, qui prius Rudolphum Saxoniam ducem, Albertum atque Woldemarum Anhaltinos de Marchia literis investiverat, vendidit: Hujus beneficio eam tenuit filius Wenceslaus, & eo ad Imperiali solium promoto Sigismundus frater. Iste quam modo Jodoco patrueli, iterum Wilhelmo Misnio oppignoraverat, Marchiam ad extremum cum electorali axiomate Friderico Burggravio Norimbergico contulit: in cujus posteris nunc etiam feliciter hæret, neque ex eo tempore Alcanii, quibus eam ob causam 60000. aur. numeratis, horum possessionem turbare conati sunt, suis contenti ditionibus (ut est apud Brotuff. L.6.c.10.p.97.b.) Memoriam tamen hujus etiam regionis & dignitas ipsum Anhaltinum hoc insigne servare potest.

**S. XIV.** Quæ inter quadras scuti primum locum obtinet argento pingitur, & Veterum repræsentant ursum nigrum corona aurea (quo metallo etiam collare, halßband/tungi- tur, collo inditum) redimitum, rubentem linguam protendenter, & super muro miniatu- rato, quater pinnato, & obliquo situ in laterculi lœvum latus atcedente gradientem. In Beringen- sium. Ur- tesera. muro illo conspicere etiam est portam aurata, ferramentis nigris. Brotuff. Anhalt. Chron. L.1.c.7.p.13. b. ita enunciat: Ein schwärzer Behr mit einem goldenen Halßband/ und einer goldenen kronen/ in weissen felle. Der Behr geht auf vier rothen zinnen/ auf einer mauren/ ein thür darinnen. Daz ist der Herren Behringer oder Behren altväterliches Wopen von dem Harze geweßt. Hosetiam memorat fuisse ex 12. dynastis veterum Saxonum, qui genti imperare & ex suo ordine cum belli necessitas ingrueret regem legere coniuerunt. Ceterum quamvis, quæ de priscis illis Ursinis s. Beringis Brotuffus ex traditione refert, vix ulli persuaserit, quillorum seculorum historiam callet. Quis enim concedat imperio adeo jam declinante circa 650. Constantem Augustum & Senatum Romanum tantum in meditullio Germania potestatis habuisse, ut Aribertum Vicarium Imperii Saxonibus & Vinidis, ultra Hercyniæ montes & sylvas præficerent, & hos dicto haberent obedientes? cum nem non quidem, quando imperium maxime floreret, tantum Romanis potestatis fuerit. Hoc ipsum tamen quod laterculum hunc Serenissima familia reliquis præponuit, argumento esse potest, familiam hoc avitum & suum agnosceré, quod reliquis præterunt: licet certa provincia eonon denotetur. Quod aliqui exprimere solent, notari Ursinorum gentem, in eundem sensum accipiendum, nimis notari originem ipsius cum Ursinis communem, non quod nostris ab Ursinis Italiam, quibus ursus ille non est in usu.

**S. XV.** Qui proximus huic laterculus est aureus quinque fascias nigras defert. Ballenstedt hoc symbolo notari notum est. Rationem symboli à nomine etiam de- stet, rivot Brotuff. Anhalt. Chron. L.1.c.6.p.12. b. Allie soll man wissen/ daß anfangs lichen die Herren die Behren oder Behrige genandt / haben auf dem alten schloß Ballenstedt am Harze gelegen/ ihren hoff gehalten/ und ist zu Ballenstedt vor alten Jahren ein blochthauß gewesen/ Balckenstedt genandt/ und hernach daraus ein stark schloß gebauet worden. Daher hat das Wopen der fünf schwarzen balcken im goldenen felle seinen ursprung. Joannes Pomar. Sächs. und Niedersächs. Chr. p. 61. trabes has ballen vocat. An dialecto aliqua corrupta, pro Balcken? Ita ratio nominis constaret evidenter. Porro Ballenstedt/dynastiam inter veteres dynastias Saxonicas enumerare solent. Conf. Brotuff. L.c. L. 1. c. 13. p. 17. Hæc antiquum patrimonium hujus gentis. Inde in illo castro Eiscus IV. (Brotuff. L.1. c. 22.) collegium Canonicorum 943. fundavit, & multa Comitatus illius parte dotavit, quam donationem Stephanus IV. & Martinus III. Pontifices confirmarunt. Filius non minus se religiosum exhibuit, & collegium illud in caenobium Benedictinum commutavit. Ita dynastæ paulatim extincta memoria, quam tamen hic laterculus servat. Qua ratione ex hoc laterculo Saxonum emblematum natum sit, injecto sertorutaceo, §.3. vidimus.

**S. XVI.** Tertius in ordine supremito laterculus testellis nigris & argenteis di- stinguitur. Brotuff. Anhalt. Chron. L.1. c. 1. p. 8. daß Ascanische Wopen ist ein comitatus. schachspiel breit mit weiß und schwarzen feldern dargestellt. Ex hoc intelligimus, Ascanium comitatum designati. Huic ab arce Ascania nomen, hujus vero ad Ad Hal- berstadt quod modo de- Saltem ab hoc nomine ipsam Serenissimam familiam nuncupari est per vulgatum: venit.



Ascanium vero illud castrum & opidum (Aschersleben) antiquissimum cum Bal-  
lenstedt/ cuius modo mentio facta, gentis creditur fuisse patrimonium. Quod ve-  
to Carolus Magnus Berengarium, quod in baptismo cum Caroli nomine commuta-  
vit, primum Ascania comitem constituerit, autoribus suis relinquimus traditionem.  
Albertus II. qui 862. vivis excessit, Ascaniam, quam 747. Pipitus diruerat, & Bern-  
burg arcem dicitur restaurasse. Dein Ascania comitatum tenuit Henricus cogn.  
pinguis Alberti Electoris Saxonia & Henrici primi Anhaltini principis frater , pater  
lineæ, quæ juxta Brotuffum in sextam duraverit generationem. Alibi legi, ejus filii  
ereptam Ascaniam à patruo Henrico Anhaltino principe. Ab hoc Ascaniam natus  
est filius Otto, cui cum filium vivus extulisset, ex fratre Bernardo nepos Bernardus  
II. succedit; hūc autem Albertus Halberstadiensis Episcopus, frater licet, ditionem il-  
lam eripuit, & collegio Halberstadiensi ope Elisabethæ Ottonis viduæ adseruit. Idem  
Halberstadienses Bernardum III. possitatem Ascania dejecere, unde spoliati cogno-  
men eiunditum. Historiam compendio recitat Celebert. Nic. Rittershus. Exeges.  
historic. Geneal. p.142.143. Ottone igitur sine masculo defuncto, Bernhardi I. filii, Bern-  
hardus II. & Albertus Episcopus Halberstadiensis de Comitatu Ascania certarunt. Subdi-  
ci homagium Bernhardo præstiterunt, Albertus jus in eundem Comitatum prætendens cum  
Capitularibus, astu & ope vidue Ottonis multa molitus, vi tandem civitatem Aschersle-  
ben invasit, undelites inter fratres ortæ, quas Albertus componere, remque eo producere  
laboravit, ut Bernhardus arcem & civitatem à Capitulo Halberstadiensi feudi jure reco-  
gnosceret, idque datis & acceptis investituræ literis utrinque firmaretur; Id quod recusa-  
vit, & investituram ab Imp. Ludovico petuit, & imperavit anno 1318. quo anno è vita  
decessit, relictu filio Bernhardo III. cognomento Spoliato. Cum Ottonia vidua denuo nube-  
ret Friderico Orlamunda Comiti, & doratio suo valediceret, Ascaniensis ad Episcopum  
& Capitulum Halberstadiensem remisit. Bernhardus apud Imp. Ludovicum de spoli con-  
questus, investituram Comitatus Ascania, & confirmationem omnium iurium obtinuit.  
Idem Imperator Ascaniensis ab Episcopatu Halberstadiensi editio retraxit, omnesque pre-  
terea Comites, Dynastas, Nobilitas, & Equestres, tum temporis Domus Anhaltina Vasallos, ad  
Princ. Bernhardum Spoliatum denuo remisit, cum severa prohibitione, ne à quoquam alio,  
quam à Pr. Bernhardo dependeant. Cui Cesareo mandato omnes obsecuti sunt, & ipse  
Episcopus Albertus pluribus investiturarum actibus absque ulla contradictione præfens in-  
terfuit, &c. Alberto Episcopo mortuo Capitulum Halberstadiense bona jam ante ipsolata  
& restituta denuo occupat, & insuper habitus rescriptis atque mandatis revocatoris Ludovi-  
ci Imp. ab omnibus & singulis subsequentibus Imp. renovatis ac confirmatis, in hodiernum usque diem detinet. Familia tamen ius suum sibi perisse negat, & hoc quoque la-  
terculo servat. Unde 1648. de novo illud scripto sibi vindicavit.

Wald-  
see.

§. XVII. Laterculus qui principem parvulam à dextris stipat ad perpendicular-  
lum & transversim in quatuor quadrantes dividitur, & auro arque minio inficitur (4.  
würflichtie felder.) Notat illud dominum Waldsee, quod majori ex parte consistit  
in Dessavia, quam 1341. Albertus & Waldemarus fratres condiderunt, & quæ adjacent.

Höpenrodt Stambuch p.28.

Wanns-  
dorf.

§. XVIII. Alia ad levam Anhaltinum clypeolum stipat quadra cœrula, quæ aureis  
duobus baltheis ex sinistro latere descendantibus exornatur. Ita notatur comitatus  
Wannsdorf, cuius memoria superest in nobili præfectura illius nominis, quam Cöthen-  
ses possederunt. Huic laterculo debetur galba duabus alis expensis insignis.

Molin-  
gen, Com.

§. XIX. Quæ pedis est prima area catulea aquilam explicatis als volantem, &  
linguam rubeam, crura vero aurea ostendenter, argento tingit. Hoc symbolon esse  
Mulingensis comitatus intelligo, qui penes Barbianos com. fuit, unde in eorum etiam  
conspicitur scuto aquila, sed nescio an errore coccinea in argento.

Regalia.

§. XX. Media area pedis tota cocco tineta est. Dieses Wapen wird gemei-  
nlich genannt die blutsahn. Item das Wapen der Regalien, im latein vexil-  
lum pretorium, und sollen alle diejenige Fürsten/ so reichslehen haben / diesen  
schild zu führen macht haben/ wie auch einer exemplar an der Burggrafen zu Meiß-  
sen Wapen zu finden. P. Albin. Sächs. Stambuch. p.234. Ex errore autem  
factum teor, quod in Brotuffo frequenter hec ateola linea ex angulo lœvo in pedis  
latus dextrum descendens diagonaliter fecerit scutum, coloribus additis rubeo &  
aureo.



§. XXI. Extrema cum prima area videtur omnino convenit, argento enim Bernburg, tincta refert ursum nigrum, oculis & lingua rubeis, collari aureo ornatum, super muro quater pinnato gradientem. Si quid discriminis notandum sit, non tam in eo queretem, quod murus primi laterculi ex leva in dextram vergit, extremi contratio sit, unde ursorum alter levam respicit, alter in dextram converius appetet. Id enim in Getmanicis nostris clypeis discriminis non valde attendi sepe monuimus: quam in hoc, quod Brotuffus nullibi, quod observallem, alteri urlo coronam addit, qua prior redimitus conspicitur, quinimo L. 4. c. 8. & L. 6. c. 6. ubi lineam dominorum Bernburgiorum describit, ursus etiam corona caret, colli contentus ornamento. Verum enim vero in Sibmachero & alibi hic quoque coronam video; ut & Spangenb. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 34. p. 318. coronatum ursum Ascanii ob Bernburgum convenire credit. Unde an ex errore alii hanc addiderint, an Brotuffi sculptor quam addere debebat appingere neglexerit, non satis discerno, sed à peritoribus dicere mallem. Ut illustris amicus moruit, nunc etiam ursum hunc sine corona esse, & collare non auro verum argento tingi. Aliud certe hoc δάγκυα esse à primo illo, non tantum diversus situs evincit, in primis in scuto in quo nullus alias laterculus repetitus spectatur: verum etiam quia cum priori urlo familie Beringiae Ursinae significationem §. 14. asseruerimus, non dubium est, hoc altero urlo Bernburgiam dynastiam designari, quod etiam titulus & nominis ratio, in ursi & castris pinnis designati notatione latens, monstrat. Unde etiam Brotuffus L. 6. c. 1. pag. 91. cum Henrici I. principis Anhaltini clypeum pingit, discernit der alte Beringer und das Bernburgische Wappen. In Sibmach. Wappenb. P. 2. p. 35. Bernburgum insigne idem est, sed corona urlo adscripta. Ceterum Bernburgam arcem Albertus II. etiam restaurasse legitur: quod dein cum ditione cuius caput est, Bernardus I. Henrici I. principis trater in divisione sortitus ad posteros transmisit. Ex quibus ab nepos Bernardus V. 1410. morte sua successionem ad Georgium agnatum transmisit. Hincin filiis Joachimi Ernesti secundus Christianus Bernburgum sortitus est, quod nunc quoque in eis est nepotibus.

§. XXII. Descriptio hunc in modum scuto, tres incumbunt galeæ, omnes coronatae. Ex prima prorumpit ~~τερματικόν~~ ursi scutarii coronati, linguam cruentam ostentans: Ex altera protenduntur duo brachia nigro & aurato (alterante colorum situ) habitu, quæ decussata singula manu fasciculum tenent pavoninarum pennarum: (Brotuff. L. 4. c. 1. p. 65. b. ita: Zween überschreitende aufgerichtete Arme/ die haben in jeglicher Hand von Pfauenfedern ein schönen Fliegenwedel/ die Seiden führet goldgelb/schwarz/ grün/ roth und weiß an farben/) tercia sustinet dena vexilla, auratis perticis sulcata, & Ascanii picta tessellis. (Regalium significationem in vexillis his alii querunt.) Unde significatio hujus cassidis facile agnoscitur, nec non primæ: media videtur designare Anhaltinum ipsum principatum: quo retuleris quod d. I. Brotuffus refert, eo tempore Henrico ab Imperatore gratia principalis contendæ caprum esse consilium, cum pavoninis ejusmodi pennis mutcas abigeret. Henricus iussisse ihm allewege vor dem tißt stehien/ und dienen/ wehr et auch dem Künser mit einem Pfauenwedel der Fliegen/ und verhegezt auch zu zeiten seines Bruders Alberti das Churfürsten-antz. Lacinias quæ cassides tegunt circa primam argentum, rubeus & ater color, circa medium, aurum & niger, circa tertiam utrumque metallum, minium & si recte notavi niger color tingunt.

§. XXIII. Illa dispositio est scuti, quod in Sibmachero conspicere est. Quomodo successively creverit areolarum numerus, ex Brotuffo agredidicetis, vel potius traditioni ejus fidem non satis tuto adhibueris. Certe si etiam verutis illis temporibus insignium gentiliorum concesserimus usum: nemo tamen facile argumenti hujus tam rudistuerit, quin sciat recentioris inventi esse, ut δάγκυα plura eidem clypeo insererentur. Unde fabulari sapit, quod L. 1. c. 4. Bernthobaldo tecundo clypeum quadripertitum ex Saxonia equo ferociente, Beringiorum urlo, tessellis Ascanii & trahibus s. fasciis Ballenstedii concinnat. Ariberto c. 7. iterum quadripertitum scutum tribuit, loco equi Saxonici substituto Ursinorum Italorum, qualis nunc in usu est, & de tibescepsis quo deinceps agemus, laterculo. Reliquorum partem fere tripartite sunt, priorem scuti partem urlo, posteriorem Ascanii & Ballenstedii symbolis occupantibus. Alberto IV. cui ab uxore obtigit comitatus Wölensis c. 21. quarto loco dat frontem taurinam cum extantibus cornibus: quod crediderim Wölensem insigne statui: in reliquis

Vetera insigia.



verò illud iterum omittitur. Ubi Marchia Soltwedelana & Brandenburgica accessit, hæc etiam symbola adjiciuntur. De Brandenburgica aquilam dictum, cui in parmula cælestina sceptr Electorale aureum inferitur. Quod verò Marchiam veterem seu Soltwedelanam concernit, ei tribuitur area bipartita, in priori parte aurea dimidiata nigram aquilam imperialem continens, in posteriori rubente clavem (ut puto argenteam) eti zivenschildig Wapen, die läng im Schilde nemlich das erste heil ein schwarzer halber Römischer Adler im güldenen Felde, im andern em Schlüssel die läng im rothen Felde. L. c. 23.

**Quando modernus typus assumptus.**

§. XXIV. Quando demum hic typus assumptus sit, quo hucusque usi, ex Brotuffo discere non licet. Si conjecturis agendum sit, crediderim Georgium fuisse primum, qui eo uteretur, postq. ad eum Bernburgia successio delata erat. Vidi tamen alicubi superiori adhuc seculo illum typum, ut non nisi quadripartitus esset clypeus, ex Ascaniis tessellis, & urso super pinnis gradiente, incidente toti parmula Anhaltina. Ita Adolphus Anhaltinus Episcopus Mersburgius apud Brotuff. Chron. Mersb. c. 16. p. 100. prima area Anhaltinum d. yza, secunde & tertie ursum coronatum super pianas gradientem, quartæ tessellas inscripsit: imposita toti episcopatus scutulo.

**Servestanæ lineæ additamenta.**

§. XXV. Ceterum nec hodie aliquid in illa dispositione mutatum est, nisi quod linea Servestanæ adjicit. Cum enim Rudolphus princeps uxorem habuerit Magdalena Joannis Com. Oldenburgici filiam Antonii Guntheri ultimi sororem, ex qua Joannes modernorum pater natus est: ab avunculo hereditas nova accessit, novis areolis designata. Unde Servestanorum clypeus nunc tribus perpendicularibus & duobus transversis in 12. areolas distinguitur, ex his 9. anteriores eodem plane situ sunt, uti ab aliis Anhaltini retinentur, ad levam tantum novo addito ordine trium laterculorum. Ex his supremus, qui ordine quartus & Ascaniis tessellis proximus est, cæruleus continet leonem aureum: Qui huic subjicitur ordine octavus & contiguus Warnsdorfus balcheis, aurcus nigrum leonem repræsentat. Extremus demum, qui Bernburgio adhæret, cæruleus inter duas alas argenteas ejusdem metalli propiciens caput caninum cum millo aureo refert.

**Jeverana dynastia.**

§. XXVI. Leo aureus in laterculo cæruleo notat Dominium Jevern, quod dixi, ex hereditate Antonii Guntheri Oldenburgici delatum. Ceterum hoc Dominium cum Rüstringia, Ostringia & Wangelandia Joannes Oldenburgius à propiore sobrina Maria Edonis Wimeken Dn. Jeverensis ex Heilwige Oldenburgia 1575. obtinuit, que adhuc viva eius subditos jurare voluit.

**Kniphofum.**

§. XXVII. Leo niger Kniphofum notat, quam prætensionem 1549. in Cameram delatam, eadem Maria cognato Joanni Oldenburgio reliquit: continuata illalis, donec Kniphofii transigerent & renunciarent: Reliqui vero Kniphofum filio suo Antonio Antonius Guntherus: Nihilo secius etiam Anhaltini & insignibus & titulo uruntur, ob expectativam descendientibus utriusque sexus conceplam.

**Walter-Nienburg.**

§. XXVIII. Extrema areola notat Walter-Nienburg dynastiam Barbiensium comitum, ex quibus Walterus comes (1278. mortuus) combusto Münch-Neuenburg alteram arcem condidit de suo nomine dictam. Ceterum cum hoc Dominium morte ultimi Comitis ad Electorem Saxonie delaplum esset, hic Joanni princ. Anhaltino feudo obtulit: unde Servestano principatu insertum est.

**Galea Jeverensis.**

§. XXIX. Galeatum etiam numerus auctus est ob Jeverensem successionem addita quarta item coronata: supra quam eminent tres struthionice plumæ superius antrorum reflexæ (zu oberst gerad vorwärts überfallend) quarum media auto, extremitate argento pinguntur; qui apex Jeverensis est.

**Telamona.**

§. XXX. Huic scuto astantes vidi Telamones duos leones; an ob Jeverensem successionem? nam alias Anhaltini ortos familiares fuisse existimo.

**Titulus.**

§. XXXI. Titulus est: Princeps Anhalti, Comes Ascania, Dn. Servestan & Bernburgi. Addit linea Servestana dominium Jevern & Kniphofum.

**Com. Bezingen.**

§. XXXI. Sereniss. princeps Georgius Aribertus Joannis Georgii filius, Joannis Casimiriffrater, Joannam de Crossigk duxerat, virginem nobilem, ea conditione ut filii qui nascerentur ad principale fastigium non aspirarent. Inde natus Christianus Aribertus, Sophia & Eleonora Joannis Georgii Com. Solmenensis uxor. Filius ille quod de legitimo parentum matrimonio dubium nullum esset, utpote confirmato omnium quorum intererat consensu & Ferdinandi III. autoritate, parentum pacto ortus sui dignitati



gnitati præjudicari non posse censebat, unde Principis titulum quæsivit; post varia acta demum consensum est in dignitatem Comitis, nomine dato *Com. de Bähringen*, ex antiqua gentis appellatione. Ceterum hic Christianus Aribertus 1677. in exercitu Cesareo, in quo principis elogio gaudebat, adv. Gallos merens, morbo corruptus interierit, atque ita primus & ultimus eo titulo comes fuit.

§. XXXIII. Scutum ei datum est quadripartitum; primo laterculo ursum *Scutum*. gradientem vetus *Δαύρη* gentis, quarto Bernburgium ursum, secundo & tertio Walderſex tessellas ex auro & minioreferentibus; Toti imposita patrula ..... cum urso nigro erecto coronato.

§. XXXIV. Galea imposita sunt tres coronæ, ex quarum prima & tertia ex *Galea* surgebant ursi, ille coronatus, hic corona destitutus: medium tegebat mitra (*Miliz*) coccinea, ora reducta aurea.

## CAPUT VI.

### *Ateſtini s. Eſtensiſ. Duces Ferrariae & Mutine.*

#### SUMMARIA.

*Ateſtinus à ſucceſſione Ferrareiſti ex-clusus.*

- |  |  |
|--|--|
| 1. <i>Domus Ateſtina s. Eſtensiſ.</i>  | 4. <i>Eccleſia Romane noſta.</i>             |
| 2. <i>Duciſ Muſinienſiſ ſcutum &amp; galea.</i>  | 5. <i>Aquila imperialis. Lilia Francica.</i> |
| 3. <i>Familia ramus alter, ex quo Duces Brunsviſci, alter Italicius, ex quo Ferrareiſti. Cesar</i> | 6. <i>Titulus. Muſina &amp; Regum.</i>       |
|  | 7. <i>Carporum principatus.</i>              |

#### §. I.

Illiſtrissimo ſplendore à pluribus ſeculis *Eſtensiſ* s. *Ateſtina* domus nulli facile Itali *Domes* catum cedit, plurimis vero poſt ſe relinquit, ſed ex plurimis poſfeſſionibus non alias *Ateſtina s. Eſtensiſ.* quam ducatus *Mutina* et que Regii, & Carporum principatum retinuit.

§. II. *Mutinensis* Duciſ, qui nunc familiæ princeps, ille clypeus eſt, quem *Duciſ Ma-* Chifflet. Inf. Eq. A. V. n. 301. *Cefariſ Eſtensiſ* tribuit. Scilicet in longum tripertitus: itaut *tinenſis ſcutum &* palus primus imperii ſymbolo, *aquila nigra bicipiti in ſolo auro*, exaretur: ſuſtentata *galea.* *Francica* teſſera, margine auro & mino denticulato ambiſ: que etiam ſunt ſym- bola tertii pali, ſed ordine contrario: Medius palus coccineus geminas claves dextra an- tream, iuxta argenteam, in decuſſim trajectas, turrita Romani Pontificis tiara auro & gem- mis inſtructa, coronatas refert. Omnibus vero hiſ imponitur ſcutulum ceruleum, cum aquila argentea, corona, roſtro & cruribus aureis. Caſis coronata ſuſtinet aquilam ar- genteam mediū ſcutuli typum: Laciniae autem dependent ex argento & cyano.

§. III. Ex hiſ, que mediū ſcutuli eſt, aquila ipſam *Eſtensiſ* s. *Ateſtinam* domum *Familie* deſignat. De cuius origine varias ſententias alibi retuli in Syll. geneal. p. 447. ſeq. *ramus al-* Neque hic universa repeto. Illud dixiſe ſufficiat, quod *Azo Ateſtinus* ſecutus in Ger- *ter, ex quo* maniam *Conradum II.* & *Henricum III.* Auguſtos, *Cunigundam Guelforum* primo. *Brunsviſci.* *alter Italicius, ex quo* *Conradi II.* Imperatoris filiam conjuget meruit. Ejus filii duo fuere: natu major *W. Ferrariae-* *fus s. Guelfus* ex materna ſucessione comes *Altorfi*, & dein *Henrici IV.* beneficio *les.* dux *Bavariae* fuit, impetrata etiam potestate, ducatum ad posteros transmitendi: Hi *præter Bavariam, etiam Saxoniam* naſtiſi ſunt, ſed utraque demum *Henrici Leonis* in- fortunio excidere. Reſtant vero ampliſſimi adhuc ducatus *Brunsvicensis & Lune-* *burgicus*, qui nunc quoque ab illis feliciter reguntur, qui à Guelfoillo deſcendunt. Al- ter *Azonis* filius patri *ip̄oīv̄u* reliquiam in Italia ſtirpem propagavit: in cuius po- ſteſtate diuerſi temporibus major Italia circa Padum pars fuit, *Genua, Mediolanum, An-* *tonia, Verona, Mantua, & alia.* Præcipue tamen *Ferraria* diu eorum ut *Marchionum* re- gimeſe gavifa eſt. Demum *Borlius & Hercules* *Ducum* titulo & axiomate auſti ſunt: quibus ſucessere hujus filius, nepos, pronepos *Alfonſus I. Hercules II. Alfonsus II.* De hujus, que 1597. contigit, morte ex *Thuano L. 119. p. 479.* audiamus: *Omnium gravifima* mors ſuit *Alfonſi II. Ferrarie Duciſ, Hercules II. & Renata Ludovico XII. & Anna Britanna* *Cefar Are-* *prognata filii, in quo illiſtrissima Ateſtinorum principum tota Italia gens defecit, aut defecit-* *lius à ſucessio-* *ne Roma credita eſt.* Quippe *Cefar filius Alfonſi alterius, qui Alfonſi I. ex contubernio vilis ne Fer- raria ſucessor, ex-* *familiæ cluſus.*



ſemina(hæc Laura Eustochia aliquibus exprimitur) natus erat, & Iulie Roborea Guidi Vbaldi Vbinatis Duciſ filia tante ſucceſſionis incapax Pontificis & ſacri Cardinalium collegi jūdicio ſemper habitus fuſt. Et cum ea de re Alfonſus Dux ſepiuſ cum Sixto V. & Clemente VIII. egiffet, & grandi ſe pecunia omniq; alia ratione principatuſ beneficiari, quod tam diu in ſua familiā fuerat, ſucceſſionem in Cæſarem agnatū ſedis confeſſione tranſferri peteret, fruſtra fuerat, cura conſtitutionem Pitti V. a Pontificib; ſucceſſorib; ſolenni jure jurando ſtatim in primis inauguraſionis ſolennib; conſirmari ſolitam obſtare diceſtent. Cum nihil impetrare poſſet, de Regio Lepidi, Mutina, Carporum opido aliisque ad imperialem jurisdictionem pectantibus ditionib; à Maximiliano & Rodolfo Cæſaribus factam gratiam in Cæſarem Atestinum contulerat, (conf. elnd. Thuan. L. 109. p. 1414.) ac in ſuper eum omnium aliorum bonorum mobilium, antiquiſſimo in Italia principatuſ congeſtorum, univerſalem heredem teſtamento ſcripferat, eaſe & confiſlio, ut hiſ ſpiuſ ſubnixus injuriſo denegatum beneficium vi ac potentiā tueretur, & aliquando temporis occaſione uteretur. Inde refertur: quomodo Cæſar ab initio, Alfonſo ut ſcederet, extrema tentare fit viſus, miſſis etiam legatis ad orbis principes Christianos, quibus Ferrarensium Duciſ titulos & insignia ſibi ſumebat: miſſo etiam Romanum Ziliolo comite, qui cum Pontifice ageret; cum hic nequidem ut audiretur obtinueret, & Cæſar cum ſuis, diris Ecclesiasticis devoveretur, copiis etiam adverſus eum miſſis, ab amicis monitus cum Pontifice tranſlegit. Conditiones apud eundē Thuanum legere eſt pag. 480. In quibus hæc etiam fuſt: ut Romæ eandem ordinis prærogatiua, quam Alfonſus Dux olim habuit, poſt hac etiam habeat: nec non ut ſedes Pontificia ejus patrocinium & omnes ditiones iphiſ Imperiales contra quemlibet defendat. Ex eotempore in eodem ſtatute familiæ mansere. Cæterū aquila hanc Atestinam felicitatis ſincera & durabilis ſymbolum interpretatur Campanile dell. armi c. 9. p. 14. Olim vero Atestina familiæ insignia gentilium fuſſe ternas argenteas & rubeas fascias cum leone ſuprincumbente, tradit Theod. Hæping. de Jur. insign. cap. 6. P. 3. §. 3. p. 325.

Eccleſie Romanæ nota.  
§. I. V. Palus medius Eccleſie Romana notam refert, cujus Ferrarenses Duces etiam vasalli, officiarii & vicarii fuere. Unde reliqui Atestini ſola hac tefſera excepta reliquias omnes getare ſoliti, ut videre eſt exemplum Marchionis Atestini s. Estensis, ap. Chifflet. n. 332.

Aquila imperialis. Lilia Francica.  
§. V. Aquilam Imperialem gratiæ donum eſſe, vix dubium fuerit. Rationem etiam aliqui allegant certarum affinitatum: imprimis quia Bonifacius ex hac gente circa 1050. in conjugio habuerit Beatricem ſororem Imperatoris Henrici, vel potius Conradi. Lilia vero à Carolo VII. R. Franciæ c. 1432. Nicolao Atestino Ferrariæ Marchioni confeſſa eſſe, autor eſt Tilius apud Hæping. de Jur. insign. c. 8. §. 1. m. 3. n. 55. & Labourer. orig. n. 31.

Titulus, Murina & Regium.  
§. VI. Titulus eſt: Dux Mutina s. Modena & Regii, princeps Carporum. Mutinam quod concernit, jam ſub Rudolfo I. Imperatore ejus dominatum ſibi vindicavit 1288. Obizo Atestinus Raimundi Ferrarensis filius. Inde Francicum Picum Mirandulanum Henticus VII. Mutinæ conſtituit vicarium, ut tamen ſibi integrum ius civitatis Imperator ſervaret. Inde Paſſatius Bonacollius eam invaſit: poſtmodum Manfredus Pius à Johanne R. Bohemiæ vicarius imperii ibi conſtitutus eſt: ab hoc Obizoni II. Ferrariæ Marchioni principatus 1336. confeſſus eſt: Demum circa 1460. Borsum Atestinum Fridericus III. Duxem Mutina & Regii creavit. Dein Pontifex Julius II. Atestinorum capitalis hostis Mutinam 1510. cepit, & Maximiliano Imp. ceſſit, qui Leoni X. eandem pignori dedit: Cum vero Clemens VII. à copiis Cæſareani Romæ obſideretur, Alfonſus Ferrarensis, qui jam antea Regium occupaverat, Cæſareano autem exercitu, ut recta Romam peteret, auſtor fuerat, Mutinam armis recuperavit, atque ita conſirmante poſſeffione per ſententiam Carolo V. ſuę iterum familiæ aſſeruit. Qua ratione ad Cæſarem agnatū Alfonſū II. morte delapsi fint ducatus, imperiali intercedente autoritate, modo diximus.

Carporum principatus.  
§. VII. Carporum principatum quaratione naſti ſint Atestini, ex Jovio allegat Conring. de finib. Imp. Germ. c. 23. p. 524. (qui etiam de eo videndus, quod omnes haec ditiones adhuc ad Imperium ſpectent.) Alio quoque ſagente Cæſaris beneficio Alfonſus cumulate eſt auctus: nam Carpum opidum, de quo diuturna lite cum Alberto Pio contererat, ei ceſſit, legitimeque poſſeffionis jura per amplius Cæſaris codicilli eſt confeſſus, quoniam



quoniam Albertus Gallicis addictus partibus, propterea que majestatis reus factus, de jure sotius fere decidisset. Ex hac benignitate 10000. aureorum nummum honorarii munera nomine ab Alfonso persoluta sunt, ut in ararium Cesaris pervenirent. Conf. de eodem Thuan. L. i. p. 64.

## CAPUT VII.

*Avali March. Vasti & Piscaria s. Piscariae.*

## ARGUMENTUM

3. Aquinatum tesserata. Summuculi.

4. Apex.

5. M. Piscaria.

6. Princeps Francavilla. Aragonia tesserata.

7. Apex.

1. Avalorum origo. In Navarra. In Batica. In Italia.
2. Scutum M. Vasti. Avalorum dæyma.

## §. I.

**A** valorum s. Davalorum origo à Guilelmo Avalone, qui sub Sancio Abarca Rege in **Avalorum** Navarra sedem fixerit, & ex regia Anglorum domo oriundus fuerit, deduci **origo.** In **Navar-** amat. Inde in Baticam concessere. In primis vero gentem illustriorem reddidit **In Batica.** **Kuisius Lopezius**, Conestabilis Castilie & Comes de Ribadeo; demum infelicitatis **In Italia.** exemplum. Ejus ex tertio matrimonio filius **Inicus** meritis in Alfonsum Aragonum Re- gem Neapolis illustris, sedem fortunæ in Italia collocavit **Montisdorisii** comes.

§. II. Ex hac gente quatuor equites aurei velleris recenset Chifflet. n. 184. 226. Scutum M. Vasti. 277. 306. Primus **Alfonsus Davalus M. Vasti** s. de Guasto clypeo usus est quadripartito. **Avalorum** In 1. & 4. area cœrulea gestabat aureum castellum, margine circumducto tesselis coc- **In Batica.** cineis & argenteis composito. Quod dæyma fuit.

§. III. Secundum & tertium quadrantem iterum in quadras distinxit, quarum tum tef- **Aquin-** 1. & 4. senis ex auro & coccino tenis obliquis dextrus exarabatur: 2. & 3. auro & mi- **fera.** nio transverse bipertita leone minio & auro pariter bipertito toti supercurrente orna- batur. Quorum illud **Aquinatum**, hoc gentis **Summucula** symbolum fuit. Nam In- **Summu-** ra duxerat: ex cujus majoribus aliquam **Summuculanam** fuisse existimo.

§. IV. Apex assignatur galeæ fascia tortili recta impositi culini frumentarii fe- **Apex.** pteni spicati aurei. Lacinia sunt coccineæ & aureæ.

§. V. Eodem plane modo usus est insignibus **Franciscus Fernandius M. Piscariae** **M. Piscariae** & **Vasti**, nisi quod auream spicatum falcem pro apice substituit. Nec aliter **Alfonsus Felix M. Vasti & Piscariae**, nisi quod galeam auro coronavit.

§. VI. **Inicus Avalus de Aquino M. Piscariae & Vasti princeps Francavilla** non mi- **Princeps** nus quadripartito usus est scuto: & quidem primo quadranti **Avalosiam tesseram**, 2. **Francia-** & 3. gentis **Aquinæ & Summucula** notas inscripsit. Quarto vero tribus lineis distin- **villæ.** **Aragonæ** dito dæyma Aragonicum, Hungaricum, Neapolitanum & Hierosolymitanum infe- **tefacta.** ruit. Quod à **Maria Aragonia** Ferdinandi Aragonii D. Montalti (qui patrem Alfon- sum II. regem Neapolitanum habuit) filia detivandum est.

§. VII. Galeæ coronatae hic imposuit culmos frumentarios spicatos septem au- **Apex.** reos, cum transverso volumine chartaceo: FINIUNT PARITER RENOVANTQUE LABO- RES. Lacinia dextræ ex auro & minio, sinistra ex argento & cyano.

## CAPUT VIII.

*Aumontii Dux.*

## ARGUMENTUM.

4. Chabot. Luxemburg. Baux.

5. Maille.

6. Rochebaron.

7. Tissulus.

## §. I.

**A**umontia familia illustrem locum in nobilitate **Vellocaffum s. Vexini Francieci** à **Gens Au-** non uno seculo obtinet. Deduci vidi à **Ioanne Domino Aumontu**, qui 1240. Abbatia **montia.** F de **Bes-**



de Bessons plura donavit. Ejus filius *Ioannam Drocensem* ex regia familia uxorem habuit. Horum nepos *Petrus Joanni & Carolo V.* à cubiculis servit, & hujus iterum filius *Petrus cogn. Hutinus Caroli VI.* primus cubicularius fuit, ac auriflammam gestavit. Hujus nepos *Iacobus Philippo D. Burgundiae* à cubiculo servivit, pater *Friderici & Ioannis*. Ille filiatum tantum ex Francica de Ferrieres Dn. de Thury pater, per Annam Claudiu Montmorencii conjugem Aumont, Meru, Thury, Crevecœur ad *Montmorencios* transmisit. *Ioannes B. d'Estrabonne, Chappes, Couches* Regi in conservanda Burgundia fidelis & ejus gubernator fuit. Nepos ejus *Ioannes Marescallus Francie* de regno bene meritus est. Hujusiterum nepos *Antonius Marescallus, Dux & Par Francie* 1665, creatus est, atque ita novum domui intulit axioma: mortuus 1669.

**Scutum.** S. ii. Ducis scutum quadrifidum est. Prima quadra *argentea rubentem canthe-*  
**Aumont.** *rium adjectio 7. merulis apodibus*, quatum quatuor superiorem, tres inferiorem aream  
occupant, continet, designanda ipsi genti.

**Villequier.** S. iii. Secunda quadra *rubea crucem liliatam auream* continent, adjectis 12. (Sammarth. dicit 14.) *plinthidibus ejusdem metalli*, quæ angulis inscribuntur. Tesseræ hæc designat familiam de Villequier. Ducis enim mater *Carola filia Domini de Villequier & heres* fuit.

**Chabot.** S. iv. Tertius laterculus iterum quadrifidus, in 1. & 4. areolis aureis ternos capito-  
**Luxen-** nes rubeos, in secunda argentea leonem rubeum, cauda nodata & bis in decussum trahita,  
**bourg.** in tercia rubea stellam 16. radiorum argenteam exhibit. Capitones Cabotiam, leo Lu-  
**Baux.** xenborgiam, stella Balziam f. Bauciam (Baux) familias notant. Haec verò assumente sunt tesserae propter Antonium Cabotiam Philippi admiralis Francie filiam: Cujus mater Magdalena Theobaldi Luxemburgi Dn. de Fiennes filia, Theobaldi mater Margareta Balzia f. Francisci ducis Andriani, ipsa Antonia autem Joannis Aumontiuxor fuit.

**Maille.** S. v. Quartam Sammarthanus & autor Status Franc. 1676, fasciis undosis ternis ar-  
genteis & rubeis pingunt, notandæ familiae Rupichovartia (Rochechouart) sed quæ huic  
cum Aumontia affinitas sit, non video. Unde alii fidem adhibere malim, qui familiam  
Maille notari existimant. Huic enim scutum aureum tribus undosis fasciis rubeis exata-  
tum tribuitur. Fuit autem Joanni Aumontio uxoris alterius Joannis Marescalli avia,  
*Francisea de Maille* Dn. de Chasteauroux.

**Roche-** S. vi. Quod toti incumbit scutulum rubet, capite ornatum ex duplice vel triplici  
**baron.** ductu tessellarum argentearum & carulearum, designandæ familiae Rochebaron in Bur-  
gundia. Causa ex eo, quia Franciscus de Rochebaron C. de Berze Antonium Marescallum & primum postea ducem, cujus amitam uxorem habebat, heredem instituit, cum  
conditione nominis ac insignium.

**Titulus.** S. vii. Titulus (quod attrinet Dominia) ille mihi notatus est: *Ludovicus Maria d'Aumont de Rochebaron, Dux d'Aumont, Par Francie, M. de Villequier, d'Isles & de Nollay, Com. de Berzé, Bar. de Chappes, de Rochetaillé, Joncy, Estrabonne, Molinot, Dn. de Fayelle, Ls. la Motte, la Forêt-Greilly & la Tour Brillebaud*. Rationem omnium reddere, meum non est: præter ceteram, quæ ex superioribus colligi possunt, observandum, dynastiam de Chappes, Petro Aumontio cogn. Hutinoallatam à conjuge *Ioanna de Mello*. Ejus nepoti Joanni Catharina dominium Estrabonne attulit.

## CAPUT IX.

### Domus Austriaca, Imperator, Archiduces.

#### ARGUMENTUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>Domus Anstriae duorum, Germanicus &amp; Burgundicus.</i> | 16. Altera areola Hungarica.                  |
| 2. <i>Imperatoris insignia.</i>                                | 17. Ponitius pratenso in Hungariam.           |
| 3. <i>Aquila Romanis militare signum.</i>                      | 18. Vetera Hungarorum dierumq.                |
| 4. <i>A Persis.</i> 5. <i>Figura.</i> 6. <i>Duplicata.</i>     | 19. Bohemica areola. Bohemorum vetus tessera. |
| 7. <i>Unde ea?</i>   | 20. Leo Bohemicus candâ bisulca.              |
| 8. <i>An à Constantino &amp; divisione Imperii?</i>            | 21. Regum successio. Ius Austriorum.          |
| 9. <i>An ab exercitibus consulstibz. duarum legionum?</i>      | 22. Bohemica provincia. Moravia.              |
| 10. <i>Quando caperit usq? 11. Color aquila.</i>               | 23. Silesia.                                  |
| 12. <i>Rationes &amp; hieroglyphica significaciones.</i>       | 24. Ejus tessera.                             |
| 13. <i>Aquila Regis Romanis.</i>                               | 25. Lusatia utraque.                          |
| 14. <i>Parmula circumscripta Hungarica fasciata.</i>           | 26. Ejus insignia. 27. Dalmatia.              |
| 15. <i>Hungarie regnum &amp; reges variis.</i>                 | 28. Apex.                                     |
|  | 29. Croatia.                                  |
|  | 30. Scлавonia.                                |



31. Austria.  
 32. Fasces origo.  
 33. Veteres Austria tesserae.  
 34. Burgundia.  
 35. Styria.  
 36. Eius veteres Domini.  
 37. Ad Austriacam familiam.  
 38. Familia ex Styria Marchionibus.  
 39. Carniola.  
 40. Tirolis.  
 41. Eius ex Austria Domini.  
 42. Scutulum pectorale.  
 43. Dispositio scutorum.  
 44. Rudolphi II. Imp.  
 45. 46. Alia.  
 47. Matthei Imp.  
 48. Ferdinandi II. Imp.  
 49. Ferdinandi III. Imp.  
 50. Leopoldi Imp.  
 51. Alia dispositio Archiducalis.  
 52. Maximiliani M. Ord. Tenuon.  
 53. Alia apud Sibmacherum.  
 54. Ferdinandi Archid.  
 55. Caroli Archid. Ernesti Archid.  
 56. Leopoldi & Ferdinandi Caroli Archiducum.  
 57. Areolarum ratio.  
 58. Suevia.  
 59. Wirsbergia.  
 60. Burgovia.  
 61. Habsburgum.  
 62. Duplex. Comites principali dignitate.  
 63. Alsatia tesserae.  
 64. Eius Domini. Venit ad Austriacos. Nunc ad Gallos.  
 65. Kyburgum.  
 66. Pfretenis s. Ferretenis Comitatus.  
 67. Gorstia.  
 68. Carinthia.  
 69. Vindorum Marchia.  
 70. Portus Naonis.  
 71. Comitatus Cilejenis.  
 72. Superior Austria s. principatus supra Anasum.  
 73. Pileus archiducalis.  
 74. Apex Austriorum.  
 75. Lacinia.  
 76. Telamones.  
 77. Taurulus.  
 78. Veteranescuta. Alberti I. Henrici. Baden  
     Com. Leopoldi. Alberti II. Rudolphi. Lenz-  
     burg. Hohenberg. Rapperschburg. Rinfelden.  
     Leopoldi III.  
 79. Ernesti & Alberti. Alberti III. IV. V. La-  
     disia. Friderici IV. Alberti.  
 80. Andrea Cardin. Nelleburg. Veldkirch.

## S. I.

**A**ugusta Austriaca domus, utinunc habet, in duabus consistit lineis, quarum altera Germanicam, Burgundicam vel Hispanicam alteram appellare solent. Com-  
 munis pater utriusque fuit Philippus Austriacus Hispaniarum rex, genitus Carolo V. & Fer-  
 dinando, quorum uteque dein Imperiale diadema gessit. Porro inter hos 1521. illa eius & Bur-  
 gundicus, divisio facta est, ut Germanicae ditiones penes Ferdinandum essent, Burgundicæ & Hi-  
 spanicæ in Caroli potestate manerent. Uterque vero in postero transmisit successio-  
 nem. Et quidem hoc tempore non nisi duobus maribus, utraque linea uno constat:  
 Germanica omni spe in Augustonostro Leopoldo, Hispanicæ in potentissimo Hispania-  
 rum Rege Carolo adhuc quiescente. Unde jam insignia utriusque lustranda sunt, ut ta-  
 men, ne nimium excrescat caput, Hispanica in suum locum & peculiare caput ser-  
 venus.

**S. II.** Quod Imperatoris ergo concernit insignia: (de quibus an dominii an digni- Imperato-  
 tatis sint, conf. Menestr. L'art du blas. justif. c. 13. p. 326.) illa extant Wapenb. i. p. i. Et nisi insi-  
 gnia.  
 comprehendunt aquilam nigrum bicipitem in solo aureo, cuius rostrum & crura cocco  
 tinguntur, quem etiam Chiffletus corona colorem facit. Imponitur vero corona Im-  
 perialis, quæ ut P. i. c. 6. vidiimus, ab aliorum omnium magnatum corona differt. Et qui-  
 dem Gallice diademate quam couronne, dicere malunt.

**S. III.** De Aquila hac Imperiali communiter agunt scriptores juris publici, qui Aquila,  
 consulendi erunt: Nec non qui prolixè admundum argumentum hoc exequitur, sed  
 cum judicio legendus Theod. Helsing. de Jur. insign. c. 6. p. 2. tota. Nos paucioribus con- Romanis  
 tenti erimus. Et quidem inter signa militaria Romanorum olim etiam aquilas fuisse, militare  
 notius est, quam ut probatione egeat: cum vero quinque consularia signa fuerint, præ-  
 ter aquilas, lupus, Minotaurus, equus, aper, hæc demum illis Mario autore cesserunt, ut  
 P. i. c. 2. §. 20. docuimus. Inde aquilarum nomine signa ipsa militaria sepe intellecta, &  
 aquiliferi, qui ea gestabant. Ab his signis militaribus priscorum Romanorum, quis du-  
 bitet occasionem datam aquilæ, quæ nunc etiam Imperii nota? Nimirum longe ar-  
 cessunt, qui insigne hoc delictum esse putant ex Deut. 28, 49. Cum plus quam certo  
 constet, hoc insigne ab iis adscitum esse, qui sacras literas pro suis signorabant: uti Excell.  
 Bacler. Notit. hist. Rom. 4. i. p. 65. & quidem à Persis ad Romanos transisse. Sicut ostendit et  
 iam Brissonius de Regio Persarum Principatu. Interim non improbarunt figura & explicati-  
 ones emblematica, ex S. literis ad aquilam imperiale posse translate. Ita Fridericus  
 III. Imp. in sigillo suo majori emblematico aquilam imperatoriæ bac inscriptione decoravit:



Aquila Ezechielis sponsa missa est de cœlis; Volat ipsa sine meta, quò nec Vates nec Propheta evolavit altius.

**A Persis.** §. iv. Cum vero à Romanis veteribus ascitam avem dicimus, non negamus etiam apud alias gentes usum vetustiorem. De Trojanis quæ ferunt dubia sunt. De Persis luctulentus autor est Xenophon, qui *Kypronia*. c. 7. de Cyro: *Erat ei signum aquila aurea, in hasta longa extensa.* Addit: *ac nunc quoque ipsum hoc insigne Persarum regi manet.* Conf. eund. i. *ἀρετας.* & Curt. 3, 3, 16. A Persis ad Romanos mos ille aquilas gestandi transire potuit: quod hinc inde notant autores, nec diffitetur Lipsius, qui alias Romanos inventores statuit.

**Figura.** §. v. Sivero quales olim representabantur in signis militaris aquilæ (vid. *Lipf. de milit. Rom.* & supra P. i. c. 2.) cum ea figura conferas, qua hodie pinguntur, pene aliam dixeris esse avem. Sed non est insolens, in clypeis nonnunq. ab ea figura, quæ alias conservata, abire gestamina. Explicata (explicata) nuncupari eo situ, quo nunc solemus. eam pingere, aquilam P. i. cap. 5. diximus. Sed de eo non tot dubia vel disputationes, quam quod duplicita pingitur.

**Duplicata.** §. vi. Aliqui duas corporatas aquilas esse opinantur. Ita *Lipf. anal. ad milit. Rom.* p. 178. quem ali sequuntur, qui monstrorum existimant, uni corpori duo imponi capita. Sed cum non insolens sit in scutis ea videre, quæ natura nunq. produxit, vel alter producere solet: nescio cur morosi essemus in aquila δικοφάλῳ: quam sententiam etiam confirmatam video authentica *φέρων.* Cum ut apud *Linn. Jur. publ.* 1, 14, 6. ex Imp. Ferdinandi I. constitutione monetaria anni 1559. lego, appelletur: *Unser und deß Reichs Käyserlicher Adler mit zweyen kopffen.*

**Unde et?** §. vii. Rationem duorum capitum quod concernit: nescio an refutari mereatur opinio Nordermanni, quam *Linn.* l. c. n. 16. sibi aliquandiu placuisse fatur, sed ibidem refellit: cum isti visum est, denotari duas legionum Romanarum, quas Augusto imperante deleverunt Arminio duce Cherusci, aquilas: nam his potitos esse Germanos, tertiae legionis aquila à signifero in paludes demersa. Cui ejusdem farinæ fabellam addere possumus, que Julio Cæsari aquilam ascribit bicipitem: eo quod aquila aliquando inter copias armatorum in caput Cæsaris residens, duos corvos hinc atque hinc illi molestiam inferentes morte affecit. (quas ineptias Chassanæ rejici *H. Spelmann. apilog.* p. 35, 36.) Sedin his examinandis vel tempus conlumendum esse, nemo existimabit, qui, insignium qualis nunc est usus, præcis illis Romanorum temporibus ignotum fuisse meminerit: de quo argumento P. i. c. 2. actum est.

**An à Constantino & divisione & divisione imperii** §. viii. Plures ad divisionem imperii respiciunt, & quidem vel eam, qua Constantinus M. sede Byzantium translata duas partes Imperium divisisse visus est, Orientalem & Occidentalem, quæ non raro à duobus Augustis deinceps rectæ sunt, vel qua Citerulus M. cum Nicephoro Constantinopolitano transfigisse dicitur: que tamen non tam de alio jure quam finibus utriusq; imperii transactio censeripoteat. (Conf. celeberr. *Bæcleri Ces. Germ.* in *Carolo M.* pag. 31.) Ut vero Carolo M. originem aquilæ bicipitis ascribendam, nihil mihi etiam probabile facit: Ita de Constantini divisione minus pugnarem. Ast in hoc arguento, ut idem *Bæcl. Notil. S. R. Imp.* 4, 1, p. 65. sollicite distinguit, observandum est, non idem queri, quando queritur: Utrum à Constantino Magno consuetudo protecta sit: vel an posteri factum ejus respicientes inducerint hanc consuetudinem? Primam enim questionem negare vix dubito, illis non zgrè assensurus, qui alteram affirmaverint. Imo illa distinctione facile expeditirem credo, cum quicquid pro eo ut Constantino origo adseratur assertur, non aliud quam quod modo concilimus evincat: vicissim quibus illa impugnatur rationes, duntaxat probent, eis tempore nondum fuisse in usu. Huc retuleris, quod aliqui ala dextra orientalem, sinistra occidentalem Imperii partem protegi perhibuere. Sub hoc emblemate *Alienora* (mater Regis Richardi I.) aquila dicta est, quoniam duas alas expandit super duo regna. Ut Radulph. de Niceto autor coetaneus. cit. *Spelman. apilog.* p. 125.

§. ix. *Philibert Campanil.* c. 1. p. 4. cum alias etiam enumerasset (nempe 1. quod post divisionem imperii Imperatores, Orientalis & Occidental, singulas gestarint aquilas, alter capite in levam, alter in dextram verso, donec cum Græci hæreles causa in tyranos degenerassent, Occidentales sue alterum caput adjicerent. 2. quod in divisione ita placuerit, ut testatum facerent, administratione in duos divisa unam esse voluntatem,) illis sententia subscrivit: Romanis in usu fuisse, ut exercitus consulares non nisi binis legioni-



gionibus constarent, unde dux aquile perfecto exercitui debite: itaque Imperatoribus placuisse, quo exercituum suorum perfectionem testantur, ut unis insignibus duas exprimerent aquilas, tandem has testandæ unioni & concordia, in qua robur bellicum, in unum contraxisse corpus, duobus tamen capitibus perfectionis nota retentis: quo illa Plinii refert, qui dicit: *Non fere legionis unquam hyberna seca stra, ubi aquilarum non sit jugum.* Nec non in columnis Antonini & Trajani Romæ extantē imaginē aquila bicipitis. Certe ad Constantini ævum aut propinquiora ei secula vix quisquam ascenderit, qui originem ex non dubiis monumentis indagare voluerit. Ita Spelmann. apilog. p. 36. *Hoc quidem gestaminis Theodosio juniori prioribusque Imperatoribus ignotum fuisse non est dubium, cum in universis utriusque imperii gestationibus nec aquila biceps cernatur, sed ne nigra.* Bicipitum enim omnes referunt ad imperii divisionem significandam. Quam etiamen à novissimis seculis commentum esse, plane evincit Friderici II. Imperatoris Clpcus, inter aliorum illius etatis principum in Ecclesia celebri W<sup>e</sup>stmonasterensi murali lapidi etiam tum, i[n]c[un]fus, & aquila quidem simplici non bicipite. Lipsius vero annotat se ait (putat columnam Antonini) duplē aquilam concorpoream, sicut in Imperii insignibus hodie solet, cum nec adhuc duplex imperium esset. Indicari autem hoc auctum, è legione gemella fuisse, quoniam due velut aquila in unam sic mixta & aquilinis capitibus coronam rideas imminentem. Que cum donatica sit, aperte ostendit privati hanc fuisse, non imperii. Eiusmodi enim corona militibus dabantur ab Imperatore, non è contra. Alibi tamen p. 178. videatur conjecturam non omnino improbat. Bicipitem fecere, cum jam divisum esset imperium, ut hoc illud demonstraret. An ex hoc colligemus, ultima operis uti editum extat parti ipsum autorem non ultimam adhibuisse manum?

§. x. Uti vero diu post Constantinum aquilæ bicipitis usum notando Imperio cepisse, sed respectum ad divisionem imperii habitum, vix dubito, ita quo Imperatore ille cœperit, difficile fuerit nominare. Ego certe definire non ausim. Interim nec audiri merentur, qui apud Limn. Iur. publ. Tom. IV. Add. ad 6, 6. p. 96. Carolu[m] V. adscribunt originem. Nam ante eum sigilla & numismata non desunt, in quibus aquila biceps: & avo Maximiliano jam aliqui persuadere conabantur, ut monstrum hoc aboleret. Unde quis videt, ejus tempore jam fuisse figuram hanc in usu. Nec melioris est commatis pro figmento hoc callata ratio, a scitur ideo alterum caput, quia Carolu[m] V. Rex Hispaniæ fuerit, ad coquæ, cum hujus regni nomine aquilam gestaret & alteram ob imperium, duas has conjunxit. Nam non aliter quam per somnium viâ fuerit aquila in Hispanico regio scuto ipsius regni nota; Nam de Sicilia symbolo, non nego. Vide infra. Quod Sigmundum concernit, cui Mariannus Socinus apud Limn. l. c. originem ascribit: illi viderint, quibus vetera sigilla frequentius inspicere licet, quoniam ante eum bicipitis aquilæ usus in istis appareat. Ratio vero, ex qua assumisse ille dicitur, satis ex Molino ibidem refellitur. Certe ante Henricum III. vix inventeris exemplum bicipitis, sive vero post hunc unum apparet caput. Hispani memorant in provincia Chili opidum esse, quod Imperiale ab hac causa nominant, quoniam in plerisque domibus & portis reperunt aquilas bicipites, formatas ut hodie videmus in Imperii lignis.

§. xi. De colore etiam aquilæ aliqua observanda. Auream initio fuisse gestatam & quidem in clypeo rubeo, faczialium plerorumque videtur esse traditio, sed quo idoneo veteri teste probetur, non video. Perhibit autem, Ottонem M. Imperatorem ex Saxonibus aurum in nigrum colorem hostibus tremendum communatisse. M. Gilbert. de Varenne. R. d' arm. P. I. p. 52. & P. 2. p. 232. Ubi tamen à Carolu[m] M. clypei colorē carœuleum sumtum afferit. Sed quid de colore vetustioris temporis multis controvèrtamus, cum ne quidem constet, tunc aquilam in usu fuisse.

§. xii. Quod tandem concernit varias rationes, ob quas aquila assumta sit, vel allusiones etiam allegoricas: in illis adducendis non ero copiosus. Aliqua tamen omnino notari, non inconveniens existimo. Et quidem aquila gentilibus cō majori in pretio, quia torvis habita ales, unde apud Iustin. 16, 5, 9. Clearchus tyrannus Heraclensis sibi per publicum cuncti auream aquilam velut argumentum generis præsterrit jussit, Jovis enim filius haberi volebat (conf. ad illum locum N. Celebert. Freinsheim.) Ob quod etiam ejus conspectus felix auspicio habitum. Vid. iterum Iustin. 20, 37, 23, 4, 10. Sueton. in vit. Tiber. c. 14. Claud. c. 7. Galb. c. 4. Vitell. c. 9. Domit. c. 6. Liv. 1, 34. Imo inter Christianos etiam non defuere, qui aquilæ conspectum felicis omnis esse existimarent, quod à superstitione quantum ablit, alii judicent. Thuan. L. 4. p. 182. memorat

Color  
aquilæ.Rationes  
& hiero-  
glyphica-  
tiones.



observatum, antequam ad Mulbergam Joannes Fridericus Saxo Elector à Carolo V. vinceretur & caperetur, aquilam unius horæ spatio Cæsareorum exercitum in gyrum volitante lustrasse. Et *Lorin. comm. ad Deut. 28, 49.* perhibet: ad aliquot dies conclavis, in quo Paulus V. creatus est Pontifex, prope molera Adriani infedelis draconis marmoreo, quod est insigne Gregorii XIII. aquilam. In primis notabile est apud *Iustin. 12, 16, 5.* quod refertur, ea die qua natus est Alexander M. duas aquilas tota die præpetes supra culmen domus patris ejus sedisse, omen duplicitis Imperii, Europæ Asiaeque præferentes. (conf. *ibid. Freinsheim.*) Inde solenne fere avis illa imperii fuit signum, tanquam quæ ipsa aliquem inter volucres haberet principatum (conf. *diligentissimum G. Ioh. Voss. 3. Theol. Gen. 2, 76. p. 1139. & Sam. Bochart. Hierozo. P. 2. L. 2. c. 1. p. 161. seq.*) Tanto minus mirum est, & Persis hoc symbolum placuisse, & à quibus hi mutuari potuerunt Romanis. Ubi vero semel non locum tantum inter signa militaria apud hos invenit, sed reliquias etiam præcipuit, ac solum servatum est, accessit tanto major dignitas, quæ nos etiam qui in Germania Romanorum imperium gesserunt, mouere potuit, ut in hoc quoq; memoriam antiquitatis servarent. De hieroglyphicis vel allegoricis significationibus aliquid diximus *P. 1. c. 5. f. 3. m. 1. n. 4.* confer *ibid. n. 3.* Nec plura hic addam. Nisi quod ipsis Augustis significationes ejusmodi non displicuisse arguitur illo Imperatoris *Sigismundi* apud *M. Goldast. T. 2. Reichssatzung.* p. 140. Der Adler ist in einem gulden feld/ bezeichnend Gott den hErren/ des Sonne klar scheinet/ und der macht ruhe/ und von dem alle frucht entspringet. Der Adler bezeichnet uns die hohe Adelschafft/ die wir so gar vom himmel darein verzeichnen/ verkündigung auf dem erdreich der nacht/ als es schwarz ist/ da uns Johannes der Evangelist/ so chrlisch in des Adlers weise ermahnet: das Gold aber bedeutet Göttliche klarheit/ des ewigen glanzes. Itc. His vero, si cui minus ad palatum videbuntur, sita seculo venia: iicut & illis apud *Nicol. Upton. de milit. offic. L. 3. p. 106.* Cur solum sit aureum? cum tamen ipse argentum auro præferre soleat. Nempe quia aurum sit metallum mitissimum & nobilissimum, & quia non decet imperatorem in factis suis esse ferocem. Cur aquila sita & explanata? quia Imperator non esset in suis factis saltem judicialibus magis declinans ad unam partem, quam ad aliam, sed indifferens ad utramque partem. Cur nigra? Niger color in aquila signat ferocitatem, pro eo quod Imperator non esset nimis mitis aut vecors. Et *L. 4. p. 173.* Imperator quia est dominus omnium portat aquilam, que quoque domina est omnium avium. Eadem fere habet, nisi idem plene autor est *Ioh. de Bado aureo.* p. 9.

*Aquila Regis Romanorum.*

S. xiii. Hec Imperatoris pingitur aquila: qua vero Reges Romani uti solent, simplices sunt, nigra, lingua, rostro & cruribus coccineis, circulo incapite ejusdem coloris: apud *Ioh. Iac. Chifflet. Inst. Eq. A. V. n. 48.* Nec dissentit *Limn. Iur. Publ. 1, 14, 29.* & concludit, fortasse inde esse, cum Imperator non tantum unum sed duplex Imperii repræsentet caput, sc. Imperatoris & junctim Regis Romanorum, Rex Romanorum unicum tantum, puta Regis, quod Imperatoris aquila duobus capitibus exornata conspicatur.

*Parvula circumflexa.*

S. xiv. Aquila Imperiali videmus in orbem adjectas esse parmas, indices regnum & provinciarum, quas hereditario titulo possidet. Ex illis ad dextram prima quæ est, argento & minio ottonis dulcibus fasciatur. Ajunt rubeis his tæniis terram mineralibus fertilem, argenteis vero quatuor *Hungaria* flumina notari *Danubium, Savum, Dravum & Tibiscum s. Tisiss.* Loco cujus virtuosè *Varenn. R. d' arm. p. 291.* scribit *le Niss.* Ex hoc ipso mox intelligitur, *Hungariæ regnum* isto symbolo notari, quod Polonia & Russia, mediante Montibus Carpatis, Transylvania, Bohemia, Styria, Austria & Moravia inclusum est. Ob hanc etiam causam, quod alibi notavimus, *Croji*, ut indicant gentis suæ ex Hungariæ regibus ortum, clypeo candido tres coccineas inscribunt fascias. Ita etiam *M. Gilb. de Varenn. R. d' arm. P. 1. p. 95.* refert familiam de *Champella* in Provincia Andium & Turonum gesta! se scutum argento & minio fasciatum, ut doceant, descendere se à *Floro Pannonie* rege, *S. Martini Patre.* Qua fide, ipsi viderint.

*Hungariæ fascia.*

*Hungariæ regnum & reges vari.*

S. xv. *Hungariæ* quod regnum est, *Pannonia* veteris partem nec non *Dacie* complicitur, & varias passum est mutationes ac migrationes invasionesque gentium. In primis *Hunni* Gothis ejus & sedem ibi fixerunt, & *Attila* duce armis suis majorem Europæ partem vel vastarunt vel terruerunt. Inde cum Germanis permixti, qui Attila mortuo remanserant, *Avarum* sumere nomen, inde hoc cum Hunnorum coniuncto nomen

*Hun-*



Hungarorum natum est. Quamvis ergo post Attilæ mortem Ostrogothi, Gepidiæ, & demum Longobardi ditiones has sibi afferuerint, tandem receperit sedes suas oppressi Avaræ, & finitos etiam vexare ceperunt, in primis cum seculo octavo consanguineis suis Hunnis iterum ex interiori Scythia evocatis jam aucti essent. Unde ex Attila posteris *Arpadus* regium nomen assumit. Inde à Carolo M. vieti & subiecti sunt, sed posteris non deserte moleftis faciliere, donec ab Arnolfo aperte deficerent. Nec iam libertate contenti in finitima regna & provincias excurrentes gravissimas cladés intulerunt Germaniæ, Galliæ, Italia, Orienti. Donec ab Henrico Aucupe prælio ad *Merspurgum* superati, & dein ab Otrone M. omnino viribus fracti discederent, se suis finibus cohibere. *Gaiza* primus gentem barbaram ab effteris moribus ad mansuetiorem cultum perduxit. Sed filius ejus *Stephanus* ad Christi fidem se & gentis magnam patrem convertit. Inde Henricus III. Imperio subjecit hoc regnum, restituio adversus *Ovonom* & *Abam Petro* rege; atque iterum *Salomone*. Sed quicquid ita imperio juris in illud fuerat, tandem expiravit, cum non tantum *Gaiza Magnus* à Pontifice Gregorio VII. s. Hildebrando instigatus, jugum excusisset, sed & successores Henrici jus partum persequi vel nollent vel non satis possent: ut post *Fridericum I. Imperatorem*, qui armis illud persequi constituerat, nequidem aliquid tentatum sit (conf. *Celeb. Conring. de Fimb. Imp. Germ. c.17.*) Porro quæ ex Attila derivatur familia regno diu præfuit, usque ad *Andream*, à matre dictu *Venetum*. Hoc mortuo de regno disceptabant *Carolus Martellus*, Otto dux Bavariæ, & *Wenceslaus* (Ungaris *Ladislaus* dictus.) Bohemia rex, Stephanus regis filia & sororibus nepotes: quorum quivis habebat parti suæ faventes. Cesserunt demum hic & iste, atque ita regia dignitas penes illum permanit, ex Andinis Neapolis regibus editum. Habuitis successores filium *Carolum Robertum* & *Carobertum*, & nepotem *Ludovicum*, qui etiam Poloniæ rex fuit, & Neapolitanum regnum quoq; si- biafferuit. Inde licet non sine turbis regno potitus est. *Sigismundus Lucenborgius*, maritus *Mariae Ludovici* filiæ: post hunc ejus gener *Albertus Austriacus*, qui gravidam reliquit uxorem Elisabetham: cum ergo partum non expectantes proceres *Uladislaus Poloniæ* regem evocassent, Elisabetha vero exixa esset, filiolum *Ladislaum*, jam duo reges erant, sed illo ad Varnam cæso hic solus superfuit. Eo in apparatu nuptiarum extincto, successus est *Matthias Corvinus Hunnades*, huic successit *Uladislaus Polonus*, & demum ejus filius *Ludovicus* (ante DlM natVs.) Ludovicus ad Mohazium cæso, qui sororem ejus uxorem habebat *Ferdinandus Austriacus*, qui dein Imperator fuit, & mulier quidem *Ioannem de Zapolia* Comitem Scepusium & Transylvaniæ Waivodam expertus est, ab Hungariis lectum & Solymanni auxilio adjutum; sed prævaluit tamén, & licer *Joannis* vidua se, filiolum & Budam Turcis dedidisset, regnum reliquum retinuit. Post eum ad hunc usque diem ex Austriaca domo continua successione reges leeti sunt: & qui nunc *Leopoldus Augustus* Imperio præfuit, Hungaricum quoque sceptrum gerit. De jure successionis vel electionis vide *controversi*. apud *Brachel. l. 2. p. 92. 95. seq.*

§. xvi. Ad sinistram est parvula alia *ruba* a triplice colliculo viridi insitentem ar- Altera gementa crucem archiepiscopalem sustinens. De his crucis forma & antiquitate consu- arcola li potest *C. Franc. Menestr. L'art du blas. justif. c. 9. p. 222.* Ceterum hanc circa 1000. Hungari- Stephano Hungaria regi dedisse perhibetur Pontifex: ut ob strenuum in Christianismo ca. promovendo operam (primi enim Christiani Gaisæ filius vel nepos, certe suc- cessor fuerat) crux illa tanquam apostolatus insigne deferretur ante regem. Vid. *Hæping. de jur. inf. cap. 6. P. 3. n. 128. Gilb. Varenz. R. d. arm. P. 2. p. 290.* dicit tuisle hanc formam sumtam à Gayla Stephani patre, qui Strigonensem Ecclesiam ceperit. Sed in coloribus etiam variat, nam scutum argento, crucem minio tingit. Ex his appetet hoc etiam scutulo designari Hungariam. Ceterum Hungariæ apex est galeæ coronata in- sistens struthiocamelus argenteus.

§. xvii. Huc spectat *Pontificis in Hungariam prætensio*, de cuius fundamentis *Pontificis prætensio in Hungariam*.

I. *Stephanum regem*, qui primus Christianus fuit, regnum obtulisse beato *Petro* cum omni jure & potestate sua, refert in epist. ad *Geizam regem*, *Gregorius VII.* apud *Baron.* ad ann. 1000. n. 20. & ad ann. 1074. n. 81.



Ast P. Ranzan. Epit. hist. Hung. indic. 8. p. 226. (sed scriptor suspectus utp. legatus per triennium apud Matthiam regem.) tantum dicit, venisse cum Romam, ut BB. Apostolorum aliorumque SS. martyrum reliquias viseret, & Maximo Pontifici exhiberet reverentiam & obedientiam, qua jure illi erat obnoxius.

Verum Conring. de Finib. Imp. Germ. c. 17. p. 299. demonstrat, falsum esse, quod de Stephanis fertur oblatione, licet benedictionem & coronam Roma sibi impetrari pro more ejus seculi voluerit, atque B. Virgini regnum obtulerit. Ut & ex Bodino i. de rep. c. 9. addit. Ungaros 1308. legato Pontificio circa hoc argumentum acerrime obstitisse.

Si quis ex eo, quod Chartuitius Episc. apud Surum in vita S. Steph. dicit, cum à Pontifici ut se ducem regio diademate cohonestaret, ac ita à fide Apostolica regni coronam petuisse, arguere velit: nihil colligetur. Nam illa devotionis argumenta, non subjectionis instrumenta esse debuere. Unde nullæ conditiones præscriptæ Stephano, sed misla per legatum corona & crux. In ejus decret. L. i. c. 3. honorem Pontificum (quo nomine omnes intelligit Ecclesiasticos) commendat, tanquam qui sint custodes divini generis & speculatorum animarum: fine quibus nec constituantur reges nec principentur. Nihil aliud in specie de subjectione aliquatemporali, qua regnum Romano Episcopo obnoxium esset.

2. Idem Gregor. d.l. urget, quod Henricus III. Imp. regnum hoc expugnans ad corpus Petri lanceam coronamque transmisserit, & pro gloria triumphi sui illuc regni direxerit insignia, quo principatum dignitatis ejus attinere cognoverit. Ast item satis ad hoc responderet Conr. d.l. p. 300. pietati, non alii intentioni Henrici hoc tribuiposse. Et contrarium ostendit, cum ipse regnum subegit.

3. Argumentum, quod idem Gregor. VII. deducit ab Ecclesia, universalis hæreditate Romani Imperii, & Petri universali in regna omnia principatu, generale est, & alibi à nostris pariter & Pontificiis profligatum.

4. Addunt ex Marta de iurisdict. P. i. c. 19. n. 49. quod hic viderit in registro Vaticani de anno 1229. Lancellotum regem Hungariz obedientiam Papæ promisisse. Tum quod Ludovicus II. ob inobedientiam in legatum Papæ, excommunicatus pro absolutione 1280. in annos singulos 100. marcas argenti pollicitus sit.

Sed nisi in numeris error creditur, ipsa falsitas ex eo elucet, quia 1229. nullus Lancellotus sed Andreas II. regni clavum tenuit. Sic & 1280. Ladislaus III. non Ludovicus II. præfuit.

An verò respicitur Ladislaus III. quem apud P. Ranzan. epit. hist. Vng. ind. 6. Pontifex per legatum ob infamem vitam & libidinem petentibus primariis regni viris excommunicavit, & privationis regni iudicio (ita Ranzan.) condemnavit? Sed brevi post ipse occisus est à Cumaniis 1290. Idem memorat M. Joh. de Thurocz. Chron. Hung. P. 2. c. 80. sed dicit, legatum nihil in rege proficentem repatriasse. De Ludovico I. præfatus Thurocz. P. 3. c. 22. memorat, eum Romæ magno honore exceptum, cum in expeditione Neapolitana adv. Joannam occuparetur, & auctoritate Domini Papæ absolutum super altare S. Petri 4000. floren. auri offerri fecisse ac presentari. Hoc vero munus liberate dici potuit.

5. Addi potest, quod factio una Hungarorum adv. Andream Venetum à Bonifacio VIII. petierit, regem ad se mittendum Carolum Robertum adhuc puerum. apud Ranzan. indic. 17. & Thurocz. Chron. Hung. P. 2. c. 82. 83. 86. Iterum c. 89. Papæ legatus 1309. fulminat diras in regni nobiles Carolo adversos.

¶. 1. Qui Wenceslaus Bohemum ad sceptrum capessendum adhortabantur, adv. Pontificis potestatem & auxilia suas offertunt operas apud Ranz. d.l. Sic & apud Thurocz. d.l. c. 86. quidam presbyteri Budenses Pontificem, qui interdicto subjecerat Hungariam, nec non Archiepiscopos & Episcopos regni excommunicarunt: haud dubie, quod se Pontifex rebus regni injuste ingenererit.

¶. 2. Potuit etiam sine aliquo in temporalia regni iure, aliorum religionis Pontificia axiomatum vi, Papa in his turbis pro Carolo legitimo rege partes interponere suas. Sed historia etiam docet, cum proceres minus attendisse.

Opponi etiam potest his, præter generalia adv. Pontificis potestatem, quod à regno illa à Pontificibus sibi vindicata potestas, nunquam agnita, sed quod à majoribus acceptum supremum ius transmissum sit ad posteros. Nec insolens superioribus etiam seculis fuit, ut se negotiis ad se non spectantibus Papæ ingererent, quibus tamen frustra aliquis illa allotorio-episcopia novum ius natum diceret.

Et for-



Et forte ipse Pontifex eam prætensionem omisit, cuius argumentum esse posset, quod *Honorius III.* in c.33. extr. de Iurijur. atque *Pius IV.* apud *Tuan.* L. 46. p.781-782. eius mentionem non fecerint. Unde haec tenus Hungaria aut suo arbitratu aut ex regni legibus, non vero Papæ præscripto, reges accepit suos.

§. xviii. Antequam hinc abeamus: operæ pretium est vetera delyuata recent. Vetera sere, quæ priscorum Ungarorum vel fuere vel fuisse finguntur. Conf. multa sed valde dubia apud *Theod. Helsing.* de Iur. inf. c. 6. P. 3. p. 317. Ita notant 1. equum candidum in scuto rubeo cum freno & ephippio. 2. Leonem cum gladio. 3. brassica alba caput cum capra. 4. corvum. 5. aquilam, quæ Attilæ genti in primis datur. Varenn. d' arm. P. 2. p. 290. attribuit lupum argenteum in parma nigra; dein ad Gailam usque viridem aquilam expansam in argentea. Qua fide hæc prodant, ipsi viderint. Quod corvum attinet, forte ille tantum *Matthia Corvino* proprius fuit. Id enim Corvinorum symbolo vide ap. *Cliffet. Ies. Eq. A. V. n. 265.* De hodiernis insignibus elegantes sint versus, quibus Sigismundus Betulius in *Desterr. Ehrenspiegel* lusit.

*In cruce sola salus: hac orbis schema redemit;*

*Victor in hoc signo, Panno, eris Osmanidum.*

*Sub cruce, nunc vestem sanguis Tibi purparat albam:*

*In celo Christi Te diadema manet.*

*Unser heilbrunn ist das creuz / Sinnbild der erlöstenerde:*

*Durch dich Mahomet von dir / Hungar! überwunden werde:*

*Ob jetzt rothes blut bepurpert unterm creuz dem weisses kleid/*

*Christi ehren frohne wartet auf dich in der sternenheid.*

§. xix. Secunda ad dextram parma rubra est, in ignis leone argenteo, cuius coro-Bohemica na lingua & falcule aurata, cauda bisulca. Hoc notari regnum Bohemiae, Norico, Austria, Moravia, Silesia, Lusatia, Misnia & Voitlandia conclusum dubio caret. Vetera autem insignia Bohemorum fuisse tradunt aquilam nigrum in scuto argenteo, datum ab Ottone I. Wenceslao duci, quem ab angelis miraculo ductum videbit, vel ab Ottone II. Preisla filia raptori. conf. *Helsing. de jur. inf. c. 6. P. 3. p. 319.* cum historicâ relatione, quæ tamen utraque fabulas olet. Addit ex *Melch. Goldaso Ioh. Limn. Iur. publ. 3. 9. fin.* Ottонем I. adiecisse ahenum flammeum in signum archidapiferæ, quam Boleslaus I. dux in Curia Imperiali solenni obierit. Ex *EB.* dem notat Leonis unguis dextro calicem aureum impositum in signum Archipincenatus. In addit. T. IV. pag. 361. ex *Hageccio* de aheno idem repetit, sed datum Boleslao in pœnam ob cæsum fratrem Wenceslauum. Und verordnet/ daß die Herzögen in Böhmen/ allezeit dem Kaiser das wasser in einem kessel in der furchen stehend wärmen solten. Addit quoque *Matth. Dresserum* pœna hujus, sed Boleslao personalis, meminiile.

§. xx. Aquila successit leo, quem *Fridericus I.* in expeditione Mediolanensi diciatur donasse. Ratio duplicitis caude duplex, vel quod notaretur *Uladislai* virtus præcelentior, vel quod Bohemi leonem, ita pictum ut caudam intra crura sulcat, simiam arbitrati & aversati fuerint.

*Pro nigris aquilis genti collatus honesta  
est rubeo in clypeo candidiorque leo.*

vid *Helsing. I. 2. p. 321.* Cyr. *Spangenberg. Qdelsp. P. 2. L. 12. c. 34. p. 316. b.* *Limn. Iur. publ. 6. 6. 40.* conf. ibidem tocum amicorum Baldi, cui Carolus IV. leonem dederat, sed cauda intra femora absconsa. Ita & Bartolus memorat de *in sign. n. 3.* sibi à Carolo IV. leonem rubeum datum cum duabus caudis in campo aureo.

§. xxi. Quod jus attinet, quo Austriæ familiæ hoc etiam regnum paret: sciendum Regum Germanos à Bojis Gallica gente ejectos; hos iterum pulsos locum fecisse *Marcomannus*, ius *Austriæ*. quæ circa 629. *Slavica* gens duce *Zecho* (Lechus slocus Poloniæ invasit) sibi cedere statuerunt. coegerit ab hoc Zecho duces numerantur: successit enim *Crocus* & huic filia *Lilyssa*, quæ nupsit *Przemyslao* Pragæ conditori, & eum lecum ducem fecit; ab his reliqui sati duces. In quibus *Borsigovius* circa 900. primus *Christo* nomen dedit, in qua fide perstiteret filii *Svitignae* & *Vladislauis*, hujus vero vidua *Drahomira* pagana Christianos plurimum attraxit, & præter foroem *Ludmilam* alterum filium *Wenceslauum*, cui sancti nomen, ab altero Boleslao trucidari curavit. Sed Boleslao filius patri *owidivac* iterum rem Christianam promovit, & Judæis auxiliaribus, quibus ex eo privilegia & synagoga, paganis restituit. Ex duce primus regium titulum ab *Henrico IV.* (nam ex quo à *Carolo M.* vieti, in potestate



Imperii Romani fuerant, quod probat *Herm. Conring. de Fin. Imp. Germ. c. 29.*) nactus est 1087. *Vladislaus I.* *W'ratyslaus filius* (nam quod de *Wenceslao Sancto ab Henrico I.* Regia dignitate ornato dicitur, certum non est.) Sed illud axioma personale fuit: nam qui cum in regimine secuti Duces iterum nuncupati, usque ad *Vladislaum*, quem denuo 1158. vel 1159. *Fridericus Barbarossa* regem dixit. Sed ne tum quidem perpetuis honoribus ille esse debebat, unde cum filius *Fridericus* sine Imperatoris autoritate diadema sumere ausus esset, cum uxore & liberis metu Cæsaris iolum vertere coactus est. Sed hujus frater *Premislai* (ob Ottonis IV. studium à Saxonibus *Ottocarus*, *Ottischgar* dictus) demum à *Philippo Augusto* Bohemiæ iux. jus 1199. consecutus est, ut liceret imperi Reges habere & sibi eligere. Eavero concectione in Bohemiam jus Imperio non pertinisse, probat allegatus *Coarctinus*. Duravit Premislai progenies ad *Wenceslauum III.* qui 1306. à scismatico exiliis est. Successit initio ex sorore Anna affinis *Henricus Carinthiae Dux*, cui ab aliis oppositus est *Rudolphus Austriae* Alberti Imperatoris filius; hunc mors citra rapuit, illi sua obfuit crudelitas, & quod electio sine autoritate Imperatoris facta non valida proceribus Imperii videretur. Unde *Henricus VII.* Imperator *Ioannem* filium suum, ei data *Wenceslai* alia filia *Elisabetha*, Regem Bohemiæ constituit: quem filius *Carolus* inter Imperatores IV. & hoc geniti *Wenceslaus* atque *Sigismundus* exceperunt: Hunc gener *Albertus Austriae* & nepos *Ladislaus*. Post quem *Georgius Podiebradius* electus est; quem securus *Vladislaus Polonus* & ejus filius *Ludovicus*, quo à Turcis exilio sororius *Ferdinandus Austriae* regnum obtinuit, & ad posteros transmisit. Hoc quidem seculo electo *Friderico Palatino* mutari videbatur corona, sed isto vieto jus Austriae amplius confirmatum est, eligendi potestate, qua Bohemiæ subtili essent, sublata. Carterum hujus regni caula Electoratus in domus Austriae potestate est, & quidem inter seculares primus. In scutum Bohemicum ita ludit sigis. *Betzl. Oesterr. Ehrenspiegel*. L. 4. c. 12. p. 496.

*Struxerat Europa hoc Hercynia nympha theatrum,*

*Hinc orbi ludos plurima scena dedit.*

*Sunt quædorsa tument, animosi luctu Leonis,*

*Hez Habsburgianus resquacubile legit.*

Dieser schauplatz ward Europeyen von Hercynien gebaut

Und die welt hat auf demselben manches Helden-spiel geschauf.

Diss gebürg hat seine hölen / ist ein Löwen auffenthalt /

Zu dem Bohmischen der von Habsburg sich geselt in diesem wald.

Apex proprius Bohemiarum regno est ex castide coronata prominens jugum expansum alatum rubarum argenteis circulis confitatum.

*Bohemicae provincie.*

§. xxii. Provincie Bohemico regno subditæ sunt *Moravia*, *Silesia* & *Lusatia*, unde de harum etiam symbolis dicere convenit. *Moravia*, quæ jam *Silesia*, *Polonia*, *Hungaria*, *Austria* & *Bohemia* includitur, omni longe amplior fuit, & regio nomine inclusa. Cum Arnulfus Imperator *Zwentopulcum* ultimum regem proscriptisset, *Hungari* & *Poloni* eam occuparunt. Dein seculo undecimo eam, quæ Polonorum fuerat, & hodie quoque sola eo nomine venit, *Uidricus* & *Brzezilans* Duces faventibus Cæsaribus occuparunt, & tanquam Provinciam Bohemiarum reddiderunt. Unde una cum Bohemia in potestatem Austriae venit. *Δερμ* ejus Marchionatus est in scuto ceruleo aquila argentea & rubeis tessellis variegata; cui similis galeam coronatam loco apicis premit. Laciniae vero cocco & argento splendent.

*Silesia.*

§. xxiii. *Silesiam* includunt *Bohemia*, *Lusatia*, *Brandenburgica* *Marchia*, *Polonia* & *Moravia*, amplissimum & in 17. aios divisum ducatum. Hæc Polonorum ditione fuit, donec *Uladislaus Polonus* principatu à fratribus pelleretur, & profugus liberis non nisi illam partem quæ nunc *Silesia* est reliquæ posset. Cum vero in posteris ejus multiplici divisione in plures principatus ditio distributa esset, omnes tamen demum in *Bohemorum* Regum concessere potestatem. Initium factum à superiori *Silesia*, in qua *Oppavensem* ducatum *Wenceslaus R. Bohemæ* sibi addixisse, & notho suo tribuilelegitur. Inde *Calimirus II.* *Tschinensem* fator 1288. *Wenceslao R. Bohemæ* se submitit. Iterum *Calimirus III.* 1327. à *Joanne Rege* principatum feudum hereditarium accepit: Quo eodem anno etiam *Boleslaus II. Ioannem* regem agnovit. In inferiori *Silesia* fratres *Uladislaus* & *Henticus Lignicum* & *Pratsslavensem* principatus subjecere eidem *Joanni*: Quod paulatim, in primis 1327. reliqui etiam Duces fecerunt; illi etiam



etiam qui aliquandiu restiterant, tandem tamen reliquis accedere necesse habuere. Demonstrat vero adductis monumentis fide dignis *Courting. de Fin. Imp. Germ. c. 29.* hic et Silesia Scriptoribus de re illa altum sit silentium, omne illud factum nomine imperii, quod jus illud Bohemia regibus concesserat: in quo prætermis Fridericus & Rudolphus autoritatem suam interposuerent. Ex eo nos tolum in potestate Bohemia (licet *Wadislaus Lothicus & Casimirus Magnus* initio Polonia provinciam subtrahi ægre ferrent, & armis vindicare studebant) Silesia permanuit, sed paulatim omnes ducatus, extinti Piasteis, quillois obtinebant, ad regnum redierunt, nuper adhuc morte *Georgii Wilhelmi* Piasteorum ultimi *Lignicis, Britzensi & Wolavensi* ducatus eodem reveri: Solus ducatus *Oelsnensis*, postquam ad regium patrimonium relapsus erat, sed Georgii Podiebradi regis filii concelebi, & ad horum posteros transmissus, hodie in potestate Principum ex *Wirtenbergia* agente est, quorum mater ex Podiebradiis est, sed beneficiario tamen jure à corona Bohemica tenetur.

§. xxiv. Silesia dæyma est in laterculo aureo coronata aquila nigra, pectori impressa *Eius resse-*  
*ex argento lunula cornibus sursum versis, imposita ejusdem metalli crucicula.* Sed & plerique  
que alii principatus Silesia aquilas gelata soliti, distinctas tamen non uno discernicu-  
lo. Galea clypeo imponitur coronata, sustinens *caudam pavoninam inter duo cornua au-*  
*rea, ex quibus quina utrinque protenduntur vexilla alternatim aurea & rubea.* Laci-  
niæ pinguntur auro & nigro colore.

§. xxv. *Lusatia, Bohemia, Silesia, Brandenburgica Marchia, Saxonia & Misnia* *Lusatia*  
conclusa à Carolo M. unà cum reliquis Slavicis Provinciis subacta, atque adeo ibi Mar-*utraque,*  
chia adversus Slavos reliquos constituta est, quam & alii & in primis ex Witikindeis Mu-  
niis orti Marchiones texere. (*Conf. nostrum Comm. de insign. Saxon. C. I. S. I. §. 17. 18.*)  
Ceterum (sifides *Herm. Carr. de Finib. Imp. Germ. c. 29. p. 787.*) *inferiorem* 1075. Hen-  
ricus IV. ob navatam fidelem operam Wratislao Poloniæ Regi concesserit: cum vero  
ab aliis iterum occupata esset, Ludovicus Imperator Johanni Regi reddiderit: Ex quo  
injure Bohemorum mansit, sed ex parte à Brandenburgicis eorum beneficio tenetur.  
*Superior* quæ Hexapolin & ita Marchiam Budissinensem & Gærlicensem complectitur,  
juxta eundem, ad Bohemos spectavit, donec Dambrovica Bohema Mielconi L. Micis-  
lao Polono nupta eam adferret marito dotali 965. A Polonis ad Brandenburgicos de-  
lata est, sed Joanne tege iterum autoritate Ludovici Imp. redit ad corpus Bohemi-  
cum. (Apud alias illa etiam legitur Witikindeis prius paruisse, sed 1068. vel 1086. à  
Bohemis occupata esse.) Patrum vero memoria Serenissimo Electori Saxonia Lusatiam  
concessisse, non opus est ut hic moneam.

§. xxvi. *Lusatia duplicitur symbolo: Inferior enim in scuto argenteo pingit* *Eius insi-*  
*bovem rubrum ventre albante: superior s. Budissinensem Marchia in laterculo caruleo* *gno. 2.*  
*areum murum nigro opere cementario distinctum & in pinnas assurgentam ostentat. Ga-*  
*leam Lusatia inferioris ornat, inter panniculos auro & minio pictos mitræ ducali*  
*rubeæ, cuius vellere muris pontici fatta ora reducta candido colore & nigris maculis*  
*ornata est, impositum cum collo caput aquile argenteum. Superior Lusatia apicem ha-*  
*bet, inter phaleras ex auro & cyano, galeæ coronatae impositum jugum alaruin compli-*  
*catum, cyano superius in seccatum, inferiori parte auro picta, ut pinne muri distinctioni*  
*serviant: sicuti dixi Comm. de insign. Saxon. c. 2. §. 2. 9.*

§. xxvii. Leonis Bohemicæ ex adverso opponitur, & ad sinistram secundum lo-*Dalmatis,*  
cum occupat partula *carulea inscriptis tribus coronatis capitibus aureis adversis leonum*  
*vel pardorum.* Hoc symbolo *Dalmata* designatur: regnum ad oram Adriatici matis  
ab Italie finibus in Macedonia usque protensem, & Pannoniis conterminum, ve-  
terum Illyricum. Hoc cum domus essent Romani, sub eorum fuit imperio, donec  
Slavi illud etiam occuparent. Ex his peculiares fuere reges. Qua ratione autem ad  
*Hungaros* successio delata sit, ita refert M. Joh. de Thwrocz. Chron. Hung. P. I. c. 56.  
pag. 64. de S. Ladislao qui 1095. obiit. *Ipsæ primus Dalmatiam atque Croatiam suo Mo-*  
*narchia jure perpetuo subjugavit.* Cum enim rex Zolomeres sine liberis deceſſisset, uxor  
ejus, soror regis Ladislai ab inimicis viri sui multis injuriis prægravata, auxilium fratris  
sui regis Ladislai, in nomine Iesu Christi imploravat: cuius injurias rex graviter vin-  
dicavit, & Dalmatiam atque Croatiam integraliter sibi restituit: quam postea prædicta  
regina suo subdidit dominio: quod tamen rex non fecit propter cupiditatem, sed quia se-  
cundum regalem justitiam sibi competit hæreditas, quoniam quidem rex Zolomerus  
in pri-



*in primo gradu affinitatis eidem attinebat, & heredem non habuit. Eadem tradit Antonius Bonfin. Rer. Vng. Dec. 2. L. 4. p. 224. Qui diserte addit, Zolomerum uxori regnum legasse, & hanc iussisse deinceps Dalmatiam & Croatiae universam Vngaricae ditionis habeti. Ex quo quidem tempore Dalmatis & Croatiae Vngarijure imperare cuperunt. Oportet tamen mediterranea potius quam maritimam oram in potestate Ungarorum fuisse: Nam idem Bonfinius dec. 2. L. 5. p. 238. Veneti maritima quadam paulo ante in Dalmatia occuparunt, quum cetera & praesertim mediterranea jamdui Vngari possiderent, veluti in hunc usque diem retinent. P. p. p. 239. recenset, quomodo Colomannus iacto de defensione Dalmatiae fædere in Dalmatia hiberius diversari cœperit: Quem quum illius ore nobiles suis adirent, continuo admonebantur, ut pristina libertatis ex Vngarica societas memores essent, seque quum hi voluerint, omnes à misera Venetorum servitute libentissime vindicaturum. Quare ad unum fere omnes Dalmatae & Veneti defecere, ad Pannorum sociatem rediere, atque in primis Ladenses, qui ejecto Veneto magistratu missum à rege præsidium admisere. Horum exemplo ceters ducti, Veneti undique exegerunt. Addit Ungarorum annales aliter rem retinere: Colomannum collatum cum Petro signis, qui ejus regionis rex erat, in monte Medrusa editissimo, quem Petergazdium, id est, Petri montem nunc appellant, atrocissime pugnasse, casu rege, Dalmatiam jure bellis Vngarie adiecisse. Ino à Petropoli Ladislai mortem, qui eam Pannibus adduxerat, occupatam potius recuperasse videbatur, recuperatam à Normannorum clæsse capisse vexari &c. Ulterius ostendit Colomannum, ut diuturniori sibi beneficio Dalmatas obstringeret, ultero illos libertate donasse: pergit docere, quomodo Dalmatiam recuperarint Veneti, sed à superveniente Colomanno vici, & Dalmatia denuo recuperata sit. Inde sub R. Stephano 1166. à Veneti vexati ad Grecos & Emanuelem Imperatorem deficere, quam à Veneti teneri maluere. Denium sub Sigismundo rege Dalmatia quæ tenent in potestatem suam redegerat, ap. eund. Bonfin. Dec. 3. L. 3. p. 401. Et quidem aliqui ære emtum jus comminicuntur, quod idem refellit l. 2. p. 382. Mansit tamen pars Dalmatiae & jus penes Hungaros, & apud reliquos, qui Veneti & Turcis parent, ut idem non semel memorat, memoria Hungarici nominis & amor. Ceterum cum Ungariae ipso regno trahus quoque Dalmatiae isti insertæ jus ad Austriacos delatum est, & nunc quoque servatur.*

**Apez.**

§. xxviii. Dalmatico scuto si apex imponatur, ille est coronata galea inter expansas duas alas nigras impositum caput leoninum coronatum & fascia redimitum aurea, cuius extrema foliolis ornata voltant. Phaleræ dependentes auro & cyano pinguntur. Wapenb. P. 2. p. 1.

**Croatia.**

§. xxix. Bohemia lictulo subjicitur parvula tessellis argenteis & miniatis repletæ. Numerum tessellatum non satis determinatum credo, alicubi enim in latum sex, in longum octo ordines numeravi, alibi aliter. Hoc symbolo Croatta (Bonfin. Rer. Vng. Dec. 1. L. 1. p. 21. eam à M. Valerio Messala Corvino domitore Dalmatarum & Pannorum Corvatiam dictam putat.) Carniola, Dalmatia, Bosnia & Sclavonia inclusa regio, designatur. Hæc eodem jure cum Dalmatia in Hungarorum potestatem venit, quod §. 27. vidimus. Ceterum hujus etiam titulum sumfere Colomanno rege Veneti apud Bonfin. D. 2. L. 5. p. 240. sed iterum omittere coacti sunt. Ita hæc etiam cum reliquis Ungarie corona annexis regnis ad Austriacos devenit, & nunc quoque, quantum ejus à Turcis liberum est, eorum imperio gaudet. Apex Croatæ est Wapenb. 2. p. 1. ex coronata galea jugum alatum ad modum scuti tessellatarum: phaleræ ex argento & coco.

**Sclavonia.**

§. xxx. Croatico è regione opponitur, ex leva tertium ordine, scutum Sclavonia index, nempe aureum inscripto brachio, rubro indumento, acinacem argenteum strictum tenente. Apud Varen. p. 322. leguntur etiam Bosniæ reges in parma carulea gestasse brachium auratum gladio stricto, cuius cuspis sursum verteretur, minax. Porro Sclavonia proprie dicitur, quæ olim Pannonia inter amnis, & Valeria dicta, Dravum & Savum inter jacet. (Conf. Ioann. Sambuc. Rer. Vng. append. ad Bonfin. p. 760.) Ceterum quod late admodum extensus fuit Slavorum imperium, in hoc solo nominis memoria reliquit. Eam uti Hungaria proxima est, primam in ejus potestatem concessisse credo. Modum vero quo id factum sit, vel tempus, exprimere nequeo. Porro cum Dalmatia & Croatia Hungariae unita, cum hac ad Austriacos venit; quantum videlicet ejus hodie à potestate Turcarum adhuc libera est. Apicem consti-



constituit galeæ coronatae, inter jugum exparsum alarum nigrarum foliis vel corculis  
confistarum brachium acinaceum intentans. Laciniae sunt aureæ & coccineæ.

§. xxxi. Hæc scuta fuere regnorum tesserae exprimentia, sicutuntur ea quæ principes Austriae  
cippatus notant. Ita quartum locum ex dextro latere occupat parvula rufa fascia trans-  
versa argentea exarata. Indubium est, hoc emblemata Austriam designari, Bavaria, Bohemia, Moravia, Hungaria, Styria & Salisburgense Archiepiscopatu inclusam. Hæc  
provincia olim Pannonia pars, aliquandiu sub Bavaria fuit ducibus. Inde à Cæsaribus  
et Marchionibus præpositi, quæ dignitas in usu fere erat circa illas regiones, quæ limitaneæ  
fuerant imperii. In primis vero claruit *Luitpoldus* & *Leopoldus* primus Marchio, qui di-  
gnitatem ad posteros transmisit, Imperatoris Henrici I. generi, Illustris cognomine  
dictus, qui 988. vivis excessit. Eum Otto Frisingensis ex Bambergensisibus comitibus de-  
ducit; malum verò cum Aventino cum Eberhardi filium, & Arnolfi Ducis Bavariae, (à  
cujus etiam altero filio Arnolfo Comites Schirenses & per hos Dukes Bavariae hodierni atque Comites Palatini oriuntur) agnoscere. Ab eo reliqui omnes Marchiones  
Austriæ. Inter eos *Leopoldus V.* Sanctis à Pontifice adscriptus est: filium ejus *Henricum*  
*Fridericus Barbarossa* Imp. creavit *Ducem*, & plurimi privilegiis donavit, ut videre est  
in diplomate dato 1156. in *Desterr.* *Spiegel der ehren.* L. 2. c. 2. p. 168. Quin imò ex  
verbis, *Si quibusvis Imperii publicis curiis Dux Austriae præsens fuerit, unus de Palatinis*  
*Archiducibus est censendus, & nihilominus in confessu ad latus dextrum Imperii post Ele-  
ctores principes obtineat primum locum.* p. 186. colligit Archiducis tum primum axioma  
datum, quod dein *Albertus* & posteri omisere, donec à *Friderico IV.* & *Maximiliano*  
resumeretur. Defecit mascula progenies in *Friderico Bellico*, cui etiam à *Friderico*  
*II.* regia dignitas aliquando collata era. Inde præfuerit Austriae *Hermannus M. Ba-*  
*densis* Gertrudis Austriae maritus, cuius filius *Fridericus* heres Neapoli cum Conradino  
decollatus est, & *Margareta* iterum Austriae maritus Ottocarus Boemus rex, exclusis  
Misniis marchionibus ex Austria sanguine, Austria rexere, donec hunc bello vicit  
& peremit *Rudolphus* Imperator, & provinciam vacuam 1282. filiis *Alberto* &  
*Rudolphi* contulit, à quorum illo tota Serenissima familia, quæ hodie etiam rerum po-  
titur, descendit.

§. xxxii. Quod fasciam attinet, aliqui cum *Cuffiniano*, Danubium repre-  
sentari credunt, qui Austriae fecerit: communis traditio, *Leopoldum VII.* Duccem in  
expeditione Henrici VI. in Palestinam 1191. adeo fortiter se gefississe, ut primus turrem  
civitatis Ptolemaidis condensans totam vestem candidam prius cruentam retule-  
rit, excepta parte quæ baltheo testa erat. vid. *Limn. Iur. publ.* 5, 6, 22. *Blondell. geneal.*  
*Franc. plen. assert.* T. 2. p. 362. *Desterr.* *Spiegel der ehren/* L. 2. c. 2. p. 172. Ex *Oliv.* de  
la *Marche* *Johanni le Labour.* orig. des arm. pag. 8. Dux Austriae *Fridericus* & frater ejus  
*Iaspar* vocantur. Idem n. 59. examinat hanc relationem, & collatis aliis fabulam esse  
contendit. Minus probabiliter *Felix Faber* hoc adscribit alicui Austriae Marchioni,  
qui sub Carolo M. in editione contra sacrilegos id specimen suæ ediderit fortitudinis.  
*Conf. Haping. de jur. inf. c. 6. P. 5. p. 333.* Alii in Borussia id contigüe perhibent.

§. xxxiii. Ante hanc falciam quæ fuerit tessera Austriae, non una est autorum Veteres  
sententia. *Conf. Th. Haping.* c. 6. P. 5. p. 332. Alii dant *albam crucem nigro in clypeo*, & <sup>Austriæ</sup>  
in galea duas candidas angeli alas, atque in medio illarum aureum draconem. Alii  
*aquilam candidam cum alis aureis in scuto caruleo:* in galea vero aquilam itidem argen-  
team nigris sursum porrectis alis. Alii in rubra areola aquilam ex nigro & albo biper-  
titam: super galea vero auream aquilam expansialis. Alii aquilam auream alis expansis,  
dextranigra, sinistra alba, in parma carulea: in galea ejusdem potioris metalli aquilam.  
Alii tres alaudas: alii verius, quæ etiam communis fere sententia est, *quinq[ue] alau-*  
*das* (al. philomelas) volantes aureas in scuto carneo. *Le Labour.* de l'orig. n. 59. 135. er-  
roris nostros arguere non dubitat, qui *aquilulas* (alerions) nescientes *alaudas* dixerint.  
Sed non patimur, pro arbitrio suo ut statuere Gallo de nostris liceat. Potius alaudarum  
harum originem non absurde referunt ad *LEG. X. ALAUDARUM*, quod cognomen illius  
legionis fuit, quam defendendo fluminis ad Danubium contra Decebalum hostem  
collocavit Imp. Trajanus. *Desterr.* *Spiegel der ehren.* L. 2. c. 1. pag. 152. ratione con-  
gnoimenti illius legionis edit. Von den auffgespitzten Sturmhauben / welche den  
Hauben der Lerchen gleich sahen/oder weil sic Lerchen auf dem Panier fuhrete:  
daher nachmahlis die Marggraffen von Desterrreich fünf güldene Lerchen im



blauen Feld zum Wapen behalten. Ita vero de illo veteri & novo Austriae symbolo Sig. Betul. Oesterr. Spiegel der ehren. L. 2. c. 3. p. 173.

*Romulidum è belli signis voltar at alanda*

*in scutum, bellis Austria clara, tuum.*

*Nunc Mahometana signatur sanguine gentis:*

*Imperi clypeus sis manesque diu.*

**Die Perch** O Oesterreich flog von den krieges-fahnen

Der Römer dir in Schild du krieg-berühmtes Land.

Was dich gesund bemahlt ist blut der Saracenen:

Seh fernher wider si des Reiches schild genannt.

Ceterum apex vetus erat galea coronata insitens alauda scutaria sed coronata. Recentior cauda pavonina, de qua §. 74. agemus: nec non §. 73. de pileo ducali vel archiducali.

**Burgundia**

§. xxxiv. E regione ei respondet parmula sexies auro & cyano oblique à extra fasciata, margine coccineo. Hoc notatur *Burgundia ducatus*, qui cum prior familia adhuc superesset, ejus duxa fuerat. De eo vero agere differemus ad insignia Regis Hispanie, ubi novam & priscam tesseram juxta videre datur.

**Styria**

§. xxxv. Quintum ad dextram scutulum viride continet *gryphum absque alijs perrepentem argenteum, scintillas ex auribus, naribus & ore vibrantem*. (ita Chifflet. Eq. A. V. inf. n. 211.) Communiter appellant, feuer-spenehende thier. Galli *Sier*, vel *gryphos sans ailes*. ut Vatenn. Felix Malcolmus *Pantheram* appellant. De tairo consentit & ob hoc etiam in figura atri incisa cornua bestiae exprimit, pedes tamen gryphinis similes esse patiuntur Oesterr. Spiegel der ehren. L. 2. c. 3. pag. 175. Es haben vor zeiten in diesem Land (Stenermarkt) die Taurisci, auf Deutsch die Stierer/ gewohnet. C. Tacitus nemini in Pannionem / von welchen damals diß Land mit begriffen worden / die Völker Aravicos und Osos: ist ohne zweifel von den schreibern das wort Taurisci in Atavisci verkehret worden / wie dann das andere wort gleichsam das erste erklärte / und ist Osi das alt-Deutsche Ossen / wie noch heut zutag die Niedertertischen das hochteutsche wort Ochsen aussprechen. Also habendiese Völker wegen ihrer stärke und tapfferkeit / entweder sich selbst von einem Stier oder Ochsen genennt / oder von andern diesen namen bekommen. Es ist vermutlich/ daß das uralte Wapen dieses Landes/ nemlich das auffrechte weiße Pantherthier im grünen Feld auf ohren und rachen feuer-flammend vor zeiten ein Stier gewesen seie: Wie dann solche Wapen-verkehrungen auch bey andern Fürstlichen familien nicht ungewöhnlich. Ibidem pag. 180. ita insignia commendantur:

*Stiria Alexandri pantheram emblemata Monarche* (Dan. 7, 6.)

*ferr clypeo: Stiria sceptra Monarcha tenet.*

*Arma parit ferrimater sibi cornutus Tauri.*

*Hostibus iratis illa sit ira satis.* (Anazr. Stiria. iratis. sit ira.)

Den Monarchen Alerander hat das Pantherthier gebild:

Von Monarchen auch bezwettet/ Stener führt diß thier im Schild.

Es gebihret/vie der Stiere hörner treibt/ ihm selber waffen/

Steinkan steuern seinem feind/ und den zorn nutz zorne straffen.

Ita etiam apud *Hoping. de Iur. inf. c. 6. P. 5. m. 3. n. 64.* Taurisci antiquis incolis Styriae datur militis signum taurus. Apex parmar debitus est ex galea coronata ~~tegumenti~~ tauri scutariignivomi.

**Eius ve-  
teres Do-  
mini.**

§. xxxvi. *Styriam* notari occupavimus dicere, provinciam Austria, Hungaria, Carinthia, Carniola & Salisburgensi Episcopatu terminatam. Ea *Bavaris* paruerat cum *Carinthia*. 1030. Conradus eam à Ducatu Carinthie separavit, & *Marchiam* constituit, imposito qui imperii fines tueretur *Ottocaro ex Styria*, Comite in *Muertzthal & Avelenz*, Ducis *Carinthie* Marquardi ex fratre pronepote. Cujus *Ottocari* majores à *Vinni* & *Styria* praefecto sub Alarico R. Gothiae deducunt, Marchiones *Styriae* appellant, & illis etiam *Odoacrum Italiae* Regem, qui *Augustulum* imperio dejecit, inferunt. Conf. *Bucelin. German. P. 3. p. 219.* Ex eo lati reliqui *Archones*, in quibus *Leopoldus* 1120. ab Henrico V. in hereditario marchionatu confirmatus est. Filium ejus *Ottocarum* *Friedericus I. Imperator Duxem Styriae* creavit. Hic gener *Leopoldi VII. Austriae* *Ducis leprosus*



leprosus & sobole carentes consensu statuum vendidit sacerdos ducatum, & reliquam vi-  
tam in Carthusiano cenobio exigit. *Desterr. Spiegel der ehren. L. 2. c. 3. pag. 176.*  
Johann Enencel in seinem so genandten Fürstenbuch schreiber / daß sein so  
wolseyler Kauff gewesen / daß ein Ritter umb drey helbeling/ und ein Bauer  
umb ein ort kommen. Es ist zwar solches mehr ein geschenke und vernächtniß  
als ein verkauff gewesen/wie Megisterus anzeigt.

S. xxxvii. Mansit deinceps Styria penes hanc familiam ad eum usque finem.  
*Cum vero illa terminata Ottocarus Austriam occupasset, ad Belam Ingaria regem familiam  
respicere maluerunt; unde inter hos reges contentio, donec partitione ditionum  
satisficeret. Ottocaro ceso cum Austria Styriam etiam filio Rudolfus Imp. concessit,  
quam tamen odio Sveorum, qui potentia abuti videbantur, & que ac Austriam non  
adeo obsequentem Albertus est expertus, ut etiam armis ad obsequium multi co-  
gendi essent. In Alberti liberis Otto jucundus Styriam fortius est, sed prole curuit.  
Frater eius Albertus sapiens, cum duos haberet filios Albertum III. & Leopoldum, illi  
attributam Styriam hic iterum extorsit, & suis transmitit filiis, in his Ernestus Styriam  
tenuit, & novam lineam dedit. Inter filios Ferdinandi I. Imperatoris Carolus mini-  
mus natu denuo Styriam possedit, & ab eo una cum hereditate reliquarum linearum  
posteri accepere.*

S. xxxviii. Feram Styriæ similem ignivomam insignibus inscribunt familiae, quæ familiae  
ex Styriæ marchionibus aut comitibus ortæ sunt, ut auream in nigro scuto *Losensteinis* Styriæ  
*Wap. 1. pag. 22. Stahrenbergi*, quos ex Thuringo, qui Ducis Styrii Ottocari majori  
patruo Alberto s. Alberone III. natus est, deducunt: Hi enim feram dimidiata ceru-  
leam albo parma capiti inserunt. *Wapenb. 1. p. 33.* Addit *Haping. p. 335. Hohenbergios*  
& *Bernecios*, quos equidem *Buelinus Germ. P. 3. pag. 219.* ex fratre Ottocari march.  
Styriæ & prefati Alberonis III. Bernardo, ejusque duabus filiis Ottone & Gundaccaro  
derivat. Verum insignium figuram convenire nondum vidi. Quod ille p. 87. tribuit  
symbolum *Hohenbergiis*, per errorem assignatur, cum Hohbergiis Silesiis debeatur.  
*Bernecciorum* autem tesseram p. 10. leonem constituit: *Sibmach. Wapenb. 2. p. 33.* (si  
tamen eadem est familia) caprum. Unde quod dicam non habeo.

S. xxxix. Quinta ad sinistram patma argentea defert aquilam caruleam, coronam, *Caniola*,  
rostro & cruribus coccineis, quæ petiore representat lunulam crescentem ductu gemino  
tessellarnm ex argento & mino variegatam. Hoc & quia *Carinthia* per errorem tribuit  
*Theod. Haping. de Iur. inf. p. 336.* debitum *Caniola*, provinciæ Cileia, Vinidorum mar-  
chia, Croatia, Istria, Goritia, Foro Julii, Carinthia & Salisburgensi Episcopatu conclu-  
sa, quæ *Carinorum veterum* retinet nomen. Hanc ditionem ipsi proceres seu ordines,  
cum eorum princeps ultimus *Marchio Craynburgi*, quem ab Engelberto Marchione  
derivant, sine prole deceperat, *Friderico Bellico* ultimo primæ gentis Austriae Duci,  
fama virtutis ejus moti, tradidere. In cujus gratiam *Fridericus II. Imperator*, qui illam  
traditionem confirmavit, ex Marchionatu *Ducatum* fecit, seu ut verba diplomatis  
(*Desterr. Spiegel der ehren. L. 2. c. 3. pag. 181.*) sonant, ut faceret permisit: *Addicetus*  
præterea regni *Tui præsenti privilegi autoritate permittimus, ut de provincia Car-*  
*niolæ Ducatum facias immediate tibi subjectum, parte (an per Te?) nobis & successoribus*  
*nostris & imperio responsurum.* Inde una cum Austria in familiam Habsburgensem s.  
modernam Austriacam devenit, & ejus regimine nunc quoque gaudet. Apex scutulo  
huius debitus est è galæ corona exurgens aquila scutaria.

S. xl. Infimum locum obtinet scutulum argentum continens aquilam rubream, *Tirolis.*  
ejus corona, rostrum, crura & semicirculi trifoliati alii impressi auro fulgent. Pedes  
*Malleolus* apud *Haping. de Iur. inf. c. 6. P. 5. n. 667.* nigro colore tingit. Notatur ita  
comitatus principalis (*Gefürstete Grafschaft*) *Tirolis*, quam hinc Italia, isthinc  
Forum Julii, Carinthia & Salisburgensis diœcesis, illine Svevia & Bavaria includunt.  
Qui eam rexerint, in *Desterr. Spiegel der ehren. L. 3. c. 8. p. 340.* enumerantur. Vide-  
licet quod initio hunc limitem suum *Bavariæ* per Marchiones, qui dicti *Marchiones ad*  
*Athesin*, administrati fecerint. Dein ex *Andechsina* gente orti, qui regioni præfeti  
sunt, & à sede Merania *Meraniae* Duces appellati. In primis Bertholdus III. Andechi-  
nus 1180. *Dux Meraniae* factus est à *Friderico I.* cum *Henricum Leonem* proscriptiſet,  
& jam illam etiam *Bavariæ* partem alteri concederet. Duces defecere in *Ottone II.*  
12 48. Habuit vero eo moriente *Meraniam* uxorem *Gutham*, agnatus *Albertus*  
Hentici



Henrici filius, qui Ottoni successit, Comitis titulo contentus. Hic mortiens 1254. Adelheidam reliquit atque Elisabetham, quarum illa Mainhardo II. C. Gorita Bertholdi III. Merania Ducis ex filia nepoti, hęc Gebhardo C. Hirschbergio nupsere, unde ad hunc utraque Aenivallis, ad istum reliqua Tirolis delata. Mainhardus 1258. reliquit Mainardum III. & Albertum II. qui 1272. ditiones inter se partiti: huic Gorita obtigit, & ab eo reliqui comites. Mainardus Tirolim retinuit, & ab Hirspergio materterę matito 1284. 4.000. marcas argenti utramque Aenivallem emit, jam etiam Carinthia Dux, atque ex eo totius Tirolis Dominus. Ei 1296. morienti præter alios liberos superfuit **Henricus**, qui etiam rex Bohemie aliquandiu fuit, & reliquit 1331. **Margaretam cogn. Maultasch**, Tirolis heredem, que Joanni Henrico M. Moraviae, & post eum Ludovicum Bavaro M. Brandenburgico nupsit, & ex hoc Mainardum IV. genuit, ultimum Tirolis comitem, qui 1363. fatis concessit. Unde **Margareta** mater (quam plures Genealogi Rudolfo Austria secundam conjugem assignant, sed contradicit ille scriptor Austriaeus) consilio Ordinum Tirolim suam ad confobrinos Rudolfum, Leopoldum & Albertum eodem adhuc anno transtulit, & 1366. mortua est. Insignia Tirolis illis distichis ornantur Ehrensp. p. 344.

*Rex aquila inter aves: regionum celsa Tirolis  
regina est, seriens vertice regna poli.  
Vina, fera, fontes, sal, argentea fodina,  
aspera dirittas hec juga firre probant.*

**Wie der Adler Vogel-König also Länder Königin**

**Ist Tyrol/das Himmel-an mit der Berge Scheitel ruhret.**

**Gemsen/brommen/salz und weine/und der silber-erz gewinn**

**Zeugen/dass auch das gebung/reichthum zeuget und gebiehret.**

**Apex Tirolensis** scuti est **coronata cassidē impositus fasciatus** 7. **strutbionicarum australium plumarum erectarum**, per quem **transit diagonalis balteus nubilatus rubens**. (conf. Wapenb. 2. p. 20.) Laciniae argento & minio tinguntur.

**Ius ex Austria Domini.** §. XLI. Ubi semelin Austriae potestatem comitatus hic venit, in ea deinceps permanit, & anteriorum Austriae ditionum caput haberi cepit, annumerata ei Alsatia, & Svecicis ditionibus. In partitione hereditaria Leopoldi & Alberti, illi Tirolis cessit, inter hujus filios **Fridericus** eandem tenuit, & ad filium **Sigismundum** transmisit. Inter Ferdinandi I. filios **Ferdinandus** hanc partem habuit. Iterum eandem à fratre Ferdinandi I. habuit **Leopoldus**, & ad filios atque nepotes transmisit. A quibus nuper successionem Augustus noster Leopoldus collegit.

**Scutulum pectorale.** §. XLII. Hęc scutula sunt, quę aquilam Imperialam stipant: ejus vero pectori aliud imponitur scutum bipertitum; quod hinc **fasciam Austriacam**, isthinc **Castellum aureum in coco** pingit, regni **Castellani** symbolum, de quo alibi sermo est, ubi de Hispania in signibus agetur.

**Dispositio scutorum.** §. XLIII. Nec vero illa tantum armorum in diversis scutis dispositio Augustis placuit, verum tamen etiam easdem parvulas in certas unius scuti areolas compingere solent, quod & in sigillis & monetis & ahbi videtur licet. Enumerabimus aliquot dispositiones eorum, qui hoc seculo imperarunt.

**Rudolphi II. Imp.** §. XLIV. **Rudolphi II.** duas in primis observavi dispositiones. Altera annum 1606. & 1611. præ se cerebat, in qua tres perpendiculares lineæ & totidem transversæ areolas constituebant sedecim. In primo ordine primus laterculus **Hungaricas fascias** representabat, alter aquilam coronatam referebat, quam **Tirolim vel Carniolam** interpretari, tertius **Alsatia Landgravatum** designat, quartus **Bohemiarum regnum**: Secundi ordinis illæ sunt areæ, **Legionensis, Austria, Burgundica** (hęc alicubi transposita) **Castellana**. Tertia series continentali colos **Carinthia, Carniola vel Tirolis** (aquila enim apparet) **Habsburgi, Goritia**. In pede scuti visuntur illo ordine tesserae **Burgovia, Svecica, Wirtembergia, Pforrensis**. Similem dispositionem Historiographus **Cæsareus** Celeberr. P. **Lambicus** 1665. Commentarii de Biblioth. Augusta titulo præfixit, unde Augusto nostro etiam illa in usu esse videtur. Rationem autem ordinis areolarum me non capere confeitor.

**Aliæ.**

§. XLV. Aliæ dispositio observata in numis 1610. & 1612. cūsis, ut videlicet caput scuti in duas areolas dispesceretur, **Ingarico & Bohemicō** symbolo insignes, intermedio peculiari scutulo **aquilam simplicem** præ se ferente, quę **Tirolensis** esse potest, forte quod



quod in illo comitatu numi cusi: Reliqua scuti pars duabus transversis & tribus perpendicularibus lineis in 12. laterculos distinguebatur: Primus ordo iterum inter Legionensem leonem & Castellatum caltellum intercipebat Burgundiam & Austriae tessera. Proximus ordo Carinthiam, Carniolam, Habsburgum & Goritiam designabat. Laterculi pedis erant insignia Burgoviae, Sveviae, Wirtzbergie, Alsacie. Simili utebatur dispositione Ferdinandus II. 1622. nisi quod Austriam Burgundiæ præposuit.

§. XLVI. Iterum aliam dispositionem Chifflet. Inf. Eq. A. V. producit n. 243. Quod nempe usus si scuto imperii Germanici, fracto in pectore bicipitis aquila scutulo quadripertito: 1. Quadrans hungaricus. 2. Bohemicus. 3. Austriae nova & Burzundia veteri ab summo divilus. 4. Cœlberica & Legionensi tessera quadripertitus. Apex corona Imperatoria. Laciniae aureæ, yellere Pontico reductæ.

§. XLVII. Matthiam succesorem vidi ut scuto quadripertito ex Ungarica & Bohemica tessera, imposita parvula bipertita ex Austria & Burgundia. Ejusdem illud scutum recenset inter Eq. A. V. n. 263. Chiffletius. Caput scutarium Hungaria & Bohemia ab summo bipertitum. Reliquum scuti quadratim discissum. I. Quadrans rursum quadripertitus: 1. Laterculus Cœlbericus, h.e. Castellanus. 2. Legionensis. 3. Wirtzbergicus. (Ita enim Chiffletius corrugendus, qui Nellenburg interpretatur: cum tamen illus comitatus cornua cervina sint cœrulea in auro, Wapenb. I. p. 16.) 4. Svevicus. II. Etiam quadripertitus: 1. Aragonicus. 2. Siculus. 3. Burgovius. 4. Alsaticus. III. In bina scuta partitus: 1. Habsburgum. 2. Tirolense, ambo inserta alio scutulo Goritia. IV. in scuta duo divisus: Pfretanum & Kiburgium; ambo inserta scutulo quadripertito ex symbolis Cœlberibus. Scuti majoris imum ab summo tripartitum: 1. Vindorum Marchia. (quam ille perperam Selvoniam interpretatur.) 2. Eresò (quod ille vocat) hoc est Provincia supra Anasam. 3. Portenav. 4. Portus Naonis. Omnibus symbolis in sede honoraria impositum scutulum Burgundia veteri, Styria, Carinthia & Carniola quadripertitum. Huic rurius parvula Nova Austria superposita. Apex pileus Archiducalis. Pinnae in umbrantes aureæ & coccineæ.

§. XLVIII. Matthiam in Imperio exceperit Ferdinandus II. cuius illum typum vidi, antequa Ferdinandi II. Imp. Imperium susciperet: ut in scuto quadripertito primum laterculum Ungaria, secundum Bohemia, tertium quadrisida divisione Castilia & Legio, quartum simili partitione Austria & Burgundia, toti autem impositam parvulam Tirolis implerent. Chifflet. Inf. Eq. A. V. n. 264. paternum ei clypeum tribuit exigua mutatione.

§. XLIX. Ferdinandus III. successor ante imperium suscepit apud Chifflet. Eq. A. V. n. 360. ita dispositus: Caput scutarium Hungarico & Bohemico symbolis recta linea bipertitum. Reliquum scuti quadripertitum: I. quadrans rursus quadripertitus: 1. Laterculus Cœlbericus. 2. Legionensis. 3. Alsaticus. 4. Esburgensis. I. Quadrans etiam quadripertitus: 1. Laterculus Styrius. 2. Carinthiacus. 3. Carniolensis. 4. Goritius. III. In scuti formam bipertitus Ferretoensis & Tyrolensis symbolis, inserta Cœlberi parvula. IV. Pari modo Habsburgiaca & Selvonica tessera, Austria veteri imo inserta. Imo scuto inserta parvula bipertita Portus Naonis & Princ. supra Anasum in longum bipertita. In scuti sede honoraria, scutulum Austria recentiori & antiqua Burgundia recta linea divisum. Apex, pileus Archiducalis. Laciniae hermionice & coccineæ.

§. L. Modernus Augustissimus Imperator Leopoldus Imperiali bicipiti aquila Leopoldi itidem imponit scutum, torque aurei velleris circumdatum, quadripertitum: cuius prima areola Hungaria, altera Bohemia regnum, tertia bipertita Austria & Burgundiam, ultima quadrisida sectione Castella & Legionis regna notat. Aliam ei à Lambecio attributam dispositionem §. 44. notavi. Iterum alia in moneta dispositio mihi observata est, ut sub cephalo scuti ex tessera Hungarica & Bohemica constante, proxima series laterculorum notarent Castellam, Legionem, Aragoniam, Siciliam, tertia Habsburgum, Austria, Burgundiam, Carniolam, Wirtzbergiam, insertis pedi clypei tribus trigonis areolis cum symbolis Vindorum marchia, Principatus ad Anasum & Tirolis. Hoc scutum affixum cernitur aquila bicipiti, altero pede ensem altero cœptum tenente, circumrecto torque aurei velleris.

§. LI. Addamus alias adhuc variationes: Tres in Sibmachi. Wap. P. I. p. 4. reperiuntur, quarum prima hoc ordine representari potest. Scuti caput Hungarico & Bohemico symbolis recta linea bipertitum est. Reliquum scuti quadripertitum. I. quadrans rursus quadripertitus: 1. Laterculus Castellanus. 2. Legionensis. 3. Wirtzbergicus. 4. Svevicus. II. Quadrans etiam quadripertitus: 1. Laterculus Aragonius. 2. Siculus. 3. Burgovius.



**4. habspurgius.** III. In scutiformam bipertitus, *Carniolensi* & *Pfretensi* symbolis, inserta *Alsatia* parvula. IV. pari modo bipertitus, *Kiburgia*, & *Goritensis* tenuis, *Provincia* supra *Ansum* imo inserta. Imo scuto inserta parvula tripartita, ut media symbola *Cileensis* quadripartita stipe, hinc *Vinidorum Marchia*, illinc *Portus Naonis*. In scuti fede honoraria scutulum *Burgundia*, *Styria*, *Carinthia* & *Tirol* quadripartitum compositum est, toti denuo incubente *Austriaca fascia*. Eadē dispositione usus *Leopoldus VVilhelmus Archidux*, nisi quod scutulum toti impositum tantum aquilam exhibebat, pectore fasciam *Austriacam* repräsentantem. Tum quod scuto subjecta est crux Teutonici ordinis, ut extrema undique promineant.

Maximi-  
liani M.  
Ord. Teut

§. LII. Alter typus est *Maximiliani Archiducis*, qui Mag. Ord. Teutonici fuit, dividitur vero cruce mediante nigra, cui alia *aurea liliata* (insigne ordinis) imponitur, in quatuor quadrantes. Primus transversum fecatur: superius cōcipiuntur *Vngarie* & *fascia*, inferior pars tribus constat laterculis *Castilia*, *Legionis*, *Austria*. II. Simili divisione superius exhibet leonem *Bohemicum*, inferius *Burgundiam*, *Styram*, *Carinthiam*. III. Iterum quadripartitus *Alsatiam*, *Kiburgum*, *Pfretum* & *Tirolm* designat, hisce triangulare parvula insertis quadripartitis Cilientibus symbolis. IV. Denuo quadripartitus *Carniolam*, *Goritiam*, *Habspurgum*, *Vinidorum Marchiam* notat, inserta parvula *Portus Naonis*. Imo scuti inseruntur alauda veteris *Austria*. Cruci liliata imponitur scutulum aureum nigra aquila insignitum. Quod lilia Teutonicae crucis attinet *Haping de jur. insign. c. 6*. P. 1. §. 4. n. 84. refert, *Ludovicum R. Franciae lilia illa adiecisse*. Aquila nigra videtur *Borusiam* notare ex *Füllst. Wap.* 5. p. 25. seq. Ea enim diu Ordinis hujus Teutonici fuit patrimonium, donec ex M. Magistro Albertus Dux *Borusia Regis Poloniae* beneficio fieret. Idem Maximilianus alibi contractiori scuto uti solitus. Ita vidi scutum etace illa Teutonica intermedia, quæ idē scutulum cum aquila continebat, quadripartitū pingi, ut laterculi 1. *Vngaricum*. 2. *Bohemicum*. 3. Bipertitus *Austriacum* & *Burgundicum*. 4. Iterum bipertitus *Habspurgum* & *Tirolense* dērūta & continentur. Alibi scuto duæ comites parvulae adjiciuntur, hinc *Alsatia*, illinc *Pfretensis*. §. præced. vidimus crucem scuto non inscriptam sed subjectam, ut extrema prodirent.

Aliapud  
Sibma-  
cherum.

§. LIII. Tertiustypus eadem tene cum primo dispositione repräsentatur, sed areolarum situ diverso. Caput scuti constituant *Vngaria* & *Bohemia*. Primum quadrante areola *Castellana*, *Legionensis*, *Styria* & *Carinthia* in quadras locatae. Secundum simili dispositione *Aragonita*, *Sicilia*, *Carniola*, *Goritia*. Tertius *Burgaviam* & *Sueviam* continet, cum inserta *Pfretensi* parvula; Quartus *Alsatiam* & *Kiburgum*, cum inserta *Cilejensi*. Pes scuti triangulare laterculo iterum constat, tripartito in symbola *Provincia Anasina*, *Austria antiqua* & *Vinidorum Marchie*. In clypei fede honoraria nova parva quadripartita *Austriam*, *Burgundiam*, *Tirolim* & *Habspurgum* continet.

Ferdinandi  
Archid.

§. LIV. Ferdinandi Archiducis scutum 1574. in moneta illud vidi, ut caput scuti repleret *Vngaria* & *Bohemia*; reliquum scutum bipertitum, hinc quadripartitum locata *Castellana* & *Legionensis*, illinc tunc situ *Austriaca* & *Burgundica* symbola repräsentaret: toti imposito scutulo *Tirolensi*. Aliter apud *Chifflet. Inf. Eq. A.V. num. 21*. Scutum transversè tertiatum: Summum *Hungaria* & *Bohemia* ad perpendiculum divisum: medium in partes quatuor à summo dispergit: quæ sint 1. *Celiberica*. 2. *Legionensis*. 3. *Styria*. 4. *Carinthia*. Pes scuti divisus ad perpendiculum: Pars dextra in scutula duo bipertita: 1. *Aragonicum*. 2. *Siculum* cum insita *Granatense* parvula. Pars sinistra rursus in bina scutula divisa: 1. *Carniolense*. 2. *Tirolense*, insita parvula *Habspurgia*. Imo scuti majoris insertum triangulare scutulum, *Austria veteris*. In ejusdem scuti majoris fede honoraria impressum scutulum *Austria Nova* & *Burgundia antiqua* ab summo dispergitum. Apex, pileus archiducalis, pavonina cauda fastigatus. Lacinia dextræ ex auro & cyano, sinistra ex argento & coccino.

Carolii  
Archid.

§. LV. Caroli Archiducis ex moneta 1590. illum typum observavi: ut caput scuti completeret *Vngaria* & *Bohemia*; falciani *Austria* & *Burgundia* stipantes mediam parvulam *Carinthia*; pes bipertitus referret *Habspurgum* & *Tirolim*, cum intercepta triangulare parvula *Goritiae*. *Chifflet. Inf. Eq. A.V. n. 250. & 251.* illi & Ernesto Archiduci idem plane tribuit scutum, quod §. 54. Ferdinando ex ipso dedimus.

Leopoldi.  
& Ferdi-  
dinandi  
Carolii Ar-  
chiducum.

§. LVI. Leopoldo Archiduci *Chifflet. Inf. Eq. A.V. n. 361.* illud tribuit: scutum transversè tripertitum. Summum *Hungaria* & *Bohemia* ad perpendiculum bipertitum. Medium, ab summo quadripartitum. Laterculus *Burgovius*, *Suevicus*, *Styriacus*, *Carinthiacus*. Pes scuti recta linea in quatuor scutula divisus: 1. *Alsatium*. 2. *Kiburgense*, ambo



ambo insita Ferreтика pārmula, 3. Carniolense. 4. Goricum, inserta Selavonia s. potius Vinidorum Marchia. Imo scuto inserta parma ab summo tripartita, tellestis Aasina, Cilie & Portus Naonis. Medio scuto majoris appictum scutulum quadrupertū i. quadrans Cetibericus, Austriacus novus, antequā Burgundia in longum bipartitus. 3. Austriacus antiquus. 4. Habsburgensis. Rursum hujus scutuli medio impolita Tirolensis pārmula. Apex pīleus Archiducalis, cauda pavonina fastigatus. Lacrima dextre auro & cyano, sinistra argento & minio pīctae. In moneta 1623, vero illam dispositionem vidi, ut scutum in quatuor quadrantes fecaretur, in quibus repräsentarentur I. Ungaria. II. Bohemia. III. Austria, Burgundia bipartita. IV. Tirolis, cum Habsburgo: inserta pedi scuti pārmula Pīretensis, toci autem incubante scutulo Alsatico. Alibi 1620. eadem dispositio, nisi quod locum Tirolis, Habsburgum, Habsburgo, Goritia, Pīretarum vetus Austriae symbolum, Alsatia Tirolis occupant (quali modo expreslit sua dīgīta etiam 1652. Ferdinandus Caro:us.) Tum subiecta scuto scutula Episcopalia Argentoratensis & Patavinum: alibi ea lateri adjecta, subiecta vero scuta abbatarum Murbacensis & Luderana. Anno 1628. cūsam monetam vidi cum priori 1620. plane convenire, nū quod ubi Tirolis medium occupabat locum, hic Alsatia appareat.

§. LVII. Sed tedium forte varietas illa parere potest. Visum tamen necessarium, ut Ateloplures typos repräsentarem! Nunc ipsa testetas, quas tantum nomine dominiorum in dicavimus, ordine depingemus. Quod vero attinet Legionis, Castella, Aragonie & Sicilia symbola, de illis agetur inferius, cum Hispanicum scutum oculis subjicietur. Ibidem Burgundica areola explicabitur. De qua hoc solum hic notare convenit, eam quoties in Archiducum vel Imperatorum scutis occurrit, simul complecti omnem successionem Burgundicam, atq; ita Belgica quotquot seorsim inferenda essent symbola. Sicuti quæ ex Hispanica successione inferuntur, simul reliqua includere videntur. Ita Vngaria & Bohemia testaræ non minus regna & provincias inde dependentia simul includunt. Unde nec Silesia nec Moravia nec Lusatia ullibi vestigium vides. Tum quoties Austria veteris mentis fit, designari quinque alaudas aureas in cœruleo scuto, ex §. 33, adhuc in recenti est memoria. Reliqua dīgīta, quorum explicationem prius nondum dedit, jam subjiciemus, sed ordine nullo.

§. LVIII. Sveviam quod concerneat, exprimitur in parma aureal argenteam Varenna. Svevia. R. d. Arm. p. 278. & alii volunt) tribus leonibus gradientibus s. pardis nigris lingua & falcis rubris. De Sveviæ & Alemanniæ antiquoribus ducibus multa cumulare nolo, nisi quod illud in primis notari pero, hunc eque ducatum atq; alios primum non fuisse hereditaria dominia sed officia personalia. Unde modo ex hac modo illa gente assumti, ut tamen paulatim ratio haberetur filiorum aut propinquorū. Ita Dux Sveviæ fuit Burchardus, dein Burchardus II. ex Grisonum comite. Tum Hermannus Franconia comes, inde Ludolphus ejus gener Imperatoris Ottonis filius, post hunc Burchardus III. secundi filius, dein Otto Ludolfi filius, inde Conradus, post hunc Hermannus II. quo mortuo filius Hermannus III. Inde Ernestus, qui ejus sororem Gislam uxorem habebat, tum hujus filii Ernestus & Hermannus, & Gisla a ec altero marito Conrado Salico natus Henricus, qui dein sub nomine tertii Augustus fuit, tum Otto C. Palatinus, cui Henricus jam Imperator dedit: postea Otto M. Sinfurti, dein sororius ejusdem Casparis Rudolphus C. R. infelensis, qui adversus Henricum IV. Augustum axioma affectavit, & prælio cecidit. Huic ademtum ducatum Friderico Hohenstaufio affini suo Henricus Imperator attribuit: ab eo tota Svevica familia, in qua ordine fecerū sunt duces. Ultimus familiam clausit Conradius, quem cum regnum Neapolitanum sibi debitum vindicaturus sed prælio vietus esset, captum Carolus Andinus 1269. capite truncavit. Ita Dominus vacuum ducatum, tanquam ad imperium relapsum, filio Rudolfo Rudolphi Imperator, in primis quia pridem multa ejus ducatus Habsburgicæ domui subiecta essent, comitiis Augustanis 1282. concessit. Conf. Destr. Ehrensp. L. i. c. 13. p. 113. n. 5. Ex quo non alias ducatum Svevia gesit, sed ejus dignitas constanter in domo Austriaca remansit. Inde accepit 1379. Imperialis advocationis provincialis prefectura superioris & inf. Svevia 1379. Leopoldo Austrio à Wenceslao Augusto oppignorata. Observat Joh. Lyma. Tur. publ. Tom. IV. Add. ad 4, 4, 24. p. 403. Carolum V. se dicere solitum, dīf. H. Rom. Reichs fūrſt zu Schwaben. Ferdinandum autem & successores simpliciter fūrſt zu Schwaben. Ceterum fallitur Varenna. P. 2. p. 272. cum Svevis in usu fuisse scribit leonem aureum in parma cœrulea, & ita ab Ottone Svevo Burgundia comitatui allatum dīgīta.



Wittenbergia.

§. LIX. Vidimus etiam laterculum *aureum tria cornua cervina nigra* deferentem. Hoc *Wittenbergicus ducatus* denotatur. Unde de eo symbolo suo loco agetur. Hic tantum notare necesse est, quo titulo Austriae principes illam areolam scuto inservierint. Nempe cum 1519. Ulricus Wittenbergie Dux à Svevico federe pulsus & ducatu exutus esset, federati ducatum Cæsari concesserunt. Hic fratri Ferdinandi eundem divisione assignavit. Cum autem Ferdinandus eundem possedisset usque ad annum 1534. frustra interea multis pro Ulticotentatis, conatibus etiam militaribus Ulrichi tritis, Philippus Magnus Maximus Landgrave Hassia amicum suum, Ferdinandi copius ad Laufenam vicit, restituit. Exin *Cadamica* pactione res ita composita, ut retinetur Ulticus ducatum, sed eo nomine domus Austriae beneficiarius, atque ita utile dominium penes ipsum, penes Ferdinandum directum esset. Ea conditiones permanxit ad annum 1599. quo *Rudolfus II. Imp.* consentientibus agnatis, bona pecunia summa accepta, investituram ad primam ac immediatam formam reduxit, moderante ducatum Friderico. Servata tamen successio Austriae, si masculi deficerent, quo ipso casu nihilominus religioni caustum est. Ob hoc vero domui Austriae reservatum jus in tituli elogis & scuto Wittenbergici ducatus servatur mentio. Superius §. 47. notavimus eorum errorem, qui in Nelleburgium comitatum Wittenbergici ducatus tesserae convertunt.

Burgovia.

§. LX. Inter Svevicas ditiones speciatim etiam *Burgovius Marchionatus* legitur. Hujus tessera est scutum sex obliquis simbris balthicis argenteis & rubris exaratum, inducto toti pale aureo. Ita Chifflet. n. 263. & Dester. Ehrensp. L. 3. c. 5. pag. 312. pingunt. Nam Sibmach. Wapenb. P. 1. p. 5. dextras tantas facit, & oīto numerat. Quod ipsum attinet *Marchionatum Burgovium*, qui inter Ulmam & Augustam situs est, habuit ille suos peculiares olim Marchiones, initio familiae Comitum de Abach, quorum ultimus 1075. mortuus, dein Comitus de Bibereck, Schelklingen & Rockenstein, sed post mortem ultimi Henrici Rudolphus Imperator Augustanus comitiis 1282. eum, uti & Sveviam, filio Rudolphi cum consensu Electorum & Principum concessit. Destr. Spiegel der ehren. p. 293. & c. 40. pag. 153. ubi tamen dicit, Marchionem *Henricum* ultimum 1304. extinctum, adeo ut sibi contradicere videatur. Sed *Bavarica* domus ægre fe-rebat, cui aliquando Burgovia subiecta, unde 1324. Ludovicus ex *Bavaris* Imperator eam vi subigere tentavit, at infecta re obſidionem solvere coactus est. Archidux Sigismundus Burgoviam Episcopo Augustano 32000. aereis oppignoravit, inde pignus illud soluto hoc argento à Sigismundo ad se transtulit Georgius D. *Bavarie*. Destr. Ehrensp. L. 5. c. 33. p. 956. 957. Demum 1492. reluit Marchionatum Maximilianus, obtento à subditis ad relutionem argento multo, hac tamen conditione, ne iterum oppignorari poscent *Bavaris*. Destr. Ehrenspiegel. d.l. Demum superiori seculo Ferdinandus Archidux *Carolo* suo ex Philippina *Welferia* legitima sed impari uxore suscepito filio marchionatum hunc concessit, qui titulo illo etiam usus est, sed cum nullam suscepisset prolem, redit ad domum. Observat Joh. Linn. Iur. publ. T. IV. add. ad 4, 4, 24. p. 403. primum Ferdinandum I. cum epitheto se indigitaliter *Margrafen des H. Röm. Reichs zu Burgau*. Reichs-Absch. 1542. &c. cum Carolus Imp. mentionem non adiiceret. An dixerim, conjungi disjungenda, & in titulo Imperiali legi, *Marchionis S. Imperii* titulum, videhcet ratione *Aververia*, inde interstinctione addita etiam Burgoviae, Moraviae, &c.? Ita non tantum video sine Burgovia mentione reges Hispanie titulum usurpare *March. S. Imperii*, sed & vidi, ubi in diplomate Carolus V. dicebatur *Marchio Burgoviae, de Orisiam, Gottam* (an scribens incuria literas male pinxit?) & *S. Imp. Romanu*. Caterum apex Burgoviae est coronata galea impositum jugum expansum alarum cum scutario typo.

Habsburgum.

§. LXI. *Habsburgum* dīrys. Cepius expreſsum audivimus: est illud, in scuto aureo leo coccineus, corona, lingua & falculis carulus. Horum armorum nobilitatem pro merito commendat Chifflet, in Lum. prærogat. p. 330. seq. ut regiam Habsburgiorum ex in originem deducat. Sed prolixè respondet, & nihil præ aliis symbolis in hoc peculiare deprehendi arguit D. Blondell. Geneal. Franc. plen. assert. T. 2. pag. 350. seq. quo harum rerum studiolum terminato. Multa etiam in commendationem hujus tesserae legere licet in Destr. Spiegel der ehren. L. 1. c. 4. pag. 25. 26. Id veronon capio, quod ibi refertur, Habsburgios à consanguineis Sveviæ s. Alemanniæ ducibus leonem, quales tres in horum scuto, suum ascivisse, & ex *Austrasia* regio clypeo coronam addidisse. Nam



Nam Svevæ ducum leones atro inficiuntur colore, non rubeo s. purpureo. Cæterum non in eleganter poeta ibi canit.

Rex leo quadrupedum notat apto emblemate reges.

Prava domans, parcit nobilis ira bonis.

Hoc decus Habsburgi prisco de culmine regum:

Signa leonis habent, sensa leonis amant.

Ist der Löw der thiere König/ ist er auch ein Königsbild /

Edler geist brennt wier soll: straßt die bösen/schont die frömmen,

Dieser ruhm die König ruhm/die von Habsburg sind gekommen.

Löwenmuth sie zieht/sie führen billig Löwen im dem schild.

De proverbio, quod tempore interregni ante electionem Rudolphi in Germania usitatum: aquila imperii quisicit in nido Leonis. vid. Theod. Heping. de jur. inf. c. 13. n. 204. Cæterum apex Habsburgicus fuit ~~protrusus~~ leonis coronati, cuius collum ornatur pavoninis pennis. Num rücken hinauff mit pfauſfedern bestetet) sed dein loco hujus leonis duo caput & colla cynorum (zwey schwäbhen hälſe), roſtris singulos annulos aureos deferrantia substituerunt, & galea (uxtra Wapenb. L. 2. pag. 20.) coronata impoſuerunt. Wann dieses Hochlöbliche Haus ihm gleichsam selber durch erwählung sothans fleynods/ geweiffagthat/ wie daß es durch absterben vieler hoher stamnhäuser und durch heurath zu hoheit und reichthum gelangen wurde. Dæterr. Spiegel der Ehren. p. 26.

§. LXII. Tesseræ hæc familie prima & gentilis fuit, cum *Rudolphus* Imperator Al-Duxlex. berti primi Austriacipater ex Habsburgio comite Augustum solium concenderet. Non men vero *Habsburg* duobus castris commune fuit. Vetus circa 660. condidit in Brisgoixa sylva, quam nigram vocant, non procul Friburgo & Stauffa *Ottbertus* comes, cui à fratribus ducibus Svevitæ districtus ille, in quo Numaga fluvius *Trutpertinum* cœnum alluit, & dein supra Brisacum in Rhenum exoneratur, concessus fuerat. E regione hujus castræ *Habsburg* s. *Avendicta* s. *Habensburg* vel *Habenthumsburg* condidit alterum dictum *Altenburg*. Hoc castrum incoluisse dicitur prior familia Habsburgiorum comitum, quorum successio deinceps ad alterum ramum translata est. In ea *Guttrami* divitis cognominati nepos *Rapato Habsburgum in Argovia* non procul ruderibus *Vindonissæ* vel *Bruga* condidit, repetito ex Brisgoico *Habsburgo* nomine. Ut adeo non Helveticum Habsburgum, quæ communis sententia hæc tenus fuit, primum familiæ nomen dederit, sed, cujus quasi colonia istud fuit, Habsburgum Brisgoixa. Verum istius celebritas, & quod comites in Helvetia habitare malent, vetustioris memoriam fere obliteravit. De comitibus illud memorandum est, non simplices fuisse comites, sed *principalis dignitatis* aliquid habuisse (Gefürsteten Graffen) in cuius argu- Comites mentum allegatur (Dæterr. Spiegel der Ehren L. 1. c. 5. p. 37.) quod pincernas & dapi <sup>Principali dignitate.</sup> feros nobiles, nec non demum 8. comitatus *Habsburg*, *Kyburg*, *Baden*, *Lenzburg*, *Thun*, *Reinfelden*, *Rapperschwyl* & *Nidovv*, præter *Landgraviatu*s *Alsatiæ*, *Thurgovia* & *minoris Burgundie* in potestate habuerint, adeoque amplissimas ditiones possederint. Ut fallantur, qui ex pauperculo comite Rudoltum ad imperiale fastigium ascendisse perhibent. Cæterum Habsburgum hoc Argovia, cum reliquis in Helvetia sitis bonis, in Helvetiorum demum potestatem delaplum, qui bello in præfectos Austriacos suscepit & sapius variis causis repetito alia aliaque subegere. Inprimis proscripto ab Imperatore Sigismundo *Friderico Austriaco* fere quicquid supererat armis Helvetiorum, ad hoc ab Imperatore excitorum, superatum, & dein in eorum manibus relictum, nunc quoque temanet. conf. Dæterr. Ehrenspiegel c. 4. p. 420. seq.

§. LXIII. *Alsatiæ* quoties mentio facta, intelligendus est laterculus *rubeus impref-sobaltheo aureo* (aliqui argenteum malunt) cum sex ejusdem metalli coronis ad oram col-locatis. Sed & ornamentis suis balthei extrema afficiuntur. Unde Aeg. Gelen. de Colon. Agripp. magn. L. 2. f. 15. p. 164. vocat inst. tam obliquam reticulatam, velut imella rubea utrinq; prætextatam. Baltheus dexter esse deberet, est tamen ubi etiam similiter pin-gitur, in quo situs discriminé nostros olim non valde religiosos fuisse, sepius obseruatum est. Coronarum autem Alsatiæ datarum rationem Wolfgang. Laz. apud Th. Heping. di. jur. inf. p. 367. ex eo allegat, quod tot principes habuerit palatio regio Francico præfectos s. majores domus. Apex Alsatiæ est, coronatæ galeæ impositum *ventilabrum* octan-gulum, cuius anguli globulis & pennis pavoninis exornantur, ipsi vero typus scutariis in-



*Scribitur vid. Wapenb. 2. p. 6.* Ahibi in sigillo diplomatis Friderici III. Imp. 1471. dativi vidi, tantum 6. coronas & quidem antiquo more radiosas, intermedio baltheo vel scipione transversogalea incumbere. Laciniæ sunt ex auro & coquo.

Eius Do-  
mini.  
§. LXIV. Alia alia veteris *Alemannia* pars (unde *Austerr. Ehrenspiegel* L. i. c. 3. pag. 19. 40.) Dass Allmannian hat sich nachmahl zwengtheilet/ und ist das obere theil Svevia oder Schwabenland/ dass eine aber alvo die rechten alten Alemannier ihren sitz behalten Alatia, Ulssaz oder Almanus/ nicht aber Edelsaz oder Illsaz/ weil auch in andern landern Edle gewesen/ und der Illstrom nicht das ganze Elsas durch fließet/ genant worden. De etymologia tamen me non præstitero tidejullarem, qui ab *Ello* s. *Ilio*, *Elsatum* pagum dictum mallem) suos sub Francorum regibus habuit *Duces & Comites*. Ita *Adelricus*, qui circa 720. denatus est, *Alsatia* *Dux* nominatur, ut & *Adelbertus* ejus filius. Inde *Landgraviorum* nomen in usufuit, atque hæsile videtur in familia Comitum *Egesheimenium*, s. *Hugenesheimenium*, qui ex *Gerardo* orti sunt, *Theodorici* *Ducis Lotharingia* superioris minore filio; unde colligere videor, in hujus majoribus eandem dignitatem cum reliquis junctam & *Lotharingia* superioris nomine comprehensam fuisse. Gerhardi posteritas defecit in *Henrico* 2. vel 3. qui 1238. sine liberis decepit. Cum vero duas habuisset sorores, quarum altera Alberto (al. Burchardo) C. *Hohenbergio*, altera Ludovico (sieu Conrado) C. *Oettingensi* nuplerant, haec succellere in *Alsatia* ditionibus. *Oettingenium* portatio dein à posteris 1358. *Episcopo Argentenensi* vendita est. Sed *Hohenbergi* filia *Anna Rudolpho Imperatori* jus laura attulit. Sed & ante hac plurima in *Alsatia* possidebant Rudolphi majores, utpote ex Comitum *Alsatia* sanguine orti. Unde jam duodecimo seculo Albertus dives Habsburgius *Landgravius Alsatia* usus est titulo. vid. *Chifflet. Als. vindic. c. 1.* Accedit dein in *Egesheimenium* (quorum nomen ab *Egesheim* s. *Egenesheim* s. *Hugenesheim* à conditore *Hugone*, qui ex *Alsatico-Habsburgico* sanguine, appellato *castro*) hereditatem succelio. Et tandem accedit etiam *advocatia* s. *prefecture provincialis Alsatia* & in primis ejus Decapoleos, quæ cum aliquandiu in *Palatinorum* fuisse manu, ad *Austriacos* rediit. Cæterum pace Monasteriensib commune Imperii bonum Serenissima domus *Austriaca* cum *Brisaco* opido *Landgraviatu* superioris & inferioris Alatia, *Sundgavia* & illa *prefecture provinciali* cessit, eaque ad *Regem Galliae* transferri permisit.

Venit ad  
Austria-  
cos.  
*Nunc ad  
Gallos.*

Kybur-  
gum.  
§. LXV. *Kyburgi* comitatus designatur *scutulo coccineo*, quod permeat baltheus dexter aureus, utrinque comite leone ejusdem metalli (vid. *Wapenb.* 2. p. 14. ubi baltheus sinister est, uti nostris patrum intercelli vulum.) Nomen habet ille à castro *Kyburg* in *Turgoia* non procul *Winterthurio* iuto. Comites creduntur orti ex *Ruthardo Duce Alemannie*, Eberhardi fundatoris *Murbacensis* filio, *Warini* qui *Carolomanni Palatio* pœfetus fuerat fratre. Defecit ea in duabus *Hartmannis*, quorum junior 1263. patruus senior 1264. decepsere. Hujus ex sorore nepos, illius amitus erat *Rudolphus Habsburgius*. Et quidem hereditatem Hartmanni senior fere eripuerat, cum qui antea Rudolphum dilexisset, ab eo bello petitus & offensus esset, unde Episcopatus *Argentorense* comitatuum suum donavit, & ab eo iterum feudo accepit. *Desterr. Spiegel der Ehren/ L. i. c. 4.* pag. 54. Inde donationem impatientia factam revocare quidem conabatur Hartmannus, sed Episcopus *Waltherus Geroldsekius*, ut cederet, non poterat permoveri. Unde Rudoltus civitatis *Argentoratensis* adversus Episcopum partes suscipit, & hunc graviter affligit; cum vero vixit 1263. & paulo post mortore mortuus esset, *Henricus luccellos* Rudolphi instrumentum donationis Kyburgie restituit, & pacem fecit. Cum vero uterque Hartmannus mortui essent, successionem cum *Eberhardo* patrueli suo Hartmanni ex *Elisabetha* filia genero ita partitus est, ut Eberhardtus acciperet *minorem Burgundiam*, cum *Burgdorfio, Thunio & Friburgo Vechlandie*, quæ *Wernerio Kyburgio Anna Bartholdi D. Zeringensis* soror attulerat, Rudolfus retineret comitatus *Kyburgum, Badensem & Lenzburgum*. Cæterum Kyburgum cum Turgoia aliquoties oppignoratum, in primis à *Sigismundo Imperatore Tigurinis* 1424. Iterum *Fridericus III.* ut tutor *Sigismundi* *Ducis* recepit; sed Tigurinis deum *Sigismundus* multo argento accepto reliquit, qui nunc quoque possident. Apex est ex galea coronata prorumpens leorubens coronatus & pavoninus pennis fastigiatus, cuius dorsum similibus exornatur pennis. Laciniæ etiam coquo & auro tinguntur. Porro unde de la *Chueza* (ap. *Menestr. L'art du blason justif.* p. 63.) suum hauferit ignoro, cum Kyburgis comi-



comitibus in Helvetia, hi vero ipsi sunt nostri, dat in parma aurea fasciam rubeam, alii eisdem metalli duabus tenuis comitibus.

§. LXVI. <sup>1</sup> *Pfretensis s. Ferreensis s. Phyretarum* comitatus in extrema Alsatia <sup>s. Pfretensis</sup> Suntgoja, cuius maiorem partem complectitur, situs designatur scuto rubeo, in quo duo <sup>s. Fene-</sup> <sup>ten-</sup> <sup>s. Salmones</sup> trutte & barbati nulli aurei conspicuntur. Comites rexere ditionem illam mitatus, peculiates, & quidem sunt qui Theobaldum Ottberti Habsburgici fratrem primum comitem designant. Alii (conf. Blondell geneal. Reg. Franc. p. 2.) Fridericum primum Pfrettarum comitem faciunt filium Theodorici C. Barenfis, & fratrem Reinaldi C. Barenfis. Ludovici C. Monsonis, Theodorici C. Montisbelgardenlis, & Stephani Ep. Metentis. Favere videtur huic sententiae scutum, cuiusq; d<sup>r</sup>ixua, nulli barbati, Barrenibus & Montisbelgardenibus commune cum Pfretensisibus. Quicquid vero ejus sit, Theobaldus comes 1271 Comitatus 1000. marcis argenti Episcopo Basileensi vendidit, atque iterum feudo accepit. Marium ex eage ente ultimus fuit Ulricus, qui cum duas haberet filias Ioannam & Ursulam, ab Episcopo Gerhardo pro his successionis ius acquisivit, si tamen Pontifex consentiret, quem ipse Ulricus Avenione adiit, & cum major natu filia Latino sermone gratiam hanc à Pontifice rogasset, obtinuit: unde Vitalis archiepiscopus Vesontinus Pontificio nomine confirmavit successionem. Joanna 1324. nuplit Alberto Duci Austriae, atque ita successionem comitatus, sed tanquam feudi Basileensis, illi attulit, numeratis Ursulae 8000. marcis argenti. Inde in potestate Austriorum manxit, donec cum reliqua Alsacia in potestatem Galliarum concederet. conf. de illis *Desterr. Spiegel der Ehren*, L. 1. cap. 5. pag. 47. 3. 4. p. 294. Cæterum 1654. nomine Episcopatus Basileensis in Comitius Ratisponensis scriptum exhibuit de jure, quod Episcopus Basileensis in comitatum illum habeat, & quod jus illud in Regem Franciæ per Instrumentum pacis translatum non sit: quod inservit suis Limn. Iur. publ. add. T. V. ad 4, 7. p. 255. seqq. Ex quo plurima memorata digna observari possent, in primis quomodo denum Rudolpho Austriaco 1361. certis conditionibus comitatus ille à Basileensi Episcopo concessus sit. Potto apex hujus comitatus est, ex coronata casside exurgens *virginea imago cordonata, cocoinduta, duobus pisticibus aureis loco brachiorum lateribus aptasis*. Laciniæ sunt aureæ & rubeæ. —

§. LXVII. <sup>1</sup> *Goritiense* symbolum jam exhibeamus, quod est parma oblique <sup>Goritia</sup> scelta ex angulo dextro: priori dextra areola argenteis & coccineis sinistris baltheis exarata, posteriori caruleo impresso leone aureo. (Iterum diversus piugendi modus est, cum modo leo, uti Wapenb. P. 2. p. 20. & in *Desterr. Spiegel der Ehren*, L. 3. c. 8. p. 344. modo balthei, uti allegavi, priorem locum occupent.) Porro comitatus ille principali dignitate conspicuus, Forum Iulii ornat, & Carinthia, Carniola, Istria & Vinidorum marchia concluditur. Meinardus 2. Comes Goritiæ, qui ex Adelchisius prolatus creditur, Adelheidim uxorem habuit, Alberti C. Tirolis & Guthoræ Meranæ filiam, unde partem Tirolensem comitatus acquisivit. Eo geniti Meinardus III. & Albertus II. quorum ille Tirolensem familiam propagavit, donec ad Austriacos delaberetur succellio, quod vidimus §. 40. Albertus vero reliquos Goritiæ comites profecit: Ex quibus ultimus Leonhardus 1500. in prolixi decepsit, & ex pacto inter fratres illos de mutua polterorum successione ad Maximilianum hæc delata est: vid. *Desterr. Ehrenspiegel* L. 2. c. 8. p. 341. 1129. Apex est coronata galeæ impositus pileus turbinatus, argenteus, cruciculis, vel trifoliis (an forte maculis pontici muris?) ornatus, & erexitis plumis struthioninis argenteis fastigiatus. Laciniæ hinc caruleæ & aureæ, illinc argenteæ & rubeæ. —

§. LXVIII. <sup>1</sup> *Carinthia* etiam ex præcipuis principibus est Austriacus, Salisburgenſi <sup>Carinthia</sup> diocesi, Styria, Cileia, Carniola, Foro Iulii & Tiroli conclusus. Designatur clypeo bipertito, ut altera parte areola rubeam fascia dividat argentea (huic inscriptum decuilium trifoliatum in *Desterr. Spiegel der Ehren*, L. 3. c. 5. p. 312. pictoris errori attribuo) alteram aream tres gradientes leones impleant. Cæterum modo hæc modo illa pars dexteram stationem occupat, unde vix habeo, quod certum asseram. Ipsa hæc provincia *Carinorum veterum* sedes: inde diu Bavaria paruit. Carolus M. vieto Theodone 788. Carinthia *Ingevonenem* Com. ex Francis ducem præposuit, qui paulatim etiam nobilitatem, vulgo jam ad Christiana sacra à Modesto converto, ad eadem traduxit. In eisdem gratiam Carolus principatum hunc *Archiducatus* dignitate ornasse 791. prohibetur. Inde plures ordine successere à Francis aut Bavaria constituti Duces. In primis 989. ab Ottone III. Otto Hermanni Sveviæ ducus trater, qui *tres leones Sveviros* clypeo



clypeo Carinthia attulisse dicitur, (unde apparet, *nagissa* esse, quando à Sibmachi. Wapenb. i. pag. 4. enunciantur *tres aquila*, quomodo etiam virtiose repræsentantur; Wapenb. P. 5. p. 29. in scuto archiducum Maximiliani, Leopoldi & Caroli Josephi, cuius tertium generationem posteri successere. Tum *Welfo Altiori* comes ducatus præfatus est, iterum *Bartholdus D. Zeringia*, sed cito remotus. Inde *Margnarus C. de Muerzthal* 1073, suffactus est, & post eum filii *Leopoldus & Henricus*. Dein 1127. *Erbo C. Palatinus Regensburgus*: tum 1140. *Engelbertus Comes Spanheimius & Ortenburgius*, in cuius posteris 130. annis permanit ducatus. Demum *Ulricus III.* ex illis, cum prole careret, frater autem Philippus Ecclesiasticam vitam sectaretur Archiepiscopus Salisburgensis & patriarcha Aquileiensis, ab avunculo *Ottocaro Bohemia rege* perivatis, ceducatum vendidit. Itaque *Ulrico* 1269. extincto, *Ottocarus* principatum occupat, *Philippum* qui successionem sibi vendicabat capit, qui etiam 1278. in custodia mortuus est, sed Imperatore electo *Rudolpho* iste ducatum imperio 1276. restituere cogitur. Hic 1282. *Meinardo C. Goritia & Tirolie*, marito vidua *Ulrici*, Ducatum contulit. Cum vero eius filius *Henricus* 1331. extinctus esset, ut æge *Joanni Regi Bohemia ficeret*, *Ludovicus Imperator* Ducatum *Ducibus Austriae* Henrici ex sorore nepotibus, ob pacta inter *Rudolphum Imp. & Meinardum*, contulit. Ortum quidem ex eo cum *Margareta Maultaschiadiæta*, Henrici filia, bellum, sed demum res composita, & ex eo in domus Austriacæ potestate Ducatus permanuit. Ab *Austriacis fasciam illatam* scuto existimo. conf. *Desterr. Spiegel der ehren.* L. 3. c. 5. De scuto ita canit poëta.

*Qui bis centeno tunet auctus flumine Dravus*

*Et terram & scutum principis amne secat.*

*Montes auriferos (riget hic quoque Taurus & Alpes.)*

*Aureus in clypeo campus & ipse nota.*

*Die berühmte Draw man sieht hier das land und schild durchschneiden;*

*Die als Ströme Princesinne trinxt zwenzhundert wasser ein,*

*Taurus hie/ der teutsche Taurus/ und der Alpen schiwestern seyn*

*Goldbeerzet: drumb in gold sich das wapenschild wolt kleiden.*

*Galeæ Carinthiorum coronatae imponuntur cornua duorubea fascia argentea distincta (in Wapenb. 2. p. 20. alterum cornu auro tingitur.) utrinque prominentibus 4. bacillis, ex quibus terna dependent folia. Laciniae hinc aureæ & nigrae, isthinc argenteæ & rubrae.*

Vinidormarchia.  
§. LXIX. *1. Vinidorum Marchia non minus in scutis mentionem expositam vidi-  
mus; Ejus symbolum est in aurea area pileus Cardinalitus niger, ora minio pratexta,  
loris concoloribus.* Hanc telleram Chiffletius interpretatur *Sclavoniam*, sed regni illius §. 30. aliud vidimus *deypua*, nec in iunam scuti partem reiceretur nota regni. Sed & *Varenz. Sclavonia* Duci tribut argenteum scutum impressum pileo aureo, coronato coco (d'argent au Chapeau double de toile d'or, couronné de guenelles; Forte legendum, chapeau de sable double de toile d'or) Notari dixi *Vinidorum Marchiam*, quæ Carniolæ juncta cum ea ad Austriacos devenit. *1. Apex est corona impositum ventila-  
brum typo scutario insigne, octangulum, singulis angulis globulis adjectis, & pavoninus  
pennis.* In Wapenb. 1. p. 4. & 2. p. 13. aurum scuti in argentum commutatur, quæ & *Va-  
renz. R. d' arm. P. 3. p. 743.* sententia est. *Aurum tamen agnoscit etiam Desterr. Eh-  
renspiegel.* L. 1. c. 3. p. 179. & Chiffletius.

Portus Naonis.  
§. LXX. *1. Portus Naonis s. Portenau dominium designatur scuto coccineo argento  
transversi fasciato, tori superimposita porta decumana aurea, triplices crepidine pinnata,  
& viridi colle tricipiti sustentata foribus aureis aperte ferro instructio. Ut Chifflet. enunci-  
cat. Quam hic portam diximus, altare vocat Sibmachi. Wapenb. 2. p. 4. Ita in Desterr.  
Ehrenspiegel. L. 3. c. 3. p. 235. figura etiam pingitur, utin medio altaris tabula Christum  
crucifixum & comites utrinque cruci astantes repræsentare videatur. Sed Portæ no-  
tio cum nomine magis convenit. Wapenb. 2. p. 20. quod medium in porta est argento  
pingitur. *1. Apex est tumulis porta imposita corona galea.* —*

Comita-  
tus Cle-  
mensia.  
§. LXXI. *1. Cilejensis comitatus quadripedito laterculo repræsentatur, ut. 1. & 4.  
areolacaruleaternas stellas sex radiorum aureas referat. 2. & 3. argentea duas fascias ru-  
beas continet.* Ceterum comitatus in *Styria* situs est. Primus ejus comes creatus est *Fridericus L. B. de Saaneck.* Ex posteris ejus *Ludovicus* ex adoptione *Friderici Comi-  
tis* comitatum *Ortenburgicum* *Carinthia* obtinuit. Ultimus comes fuit *Ulricus III.* qui  
ordini



ordini principum ascriptus 1456 à Ladislao Corvino cæsus est. Ob hoc successionem ejus sine malculis defunctisib[us] assecuit Fridericus III. Imperator, & imperii nomine & Styria. Competitores erant Ladislans agnatus Ungaria rex, & Ioannis C. Goritiensis: unde ad bellum res devenit, quod Ladislai morte desit conf. Destr. Ehrenspiegel. L. I. c. II. p. 635. Cyt. Spangenb. Adelsp. L. 10. c. 25. p. 280. ita: Ist nach absterben Graff Ulrich desfleßten/ von Kaiser Friederich dem Dritten/dein Haß Desterreich (wegen der verirrundnuß und eilicher verträge) eingeliebt worden. Apex comitatus est duplex galea coronata, quorum alteri impositum jugum alarum complicatum, cum fascia, alteri fasciculus plumarum struthioniarum candidarum, quem apicem Cilejenibus etiam assignat Wapenb. P. 2. p. 20. Laciniæ sunt hinc aureæ & cyaneæ, isthinc argenteæ & rubæ. Henninges apicem caudam pavoninam tribuit. Ceterum comitatus hic Cilejenis inter vulgato stelleraprotos relatus est, des Reichs Viergraffen einer. Comitatum Sternberg in Carinthia, cuius comites alioquin etiam Com. de Malatin & Treven dicti, ultimus comes Waltherus vendidit Metzardo C. Ortenburgio, cum vero hujus nepos Fridericus 1418. moreretur, comitatus testamento ad Clujenses, & cum hac successione ad Austriis venit. Cyt. Spangenb. Adelsp. L. 10. c. 15. p. 298. Co-  
gitent periores, anstellæ hunc comitatum designent?

§. LXXII. Superior est arcola bipartita, cuius altera pars palis argenteis & coccineis distinguitur, altera aurea aquilam nigrum tetet. Chiffletius, quod §. 47. retuli, interpretatur Eneso. Intelligitur vero superior Austria supra Anasum, quam vocare solent Landlinob der Enß. Unde in exequiis Friderici Imperatoris inter vexilla provinciarum primum hoc gestatum lego Destr. Ehrenspiegel. L. 5. c. 41. pag 1077. Ceterum distinctum gestamen hujus provinciæ à reliqua Austria est, quia leorsum acquista: nam 1156. cum Marchio Austria Henricus Bavariam Henrico superbo restituere juberetur, hanc ditionem retinuit. In diplomate Friderici Imp. ita verba sonant. (Destr. Ehrenspiegel. L. 2. c. 2. pag. 168.) Litem & controversiam, qua inter charissimum nostrum patrum Henricum Ducem Austria & inter nepotem nostrum charissimum Henricum D. Saxonia duu agitata extitit, super Ducatu Bavaria, & super Marchia à superiori fluminis parte Anas, terminavimus hoc modo: quod Dux Austria resignavit nobis Ducatum Bavaria & dictam Marchiam, quos tenebat. Quaresignatione facta mos eundem Ducatum Bavaria in beneficium contulimus Duci Saxonia. Prædictus vero Dux Saxonia cessit & renunciavit omnijuri & actioni, quas habebat ad dictam Marchiam, cum omnibus suis iuribus & beneficiis. Ne autem in hoc facto honor & gloria patrus nostri charissimi aliquatenus minuatur, de consilio & judicio principum, illustri Vladislao D. Bohemia sententiam promulgante, quam ceteri principes approbabant, Marchionatum Austria, & dictam Marchiam supra Anasum commutavimus in Ducatum, &c.

§. LXXIII. Huic ita in variis dispositionibus descripto clypeo plerumque imponitur pileus archiducalis, latus nimium rubeus ora reducta ponti muris vellere farta, radiis chiducalis ornata & circulus in superiori parte coeuntibus, crucicula etiam illis imposita. Chiffletius enunciat: pileus coccineus, vellere pontico, septenis acuminibus cochlearim reductus. Destr. Spiegel der ehren. L. 2. c. 3. p. 183. Schema exhibetur, qua ratione pileus ille principum Austriorum paulatim fuerit immutatus. Primo enim vulgar modo, quo alii plerumque etiam uti solent principes. Inde radios adjectit Fridericus Barbarossa 1156. cum Henricum ducem creaseret: Daz er und seine nachkommen hinfür einen Fürstenhut mit guldenden froni spangen/von den alten corona rostrata genandt/führen und tragen: verba diplomatis ita habent: supposito pileo ducali circumdato certo pinnito. Leopoldo gloriolo Duci Henricus Rex Rom. 1228. pileum regali corona auxit, ita sonant verba: Eadem illustrissimo Principi Leopoldo D. Austria & Styria & cunctisq; suis sequacibus hanc largiter concedimus dignitatem, ut si principatus pileo nostro regali corone diadema solenniter ferre possit. Inde cum Fridericum Bellicolum Fridericus II. Imperator regé tecisset, addidit circulis coronæ clausæ in summitate cruce calum: Er hat ihm und dem Haß Desterreich nicht allein den von seinem Unherren Kaiser Friedrichen I. empfangenen Freiheitsbrief bestätigt/ sondern ihm auch aufs neue/ diese besondere Freiheit ertheilet/ daß er und seine Nachkommen oder Nachfolgere/ auf dem Fürstenhut über gedachte Spangen und Bögen auch zu überst/ daß guldene Kreuzlinien tragen und führen solten. Verba diplomatis 1245. dñi na habent: Concedimus etiam nostro illustri Pr. ncipi Duci Austriae crucem nostri diadematatis suo Pr. tipali pileo safferendam. In hunc pileum illa extant disticha:



*Austria regi opes habet, ac Regalia sertas;*

*Regia & Austria eos mens regit Archiduces.*

*Quodque aberat, nomen regis, tria regna dedere:*

*Austria, cuncta simul regia, dives habet.*

*Oesterreich hat Königreichthum/ es trug einen Königshut:*

*Seiner Erzherzögen Herren/waren auch voll Königsmuth:*

*Fehlten nur der Königsnahm/ den dren Königreiche geben.*

*Also sieht man Oesterreich alle Königs gaben haben.*

**Apex Austriae.** S. LXXIV. Aliquando additur galea (ut in Wapenb. i. p. 4. n.2.) coronata, & cauda pavonina fastigiata. Quod insigne est Austria, cum plurimis tamen familiis commune. G. Horn. orb. polit. c. 4. n.2. f.3. retinet ob id Helvetios magno odio prosequi pavones. Causa, quod Duxes Austriae in galea sua habeant caudam pavonis: unde Helvetii illam avem in tota sua ditione extinxerunt ac si quis pennam pavonis in pileo gestasset, is à proximo Helvetio obrivante absque ulteriori interrogatione fuisse interfectus. Exemplum ludicrum hujus contra pavones odu referunt tale: Quidam Helvetius vitrum vino repletum in mensa ante se solis radis expostum habebat, cumque sol, ut naturaliter fieri solet, in vitro speciem cauda pavonis exhibuisset, quodam ex adstantibus dicente: Enpulcreram caudam pavonis: statim Helvetius inter multas Domus Austriae execrationes, stricto gladio vitrum illud tanquam hostem libertatis Helvetiae in minutis partes confregit. Alibi non intermedia galea, Archiducali pileo imponitur cauda pavonina. Ita de Carolo V. Chifflet. Eq. A. V. n.114. Apex, pileus archiducalis, pavonina cauda fastigiatus. Quod etiam aliis tribuit. In Wapenb. i. p. 4. num. 2. illud peculiare est, quod leo pingitur per galeam prospiciens anterioribus pedibus scutum tenere, posterioribus infra scutum protentis. Maximiliano II. adhuc Bohemiae regi Chifflet. num. 188. tribuit pro apice aquilam ex orientem argenteam, auro coronatam & rostrata.

**Laciniæ.** S. LXXV. Circaphaleras etiam variatum vidi. Modo enim pinguntur apud Chiffletum, aureæ & herminionæ in Maximiliano Laureæ & coccineæ in Carolo V. qui tamen Imperator etiam aureas & herminionas usurpavit. Argenteæ & rubæ in Maximiliano II. In Ferdinando archiduce, hinc ex auro & cyano, isthinc ex argento & coco, in Mattheia aureæ & coccineæ, in Alberto aureæ & herminionæ, in Ferdinando III. Imperatore herminionæ & coccineæ. In Leopoldo archiduce iterum dextro latere aureæ & caruleæ, ex lavo argenteæ & rubæ.

**Telamones.** S. LXXVI. Telamones Gabriel Bucelinus Geneal. Germ. not. T. 1. p. 3. duos gyrophos addit, qui etiam conspicuntur in sigillo Maximiliani I. Nec non moderni Augusti in Oesterr. Spiegel der ehren. L. 6. c. 21. pag. 1399. Ex eo leone qui per galeam prospicit Wapenb. i. pag. 4. non improbabile est, etiam leones adhiberi. Habsburgici comites solebant duos accipitres scuto dare comites, forte ob nomen Habich.

**Titulus.** S. LXXVII. Plures titulos cumulate non ex usu esse reor, sed contentus ero entia metasse Augusti nunc feliciter regnantis titulos: Leopoldus Dei Gratia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germania, Vngaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia & Selavonia &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Brabantie, Styria, Carniathie, Carriole, Lucemburgi, Wirsbergia, utriusque Silesia, Princeps Sveria, Marchio S. R. Imperii, Burgovia, Moravia, utriusque Lusatia, Princeps Comes Habsburgi, Tirolis, Pfretarum, Kyburgi & Coritia, Landgravius Alsattæ, Dn. Vinidorum Marchia, Portenavia, & Salinarum, &c. Rationes ex superioribus petere facillimum. Brabantia, Lucemburgi Ducatus, Marchionatus S. R. Imperii, dominium Salinarum ex hereditate Burghundica provenientia, illo latere simul indigitari intelliguntur. Unde de illis agetur in scuto Hispanico. Sicut etiam sub Vngaria & Bohemia regnis contenta regna vel provinciæ ob eam causam scutis supra descriptis exulant.

**Veterum scuta.** S. LXXVIII. Antequam claudamus hoc caput, exhibebimus ex Oestere. Ehrensp: scuta veterum Ducum Austriae ex hac gente P. 248. Alberti I. Imperatoris representatur clypeus insignis aquila Imperiali, quæ pectore defert pannulam Austriaco, Styrio, Carniolensi & Habsburgio symbolis constantem. Ibid. &c p. 304. Henrici Duci repræsentatur clypeus quadripertitus: cuius primâ areolam fascia Austriae secundâ symbolum provincia supra Ansam, tertium laterem caruleum ornant duos leones aurei gradientes, sed quid notent

Veterum  
scuta.  
Alberti I.

Henrici.

non



non capio: ultimum argenteum distinguit palus niger, capite scutario adiecto rubeo: qua tessera Com. Badensis in Helvetia notatur, quam Richenza Arnoldi ultimi Comitis filia Baden, in Kyburgiam gentem intulit, unde ad Habsburgios devenit, sed nunc in Helvetiorum Com. est potestate. P. 304. Leopoldi Dux scutum ex symbolis Alsatice, Habsburgie, Kyburgie & Leopoldi. Burgovia quadripartitum est, toti incubante scutulo Austriae. P. 337. Alberto II. datus scutum quadripartitum ex tessera Styria, Carninthia, Habsburgia, Carniolensi, Austriae parvula medium denuo occupante locum. Ibid. Rudolphi clypeus duabus transversis & tribus perpendiculis lineis in laterculos 12, præter medium scutulum Austriae secatur. Illorum ordo iste est 1. Carniola, 2. Carinthia, 3. Styria, 4. Svevia, 6. Kyburgum, 7. Habsburgum, 8. Alsatia, 10. Burgovia. Quatuor laterculi alibi nondum occurserunt. Ita quintus cornulus caeruleo argenteo duarum turri insignitur. Hoc designat comitatum Lenzburgum in Helvetia, qui cum Badensi junctus ad Kyburgios & dein Rudolphum Imperatorem venit. Non usual veolus transversa lineæ secatur superiori partem Lenzburg: Hohenberg. inferiore argenteam. Ita Hohenbergum notati comitatum existimo, quamvis ali si colorum invertant. Illius comitatus successio ab Anna Hohenbergia est, Rudolphi Imp. conjugé. Undecima areola argentea rosâ rubra pstiolo & foliis suis ornata superbit. Hoc hieroglyphico designatur Comitatus Rapperschvyl in Helvetia ad Tigurinum lacum, quem ibi ponte 2000. passuum Leopoldus Austriae stravit. Hic suos habuit co-mites, quorum heres Elisabetha eum Rudolphi C. Habsburgio ex Lauffenbergii attulit. Sed 1458. Helvetii subegere. Ultimus laterculus à sculptore representatur quaternis aureis & rubis exaratus fasciis. Si non erroris accusare sculptorem liceat, quid designatur, ignoro. Si vero conjecturis locus, Rinfelden sem comitatum (quem à successore Fri- Rinfelden. derico Imperatore, Rudolphi donatum vel alia ratione in ejus potestatem redactum refert p. 38.) notari existimo, satis olim celebrem obo Rudolphum Comitem, Svevie Ducem & Henrico IV. oppositum Anticæarem. Sed alibi illi comitatus fasciæ totidem dantur argentea & rubea. In Wapenb. 2. p. 15. aurea & carulea. Sed p. 378. ubi insignia Leopoldi III. eodem plane ordine representantur, itidem argentea & rubea fasciæ pin- di III. guntur, ut ita sculptorem prioris scuti argenteo & rubro arguere jure possim, & de Rinfelden certior sit conjectura. Ibidem Hohenbergi scuti superiori partem argento, inferio- rem minio pingit. Quod etiam Wapenb. 2. p. 12. videre est.

§. LXXXIX. Ernesti & Alberti VI. insignia p. 440. representantur: illius scutum ex Ernesti & Styria, Austriae & Carniolensi tessera quadripartitum est: hoc quadras habet Austria Alberti. supra Ansum, Austria ipsius, Hohenbergae & Burgoviae. P. 508. exhibentur scuta Alber- Alberti III. ti. III. & IV. nec non V. qui inter Imperatores secundus fuit, ejusque filii Ladislai post- IV. V. Ladislai humi. Priorum duorum clypeos non nisi familiaris fascia ornat, tertius aquilam impe- rialeam sed μωνθαλα refert, pectore sustinentem scutulum ex Bohemico leone & Virgini- cies fasciis bipartitum, incubante toti parvula Austriae. Hujus scutum duæ transversæ & totidem perpendiculares lineæ in novem areolas secaant, illo ordine. 1. Ingaria. 2. Bohemia. 3. Dalmatia. 4. Croatia. 5. Austria. 6. Lucenburgum. 7. Moravia. 8. Silesia. 9. Lusatia inferior. Lucenburgense symbolum, cuius solius in superioribus nullamentio, est ex ar- gento & cyano fasciata parvæ inscriptus leo rubus coronatus. Ejus jus à matre Eli-abetha Sigismundi Imperatoris filia, Lucenburgia domus herede: à qua etiam regna Ungarie & Bohemiae allata sunt, ut supra vidimus. P. 562. representatur sigillum Fri-derici IV. Imp. quod aquilam Imperiale unicipitem exhibet stipatam Austria veteris petti. & nova, Styria, Habsburgi, Carinthia, Carniola, Tirolis, Pfretarum, Vinidorum Mar- chia, Burgavia, Alsatia, Kyburgi: & ex alteribus Portenavia & Provinciae supra An- sum scutis. P. 706. ejusdem sigillum exhibet aquilam bicipitem, & circa eam scutula Austria, Styria, Carinthia, Carniola, Habsburgi. Ibidem Alberti sigillum, in cuius me- dio hæc scutula veteris & novæ Austriae atq. Styriae, in circumferentia vero visuntur par- vulae Carinthia, Carniola, Alsatia, Habsburgi, Tirolis, Pfretarum, Kyburgi, Burgoviae, Vi- nidorum Marchia, Portenavia, principatus supra Ansum.

§. LXXX. P. 1394. Representatur scutum Andreæ Austriaci Cardinalis, quadriparti- titum, in cuius prima quadra tessera Burgoviae, in secunda Hohenbergia, tertia aurea in- scribuntur, 3. cornua cervina carulea, quod si recte expressit sculptor Nelleburgum esse Cardin. Nelleburg. rector, qui Landgraviatus est, alias Hegovia dictus, habuitque olim suos comites & Land- gravios non incelestes, ex quibus 1066. Udo Archiepiscopus Trevirensis, & 1398. Fride- ricus Episcopus Constantiensis electus est, & 1052. Eberhardus Nelleburgius cano-



bium condidit, ex quo initia Scaphusis civitatis. Hunc vero comitatum majori ex parte Austriacis parere, restis est M. Zeiler. *Itin. Germ.* P. 2. p. 343. Caput ejus est Stockheim s. Stockach. Quarta area argentea vexillum Ecclesiasticum continet nigrum. Hoc *Veldkirchius* comitatus in Nebelgoia designatur, quem *Leopoldus* Dux 1376. à Rudolpho C. Montfortio 36000. aureis emit. Ei enim hoc symbolum datur *Desterr. Spiegel der ehren.* L. 3 c. 9. p. 354. 357. Licet in *Wapenb.* 2. p. 12. figura minio, area autem tinguatur. Toti imponitur alia parvula bipertita, ex symbolo *Austriaco*, & laterculo argenteo, quem leo coronatus rubeus ornat: quid hoc leone noretur, ignoto, nisi *Habsburgum* dicamus: quod tamen si sit, auro laterculustingendus fuerit. Ita medio hoc scutulo origo Habsburgi-Austria denotata fuerit: reliquis laterculis dictiones, quas solas fratres *Carolus* & *Andreas*, quia impari matrimonio *Philippine Welferiae* nati, ab agnatis obtinuere potuerunt notantibus: unde principatum hereditariorum nullum in hoc scuto vestigium appetat.

## CAPUT X.

*Bellovillerii. Dux. S. Aniani.*

## ARGUMENTUM.

1. *Bellovillerii. Dux S. Aniani.*
2. *Sanbriffon. LaFerte Hubert. Estoueville.*
3. *Tremouille. Sully. Bourbon.*
4. *Challon. Burgundia. Husson.*

5. *Pichavii. Sabandia. Clermont.*6. *Beauvilliers.*7. *Vetus dispositio.*8. *Apex. Telamones.*9. *Renass. Bellovillerii majores.*

## §. I.

**N** IN Carnutibus illustrem locum à pluribus seculis habuere *Bellovillerii* dynastæ (*de Beauvilliers*) ex quibus descendit Illustrissimus *Dux Sancti Aniani* (*Duc. de S. Aignan.*) cuius hic scutum consideramus.

*Sanbris-  
ton.*

§. II. Hoc quatuor quadras majores continet, quarum singulæ in totidem minoribus dispescuntur. Prima quadra major, areola primâ & quartâ *Sanbriffonium* dænya, secundâ & tertiat tessera familiæ de la Ferte Hubert continet, illis vero incumbit parvula media *Tuttavillana* s. *Estoueville*. *Sanbriffonum* insigne est laterculus cyanus liliis argenteis sparsus. *La Ferte Hubert* utitur areola cærulea plinthidibus aureis strata, & leopardo ex eodem metallo ornata. *Tuttavillana* dænya fuit, parvula fasciolis argenteis & rubeis exarata, leone inscripto nigro. Integer vero hic quadrans assumptus est ob *Alcidam* Dominam d' *Estoueville* & de la Ferte Hubert, quæ *Iohanni Dn. de Beauvilliers* nupta hereditatem genti intulit.

*La Ferte  
Hubert.  
Estouev-  
ville.*

§. III. Secundus quadrans iterum quadripertitus, primâ & quartâ areolâ cæruleâ molulis echinatis argenteis stratâ leonem aureum exhibet; secundâ & tertiat cyaneâ liliis Francicis confitâ, scipionem tubeum toti inductum servat: His incumbit media parvula aurea cum cartherio rubeo, comitibus 3. aquilis cæruleis, quarum crura & rostra tinguntur minio. Hæc media parvula *Tremoliorum* tessera continebat ob Antoniam Caroli Hussonii conjugem, Luisam Hussoniæ matrem, filiam Georgij Dn. Tremolii M. cubicularii Francici, qui 1446. deceperit. Eius vero Georgij mater fuit *Maria f. & heres Ludovici Dn. de Sully*, ob quam *Sulliacæ* tessera, quæ est inter echinatas molulas leo, hic conspicitur. *Borbonia* vero tessera, quæ quadrans secundam & tertiam constituit, à Mariæ illius Sulliacæ avia paterna *Margareta f. Ludovici D. Borbonii*, uxore Joannis Dn. Sullii repetenda est.

*Challon.*

§. IV. Tertijs quadrans, quadrifatiam sectus, areolâ primâ & quartâ rubeis, aureum baltheum *Cabilloniorum* secundâ & tertiat limbum rubeum ternis aureis & cæruleis baltheis circumdata *Burgudice* & familiæ prioris continet: toti impositâ parvula cærulea cum 6. aureis annulis, quo emblemæ est gentis *Hussonia*. Hujus symbolum in scuto gestatur ob *Emerici de Beauvilliers* uxorem, *Luisam Hussoniam*, Caroli Hussonii C. de Tonnerre & Antoniæ Tremolliæ filiam. Caroli autem avus fuit *Oliverius Husson*, cubicularius Caroli VII. regis, cui *Margareta Ludovici Cabillonii C. Tonnerensis* filia nupsit. Ob hanc baltheum *Cabillonæ* ficitur. *Cabillonæ* gens originem trahit ab Ottone Guilelmo celebrissimo Comite Burgundia, de quo in Epitaphio:

*Qui Duxis ac Comitis gemino datus honor.*

Hujus

*Burgun-  
dia.  
Husson.*



Hujus Ortonis Guilelmi filius Guido Comes Belensis, qui ante patrem 1004. decepsit, uxorem habuit Elisabetham filiam Lamberti Cabillonensis, unde filius Theobaldus Comes Cabillonis avunculo Hugoni successit, & filium habuit Hugonem, qui 1075. decessit, heredibus consanguineis Vergiacis: ex quibus ei successit Savaricus, praefatæ Elisabethæ ex altero marito Guielmo Vergiaco nepos. Hic Cabillonensem novus autor, pater, avus, proavus Guilelmorum primi, secundi, tertii; Quorum hoc nata est Beatrix uxor Stephani I. C. Axona in Burgundia, quæ 1227. extincta est. Porro Stephanus ille ex eodem supra memorato Ottone Guilelmo descenderat, & comitatum Burgundie contra Otonem Meranium sibi adsererebat. Idem Stephanus nec non filius Joannes Cabillonensis comitatum dotalitium & maternum 1237. Hugoni D. Burgundie concessere, alia accepta compensatione, sed servatus titulo. Joanne, quem filium Stephani dixi, nati sunt inter alios Hugo Com. Palatinus Burgundie uxorio jure, ob quod titulum & insignia avita se posuit, & reliquorum comitum fator fuit, Joannes Dn. de Rochefort, & alius Joannes cogn. Bruchemel, Dn. d' Arlay: ex hoc reliqui Arlai, qui demum principes Arausionensis facti, defecere 1530. in *Philiberto Cabillonio Arausionensi*, qui ex sorore nepotem *Renatum Nissonium* cum conditione nominis & armorum Cabillonensis, adoptavit. Unde nunc quoque in Arausionensem scuto Cabillonius baltheus. Joannes Dn. de Rochefort, uxorem habuit Aleidem f. Alisam f. Eudis Burgundi C. Nivernensis, heredem Altissiodorii. Auxerre, & Aniani fani: ob quam hic etiam Burgundie veteris stirpis visuntur balthei. His natus parentibus Guilelmus Cabillonius C. Altissiodori & Tonnerre: cuius posteritas mascula defecit in Ludovico 1423. ad Vernolum & Joanne 1415. ad Azincourtum casis: Eorum sortores fuere Joanna uxor Joannis de la Baume Domini de Bonrepos, quæ 1440. ius in Tonnerram Ludovico princ. Arausionensi vendidit, & *Margareta Oliveri Hissoni* conjux, cuius filius Joannes Hissonius 1453. Tonnerram à principe Arausionensi redemit, proavus Claudi & Ludovici, avus Antoniae & Luise, quæ cum nepotibus ex fratre Ludovico successissent, illa Clermontii Tonnerram, hæc *Aniani fani* Bellovillerii intulit.

§. v. Ultimus quadrans suis denuo quadris, primâ & quartâ cæruleis sex (al. quinque) argenteos numos cum capite scutario aureo, secundâ & tertiatâ rubi crucem argenteam defert, toti impositâ parvula rubea cum 2. clavibus argenteis decussatis locatis. Ex his primis dæqua est *Pictaviensis* familia, alterum *Sabaudica*, quod reliquias *Claramontane*. Tous hic quadrans inferitur ob *Aizam Renati de Beauvilliers, C. Aniani fani* conjugem. *Claramontana* hæc familia Delfinatum princeps ad *Clermont*, Guilelmum Dn. Clarimontis in Vienensis agto refertur, qui 1180. & 1203. vixit, ex filiis Amedeo Dominorum de Hauterive, de la Bastie & de Mont S. Jean, ex Siboldo reliquorum Dominorum, Baronum & Vicecomitum Claramontis fator. Præter alias autem lineas juxta enatas primogenitorum prosapia vicecomitatum Claramontis retinuit, & ex ea Bernardus Vicecom. de Tallart, ab uxore *Anna Hissonia* 1497. duæta comitatum *Tonnerre* sém obtinuit. Hie pater fuit Anne Renato nuptæ. *Pictaviense* symbolum derivò ab Agatha filia Aymari IV. *Pictaviensis*, C. de Valentinois, Aymari I. Baroni Claramontani conjugæ: *Sabaudicum* vero ab Aymari hujus matre, Godofredi Claramontani conthorali, *Beatrice Ludovici* *Sabaudi* Dn. de Vaud filia, quæ 1338. extincta est.

§. vi. Toti impiorū situr parvula *Bellovilleria*, alternis fasciis argenteis & viridibus, *Beauvilliers*, alibi tribus viridibus in: argento, exarata, ita ut in argenteis conspiciantur sex (al. octo) liers, merule rubet (3. 2. 1.) Hæc proprietas tesseræ est familiae de Beauvilliers, quam à Godofredo & Catharina de Prunelé, quibus Joannes Aleidis Estoutevillana maritus natus est, derivant. Accessu: dein ex Hissonia hereditate titulus *S. Aniani f. Aniani fani*, (*S. Aignan*) 1537. comitatus dignitate. Demum 1663. Francisco axioma *Ducis & paris Francie* regis gratia concessi im est, novo gentis splendore.

§. vii. Antequam illa sumeretur dispositio, aliam lego placuisse, ut clypeum una *Vetus transversa*, & tres perp endiculares fecarent in octo areolas. Illo tesseratum ordine: dispositio. 1. *Estoutevillana*. 2. *Hissonia*. 3. *Tremolliæ*. 4. *Borbonia vetus*. 5. *Cabillonensis*. 6. *Burgundica vetus*. 7. *Sabaudica*. 8. *Claramontana*: toti incumbente *Bellovilleria*.

§. viii. Galeæ coronatæ imponitur leo naticens aureus, inter laciniæ argenteas & *Apex. Télaumes*, præfatas. Telamontum loco assistunt duo leones aurei.



Renati  
Bellovil-  
lerii ma-  
jores.

§. ix. Ut ratio areolarum &c evidenter oculis subjiciatur, Renati Bellovil- lierii, qui Francisci Ducis proavus fuit, videamus majores.	Emericus de Beauvilliers, Bar. de la Ferté Hubert.	Michael de Beauvilliers.	Joannes de Beauvilliers.	
Renatus de Beauvilliers C. de S. Aignan. Cujus uxor		Alis Dn. D'Estouteville & de la Ferte Hubert.		
Anna de Clermont Tallard. Ob quam quadrans Claro- montanus as- sumtus.	Luisa de Hus- son Dn. de S. Aignan.	Carolus de Husson, C. de Tonnerre.	Oliverius de Husson. Margareta de Challon C. de Tonnerre, cuius at- avia Alis Burgundica.	
		Antonia de la Trimouil- le.	Georgius Dom. de la Trimouille.	
			Joanna C. Arvern. & Bonon.	Maria Dn. de Sully, cu- jus avia paterna Mar- gareta Borbonia.

## CAPUT XI.

### Com. Bentheimii & Tecklenburgii.

#### ARGUMENTUM.

1. Scutum.
2. Bentheimius Comitatus.
3. Tecklenburg. Com.
4. Alia ejus Com. nota anchora.
5. Steinfordinus Com.
6. Limburg. Com.
7. Wevelinghoven Dom.

#### 8. Rheda Dom.

9. Haja Com.
10. Alpen Dom.
11. Helfenstein Dom.
12. Advocatia heredit. Colonensis.
13. Galea. Benthesimia. Tecklenburgie. Steinfor-  
dia. Limburgia.
14. Pavo in aliquibus scutis.
15. Titulus.

#### §. I.

**S**cutum. **B**entheimiorum Comitum insignia in Sibmach. Wapenb. P. i. p. 18. ita pinguntur, ut scutum transverse sectum capitis tres, basis duas areas contineat, quæ etiam scutuli medi similis dispositio est. Quæ dispositione nunc quoque Illustrissimos co-  
mites uti observavi, nisi quod pro quinque sex laterculi sunt parvulae mediae.

**B**enthe-  
mius Co-  
mitatus. **S**. ii. Prima majoris scuti quadra *rubea globos s. Byzantinos nummos aureos exhibet* 19. (Henninges in Theatr. Genealog. 14. collocat illo ordine 4. 4. 3. 2. 1.) ista serie dispositos 4. 4. 4. 3. Designat ec area ipsum in Westfalia comitatum Bentheimum, Monasteriensi & Olnabrugio Episcopatibus, Drentia, Transalania & Linga fere con-  
clusum. Porro primum legi comitatus hujus titulo usum sub Conrado II. 1140. Ot-  
tonem Comitem Palatinum de Rheineck & Bentheimum, qui Ottone Palatino de Rheineck (aliquibus ex Caroli M. prolapia, aliis ex Salmenibus, aliis ex Lucenbur-  
gicis deducto. Alii patrem ei Joannem, avum Ottонem I. Com. Bentheimum, qui  
1042. vixerit, assignant) & Gertrudi ex Comitibus *Tabantia* (proavus Gertrudis Ric-  
hardi Com. *Tabantia* secundus filius Luthardi reguli Cliviorum, ipsa Gertrudis cœ-  
nobii Witmarsensis fundatrix fuisse perhibetur.) parentibus natus, ipse quidem & *me-*  
*sororem* habuit *Sophiam Theodorico C. Hollandie nuptam*. Hæc ex marito præter Flo-  
rentium Hollandie Comitum reliquorum fatorem & alios filios suscepit, Ottонem, à  
quo Illustrissimi Bentheimii suam derivant stirpem priorem, quæ in Johannis, à quo  
Neuhusii arx condita, filiis vel nepotibus detecta: filia vero *Hedwigis s. Mechilidis*  
*Henrici II. comitis* filia, Joannis neptis *Eberwino Dn. de Gueterswick* nupsit, & co-  
mitatum huic intulit genti. Eberwino filios dat Henninges *Bernardum C. Bentheim.* &  
*Arnoldum Dn. de Guterswick*. Ab aliis vero solum Arnoldum video agnoscit, & pa-  
trem constitui Eberwini, qui Bernardum & Arnaldum genuit (Hos Telchenmach. de-  
ducit



ducit ex Bernardo Hedwigis Bentheimi filio duarum linearum autores; Bernardi linea defecit in neptibus vel proneptibus, quarum *Maria Arnoldo Steinfordio* (ex altera linea Arnoldi prioris nepoti) nupisit, atque exinde Bentheimius comitatus penes horum posteros in hunc diem permanxit.

S. III. Altera capituli areola argentea tria corda vel folia marina c. *nymphæ ru-*  
*bentia* refert. Notari comitatus Tecklenburgium vix dubium esse potest. Vide etiam burg Com  
*Wapenb.* II. p. 19. Suspicatur vero Hamelmann. apud *Hasing. de Iur. ins.* pag. 344. eos  
 olum partem *Angrivariae* tenuisse, ob hæc insignia. (De quibus vid. c. 5. §. 6. 7.) Nulli for-  
 te etiam ex Sverinen si fuerint successione. Portò Comitus Tecklenburgius (inter Mo-  
 nasteriensem & Osnabrugiam diceceles situs,) diu peculiares suos habuit comites. Si  
 Hamelmann. apud Henning. Theat. Geneal. consularius, deducendi sunt à quo-  
 dam *Cobbone*, qui Ludovico Pio Augusto fidelis Gofwinum Episcopum Osnabru-  
 gensem, cum filiis patri rebellibus facientem oppugnaverit, & demum 876. vel 880.  
 prælio adversus Danos ceciderit. Ab hoc continua successio comitum enarratur, usq;  
 ad *Conradum*, qui bis infelix à Carolo V. Lingâ & ditione reliqua exutus, & 1557. sine  
 maesta prole gentis ultimus extinctus est. Filia *Anna* comitatum Tecklenburgium &  
*Dominum Rheda*, conjugi Eberwino C. Bentheimio attulit. Horum filius Arnoldus  
 cum plures genuisset filios, ex illis major natu *Adolphus* comitatum Tecklenburgium  
 sortitus est, & ad nepotes transmisit: penes quos nunc quoque est. Ceterum luber, huc  
 transferre, quæ de hoc comitatu L. Hamelmann. L. 3. de famili. emort. pag. 173. Tecklen-  
 burg, Comitatus, cuius arx ejus nominis spendida quidem, sī a e s̄t in monte editio duobus ab  
 Osnaburgam militari bus. Hujus ultimus masculus dicitur ab historiis haec *Conradus* natus  
 Ottone patre & Armegarda Comitissa in *Ritberg*, Conradus autem inter fratres ut Nico-  
 laum & Ottonem natu minimus, tamen vivo parente invasit Comitatum & parentem OT-  
 tonem in vincula conjectit anno Dom. 1514. sed opera sororis, Brunchorstano elocata, im-  
 plorantis auxilio præsalum Monasteriensis Erici Saxonici Duci de *Lewvenborch*, Erici  
*Osnaburgensis* Ducis *Brunsvicensis* de *Grubenhagen*, atque Comitum *Aldenbergensis*, Lip-  
 piensis, *Ritbergensis*, eripit patrem ex vinculis: pater ut cedret filio arcem Kledens oc-  
 capat, & filio relinquit Comitatum Tecklenburgicum, interea adhuc vivebat ejus patruus  
*Nicolaus* in *Dominio* & aree *Lingen*, quanam admetit anno D. 1519. isti Nicolaus Ep. *scopus* Mo-  
 nasteriensis Ericius Saxon de *Lewvenborch*, & eam cum domino sua fecit ditionis videlicet  
 Monasteriensis, sed cum s̄i submitteret Com. Nicolaus Ducis *Geldria* & *Carolo Magnanimo* &  
 audaci Principi eique Dominium *Lingen* faceret feudum atque ab eo ut beneficiarius &  
 Vasallus in feudum hunc Comitatum suscepit, restituit eum, ut per aliquot annos & ar-  
 cem cum urbe & dominio toto *Lingen* pacificè possideret, nec Monasteriensis contra Gel-  
 drum potenter hostem ne hiscere quodam audirent, tandem Nicolaus moritur, & nullam  
 ex *Elisabetha* Comitissa de *Mors* uxore prolem reliquit. Illo circa annum Dom. 1524. ut,  
 puto, mortuo, eam arcem *Conradus* quoque invaserit, & in feudum à *Geldro* accept, inter-  
 ea dum alter fratrum nempe *Nicolaus* seu militiam recipiteret, & Otto quidam Canonici  
*Coloniensis* magaret, atque optimum beneficium in præpositura Collegiatu S. *Iannem*  
*Osnaburgi* obtineret, occubente fratre *Nicolaio* in pugna vel acieregni *Dania*, aufz der  
*Dohsenbrück* / voluit pro more majorum Comitatus dividere cum fratre *Conrado* Domi-  
 nus *Otto*, ideo Ecclesiastica beneficia resignavit, sed levi de causa à fratre *Conrado* vinculis  
 traditur & amentia accusatur, & sic in vinculis vivo fratre hæret. Interim *Conra-*  
*dus* ex *Christina Landgravia Hassia* genuit unam filiam *Annam*, quæ elocatur *Eber-  
 wino* Com. Bentheimensi & de *Steinfurd*: Verum mortuo iam *Geldro* Princeps *Caro-  
 lo* dum pugnarent de ducatu *Geldria*, *Carolus V. Cesar*, & *Wilhelmus* *Dux In-  
 liacensis* per aliquot annos, atque tandem anno Domini. 1543. victor evaderet *Caro-  
 lus V. Cesar*, & interea jam se ad castra Principum fæderis *Schmalcaldici* *Conradus*  
*Tecklenburgicus* recipisset, nec suum beneficium, hoc est, Dominium *Lingen* à *Carolo* si-  
 deliter suscepisset, quando rursum *Carolus V.* victoriā contra Principes Schmalcaldicos  
 obtineret, eum per *Maximilianum* Comitem *Burensem* eo dominio exutus & ad se recepit.  
 Interim mihi constanter referunt (quod ex magnis viris audiui) si Comes *Conradus* se sup-  
 plieem præbuisset *Buren*, certi potuisset conditionibus illud dominium retinere: Ita *Lin-  
 gen* dominium est adhuc Regis *Hispania* *Philippi* in *Westphalia* præsidium. Interim mira-  
 res, *Conradus* invidebat fratr: *Dominum*, quod alii ut peregrino invitatus tradere postea  
 coactus fuit: Mortuo *Conrado* anno Dom. 1556. cum iam Com. Bentheimensis *Eberwinus*  
 hunc Comitatum obtineret, *Otto* Comes senex decrepitus *Conradi* frater per nepticam  
*Annam*



*Annam Conradi filiam, & Eberwini conjugem ex vinculis eripitur, honoratur ut patruus, & sovetur atque honestissimo loco haberur, & ei ministri aliquot adjunguntur, & tanquam Comes & ultimus masculus heres istius nobilitatis & stirpis sustentatur, donec sexennio elapsos post mortuum fratrem Conradum & ipse vitam cum morte commutaret anno D. 1562. quando ante ipsum mortuus esset affinis Eberwini Bentheimensis.*

**Alia ejus** §. iv. Tertius laterculus *ceruleus anchoram auream* continet. Hoc quoque sym-  
**Com. nota** bolum ad comitatum Tecklenburgium pertinet. vid. Wapenb. II. p. 19. Sunt qui ratio-  
**anchors.** nem allegant, quod olim dominium illorum Comitum te ad mare usque extenderit.

**Steinfor-** §. v. Bascos prior area *aurea cygnum rubeum rostro & pedibus nigris*, posterior ar-  
**dus Com.** gentale leonem rubrum cyano coronatum representat. Illa comitatus Steinfordia (qui Benthei-  
mio intermedia aliqua Monasteriensis Episcopatus particula vicinus) hieroglyphicon  
est, & ob hoc, antequam Tecklenburgica accederent, Bentheimiis talentis dispositio-  
ne quadripertita adjici solebat. vid. apud Henning. d. l. Ceterum Steinfordia, quae  
olim suos Dominos peculiares habuerat, in quibus Balduinus memoratur 1030. vixisse,  
obtigit Bentheimiis conjugii iure. Nam *Mechthild* filia Balduini Bellicoli, cuius pa-  
triuss magnus Balduinus Episcopus Paderbornensis fuerat, heres Steinfordia & Grono-  
viae, uxor f. Eberwini (ita documenta aliqua) seu (ut Henning. & alii) ejus filii Arnol-  
di fuit. Arnoldus Eberwinum genuit, qui Steinfordie axioma comitatus à Maximili-  
ano I. Imp. Wormaltis meruit, cum adversus Gallos, Flandros & infideles fortitudi-  
nis eximia documenta edidisset. Hic Eberinus pater Arnoldi fuit, qui primus *Au-*  
*gustanam Confessionem* fecutus, & ab uxore Bentheimium comitatum nactus est. In hu-  
ijsliberis cum Eberinus Bentheimium retinuisse, Steinfordiam Arnoldus frater ha-  
buit, sed sine prole. In Eberwini nepotibus nova divisione *Guilelmus Henricus Stein-*  
*fordianus* tenuit: sed ejus orbitate ad fratri Arnoldi Jodoci filium *Philippum Conradum*  
*delapsus est* comitatus, & adhuc penes hujus filium Arnoldum Mauritiū Wilhel-  
mum manet.

**Limburg.** §. vi. *Hic* (nempe leo tubeus) designat Comitatum *Limburg*. Ceterum uti hujus no-  
**Com.** minis non unum castrum veldynastia est, notatur hic illud, quod in rupe ad *Lenam* s.  
*Laynam* (paulo post in Rotam se exonerantem) in Westphalia situm, Theodorico  
Friderici C. Altenacensis. Ilenburgi & Margaretæ Limburgi filio, avunculus *Hen-*  
*ricus IV. D. Limburgius* concessit, ea conditione ut nomen & arma *Limburgensia* gesta-  
ret. Adiectum deinde Imperatoris gratia comitatus axioma. Ceterum Theodorici  
illius nepos Joannes cum duos haberet filios *Joannem & Theodoricum*, ab illo moderni  
*Styrumi* derivantur. Hoc natus est alius Theodoricus, pater *Wilhelmi*, qui Eberhar-  
dum, *Wilhelmum* & Margaretam genuit: haec autem cum fratres bello pro Joanne  
D. Clivie cecidissent, heres tuit, & Gumberto C. Neuenario *Limburgensem* successio-  
nem attulit. Ex Nuenaria vero familia Magdalena filia Humberti f. Gumberti, Com.  
Nuenarii & Limburgi, marito Arnoldo pridem Bentheimii, Tecklenburgi & Stein-  
fordie comiti attulit successionem comitatus Limburgii, consensu Domini feudi,  
postquam agnata Walpurgis 1600. decessisset. Confer *Teschenmach. annal. Iul. Clv. &*  
*Mont.* p. 2. Plura etiam de his afferenda erunt, cum de Limburgio scuto infra agetur.  
Ex horum filiis *Conradus Gumbertus* in divisione cum fratribus Limburgum natus est,  
sed ~~anno~~. Porro ex dictis conilitare potest, leonem hunc eundem esse, qui datus Lim-  
burgensis est. Wapenb. P. 3. p. 20. talis datur Comiti de *Lemburg* (cum apice, duobus  
ramis, quos folia argentea ornant) &, corona tamen demta, *Limberg*. pag. 21. (ga-  
lea imponit inter duas tabulas ceruleas, nisi ex illis pavonina cauda effigieandæ  
fuerint, confidens leo tubeus) que vix differte ab his Limburgiis credo. Pariter eun-  
dem leonem *Limburgum* video Wapenb. I. p. 17. fine corona in quadra 1. & 4.

**Weve-** §. vii. Fuit illa enarratio arearum, quibus scutum majus completerur. Quod me-  
**linghofen**  
**Dom.** dio huic incumbit, sex laterculis conilit, tribus eius caput, totidem pedem constitu-  
entibus. Prior areola *coccinea duabus fasciis argenteis* exaratur: quo symbolo notatur  
dominium *Wavelinghofen*, quod sub nomine *Vifelkoven* notatur Wapenb. II. p. 29.  
Hoc dominium habuit suos peculiares dynastas, ex quibus principio feculi duodeci-  
ni vixit *Christianus Christianus* & *Alberonis* pater. Illius nepos fuit *Florentius* 1364.  
Episcopus Monasteriensis & dein *Ultrajectinus* 1378. Ultimus *Wilhelmus Waveling-*  
*hofius* *Archiepiscopatus Colonensis* *Marecallus* filiam reliquit *Ioanni Dn. à Gehmen &*  
*Bredefort* nuptam, quibus genitus *Henricus* pater *Cordæ* & alterius filia, quarum illa  
Johanni



Ioanni Schauenburgio marito Gehmen dynastiam, hæc suo conjugi *Ebervino Bentheimo Wevelinghofiam* attulit. Confer *Teschenmach. Annal. Iul. Cliv. & Mont.*

§. viii. Proximus laterculus *argenteus nigrum leonem* continet *impressis ejus Rheda corporis tribus annulis & extrematis cauda adjecta rosa*. Notatur illo symbolo dominium *Dominum Rheda*, cuius caput opidum & arx ejus nominis ad Amasim sita. Habuit illud suos dynastas, ex quibus Witkindus ultimus fuit. *Eius qui patris Bernardi intimus focius fuerat filiam unicam Gertrudin, Hermannus Com. Lippia* sibi matrimonijs junxit. Inter filios Simon Præpositus Paderbornensis, quidein Episcopus fuit, fratri Bernardo R hec dam extorquet, hic autem armata manu recuperare nittitur, cumque auxilio Monasteriensis Episcopi uti necesse fuisset, conditioni assentiri cogitur, ut feudo ab Episcopo poteneret. Ita ex aliquibus refert *Ioh. Piderit. Chron. Lipp. I. 2. p. 476. 477.* Sed etiam aliter refert ex Hamelmanno causam: videlicet cum Bernardus Comes minor esset, Tecklenburgios comites, à Monasterieensi Episcopo collatum feudum perhibentes, & jus à sorore Witkindi ultimi coniuge allegantes, dynastiam occupasse. Inde 1244 Bernardus armata manu eam recuperavit. Unde filius ejus Hermannus Rheda Dominus dictus, sed 1271. annis mortuus est. Post hanc Tecklenburgii denuo invaserunt. Et cum frater illius Simon bello contra Osnabrugium moto 1299. captus esset, inter conditions 1305. liberationis fuit, ut Rhedaeriam destrueretur. Inde iterum Tecklenburgii sibi vindicarunt vid. *Piderit. p. 516.* Cum reposceret Simon III. bello orto 1373. capit. Liti componendæ filia ejus *Elica Ottoni Com. Tecklenburgio* datur uxor cum dote *Rheda*, quæ in stirpe maneret si liberi ex coniugio nascerentur. *Piderit. pag. 529.* Cum vero nulli suscepti essent, Lippenses jus suum denuo vindicare anni si (547.) donec tandem inter Bernardum VI. & Nicolaum C. Tecklenburgium qui illum coperat transactum, ut certis conditionibus penes Tecklenburgios Rheda maneret. (*Piderit. p. 586. 587.*) Inde per *Annam Tecklenburgiam* cum reliqua successione hæc etiam ad Bentheimios delata est. vid. *Hamelmann. de fam. emort. L. 3. p. 170.*

§. ix. Tertia quadra *aurea duos pedes ursinos nigros* refert. *Hojensem* comitatum notari non est dubium, ut infra in scuto Brunficensi videbimus. Hæc tessera familia *Comitista* extincta parva inserta est, quod in ditionum Hojensem partem succedit Landgravius *Hasfla Wilhelmus*, qui eam Bentheimius concessit feudo. Confer *Hamelmann. de fam. emort. L. 2. p. 129.*

§. x. Quæ inferiorem ordinem dicit, area *rubra leonem* continet *argenteum*; *Alpen* quod *Argyra* est Dominii *Alpensim* in Colonensi inferiori diæcesi siti, quod Magdalena *Nuenaria* Arnoldo marito suo attulit. Illud inter Arnoldi filios Friderico Ludolpho in partitione assignatum est. *Gelen. de Col. Agr. magn. L. 2. l. 39. p. 207. Alpensibus* *Alpinis vetustissime originis opinionem habentibus Burggraviis* *Vbi* oram tribus leonem scutarium in pellicula *parmula velloris petatis*, plane scutum gerit *Macedonia gens Italica* in regno *Parthenopæo*. Conf. Nobiles de Alpen *Wapend. 2. p. 119.*

§. xi. Alveolus proximus superiori parte, qua rubet leonem continet aureum, *Helfenstein* inferior autem argento fulget, Dominio *Helfenstein* notando: quod genti obtigit *stein Dom* iterum matrimonio Magdalena Nuenaria: nam *Adelberdis* hujus gentis ultima *Baroni de Lennep* nupserat, mater *Theodorici*, avia *Evæ*, quæ hæreditatem Friderico C. Nuenaria attulit: hi vero Magdalena proavus & proavia fuerant.

§. xii. Ultima areola rubea quinque fascias aureas continet, symbolum *advocatæ hæritarie* vel *archiprefecture Colonensis* diæceseos. Quæ cum penes Nuenarios *hæreditatem* fuerit, unde in *Wap. II. p. 19.* medietas scuti Nuenarii appetit (nisi quod pro quinque *Colonensi* tres tantum notantur,) cum reliqua successione à Magdalena Arnoldo allata est.

§. xiii. Ita descriptam parvam premunt quatuor galeæ coronaræ: Ex quarum *Galeæ*, prima *Bentheimia* exurgit herma æthiopis, rubeo vestitu & pileolo orientali, inscriptis *Benthei*- pectoris scutariis talentis f. numis: Laciniæ dependent coco & auto tintæ. Proxima *Tecklenburgia* sustinet pavonem album explicata caudâ superbientem: phaleræ *ar- burgia*, gento & minio pinguntur. Tertiæ insistit cygnus *Stenfordius*, dependentibus laciniis *Steinfor-* tubeis & aureis: extrema sustinet inter duas caudas pavoninas confidentem leonem *dia. Limburgium*, circumvolitantibus phaleris argenteis & coccineis.

§. xiv. Hæc dispositio insignium cum communiter à tota gente usurpetur, vidi in monitis Tecklenburgiis nonnunquam exprimi tantum clypeum quadripartitum ex utraque tessera Tecklenburgia, media *parmula nova*, quæ *pavonem explicat à candiscus*.



continet: significationem non capio: nisi forte dominium aliquod Tecklenburgium veteri isto symbolo notati eonfieverit, quod cum deinceps à comitibus omisum & tantum in galeam translatum sit, (cujus moris in aliis quoque familiis non desunt exempla) postliminio videtur hic in scutum reductum.

**Titulus:** §. xv. Titulus respondet illis insignibus: *Comites in Bentheim, Tecklenburg, Steinfort & Limburg, Dom. in Rheda, Wevelinghofen, Hoja, Alpen & Helfenstein, Barones in Lennep, advocati s. praefecti hereditari Colonenses. (Erbvogt.)*

## C A P U T   X I I .

### *Borgia. Duc. Gandia.*

#### A R G U M E N T U M

- 1. *Borgia. Lenzolii.*
- 2. *Duc. Gandia scutum.*

- 3. *Aragonis pali.*
- 4. *Galea.*
- 5. *Duc. de Villa Hermosa.*

#### §. I.

**Borgia.** **Lenzolii.** **B**orgiarum gens in Valentino agro floruit, & *Calixtum III.* Pontificem dedit, qui 1458. vita decepit: ejus vero soror Isabella *Borgia. Iofredo Lenzolio* equiti Hispano nupfit, & *Borgium* nomen attulit, mater Roderici *Borgiae*, qui Papa factus *Alexandri VI.* nomen sumpit: de cuius vita, in quam Historici communiter tot probra jacunt, nihil dicere attinet. Eo vero genitus præter alios *Petrus Ludovicus & Ioannes Duces Gandia*, ex quorum hoc reliqui *Gandia* Duces geniti.

**Duc. Gandia scutum.** §. II. Ducus horum scutum est quadriguttatum (apud *Sammarth. L'est. de l'Esp. p. 50.*) In primo & quarto laterculo aureo telluri viridi insensib[us] paicitur vacca coccinea, limbo circumducto rubeo, inscriptis octo aureis mergitibus. In secundo & tertio alveo *Aragonie* conspicuntur pali. Gelot limbum *Borgio* alveolo circumdatum viridem esse jubet, & in scribi 8. lacrymas vel flamas aureas.

**Aragonii pali.** §. III. *Aragoniorum* palorum ratio repetenda videtur à matrimonio *Joannis tertii* Ducus *Gandia*, & *Ioanne Aragonie*, quæ filia *Alfonsi Aragonii* Archiepiscopi *Cæsar-Augustani*, neptis vero *Ferdinandi Catholici* regis *Hispaniarum* fuit. Eo matrimonio natus est *Franciscus Dux Gandia*, dein *Jesuitarum generalis 1572.* extintus, & sanctis deinceps à Pontifice adscriptus.

**Galea.** §. IV. Scuto imponitur galea coronata, cum exurgente vacca rubea. Laciniae autem auro & coco tinguntur.

**Duc. de Villa Hermosa.** §. V. Ex eadem gente sunt *Duces de Villa Hermosa*, quibusdem *Sammarth.* tribuit p. 86. *Borgiatum* vaccam solam sine limbo & Aragonicis quadrantibus.

## C A P U T   X I I I .

### *Elector & Marchiones Brandenburgici.*

#### A R G U M E N T U M .

- 1. *Senti dispositio.*
- 2. *Ducatus Montanus s. Bergensis.*
- 3. *Juliacensis.*
- 4. *Magdeburgicus.*
- 5. *Pace Osnabrugensis domui transcriptus.*
- 6. *Marchia & aquila Brandenburgica.*
- 7. *Borussia.*
- 8. *Clivia.*
- 9. *Wilhelmus Dux Clivia & filii. Controversia de editionibus Juliano-Clivis post Joh. Wilhelmi mortem.*
- 10. *Ius Brandenburgicum.*
- 11. *Successus juris & pacta secura.*
- 12. *Burggraviatus Norimbergensis.*
- 13. *Gryphi. Gryphorum variu colores.*
- 14. *Investitura Pomeranica.*
- 15. *Gens Gryphia. Quanam gryphorum origo.*

- 16. *Cassubia.*
- 17. *Duc. Scttinensis.*
- 18. *Successio Pomeranica. Pacis Osnabrugie de Pomerania dispositio.*
- 19. *Pomerania. Vandalia.*
- 20. *Com. Marcanus.*
- 21. *Episcopatus s. princip. Halberstadtius.*
- 22. *Ducatus Crotone & Jegerndorfii.*
- 23. *Mindensis Episc. seu Principatus.*
- 24. *Com. Ravenberg.*
- 25. *Zollern.*
- 26. *Guzkowia Com. Stargardia. Barib. Volgast. Usedom.*
- 27. *Caminensis Episc. s. Principatus.*
- 28. *Rupinenensis Comitatus.*
- 29. *Regalia.*
- 30. *Elektoratus. Sceptrum columnarivisum.*
- 31. *Galea novem. Caput Molossi apex Noricorum.*



- |  |  |
|--|--|
| 32. <i>Telamones.</i>                                | 42. <i>Christiani Wilhelmi administratoris Magdeburgici.</i>                     |
| 33. <i>Alia dispositiones scutorum.</i>              | 43. <i>Aliud schema.</i>   |
| 34. <i>Ex Sibmacherio Ioachimi Friderici.</i>        | 44. <i>Modernorum Marchionum ex linea Culmbacensi. Payrutina &amp; Onoldina.</i> |
| 35. <i>Moderni Electoris ante pacem Osnabrigiam.</i> | 45. <i>Tituli.</i>   |
| 36. <i>Rugie principatus.</i>                        | 46. <i>Carmen Schofferi.</i>   |
| 37. <i>Ioachimi I. scutum.</i>                       |  |
| 38. <i>Typi contractiores.</i>                       |  |

## §. I.

**S**Erenissimæ Electoralis familie Brandenburgicæ scutum, ut pleraque alia Principum, seu successu temporis crevit. Quali nunc utuntur, primum à nobis explicandum est. Id dis*positio*n*e* exhibetur, unica areola excepta, quam dein notabimus, in *Fürstii* libr. *Armor. l. Wap.* P. II. p. 4. ut nempe quatuor transversæ lineæ in quinque regiones illud distinguant, ex quibus infima non iterum distinguitur, prima & tertia septenas areolas, quarta ienæ apud *Fürstium*, veluti nunc usus est, iterum septenas, ob Camineniem principatum recentius insertum, secunda præter parvulam medium quatuor laterculos continent, ut universum 26. vel nunc 27. areæ numerentur.

§. II. Primam quadram, quæ in supremo ordine argento fulget, leo exornat rubeus, *Ducatus corona & falcis aureis, lingua carulea, (aliqui eam sanguineam pingunt) cauda bifida & Montanus in decussim trajecta. (gepalsteren schwanz/creuzweiss gelegt.)* Noratur hæc imagine *Bergensis* *Ducatus Montanus l. Bergenfis, Westfalia non exiguum portionem complectens, & Cliviæ, Monasteriensis atq; Colonensis diecesibus cinctus. Dominati sunt huic Provinciæ Marcani vel Altenacenses Comites, Cliviæ, ut referunt, originis. Inter eos lego Adolphum I. secundum Comitem Altenensem, Theodorico I. (quem Roberti Clivii C. Teisterbantii filium, Ludovici Teisterbantii & alterius Roberti Dn. Heusdani fratrem constituant. VV. Tschchenmach. in annal. Iul. Cliv. & Mont. Adolphi I. majores recensere non audet, sed ejus tamei fratrem norinat Hermannum C. Vbi orum advocatum Tuitii ex Egid. Gelenio. ) genitum filios habuisse Eberhardum & Adolphum II. illi Comitatum Bergensem obtulisse, huic Marcanum, sed, ut dein fratis, qui Monachus decessit, hereditatem cerneret: in hujus ex filio Adolfo III. nepotibus Engelberto & Eberardo (tertius Fridericus inter Archiepiscopos Colonensis numeratur, quam dignitatem alii etiam hujus gentis gesse) iterum eadem divisio 1147. repetita, cum Engelberto Bergensis Comitatus, Eberardo Marcanus l. Altenensis concederetur. Engelberti filius Adolpus IV. qui 1218. extinctus est, filiam habuit Margaretam, quæ patruo Engelberto Archiep. Col. & post fratre comiti Móntano succedit, & ex Henrico IV. Limburgensi *Adolpum V.* genuit *Montanum* Comitatem, in cuius posteris comitatus mansit, donec *Adolphi VII.* qui 1348. obiit, filia *Margareta*, eum marito *Ottoni Ravenpurgio*, & horum iterum filia *Margareta*, utrumque comitatum *Gerhardo C. Iuliaci* attulit. Hujus filius fuit *Wilhelmus*, cui axioma ducale accessit 1389. Wenceslai Imperatoris beneficio. Inter cujus filios *Adolpus*, cum Reinholdo agnato succedit, *Iuliacum*, *Wilhelmus* Bergensem ducatum obtinuit, & ejus filius *Gerhardus* in patris & patrii ditiones succedit, pater iterum *Wilhelmi*, quo *Maria* genita est, universæ familie hæres, & *Ioannis III. Clivii* Ducis uxor. Quaratione vero ex Clivensi familia in Brandenburgicam successio delapsa sit, n. 9. 10. 11. 12. dicemus. Leonem hunc Montano principati intulisse dicitur ap. *Tschchenmach. Adolpus V.* Comes, matre Montana patre Duce Limburgio natus, præferens ita paternum dñm maternæ rosæ, quam patricidio Fridericus Altenanus Llenburgius conspurcasse credebatur: cum illa alioqui genti *Altenana communis* fuisset.*

§. III. Proxima area aurea leonem nigrum, qui linguam rubeam protendit, atque *Juliacensis dentibus & falcis argenteis* minatur, exhibet. Alii *Falculas* etiam coco tingunt, adduntque *coronam*: que tamen, ut ex *Sibmachi* *Wapen*. P. 2. pag. 4. patet, huc non spectat. *Iuliaci* Ducatu, quem Leodienses, Limburgii, Lucenburgii, Trevirenses, Colonenses & Clivii cingunt, notando hic leo servit; & si *Haping. de Lar. ins. c. 5. n. 34.* fidem adhibere velimus, cum Belgis proceribus expeditionem in Syriam suscipientibus leones variorum colorum sumere placuerit, à *Juliacensi* (eadem origo etiam ab aliis Montano adseritur) adsumptus est. Porro de prima origine familie *Juliacensis* non mihi constat. VVern. *Tschchenmach. annal. Iul. Cliv. & Mont.* P. 2. p. 384. seq. eam derivatà quodam *Gerhardo C. Iuliaci*, qui 933. militaverit Henrico Aucupi contra Hunnos.



Ab hoc deducuntur reliqui comites, quiomnes, uno Walramo excepto, Gerhardi aut Wilhelmi gestare nomen; illud quinque usurparunt, hoc septem commune fuit. Ex illis septimus, cuius frater *Walramus* Archiepiscopus Colonensis fuit, 1329. *Marchionis* & 1356. *Ducis* axiomate auctus est à Ludovico & Carolo IV. Augustis. Ex filii major natu 1360. ante patrem extinctus, hac causâ ei non succedit, sedab uxore *Montanum* & *Ravensturgum* comitatus (quod §. 2. vidimus) obtinuit. Succedit vero Patri *Wilhelmus*, *Maria Geldriæ* maritus, qui 1392. moriens reliquit *Wilhelnum* & *Reindum*, qui preter ducatum avitum etiam materno iure *Geldriam* tenuere, cum vero improles decessissent, succedit soror *Ioanna*, *Ioannis Herculei* s. *Arculei* (ab Arckel) uxoris: unde ad illam gentem & postea ad *Egmondanos* successio. In *Tulaco* vero duca-tū *Rainoldus* successorem habuit *Adolfus* agnatum ex *Montanis*, licet eundem *Geldrenses* iudicem sibi vindicare conantur. *Adolfo* succedit ex fratre *Wilhelmo* nepos *Gerhardus*, huic filius *Wilhelmus* pater *Mariae*, quæ *Ioanni III. Duci Clivio* ducatus filios attulit.

Magdeburgicus.

§. iv. Tertia area (ut apud *Fürstium* conspicitur, nam postquam Prussiam supremo iure Elector obtinuit, illius aquilam hunc locum collocavit, Magdeburgensi simbolo in quintam areolam translato,) transversè sc̄ta est, & superiori parte rubet, inferiori argento fulget (couppé de gneules sur argent.) Notatur illa area Magdeburgensis Archiepiscopatus seu, quo nunc axiomate insignis est, *Ducatus*. Magdeburgum notari ex *Sibmach* *Wyp*, P. 1. p. 9. constat. Ceterum Carolus M. cùm devictis Saxonibus 10. instituisset Episcopatus, unus illorum fuit *Scydæ* in *Svalenburgico* comitatu, qui dein *Walersleviam*, & decim ab Ottone I. Imperatore flagitante *Editha* conjuge Magdeburgum translatus est. Ita Ecclesia illa, ut omnium *Vandalicarum* Metropolitana esset, jūs impetravit, aliquot vero Episcopatus ei subjēcti sunt. Primus Archiepiscopus fuisse perhibetur *Adelbertus* 968. *Treviris* evocatus, & à *Moguntino* præfule inauguratus. Exim *Nortberti*, qui *Lotharium* Imperatorem in *Italiam* fecutus est, meritis id datum perhibetur, ut *Primatis Germanie* titulo Archiepiscopi uterentur. Successores variis etiam ditionibus diœcesin auxēte, ut in eam amplitudinem quā nunc etiam floret excederet. B. Lutheri nostri tempore præfuit Archiepiscopatu*m* *Albertus* ex Brandenburgicis Marchionibus, idem Archiepiscopus & Elector *Moguntinus*: Hic 1539. subditis civitatibus & nobilitati in hoc & *Halberstadiensi* Episcopatu*m* indulxit liberam religionis professionem, cum *Magdeburgi* jam 1524. post habitam à *Megalandro* nostro concionem Ecclesiæ reformatio fuisse instituta. Alberto succedit *Ioannes Albertus* agnatus, sub quo grave intercapitulum & civitatem dissidium est exortum, ut etiam ad solicitationem Canonicotum qui urbe exesserant civitas proscripteretur, & à *Mauritio Electo* *Saxoniz*, cui demandata executio decreti Imperialis, integro anno & amplius ob sideretur. Secutusque dein in Archiepiscopatu*m* eadem gente *Joachimi I. Electoris* filii *Fridericus*, (jam prius Joh. *Alberti* Coadjutor) sed non diu superstes, ut etiam nondum tederinto pallio, cuius tunc pretium 30000. aureorum, vita & dignitate excederet, atque *Sigismundus*, qui ritus Pontificios antiquavit, & publicatis constitutionibus *Ialubertini* veram doctrinam atque disciplinam Christianam pro viribus promovit. Eo mortuo *Joachimum Fridericum*, *Johann Georgii* Electoris Brandenburgici filium, postularunt administratorem, cùm jam *Havelbergenis* & *Lebusiensis* Episcopus fuisse. Is templum cathedralē & dein monasteria ad puriorem cultum traduxit. Cùm vero matrimonium contrahisset, Regalia Archiepiscopatus ei conferre Imperator distulit, nec semel in Comitiis 1576. 1582. ob hanc causam optimo Principi fuit decertandum. Mansit vero in possessione dignitatis, aduersariis etiam invitis. Eius bono 1577. *Augustus Dux Saxoniz* Elector cessit omni alio iure, quod in diœcesin & urbem Magdeburgensem prætendebatur, servato tantum *Burgravatu Magdeburgico*, quo etiam nunc Serenissimus Elector Saxoniz gaudet. Confer *Comment. de Saxun. Insign. S. I. §. 23. p. 23.* In partis locum dein suscitatus est *Christianus V. Wilhelmus* M. Brandenburgicus, & Administratoris titulo tantisper rexit diœcesin, donec 1628. ob Danicorum armorum communionem à Cesare proscripteretur. Canonici ergo Serenissimum Principem *Augustum* Ducem Saxoniz Electoris, Cesari amici principis, filium postulant ad capessendam hanc dignitatem. Cesari vero, ut Archiepiscopatum Romanis partibus denuo vindicaret, interdicit capitularibus, ne ad electionem postula-



postulationemque novi praefulsi convenienter: sed postulatio jam facta, & Augustus atque ejus nomine Patens Elector electionem acceptaverant. Vicissim Imperator pro filio Leopoldo Guilelmo Archiduce Archiepiscopatum à Pontifice facilè imperat. Inde semina discordiarum, quæ subinde aucta crevere. Demum in Pace Pragensi §. Dab Erftiſſt Magdeburg. Serenissimo Augusto Archiepiscopatus hic iterum relictus est. Pace vero Oſnabrugensi expectativa in eum Serenissimam Domui Brandenburgicæ pro æquivalentia ob Pomeraniam citeriorem & Rugiam amore pacis cessaſ tradita est. \*

§. v. Verba publici Instrumenti Pacis huc inserere operæ pretium est: Similiter Pace Oſconcedatar Domino Elec̄tori exspectantia in Archiepiscopatum Magdeburgensem, itaq; si domul dem ut quandocumque eundem morte aut successione in Elec̄toratu, vel quacumque alia con-nabriugen-cessione, praesentis Administratoris Dn. Augsti Ducis Saxonie vacare contigerit, totus plus iste Archiepiscopatus cum omnibus eo pertinentibus territoriis, regalibus & juribus, prout supra de Episcopatu Halberstadiensi dispositum est, Domino Elec̄tori, suisque posteris & successoribus heredibus & agnatis masculis, non obstante illa electione aut postulatione, interea temporis fratre clam sive palam facta, tradatur & conferatur, in feudum perpetuum, sitque eidem vel iisdem ius auctoritate propriā vacante apprehendendi possessionem. Inter ea autem teneatur Capitulum unū ac Ordinibus & subditis dicti Archiepiscopatus statim conclusa pace prædicto Domino Elec̄tori & toti Domini Elec̄toratu pro se, atque omnibus in ea successoribus, & heredibus atque agnatis masculis se sacramento fidelitatis & subjectionis in eventum obstringere. Civitati vero Magdeburgensi prisina sua libertas & privilegium Ottonis de 7. Iunii Anno noningenteſimo quadragesimo, etiamſi temporum injuria perdi-putum, ad preces ejusdem, humiliiter porrigendas, à Sac. Cef. Maj. renovabitur; tum etiam Privilegium muniendi & fortificandi ab Imperatore Ferdinando II. concessum, quod cum omnimodis iurisdictione & proprietate ad quadrantem milliaris Germanici extendatur, scit & reliqua illius Privilegia & jura in Ecclesiasticis & Politicis salva & inviolata maneat, cum inserta clausula, quod in præjudicium Civitatis readificari non debant suburbia. Tertium quod ad quatuor Dynastias seu Prefecturas Querfurt / Guterbock / Dam & Borek attinet, cum illa jam Domino Elec̄tori Saxonie traditæ sint, in ejusdem quoque ditione permaneant in perpetuum, cum hac tamen reservatione, ut qua hactenus ratione earundem ad collectas Imperii & circuli contributa fuit quota, à dicto Domino Elec̄tore Saxonie imposta erum exsolvatur, eaque Archiepiscopatus dematur, & hujus rei ratio-ne expressa fiat provisio in matricula Imperii & Circuli. Ut autem inde cansata imminutio reditum Cameralium, & ad mensam Archiepiscopalem pertinentium aliquatenus resarciatur, jam dicto Elec̄tori Brandenburgico & successoribus suis, non solum statim post conclusam Pacem Prefectura Eglen, quæ alias ad Capitulum spectabat, pleno jure possidenda & fruenda tradatur, cassato processu à Comitibus de Barby aliquot abhinc annis desuper motu, sed etiam facultas sit, obtenta Archiepiscopatus possessione quartam partem Canonica-tuum Cathedralium, illis decadentibus extingendi, corumque reditus Camera Episcopali applicandi. Quæ vero debita à presente Domino Administratore Augusto Duce Saxonie hactenus contracta sunt, ex reditibus Archiepiscopalibus, existente modis supra dictis casu

## K 3

\* Cum sepius Instrumentum Pacis Oſnabrugensis allegandum sit juvat huc aſqibere Compendium ejus articulorum metricum ex Christoph. Broveri annal. Trevir. L. 25. n. 112. p. 541.

Articulus septimus & denis pars Sueciae confusat:

Primum amicitię conjugę federe partes.

Præteriti immemores laſos vult esse secundus.

Pristine relictus teritus sua jura cuſque.

Enumerat quartus speciales restituendos.

In ſatis quintus confata gravamina ſolvit,

Helvetii ſextus dat libertati honorem.

Septimus in fiduci Calvinum pacis adoptat.

Jura politiæ ſtaribus bu quartus adumbrat.

Flori refutat veteri commercia nouis.

Bellorum decimus partitur pramia Svecias.

Brandenburgiaco undecimus Pomerana refarcit.

Mechlenburgiacis bu ſenus ademia rependit.

Brunsvigum decimus deinde manera terni.

Das confessori decimus ſolatia quartus.

Hallum ter quinto placant & Clerus & Haffia,

Arma bis octōna ſixta pacemque reducunt.

Septimus hanc firmat decimus reddisque perennem.

Nam decimus Gallum plumis aquilaribus ornat.

Vndeſimo in partes Galli pax Itala tranſit.

In Gallico.



*vacantie & devolutionis dicti Archiepiscopatus ad Dominum Electorem Brandenburgi-  
cum & successores suos, neutquam dissolvantur, neque integrum sit, dicto Domino Adm-  
inistratori post haec novis debitis, oppignorationibus & alienationibus sape dictum Archiepi-  
scopatum in prejudicium Domini Electoris ejusque successorum, haredum atque agnatorum  
masculorum quoquo modo onerare. In his vero Domini Electoris Archi- & Episcopatibus  
decatero salva manente Ordinibus & subditis competentia eorum jura & privilegia, cum  
primis invariate Augustanæ Confessionis exercitum, quale nuncibi viger, nec minus lo-  
cum habeant ea, que in puncto Gravaminum inter utrisque religionis status & ordines  
Imperii transacta & conventa sunt, quatenus scilicet non adversantur illi dispositioni, qua  
supra in articulo quinto de gravaminibus §. 8. continetur incipiente: Qui Archiepiscopatus,  
Episcopatus, & aliae fundationes atque bona Ecclesiastica &c. & finiente: subje-  
cta manento: utpote quem aquæ hic valere debere, acsi verbotenus insertus esset, & supra  
dictos Archiepiscopatum & Episcopatum hereditario & immutabili jure apud Dominum  
Electorem atque Domum Brandenburgicam, omnesque in ea successores, haredes & agna-  
tores in perpetuum, plane, ut de reliquis terris ipsorum hereditariis juris est, permanere oportet.  
Ratione tituli autem conventum est, ut jam dictus Dominus Elector cum tota Domo  
Brandenburgica, & in ea omnes Marchiones Brandenburgi, Duces Magdeburgenses &  
Principes Halberstadienses & Mindenses appellantur & scribantur. Ex his facile appa-  
ret, quo jure hac area in clypeo principum horum appetat.*

*Marchia  
& aquila  
Branden-  
burgica.*

§. vi. Quarta jam nos area vocat, argentea exhibens aquilam explicata am rubeam,  
cujus ala semicirculus in trifolia desinentibus distinguuntur. Chiffet. Insign. Eq. Aur.  
Vell. n. 128. ita enunciatur: aquila coccinea, rostro & cruribus aureis, alarum juncturis auro  
ad pectus colligatis (lie par les asturons. Quia tamen junctura in Electorali scuto repræ-  
sentari non solet.) Aliter describitur ex Ern. Brostoffo apud Th. Helsing. de Iur. ins. c. 6.  
P. 5. §. 4. m. 1. n. 732. p. 342. Henricus Auceps Marchia Brandenburgica rubram seu san-  
guineam aquilam, rostro inauratam in campo albo, cuius pectori falcata luna inheret,  
concessisse perhibetur. Aquila dicitur notare, quod Marchia ad Romanum Imperium per-  
ducta, falcata luna in iuridicione Christianismo in constantiam. Aquila vera color  
sanguineus, quod multo sanguine Marchia ad fidem perducta. Eadem vide apud Linne.  
jur. publ. 5, 7, 127. Ita & Cyr. Spangenb. Aldelsp., P. 2. L. 12. c. 29. p. 31. Und als Hans  
ser Heinrich Gr. Sigfrieden von Ringelheim zum Marchgraffen zu Bran-  
denburg machte, gab er demselben zu seinem vorigen alten Wappen / wegen seines  
amtes einen rothen Adler mit einem guldinen schnabel/ klauen und flügel seh-  
nen/ im weissen feld/ dadurch anzusehen/ daß er als ein Adler den feind über-  
ziehen/ und dessen blut nicht schöpfen/ sondern mit seinem schnabel weidlich  
auff ihn hacken/ mit den starken flügeln zu boden schlagen/ und mit den klauen  
in zaum und gehorsam halten/ und nicht zugeben soll/ daß sie diesen Sächsi-  
schen Adler wie den vorigen fränkischen Hähnen überwältigten und zer-  
rißen. Quid vero de hujus generis mysterio credendum sit, alibi diximus. Ceterum  
hac ave Brandenburgicam Marchiam Saxoniam, Anhaltino, Brunsvicensi, Megapol-  
itanu, Pomerano principatis, tum Polonia, Silezia & Lusatia circumdatam notari,  
dubium non est: nisi forte de hoc dubium esse queat, primùm Marchiæ, an familiæ,  
qua huic imperavit, hoc proprium sive sua fuerit? quod non semel accidisse videmus,  
ut nempe quod gentis insigne fuit, dein principatu acceverit. Marchio primus con-  
stitutus legitur ab Henrico Aucepe Sigfridus ex Witikindeis Wethinensis vel jux-  
ta alios Altenburgensis & Mersburgensis Comitibus: Hujus posteri ad abnepo-  
tem Theodoricum durarunt, quem Miltevoius Obotitorum & Heretorum Rex dejec-  
tit. Hunc secutus est Sigfridus II. quem Theodorici istius fratrem alii perhibent, alii  
ex Stadenis Marchionibus derivant: huic item ab Henetis pulso successit ex fratre  
nepos Vdo, & eo iterum natus Vdo, qui ob conpirationem adv. Henricum IV. Imp. à  
Pribislao Henetorum Rege expulsus est. Postea familiam Ascania gens principatu  
aucta, & ex ea Otto dives, Marchionatum Salisquellensem, in quem iam prætensionem  
habebat, natus est ab Henrico V. Filio Alberto Vro totam Marchiam Conradus III.  
vel Fridericus Barbarossa concessit. Hic perpetuis bellis Slavicam nationem attrivit,  
& vicissim Saxonicas colonias in Brandenburgicam & vicinas ditiones introduxit, unde  
ista ipsi primarium suum decorem debent. Pater fuit ex filiis Bernhardo veterum  
Saxoniz Ducum & Electorum, ex Ossone Brandenburgicorum. Duravit in ea stirpe  
dignitas



dignitas Marchionum & Electorum usque ad Waldemarum II. & Ioannem IV. fratres 1322. extintos. Itaque Ludovicus Augustus, Dux Bavariae, feudum vacuum prateritis agnatis, filio Ludovico seniori contulit, quem quidam molitor Jacobus Rebeck, Walde-mati nomen mentitus, diu exercuit: Post fratrem praefueret etiam Ludovicus junior cogn. Romanus & deinceps Otto. Hic Carolo IV. Imperatori 20000. aureis Ungaricis, indigno utique pretio, tantam regionem, vendidit Marchiam. A Patre ergo investitus est de illa Wenceslaus; & cum hic Augusti solium confendisset, Sigismundus. Iste patrueili Lodoco Moraviae Marchioni oppignoravit, iterum Wilhelmo duxi M. Misniae. Demum redemptam denuo Sigismundus Friderico V. ex Burggraviis Norimbergensi-bus contulit, initio 1411. quidem ut vicarius tantum Caesaris in Marchia esset; demum is 1415. vigil. Philippi & Jacobi conseniu reliquorum Electorum Constantiae ab eodem Marchio & Elector creatus est, ob merita, sumtus Caesaris servitio factos & Marchie eo-usque misere pericitatae tranquillitatem. Condicio ad haec adjecta erat, ut accepis 40000. Ungaricis aureis, vel si contingenter Fridericum prole mascula orbum decidere Marchia ad Lucenburgios rediret. Demum 1417. in Concilio Constantiae solennis investitura peracta. Ex eo tempore aquila plures prius pervagata in nido hoc mansionem constantem sibi fixit, quam nunquam, si quid in rebus humanis perenne, deserta sit. Nam ab hoc Friderico inter Marchiones primo modernus Serenissimus & Potentissimus Elector Fridericus Wilhelmus decimus est, successione semper à Patre ad filium transmisus, nisi quod Friderico I. duo filii successere Fridericus II. & Albertus, quorum hic ad nos usque sterna produxit. Ceterum uti ali principes in communicatione insignium suorum gratiosos sc̄ civitatibus subditis demonstrarunt, ita & ex Marchio-num suorum gratia civitates Marchica aquilam hanc plures gestant apud Cyr. Span-genb. l. c. ex Christ. Enzelio. Angermunda integrum sine mutatione, Stendalia etiam integrum duobus simaragdis insistentem (postea data dimidia, cum 4. hordei grana.) Neapolis Saltuvedelia, cum duabus clavibus, quas unguibus tenet, Paleopolis Soltuvedelia, dimidiata cum clave. Seehusa, coronatam, Osterburg monti insistentem, Werben-a lunæ insistentem, quod ex ea urbe potissimum oppugnati Vinidi, Garlebia dimidiata, cum 3. perticis lupulo vestitis.

§. vii. Proxima area apud Furstium (nam §. 4. monuimus, ex quo supremo im-Borussia. perio Borussiam elector tener, hunc laterculum ordine tertium collocari.) itidem argen-tea aquilam defert nigram cuius, ala similibus semicirculis aureis trifoliatis & pectus lite-ra S, itidem aurata, onerata, tum collum insertacorona ejusdem metalli conspicitur. Alibi corona minio tingi, & literam S argento scribi vidi. Hoc Hieroglyphico Prussia c. Boruf-sia, (quam hinc mare, istinc Pomerania, Polonia, Mazovia, Lithuania, Samogitia clau-dunt) denotatur. Borussia haec principes proprios habuerat, in quibus memoratur quidam Vedenetus 12. habuisse filios, ob quos in totidem Ducatus divisas sit. Cum vero Bo-russi adhuc pagani Conrado Mazoviae Ducigraves essent, hic Equites Tentonicos s. Cru-ciferos, in auxilium eā conditione advocabit, ut ordini cederet, quicquid gentilibus ex-torsuri essent. Cum ergo provinciam 1226. ingressi essent, non ita diuturno tempore totam ferè occuparunt, unde ordinis Magister ipse sedem Marienburgi fixit. Ex eo Li-thuanos aggredi perrexerunt, & Jagelloni etiam, qui dein Uladislai sumto nomine Po-lonus rexit, bella aliquoties moverunt, sed anno 1410. duobus cruentis præliis ad Grunewaldiam & Danneburgum attriti, tandem à Casimiro Rege ad eas conditiones adacti sunt, ut Polonis superior Borussia cederet, reliqua beneficio Regio Equitum eorumque Magistri esset. Sed Fridericus Saxoniae Dux ordinis Magister fiducia Maximiliani Au-gusti, iuramentum fidelitatis Poloniæ Regi præstatore detrectavit, unde ad fratrem se re-cipere coactus est. Post hunc Albertus M. Brandenburgicus itidem Magister Equitum, cum similiiter homagio regi obstringi negaret, bello 1521. petitus est, sed in quadriennium obtinuit inducias. Haec cum exspirasset, & ab Imperio auxilia (quibus im-petrandas in Germania tres annos exegit) expectare non posset, ordinibus etiam pro-vinciaz pacem & cum ea Evangelicam Religionem expetentibus, Regi avunculo se sub-misit, parte Borussiæ in feudum, Ducatus nomine ad heredes transmittendum, accepta, parte Regi reliqua (conf. Sleidan. L. 5. p. 142. Thuan. l. 1. p. 57. & L. 43. p. 651.) Unde ordo alium Magistrum Waltherum de Cronberg ipsi suffecit, qui in plerisque Comitiis gravi-ter eum accusavit, donec tandem Albertus, postquam ab Imperatore transactio rescis-ſa 1530. proscriptus eretur ab Imperio (conf. Sleidan. L. 7. p. 200.) Polonici autem legati ab-oliti-



ditionem proscriptio*nis* in pluribus Comitiis usurperunt, in primis anno 1548. (vid. *Sleidan.* L. 20. p. 605. ubi causa momenta utrinque allata.) Manet tamen sententiam tuendam esse, sed executio nunquam suscep*t*a est. Patri successit Filius *Albertus Fridericus*. Cum vero ille in ipso nuptiarum apparatu in mentis ægritudinem incidisset, quæ nulla medicina tolli potuit, *Georgius Fridericus* patrue*lis* Curator constitutus est, dein eo mortuo *Ioachimus Fridericus* & post patrem *Ioh. Sigismundus* curatela eandem gessere. Demum, licet initio feudum tantum Alberti posteris & qui ex fratribus ejus *Georgio, Casimiro, Joanne* nascerentur, destinatum fuisse, Alberto Friderico Electoralis Domus alio jure successit. Cum enim Alb. Fridericus *Sigismundo Augusto* Lublini in conventu regni generali 1569. homagium præstaret, Elector obtinuit, ut nuncii sui vexillum attinigerent: Imperata etiam duo Privilegia ab eodem, unum *Petricovia* 1556. alterum *Lublini* 1569. quorum vigore *Ioachimus* Elector ad *Ducatum Prussiae* & nuncii illius à contraria vexilli non prohibiti. Quamvis autem super eo nuntiū terrestres protestatis, nihil illa contradictione effectum est. Alberto Friderico mortuo *Joannes Sigismundus* Elector pro se & 4. fratribus germanis novum feudum à *Sigismundo III.* impetravit, exclusis reliquis Marchionibus, quibus dein pactis *Bridgofienibus* idem jus impetratum est: Cum in illis Rex Poloniae pro se & successoribus suis officia promiserit apud regni comitia interponenda, ut casu caducitatis existente etiam illi Marchiones aliis preferantur, & ad successionem ducatus admittantur, sub iisdem feudi conditionibus. Cum vero eouique Borussia feudum Poloniae fuisse, ultimis pacificis tractatibus supremum regionis *Dominium* Elector impetravit. Portosicut litera S aquila inscripta (nisi me conjectura fallit) *Sigismundum R. Poloniae*, à quo Ducalis titulus datus, notavit, unde in recentioribus observavi loco litera S, legi JC (literas iniciales nominis *Joh. Casimiri Regis*) ita postquam non dependenti à Poloniae Regibus iure familia principatum tenet, litera illa nunc omittuntur. Limne illa sunt *Iur. publ. addit. ad L. 5. c. 7. n. 127. p. 391.* Viramque literam S & C. vidi, & credo S significare *Sigismundum*, quā literā utuntur *Marchiones Onoldini & Culmbacenses*, quorum majores a *Sigismundo* rege de *Prussia* Ducali investiti fuerunt. Litera C autem mihi videatur significare *Casimirum*, arbitrorque Electorem Brandenburgensem antehac solitum exprimere literam initialē Regis, à quo ipse investituram suscep*s*et.

**Clivis.**

S. viii. Hunc excipit laterculus *Clivius*, qui coccineus 8. sceptra liliata in cruce & decussim (kreuzweiss und überrech) disposita, aurea continet, ut aliqui vocare amant, acht gelbe Lilienstäb (Sceptra haec quidam vir nobilis apud *Teschenm. annal. Inl. Cliv. P. 2. p. 184.* illis distichis) excoluit:

*Sceptra suis sceptris, adjunctas urbibus urbes,  
Arcibus atque arcis, cerne pagosque pagis.  
Hec concrescentis patria est illustris imago,  
Hac sunt Cliviaca sceptrigera arma domus.  
Instituta has colligit opes, pietasque regentis,  
Distractas havis impetasque dabit.)*

*Chifflet. inf. Eq. A.V. num. 47. ita enunciatur: Laterculus coccineus, scutulo argenteo in corde impressus, carbunculo radiato aureo, nodato, liliato & smaragdino medio instrueto, in rotam aream protensa. Vel Gallicē. De queules ann ecusson d'argent en cœur, au rai d'escarboucle pommeé & fleuronné d'or, allumé de sinople, brochant sur le tout. Aliis formulis describit Stephanus Pighius: Cypus purpureus est coloris, inque ejus umbone medio pyropus rotundus (carbunculum appellant faciales nec temporis.) Solis globum referens, & octoradiis trifulcis fulgens. Hieroglyphicum id esse vuln. Aelii Gracilis, qui stirpis, quam Aeliam à sole nuncupatam ajunt, originem ita designat constituerit. Sed qui meminerit, figuram hanc aliis etiam in scutis non insolentem, ad fabulas recurrere nolet. Hoc emblemate *Clivie principatus*, Geldria, Juliacensi & Montano Ducatis, Colonensi Archiepiscopatu*m* atque Westphalia cinctus designatur. Habuit ille tractus suos Comites peculiares; ant tamen æque veteres uti traditio habet, viderint quibus id curæ est. Traditur enim quidam *Elias*. *Heltius* s. *Aelius*, *Gratius*, *Grains* s. *de Graill* incertæ originis (aliqui enim fabulose ex paradiso terrestri eum accersunt). *Steph. Prodigius* ab *Aelio Gracile* apud *Tacit. L. 13. Annal.* in Gallias missio, derivat, *Ioh. Tarcus Registr. Clivensis* ex *Helvetiis*, s. opido Cleve hod. *Clavenna*, vel castro nunc monasterio *Paradiso* in finibus Turgoviae, advocat, *Petrus à Streithagen* *Eliam Graum* percussorum *Justiniani Imp. 711.* unum facit, qui è *Gracia* profugus ad *Carolum Martellum* venerit. vid. *Teschenm. annal.**



*ul. Cliv. P. 2. p. 104. 105.)* comitatum hunc obtinuisse ab uxore Beatrice Theodorici antiquioris beneficio Francorum Clivia Com. filia, & 732. vivis excessisse. Ab eo vero reliquos Cliviz & Teisterbantii Comites deducunt. In primis celebratur Balduinus, qui seculi noni principio floruerit, & Eberhardum atq; Robertum generit, de hoc §. 2. vidimus, quod satator creditur Teisterbantiorum, Heusdanorum, & Altenensem s. Marcanorum. Ab Eberhardo reliqui descendenterunt, qui Clivis praefuerunt, ad seculū usq; 14. Hujus principio Theodoricus Comes tres reliquit filios, Ottone, Theodoricum (quem diversa numerandi ratione nonum rectius alii, aliud decimum vocant) & Ioannem. Hi ordine praefuerunt Comitatu, & Joannes quidem ante Canonicus, ultimus 1368. vivis excessit, nulla ex duabus uxoris suscepit prole. Majores vero fratres Otto, Irmgard, Joh. Arculeo Dn. Heusdæ, & Theodoricus Margaretam s. Mariam Adolfo Comiti Marcano nuptas reliquerant. Tum soror eius gerinana Ottonis & Theodorici Isabella s. Irmgardis ex Gerhardo de Horn & Patweyis sobolem suscepit. Inde Arculei, Marcani, & Parvus vissu Cliviam tibi vindicabant, sed cum hi Marcanis ius vendidissent, Arculeis etiam isti prælati sunt, & sententia Caroli IV. Comitatus Adolfo (qui prius Episcopus Monasteri & Archiepiscopus Coloniensis electus fuerat) adserit. Hic Adolpus & reliqui Marcani à supra memorato Roberto deicendebant, atq; adeo Cliviorum agnati (i traditioni fides) erant. Adolphi filius patri avunculus ab Imp. Sigismundo in Concilio Constantiensi 1417. Dux Clivie inaugurus est, & Maream suam cum Clivia perpetuo univit. Filius ejus Joannes fuit, nepos Joannes II. Illi à conjugi Elisabetha Burgunda præter hereditatem Comitatum Nivernensis & Reteli, quos ex secundo filio Engelberto prognata linea in Gallia retinuit, prætentio in Ducatum Brabantum, atque Limburgensem, & Marchionatum Antverpiensem (led ob potentiam adversarii Philippi D. Burgundie effectum non sortita.) Huic à Mechtilde Hassiaca prætensio in Comitatum Catimelboensem allata est; quam filius Joannes III. Nassoviis vendidit. Porro Joannes II. cum Wilhelmo Duce Juliacensi unionem & confederationem 1496. m. Novembri iniit, coniugio Joannis Clivensis & Matris Juliacensis utriusque liberorum confirmandam, sed etiam illo non secuto, mansuram principatus utriusque bono. Hanc multis articulis constantem suis figiliis munierunt nobilitas & civitates. Eodem die pater dotaliter inter Joannem II. & Mariam inita sunt, & ut intra 15. ætatis annum nuptiae celebrentur, conventum. Porro Mariam privilegio Spiræ 1508. 29. Apt. dato, abrogatis prioribus indultis in gratiam Saxonorum Ducum à Friderico 1483. datis & ab ipsomet 1486. & 1495. confirmatis, Maximilianus Imp. ex singulati gratia successionis, ne principatus divellerentur, capacem fecit, & idem 1509. 4. Maji confirmavit, abolens si que in contrarium data essent: Und ob durch Weiland uns ein liebē Herrn und Vatter Kanter Friderich L. G. in seit seines lebens, umb fälligkeit willen vorberührte 2. Herzogthum und Graffschafft, auf jemand emigeren expectanz, zusagungen oder verschreibungen gegeben und auf gegangen ware, wollen wir das dieselben gang fräsiloh unbündig und nichts auch vorgemert unserm lieben Obern und Künsten/ S. L. tochter und ihren männlichen leibeserben an obberührten freiheten und gnaden/unvergriffen und unschädlich seyn: und dem keinen mangel/abbruch oder verhinderung bringen oder thun sollen/ in keinem weg, dann wir dieselben erpectansen, zusagungen und verschreibungen/ hemit aus beveglichen ursachen/jeso als dann und denn als jest/ ganztlich abthun/ als viel wir zuthun macht haben.

S. ix. *Wilhelmus Joh. III. & Maria natus novum videbat principatum avitis adiectu-* *rus, à Carolo ex Egmondanis Duce Geldria heres scriptus & ab ordinibus mox vocatus,* *mas Dux* *Civiz &* *Cum successionē Carolus V. Imp. confirmare detrectaret, amicitia Gallorū fretus, reti-* *nere tamen decrevit; etiam cū Imperator in Africana expeditione submersus dicteretur,* *ultro Belgis manum inferens. Adversus Mariam Belgio fraterno nomine præfectam bel-* *lum non omnino impropperum: sed Caroli vim sustinere non potuit Wilhelmus, atq; 1543.* *supplex Cæsari factus, Geldria relicta gratiam & sua recepit. Ita cū à Gallicis partibus se-* *cedendum fuisset, prius sibi desponsatam Joannam Reginam Navarræ, conjugē obtinere* *non potuit, itaq; 1546. Mariam ducit Ferdinandi I. tum R. om. Regis filiam, & eod. ann. 19.* *Jul. pro ea à Carolo Imp. privilegiū nanciscitur, quo, si masculi hæredes deficeret, ad iuc-* *tionem Principatum Wilhelmi & Matris filiæ, quas genuissent, & ex una vel pluribus* *nati hæredes horumq; masculi hæredes vocabantur atq; investiebantur. Nati quidē fue-* *rant hoc matrimonio Carolus Fridericus & Joh. Wilhelmus, ille (ut Thuan: L. 6. p. 148. verbis* *utar.) Princeps rara indole & virtutibus, que brevis & vi curriculo cœclusa fructus tantæ ex- Cōtrover-* *peccatione dignos non tulerunt, non nisi 20. annos exegit. Hic à parentis morte ditiones siade dioto-* *nibus Julia* *texit, & 1609. 25. Mart. vivendi finē fecit, atq; adeo Cliviorum masculam gentem clausit.* *co-Clivis* *Joh. Wilhelmo mortuo casus privilegii Mariæ Austriacæ à Carolo V. concessi extitit, & post Joh.* *Wilhelmi exinde Ser. Elector Brandenb. ab uxore Anna, Mariæ Eleonoræ Wilhelmi Clivensis primog. monente,*



& Alberti Friderici M. Brandenburgici D. Borussiae, filia successionem sibi ut potuit vindicare conatus est: successioni vel contradicentibus vel simuladmitti potentibus Saxonis, Comitibus Palatinis linea Neoburgica & Bipontina, ex Comitibus Marcanis linea Lubliensis, Lumayana, Domo Nivernensi. Sed aliqui ex his competitoribus item deseruerunt.

**Jus Brandenburgicum illis titulis confirmatur.** 1. *ditionum consuetudine.* Cum Provincia Belgicae & ditiones controversiae maximam partem sint allodiae, reliqua feuda communia & hæreditaria, de quibus possesse & inter vivos & mortis causa disponere potuerint. 2. *majorū ordinationibus,* pactis hæreditariis & successoriis. 3. *Primogenitura ejus;* quia primogenitus filius (atque adeo etiā filia) excludat patrum (& mater teram) jam vero Annarepræalentem marrem, postquam successio ad sorores transire nequeat, dum ex ipsa descendentes supersint, ad quos ius primogen. ab ipsa nativitate competens transierit: cum etiam ex communione non sit in successione secundo locus, dum aliquis ex primo superest. 4. *Imperatoris concessione.* Quia antiquum unionis 1496. initae pactum Ferdinandus I. Imp. confirmarit, atq; ita quoad linea aliqua durat, ditiones inseparabiliter debeant coniuncte manere: Quia nomen linea temellas etiam includat, tanto magis quia unio à femella Maria caperit: & rogans Dux Wilhelmus 1559. quo impetrata unionis confirmatione, unicum tantum habuerit filium, cuius causa opus non fuerat isto privilegio: quia etiam concedens Imperator aequo neptes ac nepotes dilexerit. Tūquia in privilegio Carolino par Imperatoris affectus fuerit in neptes superstites, ac præmortuas filias, quāratione filiarū nomine etiam neptes intelliguntur. In primis quoniam Carolinum: privilegium non nisi declaratio sit juris per se filiabus fulgentibus competentis. 5. *Pactis dotatibus,* quæ 1573. inter Albertum Fridericum & Mariam Eleonoram conclusa. Nam fuisse in potestate Wilhelmi impetrantis, privilegio etiam non uti, quod in Borussicis illis pactis fecerit: tum reliquisse Mariam Eleonoram maleolum nepotem Georgium Wilemum: tum pacta consensu Cæsarei legati conclusa, & ad ea ab Imp. confirmationem oblatam: in illis vero successionem Duci Borussiae & omnibus eius hæredibus indistincte promissam esse. 6. *Sororum renunciatione,* quæ a scientibus facta, valida sit.

**Succensus  
juris & pa-  
tientia.** §. xi. Hisce juris titulis nisi Brandenburgici successionem sibi asserere conati, sed cum alii in primis *Palatinus Neoburgicus* obniterentur, modo pactis, modo armis actum est. Initio 1609. ultima Maij mediatore Landgravio Mauritio inter Brandenburgicos & Palatinos prima pæta *Tremone* inita, ut amicis in vicem agerent, & una consulerent publico bono: suo jure utriq; parti servato. 1612. ad armates spectavit, cū Palatinis Hispani, Batavi Brandenburgico operam navarent. Sed 1614. *Xantensi* tractatu plurium Principum intervenitu decreta aequalis ditionum inter duas partes divisio. Sed postea denuo bellis involutæ provinciæ. Demum 1629. 9. Mart. *Duislidorffii* pacta nova inita inter Domos Brandenburgicam (cujus nomine agebat Adamus C. Schwärzenbergius Magister ordin. Joann.) & Palatinæ. Hæc in 25. annos nisi interim de tota re conveniretur, inita erant, & de divisione provinciarum statutum. Cum vero ob electionem novâ orientur difficultates, 1630. mediantebus Batavis ita conventum, ut Elector his 25. annis *Ducatum Clivensem & Comitatum Marcanum* totos, *Palatinus Iuliacensem & Bergensem* Principatus cum Dom. *Ravenstein & Breskant* iridem totos possiderent, *Ravenbergius* autem Comitatus communis esset. Tum extera præsidia, paucis exceptis, deducta sunt. 1644. iterum dissidere cœperunt. Dominus hæc, cumq; multa ultra citroq; aucta essent, & ad armam jam deventum 1648. 8. Apr. novâ transactione prius divisorium pactum confirmatum est, sed ut Brandenburgicorum esset totus *Comitatus Ravenbergius*. 1648. in Pacificatione *Osnabrugensis* §. Quia vero etiam causa hæc controversa ad ordinarium processum volamibilem compositione leposita est. Demum cum ex eoc etiam sepius dissensiones ortæ essent, 1666. plene res composta est inter Serenissimos Electorem Brandenburgicum & Com. *Palatinum Neoburgicum*, penes hunc *Iuliano & Montibus, Clivia, Marca & Ravenbergo* penes illum manentibus, & *Ravensteiniensi* causa ad arbitrios remissa, quæ tamen postea alio modo est composta.

**Burggraviatus No-  
rimb ergensis.** §. xii. Jam proxima area nos vocat aurea deterret leonem nigrum, rubet corona singula & foliulis, margine ex minio & argento angularibus composito (bordure componēte.) *Linn. Iur. Publ.* addit. ad L. 5. c. 7. n. 127. p. 391. vocat rubras & albæ sectiones. Roth und weiß abgetheilte rauten. Solet alias margo ejusmodi subdilectionis nota esse (brisure) an vero hoc loco talis etiam haberi debeat, alii viderint. Si quando etiam sine hoc margine aliqui gelissent, conjectura dubia non amplius esset. Notatur hoc symbolo Burggraviatus Norimbergensis, cui aliqui olim columnam attribuere voluerunt, origini *Columbiæ* denotandæ. Ceterum hæc quoque dignitas noua in una semper hæbit famili-



**sit familia:** De antiquis Burggraviis patrum mihi constat, nisi quod ante Zolleranos ex *Vohburgiis* Marchionibus eos fuisse & ultimum nomen *Eberhardi* habuisse, lego. Primus è Zolleranis fuit *Fridericus*, qui Rudolpho Habsburgico primus Imperiorum axiomatici nuncius fuisse, & ob olim navatam operam principatum hunc vacarem obtinuisse dicitur. Patre natus fuit *Erfredericus* (nonnemo Conradum vocat) matre *Rudolphi sorore*, quam *Agnem Reineccius*, *Elisabetham Henninges* & *Raucherus*, *Zimmetheuser Clementiam*, *Bucelinus Martham* (vix alibi de ejusdem persona nomine tam varia traduntur) appellant. Communi traditioni *Limneus* se opponit *Iur. Publ.*, §. 7, 3. & diplomata Imperatoria allegant, quæ Blaissenburgi in Archivo Brandenburgico asserterventur, & longe ante Fridericum familie hujus Zolleranæ *Burggraviam Noricum* fuisse doceant. (Ita & *Zimmetheuser* duorum *Gothofredorum*, qui ex Zolleranis fuerint Burggravi Norimbergici, meminit, ex quibus filius vixerit 1158 dem *Conradi I.* qui Burggr. Norimb. fuerit 1168. 1200.) Unde verius esse credit *Limneus*, Rudolphum Burggraviam Friderico confirmasse, quam primum contulisse. Verum ibidem & §. 4 sequenti, *Fridericum* hunc ex Burggraviis primum, cum alio Friderico IV. illius præcepote confundit, nisi quadam operarum incuria ibi omisla opinari licet. Nam *Fridericu I.* quibz uxore *Elisabetha Merania* etiam *Berythum*, *Cadesburgum*, & alia nonnulla, nec non ius in *Burgundiam* (quod deinceps vendidit) naetus est, succedit filius *Fridericus II.* quittidem non pauca ab Oetingensibus, Holtenloicis, Castellanis & Heidecanis emit. Hoc natus *Ioannes Culmbacum*, *Blassenburgum* & alia ab Orlamundanis emit: sed *Heldburgum*, *Hilperhusam* & *Eisfeldam* ab uxore *Elisabetha Hennebergica* allata filia *Margareta*, cum Balthasari Landgravio Thuringiae nuberet, concessit. Inde sequitur *Fridericus IV.* quinti, qui primus Marchio & Elector Brandenburgicus fuit, pater. De hoc §. 6. diximus. Isest qui Norimbergenibus atcem & varia juta vendidit, cum ob Marchiam obtentam præsentire ei opus esset, servatis titulo & aliis iuribus: *Mit vorbehalt des Tituls / geistlicher und weltlicher lehen / des Landgerichts / des Burggraffthums / der wildbahn / und geleit außerhalb der Städte und anderer Regalien mehr.* conf. *Limn. Iur. publ.* 4, 8, 84. Cautum Burggra. iausus *P. Bert. Comm. Rev. Germ. L. 3-p. 63t.* hanc adscribit: quod in Castro Norimbergensi aliquando receptum habuerint, qui pradas in itineribus Hercynia agerent: ob quod ab Imperatoriibus *Conradis* & *Henricis* aliquoties Castellum cum arce expugnatum & directum sit. Tude tandem Imperator ipse coloniam veteranorum in arcem deduxerit, qui communia à arce urbi surgentipræsiderent, & circumiectum nemus à latrociniis purgarent, studiosis id per Burggravium curans, ut neque Noricis vis inferretur, neque ipsi alias vim inferrent. Itaille,

**S. xiii.** Hæreole sunt primi ordinis, jam ad secundam lineam trahimus, in qua præter medium feuerum quatuor quadrati laterculi conspicuntur: Primus *aureus* *gryphum nigrum*, alter *cerulicus gryphum coronatum rubeum unguibus aureis*, tertius *argenteus gryphum coccineum cruribus & rostro aureis* (alas aureas etiam juber esse *Linn.* *jur. publ. addit. ad L. 5. cap. 7. §. 127. p. 592.* quod tamen in usu non est,) quartus *argentatus gryphum rubris & prasinis tenuis distinctum* continent. Primum, *Cassubie*, alterum *Stettinensi* principatui, tertium *Pomeraniae*, quartum *Vandalie* tribuant. Omnes insigne credo gentis *Gryphiorum*, qua in illo terrarum tractu inter *Vistulam*, *Megapolenes*, *Brandenburgicos* ac *Balticum* mare comprehensio summat rerum potita est, & vel ab hoc avito signo nomen sumvit, vel illud nominis denotando adscivit. Unde tot nomina *Gryphisrvaldia*, *Gryphenberga*, *Gryphenhagia*, &c. Ceterum quod vario colore *gryphum* pinguit, inde factum arbitror, quia subinde plures fratres idem gentile insigne coloribus variare necesse duxerunt, more de quo *P. l. c. 8.* diximus. Postea cum singulis suz portiones date sint, ut *Genealogiam Ducum Pomeraniæ* inspiciunt cui vis in pro- patulo est, quod personæ fuerat δέρμα, paulatim ditionibus dari cœpit. Inde tot gry- phos variis dominii, sed tunc familie parentibus, datos vix dubito.

**S. XIV.** Illustrande huic & sequentibus arcolis facit historia *investituroe Pomeranice*, quæ extat apud *Goldast. Polit. Imperial. P. 6. n. 3. p. 361. 363.* qua 1520. in comitiis Augustanis à Carolo V. Duces Pomeraniae investiti sunt, prolati 10. vexillis. quo rum primum dicitur vexillum sanguinem s. imperii desf Reichs Blutsahn. Alterum Sedinense, tertium Pomeranicum, quartum Cassubia, quintum Vandalia, sextum Barthicum, septimum Rugium, octavum Wolgastense, nonum Butz covianum, (vid. num. 26.) decimum non exprimitur, sed ex illis quæ deinceps sequentur, clarum fiet. Ita Pomeranica insignia totidem arcolis constant in Wapenb. P. 1. P. 7.



**Gens Gry-  
phia.  
Quatuor  
gryphos  
cum ori-  
go.** §. xv. Porro ipsius familiæ *Gryphæ*, quæ Pomerania tot seculis imperavit, originem ali Svevis antiquis, alii Gothis, alii Polonis tribuerunt: Si quæ sententia alii præferri meretur, illam mereri existimo, quæ cum *Vandalica Megapolitanorum* gente eandem credit, ut *Misterio* famigeratissimus Rex Vandalorum & Saxonum terror, præter *Vdonem* megapolensem satorem filios habuerit *Ratiborum & Bogislauum*. Bogislaus natus est *Ratiborus*, quem misclaus Rex Poloniae victum ad religionem Christianam adegit: sed qui cum metus cæsaseret, in libertatem se iterum vindicavit, & cum hostibus eundem habere Deum renuit, ad gehitem idolatriam relapsus. Fuere ejus quatuor filii omnes Christiani, quorum *Wartislaus & Ratiborus citeriorum seu occidentalem*, *Svantopulus & Bogislaus ulteriorem seu orientalem* Pomeraniam sortiti sunt. Si quis in hoc arguento conjecturis locus, uti esse reor, differim ab his 4. fratribus quatuor hos primos gryphos gestatos. Certè *Bogislaus Cæsubianus* non modo tenuit, verum etiam ad polteros transmisit. *Ratiborus Stetinensis* habuit principatum, & post eum filii ac nepos, *Wartislaus Cæsimiri* ac *Bogislaus* pater fuit, qui n. 18. à Friderico I. Imp. ut Pomerania Duces in fidem accepti sunt, atque adeo Pomerania d. 17. illi potuit apartari; pro *Svantopulo* restaret *Vandalia*, quo nomine dixerim partem eam ulterioris Pomerania dictam, quæ *Cæsubia* adjacet, & *Pomerellia* deinceps appellata est. Vidi etiam in titulo loco *Vandalæ Slavie* nomen alii cubi usurpatum.

**Cæsubia.**

§. xvi. *Cæsubiam* quod concernit, quam intelligi ordo juber, ea in posteris *Bogislai* diu hæsit, donec 1295. morte *Mestovini II.* qui tantum filias generat, mascula progenies deficeret. Inde Poloni non morati, quod *Mestovinus* agnato *Barnimo Barnimi I.* Ducus Pomerania filio eam donasset, ditionem invasere, sed resistenteribus Pomeranis. Inde *Byzantium Lusatia & Lauenburgum* in *Cæsubia* præfecturas, quas à cruciferis Borussis *Ericus II.* armis sibi allercere coactus est, hi à Poloniæ Regibus feudo accepérunt, & quidem *Georgius* ac *Barnimus* ab avunculo *Sigismundo* tege, perpetuum fœdus cum Polonis pacti. Unde ex eo tempore semper investitura concessa, quam tamen in persona petere non obstrici sunt. Demum feudum cum extinctum cum mascula gente videretur, Elector Brandenburgicus iterum à Polonis obtinuit.

**Duc. Ste-  
tinensis.**

§. xvii. *Stetinensis* seu *Stettinensis* principatus nomen à civitate totius Pomerania principiæ ad Viadrum sita sortitus est. Fuit in potestate *Wartislaus II.* qui *Bartholomæum* filium habuit, dein ex *Wartislae I.* postris *Barnimus I.* filios habuit, præter *Barnimum* qui *Mestovino II.* in *Cæsubia* succedere debebat, *Othonem* atque *Bogislaum IV.* quorum hic *Wolgastensis* principatum, seu quæ deinceps sola citerior Pomerania dicta est, illæ *Stetinensis* obtinuit. Inde ab *Othono* nova linea ducum *Stetinensis*, inquisibus *Barnimo Magno* *Otonis* filio diu bellum fuit aduersus Brandenburgicos Marchiones, demum licet sepius viator consensit, ut casu deficientis proliis Brandenburgici in principatum succederent, sed *Vicariam Marchiam* sibi servavit. Defecit denum linea in *Barnimi M.* abneptio *Othono III.* qui peste 1464. abruptus est. Inde materia belli: *Agnati Wolgastensis* linea agnationis iure successionem sibi vindicabant, sed cum ægre probari posset series familie & agnationis gradus, in illa rerum genealogicarum, uti seculum cerebat, imperitia, hic enim titulus non æque clare videbatur demonstratus. Pro Brandenburgicis stabat pactum *Barnimi M.* & Imperatoris *Friderici III.* qui *Friderico II.* Electori feudum contulit, auctoritas. Cum *Fridericus* Elector Pomerania à 13. principibus confederatis adjutus invalisset, non tantum sua & recentem successionem defenderunt strenue *Wartislae X.* & *Ericus II.* fratres, sed & *Marchiam excursionibus* populati sunt. Demum *Cæsimiri Regis Poloniæ* interventu de pace convenit, ut Brandenburgicis *communio insignium & titulorum* concederetur. Postea 1471. *Albertus Elector Brandenburgicus* obtinuit à Pomeranis, ut *Stetinensis Ducatum à se infeudum acciperent, servatis insignibus, titulo & quæ occupaverant locis;* quæ transactio à *Friderico Imperatore* confirmata est. Cum dein *Alberto Bogislaus X.* totius regionis heres homagium negaret, denuo ad arma deuentum, ut à *Marchione Pirizi Bo-gislaus* ob sideretur; sed elapsus collegit copias atque *Marchiam* vastavit. Sed lis deinceps composita, cum *Dux Margaretam* Brandenburgicam uxorem duceret. Deinceps *Georgius Dux* 1528. *Grimnizii* cum Brandenburgicis ita transfigit, arbitris *Erico D. Brunsvicensi* & *Alberto D. megapolitano*, ut Pomerani à *Cæsare* investirentur, sed *Marchio-*



marchionibus simultanea investitura, & quoties homagium Ducibus praestaretur, iuramento successio in casum futurum firmaretur. Unde in allegato §. 14. loco Goldst., p. 362. videre est, cum Georgius & Barnimus investituram peterent, qua ratione brandenburgici sibi caverint. Verba ita habent: *Quo factō Elector Brandenburgicus jūgens, & ad solūm Imperatoris Majestatis progressus, oratione ad Imperatorem conversa, in hanc fere sententiam verba fecit: Celsitudinem suam feudum ac regalia Ducibus Pomeranicis nunc à Ces. Majest. confiranda, nullo modo probare aut rata habere posse, nisi transactio illa à Cesarea Majest. confirmata locum suum habeat, diserte affirwans, se jus illud unumquodque vexillum cum ducibus Pomeranicis tangendi, & que sit juris essent, à Cesarea Maj. state accipendi, sibi integrum & reservatum velle. Quia Electoris Brandenburgici oratione finita, de jussu & voluntate Ces. Majest. Elector & Archiepiscopus Magoninus per sacrum Romanum imperium Archicancellarius Electori Brandenburgico respondit, Ces. Maj. statem protestationem illam accipere, & secundum eam rem omnem actram esse.* Quia responsione Elector Brandenburgicus contentus sessionem suam vicissim occupavit. Deinde Georgius Brandenburgicus, & cum eo Doctor guidamus eam principum prodiens & Ces. Majest. solūm accedens, per Doctorem etiam fuit protestatus, ac protestationem illam scripto comprehensam Ces. Majest. Archigrammate obtulit. Quia protestatio, ne Principes regalia & ditionum suarum inaugurationem solennem à Ces. Majestate petentes impidirent, ita fuit accepta, ac si publice prælecta, & de scripto recitata fuisset. Contra quod scriptum Elector Brandenburgicus statim protestatus clara & sonora voce dixit, se eam patruelis sui Georgii Brandenburgici protestationem imaginariam extenuis tantum accipere, quatenus C. I. sua & Electoratus Brandenburgici jurisdictione nihil detraheret aut derogaret. Atque ita Electoris Ioachimi & Georgii Brandenburgici actio fuit finita. Deinceps refertur pag. 363. quod, cum ducibus vexilla ut tangerent porrecta essent, Elector Brandenburgicus, ut antea de consensu in feudum à Ces. Majest. Ducibus Pomeranicis conferendum protestatus erat, sessionem suam relinquens, unumquodque vexillum tetigerit.

§. xviii. Cum Bogislaus XIV. Dux Pomeranie 1637. morte sua totam familiam successio inter mares clausisset, exitut conditio; atque ita Brandenburgici jure ad tunc Pomeranica. cessionem vocabantur: sed quod tum flagrabat bello, ut possessionem adi. Pacis Orent, impediabantur. Demum pace Osnabrugensi, num. II. illud constitutum: ab Regia quoque Majestas Svecia restitutus Domino Electori pro se & successoribus suis habet redibus atque agnatis masculis. Primo reliquam Pomeraniam ulteriorem cum omnibus dispositi- appertinentiis, bonis & iuribus, scularibus & Ecclesiasticis, pleno jure, tam quoad do- minum utile quam directum. Deinde Colbergam cum toto Episcopatu Camineni, omniq[ue] jure, quod ulterioris Pomeraniae Duces hic usque habuerunt in collatione præ- turarum, & præbendarum capituli Caminenis; ita tamen, ut salva mancant jura Regiae Majestatis Svecie supra concessa, atque ordinibus & subditis in restitutis partibus ulterioris Pomeraniae, Episcopatu Camineni competentem eorum libertatem, bona, iuris & privilegia, secundum tenorem literarum reversalium, quibus etiam ordines & subdi- dicti Episcopati gaudere debent, ac si iis directe ducissent) cum libero Augustiniane Confessionis exercitio, juxta inviatam Augustinianam Confessionem, abs. jucundus per- turbatione perpetim fruendocirca homagii renovationem & protestationem omni meliori modo confirmet & conservet. Quod vero ulteriorum Pomeraniam attinet, ea in satisfactionem concessa est Svecice & coronæ illis verbis: Cesarea Majestas de consensu Elec- torum principum & statuum imperii, cum primis interessatorum vigoreque praesertim transactionis, concedit eidem Scenissima Regina & futuris ejus hereditibus ac successoribus regibus regnoque Svecie sequentes ditiones pleno jure in perpetuum & immediatum imperii feudum. Primo totam Pomeraniam citeriorem, vulgo Vor-Pommern di- citam, una cum insula Rugia, iis finibus contentas, quibus sub ultimis Pomeraniae Ducibus descriptæ fuerant; Ad hec è Pomerania ulteriori, Stetinum, Gartz, Dam, Golnau & insulam Wollin, una cum interlabyente Oderâ & mari vulgo das frische Haß vocato, suisque tribus ostiis Pein/Schwieni/ & Dievenau atque adiacente utrinque terra ab initio territorio Regii usque in mare Balticum, cù latitudine littoris orientalis, de qua inter Regios & Electorales commissarios circa distinctionem limitum & ceterorum minutiorum definitiōnē, amicabiliter conveniatur. Hic Ducatum Pomerania, Rugiaq[ue] principatum una cum ditionibus, locisque annexis omnibusque



& singulis ad ea pertinentibus territoriis, praefecturis, urbibus, castellis, oppidis, vicis, pagis, hominibus, feniis, fluminibus, insulis, lacubus, littoribus, portibus, stationibus, antiquis vestigialibus & redditibus, & quibuscumque aliis Ecclesiasticis, ac secularibus bonis, nec non titulis, dignitatibus, praeminentiis, immunitatibus & prarogatiis ceterisque omnibus & singulis Ecclesiasticis & secularibus iuribus ac privilegiis, quibus antecessores Pomeraniae Duces eam habuerant, incoluerant & rexerant, Regia Majestas regnumque Svecie ab hoc die in perpetuum pro hereditario feudo habeat, possideat, iaque libere utatur, & inviolabiliter fruatur. Quicquid etiam juris in collatione praelaturarum & praebendularum capituli Caminensis antehac habuerunt Duces Pomeraniae ceterioris, habeat in posterum Regia Majestas regnumque Svecie perpetuo, cum potestate eas extingendi, redditusque mensa ducali post modernorum canonicorum & capitularium decesum, applicandi; quicquid autem ulterioris Pomeraniae Ducibus competenterat, competat Domino Electore Brandenburgi conuina cum integro Episcopatu Caminensi, ejusque territoriis, iuribus & dignitatibus prout infra pluribus explicatur. Titulis & insigniis Pomeraniae, tam regis domus, quam Brandenburgica promiscue utantur, mox inter priores Pomeraniae Duces usitato: regia quidem perpetuo: Brandenburgica vero, quamdiu ullus est masculina linea superfuerit: Absque tamen Rugia Principatu, omnig. alia praeconse, nullus juris in loco regno Svecia cessa: Deficiente vero linea masculina domus Brandenburgica, omnes preter Sveciam alii titulis & insigniis Pomeraniae abstinebunt: atq. tunc quoque ulterior Pomerania tota cum ceteriore Pomerania, totoque Episcopatu & integro Capitulo Caminensi, adeoque omnibus antecessorum iuribus & expectantis consolidata, ad solos reges regnumque Svecie perpetuo pertinebunt: sive interim successoris & investitura simultanea gavisuros: ita ut etiam ordinibus subditisque dictorum locorum pro homagii præstatione solito more caveant. Dominus Elector Brandenburgicus, ceterique omnes interessati, exsolvunt ordines, officiales, & subditos, singulorum supra dictorum locorum, vinculis & sacramentis, quibus huc usque sibi, suisque Dominiis, obstricti fuerant, eosque ad homagium & obsequia Regia Majestati, Regnoque Svecie more solito præstandum remittunt: Atque ita Sveciam in plena, iusteque eorum possessione constituant, renuiciantes omnibus in ea prætensionibus ex nunc in perpetuum: idque pro se suigae posteris peculiari diplomate hic confirmabunt. Vicissim pro æquivalente compensatione, quod ad promovendam pacem universalem iuribus suis in Pomeraniam ceteriorem & Rugiam una cum ditionibus & locis annexis cesserit, Domui Brandenburgica Imperium Episcopatus Halberstadensem & Mindanum, atq; expeditativam in Archiepiscopatum Magdeburgicum concessit. De quibus §. 4.5. 21.23. Ob istam Pomeraniae partem integrainsignia Pomerania, uti allegato loco Wapenb. L p. 7. visuntur, Svecicum regimen in Pomerania usurpare solet, interjecta inter scutum & galeas regia coronâ.

Pomerania.  
Vandalia.

§. xix. Tertium gryphum Pomeraniae dedimus, quartum Vandalie. Pomerania nomine crediderim quicquid ceterioris Pomeraniae est intelligi, Vandalie, quod inter Stetinensem principatum & Catubiam medium est. Qua ratione ad Brandenburgiam domum ista successio delapsa sit, ex prioribus, quæ de Stetineni Ducatu dicta sunt, liquet, neque est ut alia addamus.

Com.

Marcanus.

§. xx. Nunc nos tertia series vocat, septem iterum areolis insignis. Prima est aurea, fascia transversa argenti & cocciductu triplici tessellata, exarata. (Eine Binde querdurch mit drey reigen weiss und rothen würfeln abgetheilt.) Notatur comitatus Marcanus, in Westphalia, Monasterensi diaeccl, Clivia, Montibus & Westphalia Ducatu tere conclusus, plurimisque egregiis urbibus illustris. Olim comitatu nomen fuit à castro Altena, & primus ex Altenacensibus dicitur nomen Marcani Comitis ob eum Castrum March à Rabodone comite, gestasse Adolphus, qui in his quintus numerabatur, & 12.49. fatis concessit. Ex §. 2. constat de illis, quæ de comitibus Marcanis dicenda fuissent. Utpote qui decenderunt ex Adolfo III. C. montium & Altenæ, cum enim duos reliquistet filios Engelbertus Montanos levit, Eberhardus Altenacenses. Et quidem cum initio familia ab Adolfo I. filiis datae purpurea rosea uia esset symbolo, ob facinus Friderici Isenburgi, qui gentilem Colonensem Archiepiscopum Engelbertum trucidaverat, & ob hoc iuppicio rotæ subiectus est, hæc conspurcata via, itaque cum nomine Marcano ut dixi Altenanum, & rotæ cum moderna fascia permu-



permutatum. ( Apud Teschenmach. annal. Jul. Cliv. & Ment. P. 2. pag. 235. vir quidam nobilis, de Adolpho V. Comite:

Altera qui quondam mavis nunc Marca vocari,  
& qua causa fuit nominis aqua patet.  
Præfulus occisi meruit scelus Engelberti  
& secum extinctus totum abolere nepos.)

De jure Serenissimæ familie in hunc comitatum, quem totum ea nunc etiam tenet, iudicium patet ex §. 8. Hoc unum tantum moneo. In comitatum hunc peculiari ratione prætensionem aliquam fibi arrogasse, Johanne Wilhelmo Duce Juliaci, Cliviz & Montium mortuo, agnatos ex Eberhardo Adolphi, quo Adolphus primus ex his Cliviz Comes natus est, fratre descendentes. Linea vero ex hoc tres in primis fuere, *Arenbergia, Bullionea & Lumea*. Prior jam superiori seculo defecit, & successionem transmisit ad *Lignesios*, Margareta herede Joanni Lignesio Barbansonio nupta. Unde illa familia nunc quoque Marcanum δειγμα insignibus suis inserit: ut videre est *Wapenb.* P. 1. p. 8. tit. *Arenberg*. & supra c. 4. n. 2. pag. 23. Ex altera descendit Carol. Robertus marcanus ~~Malloporu~~ (*Mauleurier*) Comes & titularis *Dux Bullionei*, qui fibi comitatum vindicare conatus est apud Gramond. *H. Gall. L. 1. p. 14.* ( Qui suum etiam judicium interponere ausus: arguebant ex masculis ortos se, eoque potiores, rem haud vero procul, si valuerint ut jure ita & armis.) Ex tertia ius aliquod fibi in Marcanum Comitatum arrogarunt *Philippus* & ejus filius *Ernestus*, qui *Comitum Marcanorum* inde sumptuose titulum. Sed objectum omnibus his, quod linearum harum in ulla investitura facta non sit mentio, neque vero illarum formulæ prius unquam ab his agnatis falsitatis aut erroris postulata.

S. xxi. Sequitur areola quæ ad perpendiculum secta hinc argento, isthinc <sup>Episcopatus Prin-</sup> mimo tingitur. Hæc *Halberstadiensem* Episcopatum notat: ut videre etiam est *Wa-*  
<sup>cip. Hal-</sup>  
<sup>penb.</sup> I. pag. 10. Ceterum Carolus M. qui ad debellandos domandoque Saxones vim simul externam & pietatis studia conjunxit, ut non tam fibi populos, quam Christo inter paganos Ecclesiam colligere crederetur, 780. *Osterwici* condidit templum magnificum, atque locum boni omnis causâ *Selingstadt* appellavit, praefecto etiam Episcopo *Hildegrino* Catalaunensi Gallo. Inde cum locus minus placeret, translata est sedes Episcopalis *Halberstadium*. Hic multi successive praefuerunt praefules. Donec <sup>bestadus.</sup>

*Sigismundus* ex marchionibus Brandenburgicis, ex quibus quatuor ordine dignitatem hanc gestere, extinto 1566. *Henricus Julius* Julii Ducis Brunsvicensis filius nonnisi bimulus à canonicis, magno se æris alieni à prioribus Episcopis contracti onere levatur, eligetur: hâc conditione, ut gubernatio duodecim annos perpetuò esset penes capitulum: designato autem praetuli quotannis mille Joachimici persolverentur, reliquis redditibus ad æs alienum dissolvendum sepositis. Hic religioni Evangelicae accessit, ac dein effecit, ut filii ordine eundem Episcopatum gererent, *Henricus Carolus, Rudolphus* in adolescentia extinti, & *Christianus*, multis Germaniae motibus celebris. Hoc 1626. mortuo Imperator Ferdinandus obtinuit, ut à Canonicus filius *Leopoldus* *Wilhelmus* Episcopus eligeretur. Dehinc pace *Osnabrugensis* hic etiam Episcopatus domui Brandenburgicæ concessus est æquivalentia nomine, ob cestam ut paulò ante audiuvimus Pomeranice partem. Audire juvat verba instrumenti: *Pro aqua- lente compensatione Electori Brandenburgico Domino Friderico Wilhelmo*, quod ad promovendam pacem universalem juribus suis in Pomeraniam citeriorem & Rügen, una cum ditionibus locisque supra annexis cesserit, praeflanta, eidem, ejusdemque posteris & successoribus heredibus atque agnatis masculis, cum primis D. D. *Marchionibus Christiano Wilhelmo*, olim administratori Archiepiscopatus Magdeburgensis, itemque *Christiano Culmbacensi* & *Alberto Onolzbacensi* corundemque successoribus & heredibus masculis, statim ac pax cum utroque regno & statibus Imperii composta & ratificata fuerit, à Sacra Cesarea Majestate de consensu statuum Imperii & principiis intercessorum, tradatur Episcopatus Halberstadiensis, cum omnibus juribus, privilegiis, regalibus, territoriis & bonis secularibus & Ecclesiasticis, quounque nomine vocatis, nullo excepto, in perpetuum & immediatum feudum: Confitetur item Dominus Elector statim in possessione ejusdem quieta & reali, eoque nomine sessionem & votum in comitiis Imperii & circulo inferioris Saxonia habeat: Religionem autem & bona Ecclesiastica in eo statu relinquit, quemadmodum per Dominum Archi-Ducem Leopoldum Guiselmum inita cum capitulo cathedrali



*cathedrali pactione ordinata fuerant. Ita tamen, ut nihilominus Episcopatus Domini Electori, totique sua domui & agnatis masculis, supra nominatis, cum eorum successoribus & hereditibus masculis, ordine, quo sibi successorem succedent, hereditarius maneat, atque capitulo nullum jus in eligendo & postulando, vel etiam regimine Episcopatus, & ius que eò pertinent, reliquum sit, sed modo dictus Dominus Elector, & juxta ordinem successorum reliqui supra nominati, ea potestate in hoc Episcopatu utantur, quare reliqui principes imperii in suis territoriis utuntur. Liceatq; quartam partem Canoniciatum & excepta praepositura in hanc computationem non numeranda) decadentibus successu temporis modernis eorum possessoribus, Augustana Confessioni addictis, extinguere, eorumque redditus mense Episcopali incorporare. Quod si tos Canonici Augstana Confessionis non sint, qui quartam partem totius corporis Canonicorum, dempto Praeposito, conficiant, numerus suppleatur ex Catholicorum decadentium beneficiis. Cum etiam comitatus Hohensteiniensis, pro ea parte qua feudum est Episcopatus Halberstadiensis, consistens in duabus dynastis sive prefecturis Lora & Klettenberg & quibusdam oppidis, una cum experimentibus bonis & iuribus, post ultimum defunctum Comitem hujus familie, eidem Episcopatus applicatus, atque a Domino Archiduce Leopoldo Gulielmo, tanquam Episcopo Halberstadiensi haec tenus possessus fuerit, hunc eundem comitatum porro quoque penes istum Episcopatum irrevocabiliter permanere placuit, adeò a Domino Electori tanquam hereditario possessori jam dicti Episcopatus Halberstadiensis de memorato comitatu disponendi libera facultas esse debeat, non obstante, nec vigorem habente ulla contradictione, que à quoquam in contrarium moveri posset. Teneatur idem Dominus Elector Comitem à Tattenbach in possessione comitatus Rhenistein conservare, eidemq; in vestituram à Domino Archiduce de consensu capituli concessam, renovare.*

**Ducatus Crozna & Jegerdorff.** Que proxima est area non aurea sed uti Serenissimæ familie credimus, argentea aquila uigrum defert, hujus pectori autem lunam crescentem & cruciculam argenteam inscriptas videre est. Hanc Croznenfis principatus interpretor notam: quamvis obstare videatur Sibmacher. Wapenbuch P. 2. pag. 5. qui Crozneni aquile solum assignat aureum, quod hic pingitur argenteum. Porro Croznenfis Ducatus eatione ad domum hanc Cellissimam delapsus est. Henricus Glogoviensis Dux ultimus conjugi sua Barbaræ, Joannis Electoris Brandenburgici sorori 1476 legaverat ducatum: Ea cum desponsaretur Uladisla R. Bohemia, qui tamen sponsam dein deseruit, jam 1479. subditi homagium ipi praefliterant; sed multi inde motus, cum & Rex Bohemia petitiones suas misceret, & Johannes Dux Saganensis defuncti agnatus hereditatem posceret. Post bellum hoc nomine gestum, Crozna cum quibusdam aliis à reliquo ducatu avulla ac Barbaræ Brandenburgicæ dotalito nomine data sunt. Demum 1538. Ioachimus II. Elector ab Imperatore Ferdinando ducatus, quem haec tenus hypothecarium tantum ob dotem Barbaræ Marchiaca domus teneruerat, titulum transactione accepit. Noluit vero Elector misceri ob hunc ducatum reliquis Silesiae principibus, neque illorum dietis licet sepius requisitus interesse: Sed Cultrimensi provinciæ hæc accessio inserta est. Crozneni aquile addamus aliam, quæ, unum si laterculum excipias, proxima est, nigra pectori ascriptum cornu venatorum argenteum (non uti hic Fürfthus pingit lunulam) gestans in argentea area, hujus serici quinta. Hac Igerndorfensis ducatus designatur. vid. Wapenb. 2. pag. 5. Ex quo corrindendus est Linneus, qui Iuris Publ. Addit. ad L. 5. c. 7. n. 127. p. 391. Jegerndorfensem aquilam nigrum ait in campo flavo (aureo) in pectori exhibere cornu venatorium. Sed usus Serenissimæ familie repugnat. Aliibi vidi aquile illius pectori in scutulo peculiari tria cornua venatoria in literam pythagoricam disposita inscribi. Porro hic Igerndorfensis (Carnovius) Ducatus in Silesia à Ludovico Rege Hungarie & Bohemia & Georgio M. Braadeburgico, qui eum educaverat, ex gratitudine 1524. donatus est. Eum dein successor Ferdinandus reliquit, sed sub conditione feudi. Dein, cum Albertus Georgii Friderici tutor ab Imperio proscriptus esset, ducatum, donec hic adolevisset, Ferdinandus sibi addixit, sed 1558. reddidit. Hic Georgius Fridericus eundem ducatum deinde Ioachimo Friderico Electori agnato suo donavit, unde eum quoque occupavit: & in filium Joh. Georgium transiit, qui anno 1607. possessionem suunlit, atque adem principalem multum ornavit. Cum vero Imperiale procriptionem hic Joannes Georgius incurrit, principatus Jegerndorfensis, Principi Liechtensteinio collatus est: urgente tamen restitutio-



Serenissima domo Brandenburgica, eo quod ducatus iste fideicommissum familiæ obnoxius, nec nisi ususfructus jure dicto Domino Marchioni concessus, ex persona ipsius universæ familiæ adimi non potuerit.

§. xxii. Omisæ adhuc, quæ inter duas aquilas intercipitur, gryphe ornatâ areâ, Mindensis transfo ad sextam scriei tertie. Hæc coccinea duas claves argenteas decussatim locatas Episc. seu continet, notando Mindensi Episcopatui (Wapenb. I.p.10.) vel uti nunctitulus mutatus est Principatui. Minda ad Vilurgm sita (quam alii perpetam confundunt cum altera Minda, confluentes Visurgis seu Werre & Fulda servante, Brunsvicensis citioris) ornata est Episcopatus prærogativâ à Carolo M. Cuta ejus primum commilla Hermiberto, qui Witikindum, celeberrimum in historiis nomen, in religione Christiana instituit atque baptisavit. Superiori seculo succellive præsuere diæceli Hermannus & Antonius, fratres, comites Hollsto-Schauenburgici, & hoc 1599. mortuo Christianus senior Dux Brunivici & Lünæburgi, qui ad annum 1633. superfuit. Inde vel jam anno 1629. titulum Episcopi gessit Franciscus VVilhelmus ex Bavaria comes Wartenbergicus, Osnabrugensis etiam, Verdensis & Ratisponensis Episcopus, tandem Cardinalis. Sed dein 1648. hic etiam principatus in æquivalentiam pro celsâ Pomeraniâ reliquis adjectus est. Verba ita habent. Eadem Domino Electori pro se & successoribus suis supra scriptis tradatur Episcopatus Mindanus cum omnibus juribus & appertinentiis, parvitate ut ante memoratus Episcopatus Halberstadiensis, in feudum perpetuum à Sacra Cesarea Majestate de consensu statum Imperii, statimq; post conclusam & ratificatam hanc pacificationem Dominus Elector pro se & successoribus suis in possessione ejusdem quietâ & reali constituantur, eog; nomine sessionem & votum in Comitiis Imperii universalibus & singularibus, ut & circuli Westphalici obtineat. Salvis tamen civitatibus Mindensiis regalis & juribus in sacris & prophanis cum mero & mixto Imperio in criminalibus & civilibus, præsertim jure districtus, ejusq; jurisdictionis exercitio concessu, & prouincia apprehenso, aliisq; iuribus, immunitatibus & privilegiis circa pristinajuris legitime competentibus, ita tamen ut pagi & villa domusque ad principem, Capitulum, sotumq; clerum & equestrem ordinem pertinentes, & respectivè in districtu & intra menia civitatis sita omnino excipiantur, & decatero jus Principis & capitali inviolatum maneat.

§. xxiv. Claudit seriem tertiam areola argentea tres minio infectos cantherios (aliqui Com. Rauocant gebogene baltcen) deferens: minus ex arte loquitur Linn. Iur. publ. addit ad L. 5. vespere. c. 7. I.p.127. cum vocat tres rubeas trabes non planas sed incurvatas. Hæc Ravensbergium comitatum notar in Westfalia situm. De nominis ratione ita V.Tschenm. annal. Iul. Cltv. & Mont. P.2.p.461. A corvis dictus, quod arx à quo appellatione sortitur, nō tantum in monte, corrorum habitatione, ad exemplum aliorū castrorum primum ab autore ejus condita, sed etiam avis hec, malis alioquin omnis, inter secantū strepitus, non secus quam qua à Noacho ex arca emissa per fugio suo ad dominum constructionis ibidem facienda occasione dedit. Aliis comitatum admittancem alterius in Bavaria appellatum esse placet. Ludovicus enim p.2. Caroli M. filius ex altera conjugie Iuditha Welphi (Ravensbergensis) filia Carolum Calvum Francorum regem ac demum Imperatorem edidit. Ex Welphi autem posteris Otto Bavarus fuit, à cuius filia Hermanno de Calvele primo Ravensburgico Comiti copulata illustris hac familia descendit. Ex comitibus, qui ab Hermanno de Calvele Idæ Bavaricæ Ottomis Bavariæ dein Saxonie Ducis filie, & Henrici aucupis sororis marito, deicendunt (memoria lapsum Tschennmach. oportet, nec enim Ottone Henrici aucupis patre Idæ illa nata, sed Ottone D. Bavariæ, unde Henrici quem à Northeim agnominant soror erat, vid. Cr. a. z. L. 5. Sax. c. 15.) ultimus Otto Margaretam filiarum habuit, per quam Gerhardo Juliacenfii Wilhelmi I. Duci filio nuptram, seu gratiam Imperialē hujus respectu concessam dicere quis malit, Juliacenfes hereditatem nacti sunt. Conf. §. 2. 3. Mansit dein Juliacenfibus reliquis ditionib. juncta, cum iis in Clivensem domū delapsa, & ita de ea atq; ejus in Serenissimam Brandenburgicam translatione, quod §. 10. i.eq. dictum, simul intelligendum est.

§. xxv. Ordo quartus sex laterculos (vel nunc septem) continet, quorum primus Zollerius duabus lineis se recte intersecantibus quadripartitus appetet, argento prima & quarta, duabus reliquis quadratis nigro colore infectis. Notatur hoc ligno Zolleriana s. Hohenzollerana familia; atque ita Serenissima gens originem suam illo testatur. De Zolleranorum autem ortu alibi etiam dixi, quam varient sententiaz. Columnios vulgaris traditio, quæ diu obtinuit, in praesidium vocavit; aliqui etiam ne genti tam prælustri injuria fieret, cum ex alienigenis derivaretur, iplos Columnios ex Germanis in Italia satos perhibuere. Alii ex Guelfis arcessunt, nonnulli ex Gal-



*ex Gallia aliquo Rege.* Quicquid eis sit, cum antiquitas si non fabulis obnoxia, tenebris tamen involuta deprehendatur, abstinens judicio; & sufficit nobis scire, quod à quadam *Dankone* gens derivari ameret, quem 829. arcem *Zolleranam* tenuisse à certo parum abest. Ab ejus fratre *Gotbaldo* aliqui comites *Saulgavie*, *Sigmaringe*, *Landenberg*, & *Pfullendorfii*, non incelebres & affinitatibus illustres, deducere solent. In posteris *Danconis Etelfridericus* ex sorore *Rudolphi Habsburgici* pater fuit *Fridericu* (quem cum *Auguste* dignitatis nuncius avunculo fuisse, communis sententia primum *Norimbergensem* Burggraviū designatum credi, §. 13. tradidi) & *Etelfriderici*. A *Friderico* descendit tota *Serenissima* domus, in cuius scuto explicando occupamur. Ab *Etelfriderico* autem derivatur altera gens *Zollerensium* comitum, quae principali dignitate ornata, nunc quoque in ramos *Hochungensem* & *Sigmaringensem* divisa amplas ditiones in Svevia tenet.

- Guzkoviz Com.** §. xxvi. Addamus jam quæ sequuntur areolas quatuor, quarum prima (in toto ordine secunda) in partim transversè tectæ, cujus inferior pars quintupliciter ordine tessellarum carulearum & aurearum repletur. Superiori regione coccinea gryphum exorientem argenteum complectitur: proxima coccinea gryphum argento tinctorum, ejus extrema in pīcis vel draconis caudam desinunt (Sibmach. vocat Drach.) refert: quæ sequitur aurea gryphum item continet nigrum, ala pennis argento pīctis; extrema aurea duos ramos detruncatos in decussim trajectos & minio tintos, interpositis quatuor rosis rubentibus exhibet. His addamus om̄issam antea tertii ordinis arcem quartam argenteam, in qua gryphus obliquis ductibus viridibus & rubeis variegatus (bande) apparet. Omnes hæc notæ ad Pomeranicam spectant successionem, atque adeo, hæc ultimâ exceptâ, in Pomeranico scuto (Wapenb. t. p. 7.) conspiciuntur. Ex his certissima est interpretatio decussis ramis & rolarum: notatur enim comitatus *Gutzcovianus* (inde corrīendum σάρανη apud Goldastum, qui legit *Butzcovianum*, vide supra n. 14.) jam diu titulis Pomeranie adscribi solitus. Ille comitatus ab oppido ad Peynam inter Loitiam & Anclamum sito nomen habet, & olim Gryphiswaldiam, Loitiam s. Lutetiam & Abbatiam Eldenau complectebatur. Seriem veterum comitum nullibi vidi, sed id legi, *Mizlavum* comitem *Gutzcovianum* in comitiis *Usedomi* à D. Pomeraniae *Wartislao* de introducenda religione Christiana celebratis comparuisse, baptismum etiam suscepisse, atque suis convertendis operam præbusse sedulam: tum *Iohanne ultimo* defuncto *Bogislauum X.* & *Barnimum V.* ditionem illam suis adiecisse. Habuit vero *Gutzcoviam* sibi assignatam, & ibi habita esse videtur *Barnimus VII.* Quatuor autem gryphos quod concernit, difficilioris illi videri possent interpretationis. Quem hic ultimo loco enumeravi, vel ex prioris serie huic revocavi, non apparet in sepius citatis Pomeranicis insignibus Wapenb. I. pag. 7. Nisi dicere quis ausit, errorem etiam à scultore commisum, quia idem plane, ut hic pingitur, esse videri posset, cum eo qui in secunda serie *Vandalie* adscribitur. Verum frustra sculptor accusaretur, cum revera distinctione notent duo gryphi, quamvis non aliter ipsi discernantur, quam quod tñiarum ordo inversus est, ut hic prasinæ sint, quæ ibi rubræ, hic rubræ quæ ibi virides. Porro ut ipsa *Serenissima* domus notam explicat, designatur hæc arca *Stargardia*, in Pomerania ulteriori, quæ Electori nunc quoque parer. Duobus gryphibus aliis audivimus §. 14. Pomeraniae Duci prælata. Et quidem monstrosus ille in draconis caudam exiens, priori principatu respondet, alter niger argentatus pennis ornatus *Wolgaſtum* designat. Crediderim hæc insignia prioribus accedisse, cum inter *Wartislai* V. (VII.) filios *Barnimus VI.* *Wolgaſtum*, *Wartislau VIII.* *Bartum* cum *Rugia* sortiretur; quidem inter hujus liberos *Sabantorus Sundiam* cum insula *Rugia*, *Barnimus IX.* iterun. *Bartum* tenuit. Denou *Wartislai IX.* filii *Ericus IV. Wolgaſtum*, *Bartum* *Wartislau X.* cum *Rugia* tenuit. In *Philippi I.* filiis quatuor invenio torideis peculiares sedes, *Johanni Friderico Stetmum*, *Bogislao XIII.* *Bartum*, *Barnimo XI.* *Rugenwald*, *Ernesto Ludovico Usedom.* *Wolgaſtum* alignari. Unus adhuc supereft gryphus extessellis exurgens, quo *Usedomium* principatum (qui decimum vexillum, cuius Goldastus oblitus videtur, insignire potuit,) notaria peritis edoceor; licet si conjecture major libertas esset, necordo vexillorum & series in Pomeranico scuto obstant. Usedomio gryphem cum draconis cauda (in quo assentientem habeo *Limn. jur. publ. addit. ad L. 5. c. 7. n. 127. p. 392.*) reliquos duos *Barto* & *Wolgaſto* tribuere maluissem! De modo quo ad *Serenissimos Brandenburgicos* delecta sunt ista omnia, satis dictum videtur §. 17. 18. Nam Pomerania nomine omnia ista simul intelligenda sunt.
- §. xxvii. In



§. xxvii. Inter gryphes memoratos & quidem Barticum atq; Wolgastensem alia Caminen-  
nunc parvula inseritur, cuius in Fürstii typo nullum vestigium, que rubea crux (an-  
choratæ figuram pictores referunt) argenteam continet. Hoc emblemate Caminen-  
notatur Principatus, pridem Episcopatus.<sup>1</sup> Porro initio Episcopatus fundatus est 1128. Iuli-  
ni, cuius patroni Duces Pomeraniae fuere, & fundationis & dotationis jure: unde sub  
eorum jurisdictione Episcopi Julinensis, poitea Caminentes, sede Caminum 1176. trans-  
lata dicti, ad certa servitia praestanda obstricti furentur. Primus in illis fuit Adelbertus  
Francus, Ottonis Bambergensis, à quo ad Christum Pomerania adducta est, in sancto  
labore comes, & continuator. Ex posteris aliqui non parum negoti ducibus facili-  
sunt. Primus Episcoporum Evangelium agnovit Erasmus Manicuffel, primus vero ejus  
assertor fuit Bartholomeus Swavenius, Eralmi successor, qui dein uxore ducta Episcopa-  
rum resignavit. Successit ei Mart. Weiber; huic succèstus est Ioan. Fridericus Dux Pome-  
rania, & post hunc ordine alii ex eadem familia Duces. Quo jure ad Serenissimam  
Brandenburgicam familiam demum hic principatus delatus sit n. 18. perceperimus.

§. xxviii. Superest ultima quarti ordinis quadra coccinea aquilam argenteam lingua Rupinen-  
& unguibus auratis inscriptā habens. Hoc signū est comitatus Rupinensis (al. Rapinensis)<sup>2</sup> Comi-  
ita videtur est Wap. 2.p.14. nec non P. 3.p.27. Tum quia Rupinensis Com. etiam Lindoviorum titus.  
titulus gestare solebant, hic refero scutū Lindoviorū P. 3.p.14. Neque enim illa aquila  
ab altera Rupinensi altera differt, nisi quod lunā auream pectori inscriptā videmus. Forte  
dixeris inter duos fratres discerniculi esse sumptū: cui causa etiā tribui potest, quod api-  
ces variant. Porro hic comitatus in finibus Marchie situs ad Elector. Joachimū I. ut feudi  
Dominum pervenit 1524. morte ultimi Rupinensis & Lindaviensis comitis W. chm. anni.

§. xxix. Cuspis scuti areolam continet, que sine alia figura minio tingit. H. ec Regalia:  
etiam in Pomeranico scuto allegato loco conficitur: & quod ea notentur regalia prin-  
cipatus, inde clarissimum est, quod in allegata inauguratione imperii vexillum illud di-  
citur, quod est totum sanguineum. Confer que de illa diximus comment. de insign. Sax.  
c. 1. S. 1. §. 30. & supra P. 1. c. 5.

§. xxx. Jam superest parvula, que media in secundo ordine areolarum loco Electora-  
quem honoris vocant toti scuto imposita Electorale proprium dīgūa continet: nempe  
cum ipsa carulea sit, sceptrum aurum. Electori hoc proprium, quia solet sceptrum Im-  
peratori preferre. Ita in Aur. B. c. 22. Comes Palatinus ponum Imperiale portans à latere  
dextro, & Marchio Brandenburgensis sceptrum deferens, à sinistro latere ipsis Ducis Saxo-  
nia (qui cum Regali cne Imperatorem immediate praecepsit) linealiter gradianur. De hec  
sceptro confer Lmn. ad A.B. c. 22. Obs. 7. ubi notat etiam in sessionibus, ex. gr. in Con-  
stantiensi Concilio hujus officii ultum fuisse. Conf. Haping. de Iur. inf. c. 6. p.4. §. 3. p. 330.  
ubi etiam refertur controversia, que Electori intercesserit hujus officii causa in corona-  
tione Caroli IV. cum Julianensi Marchione, in cuius clientela Aquisgranum est. Ceterum  
id sceptrum conspicatus in insignibus Eleitoralibus Martinus V. Papa, Columnius  
genti, columnam esse existimat, & ob id Eletorem diplomatice publico agnatum dixit.  
Spangeb. 1. Chr. Henneb. c. 3. Alii verò putant errorem Columna deductionis inde ortum,  
quod majores dynastiā Saulgam obtinuerint, cuius Domini columnā insignib. prætulere,  
velut Wap. 3.p.27. Sulgen attribuit in scuto argenteo leonem rubeum, nigra columnam  
tenentem. Porro quā ratione delata sit in hanc domum dignitas Electoralis, §. 6. dictum  
est. Quamvis enim, quis primus Elector fuerit, in tanta de origine Electoralis Collegii  
opinionū diversitate arbitrii meum nō sit, sufficit Marchionati Brandenburgico anue-  
xum esse illud axioma, que utraque dignitas simul ex una in aliam gentem migravit.

§. xxxi. Hæc descriptio scuti fuit; huic imposita galea novem conspicuntur, Galeno-  
quarum que Brandenburgica est, media coronata sustinet jugum alarum cœrulearum, Caput  
quarum quevis sceptro auroe insignis est. Lacinia cyano & auro pinguntur. Ad Molossi  
dextram locatur alia coronata, qua designando Magdeburgensi ducatu ornatur Pe. corum.  
licano argenteo pectoris vulnere pullos refocillante. Huic proxima est Julianensis,  
que vel molosso aurato, nigris alis instrueto vel aquila aut grypho exidente superbit  
(confer que diximus Commentario de Saxon. insignibus. cap. 2. §. 7.) huic adponitur  
Montana caudam pavoninam ostentans (vide cund. Commentarium de Saxon. insigni-  
bus. c. 2. §. 8. & que à dextris prima est Stettinensis, ducali mitra (Fürsten mütze)  
ornata, cui impositus alius orientalis pileolus acuminatus argenteus, in auream sphæ-  
rulam desinens, impositas pavoninas penas virides sustinet. (De his pileolis aliquid  
dictum P. 1.c. 6.) que Brandenburgicæ ad sinistram adponitur, Borussia notandæ aquilam  
securiam



scutariam ejusdem laterculi insistentem sustinet. Pone hanc ut *Clivis* notetur, bovinum caput caudam premit (de eo etiam diximus *Comm. de Sax. inf. c. 2. §. 3.*) penultimam tegit mitra ducalis rubea, argentei coloris pelliculis farta, & super illam inter duo cornua (quæ *Chifflet. inf. Eq. A. V. p. 128.* & post eum *Orone. Finé de Brianz. Jeud arm.* proboscides Elephantinas doris obversis oppositas credit,) alternis ex argento & minio segmentis variegata leo exsurgens cum corona rubea (vel ut audio usurpari, aurea) niger. Hic apex Burggraviatum *Norimbergensem* significat. Cujus nomine olim *caput & collum canis auriti majoris, Brackenkopff* usurpatum, & à se in Mausoleo Burggraviorum, quod Hailspronne est, conspectum refert *Limn. Iur. publ. 5.p. 127.* Id à temporibus Friderici II. Burggrav. Norimbergensis reperi volunt, & ajunt illum ornatum hunc in ligniorum 1317. a *Leopoldo Ratisponensi* Barone in Episcopatu Constantiensi (miror à viro doctissimo *Ratisponensem* dici, qui *Regenspergius* dicendus erat, neque enim nisi ineptissime, quia Regenspurgium seu *Regina castra* seu *Reginoburgum* ad Danubium urbs celeberrima Ratispona appellari solet, castrum *Regensperg* & illa dynastia tam procul inde dista idem nomen gestat. Porro *Regenspergius* alias apex datur, tiara nempe Episcopalis. *Wapenb. II. pag. 36.* an quia lepe apices variari soliti, an quia canis imago vendita? ) pretio 36. marcarum argenti emisse. Sed & illud ferunt, ornatus hujus causa diffidium aliquando inter *Burggravios* & *comites Oettingensis* ortum, idem vero Principum nonnullorum interventu compositum; tandem auriti hujus canis figuram civitati *Wonsidiana* pro insigni attributam. Quæ ultima ad sinistram est mitra ducali rubea, cui corona aurea inscribitur (hæc *Wapenb. II. p. 3.* omittitur, sed in apice Cassubio-Vandalico exprimitur,) item tegitur, & pro apice caudam pavoninam habet. *Pomeraniam* notari hoc insigni confit; & quidem sicut *Julianicus*, Clivensis & Montanus apices absorbent reliquos apices debitos ditionibus & comitatibus sub illis comprehensos, ita quicquid in pluribus areolis ad Pomeranicam spectat successionem, *Stetinensis* & *Pomeranicus* hoc cimiero simul comprehendendi intelligitur. Si quis verò scire amet aliquorū principatum in clypeo designatorum apices, quos spatiū tantum causā omissos esse reor, ex *Limn. Iur. publ. addit. ad cap. 5. c. 7. n. 127. p. 391. 392.* illos noto. *Halberstadiensis* principatus debetur cassis coronata, ex qua brachium armatum prominet, tres palmæ ramis manu tenens: *Mindensi* itidem coronata & ex ea surgens leonis ~~regnum~~ cum duplice cauda, ungue dextero tenens duas claves decussatim collocatas. Phaleras, quæ circumfunduntur scuto & ex galeis dependent, non una tinctura imburas videamus, sed uti diversi ornatus singulatum galearum sunt, ex unilatero notantur *argento, teruleo, rubeo & nigro* coloribus, ex altero *auro & argento, nigro & rubeo coloribus.*

**Telamo-**  
**nec.**

§. XXXII. Scuto ita delineato telamones adstant *duo viri silvestres*, qui truncos arboris vel clavas manu gestant, & per extremas prospectant galeas. Hos ex Pomeranicis insignibus adscitos collatio horum ostendit.

**Aliæ dispo-**  
**sitiones**  
**scutorum.**

§. XXXIII. Ut hæc dispositio allegato armorialis loco reperitur, & à Serenissimo & Potentissimo, qui nunc est Electore usurpari solet. Ita tamen non semper eadem fuit, unde exempla aliquot adducemus, c quibus liquebit, crevisse, uti plerisque solenne est, areolis hunc clypeum, vicissim expuncta etiam nonnunquam esse, quæ prius gestati solita, nonnulla ~~etiam~~.

**Ex Sibma-**  
**chero Joa-**  
**chimi En-**  
**dætici.**

§. XXXIV. In editione libri armorialis (*Wapenb.*) *Sibmacheri* prætra 1605. Etatorialia insignia (quæ ex ratione temporis Joachimo Friderico Electori competunt,) ista dispositione exhibentur: ut ea duæ lineæ perpendiculares in tres ordines areolatum (hæc 16. numerantur) distinguant. In primo ordine supremum locum occupat leo *Burggraviatus Norimbergici*, inde gryphus *Pomerania*, gryphus *Cassubia*, aquila *Croßna*, gryphus draconis specie *Vidomae*, intimo loco decussis & rosa *Guzcovia* indices visuntur. Media series nonniti quatuor areolas continet, cum aquila *Brandenburgica*, & peculiaris parvula & intertum sceptrum *Electorale*, spatio quatuor aliarum coextendantur, infra has quadræ *Zollerane* & rubeus laterculus *regalum* index visitur. In extrema serie supremo loco gryphus *Stetinensis*, deinde alius *Vandalicus*, tum denuò gryphus (quem *Barthicum* existimo) mox *Rugius* leo, tum *Wolgastensis* gryphus cum tellellis, & in infimo angulo aquila *Rupinensis* constituantur. Si quis aliena malit divisionem: diceret scutum in caput, fasciam & pedem duabus lineis transversis dividi. Caput quinque-



quinq[ue] laterculos continet, quorum medius cum Brandenburgica aquila extensor est, à dextris leone Norimbergensi & grypho Pomeranico, à finitris gryphibus Stettinensis & Vandalico stipata. Falcia præter 4. laterales medium in peculiari patrula Electoralem notam continent; isti sunt hinc Cassubiae & Crostæ, isthinc Barthi & Rugiae indices. Pes scuti sex quadratis constat, in duplice seriem locatis, superior Usedomium, Zolleranum & Wolgastense, inferior Gutzovicum, regalum & Rupinense. contineat. Galeæ imponuntur clypeo tres, media Brandenburgica, cum Electoratus sceptris, prior Norimbergensis, posterior Pomeranica.

§. xxxv. In altera editione à P. Furſio procurata anno 1655. aliam videre licet dispositionem, sed quo anno quo liber prodit non conveniat, verum tempori, quod p[ro] ante partem Osnabrugensem praecessit. In hoc clypeo tres lineaæ transversæ areolarum faciunt cem Osnabrugiam. In primo isto ordine à dextris incipiendo laterculos reperimus. Norimbergensem, Clivium, Borussicum, Brandenburgicum, Juliacensem, Montanum, Pomeranicum. In secundo media patrula Electoralis, à dextris habet Silesia & Rugia, à finitris Marcæ & Ravenbergæ symbola. In tertio prima area aurea continet aquilam nigram coronatam incripto pectori cornu (quæ legi rindorffium principatum notari n. 22. vidimus, nisi quod metallum mutantur: solum enim debebat esse argenteum) secunda gryphem (ut puto Barthicum) tercia Crostensem aquilam, reliqua gryphes Ufedium, Vandalicum, Stettensem, Cassubium. In infimo ordine extant symbola Zolleranum, Gutzovicum, Wolgastense, Rupinense, regalum. (In hac dispositione non pauca quis desideret.) Galeæ insinunt scuto, à dextris numerando Norimbergensis, Clivia, Brandenburgica, Montana, Juliacensis, Pomeranica.

§. xxxvi. In hisce duobus exemplis reperimus non pauca omissa, quæ post partem Osnabrugensem nunc videmus in Electoralibus insignibus. In hoc vero ultimo principatu vicissim duo laterculi sunt, quos in moderno scuto non observavimus. Alter Rugianus. notans (qui in priori exemplo itidem occurrit) non uno modo repræsentatur Wapenb. I. p. 3. & 7. ita habet, ut transversa linea secatur, in superiori parte *aurea exsurgen-teleone nigro corona: o[ro] bifurcata caudam sursum tendente, in inferiore cerulea quinque quadratis nigris informam scale, quæ utrinque ascendatur, dispositis. Sed Wapenb. II. p. 6. cuspis imus scuti niger est, & ex eo quinque quadrati gradus dispositi & minio tintæ, è quorum supremo in area aurea leo coronatus niger exurgit.* Ibidem apex datur ex calida coronata prouerpens leo scutarius. Sed si ex nomine idem habeti debeat Com. Rügen. Wapenb. II. pag. 20. ab utroq[ue] discrepat. In illa enim parma argentea ex quinque gradibus nigris scuti pedem repletibus exsurgit leo coronatus aureus: quæ figura etiam in galea repertitur. Verum vel vitium sculptoris intercessit, vel diverso uno nomine fuisse oportet. Ab Orontius Fineo Brianville in jeu d' arm. pag. 150. ita enunciatur: de sable à 5 carreaux de gueules posiez en chevron 1. 2. 2. enjambans l'un sur l'autre au chef d'or, chargé d'un lyon naissant de sable couronné d'argent. Ceterum quod Rugianus attinet, ejus principes à Critone tyranne in Christianos exercita famo & eius succelfore Razone numerantur. Razonis filius fuit Taromarus, qui Christianam fidem amplexus est; hujus abnepos Wizlavus gentem clausit 1325. atque ita principatus, multum licet reluctantibus Megapolitanis & Danis, (conf. Ioh. Isaac. Pontan. Rer. Dan. Hist. L. 7. p. 446.) ex pacto mutuaæ successionis pridem facta, ad Wartislaum IV. Ducem Pomeraniæ delatus est. Inde in illa familia mansit ad extremum usque, & plerumque cum Wolgastensi principatu eundem Ducem, aliquando tamen etiam peculiarem habuit. Porro quod in modernis insignibus Electoralibus ille quadrans omittatur inde est, quia in cessione Pomeraniæ per pacem Osnabrugensem facta, tituli & insignia Pomeraniæ quidem ad promiscuum usum tam domui regie Svecicæ quam Brandenburgicæ concelebantur, absque tamen Rugia principatu.

§. xxxvii. Adhuc contractior typus est scuti Electoralis, quem Orontius Fineus Joachim de Brianville ludo suo chartarum inferuit (*jeu d'armoiries*) in eo enim scutum bis perpendiculariter, et transversè secatur. In prima seria Norimberga, Brandenburgum, Pomerania (ceruleus area color ab eo in prasinum commutatur, & gryphus corona affligatur aurea.) In secunda Vandalia (sed gryphus variegatus tingitur nigro & rubeo colore, in descriptione dicitur esse rubeus in argento.) Sceptrum Electorale, Cassubia. In tercia Crostæ. (Explicatio quidem Prussiam vult notari, sed haec nunquam eum locum



in scuto obtinuit.) *Stettinum, Silesia*: In ultima *Regalia, Rugia, Zollern*. Hic typus Joachimo I. Electori ante accessionem Prussiae convenienter potuit.

**Typi contractores.** §. xxxviii. Porro hoc etiam tempore præter totum illud tot areis plenum scutum, nonnunquam paucioribus uti, non est intolens. Itain nummo aureo illum typum expressum vidi: ut in tres ordines transversis lineis laterculi distinguerentur, in primo *Brandenburgicam* aquilam hinc aquila *Prussiae isthinc Iuliacensis leo*, sceptrum *Electorale* peculiari inscriptum scutulo, *Clivense* & *Saxa* & *Montanus* leo stipant: in cuspide *Norimbergensis* Burggraviatus & *Zollerius* infertam triangularem aream puram comprehendenterent. Ita in illo Pomeranica areæ omisæ sunt. Alibi vidi 10. laterculos, ut essent in suprema serie inter *Magdeburgensem* & *Norimbergensem* areolas, duæ aquilæ *Brandenburgica* & *Borsuffica*, in secunda inter *Clivense* signum & *Iuliacensem* leonem sceptrum *Electorale*, in inferiore vero ordine inter duos gryphes aquila *Crociensis*. Alia dispositio est quæ à priori differt, eo solo quod *Norimbergensis* leonis loco est *Halberstadius* laterculus: Iterum alia, in quâ loco *Norimbergensis* leonis *Iuliacensis*, loco hujus *Bergensis* collocatus conspicitur, & aquila *Crociensis* extremum locum occupat. Alia iterum est, in qua in primo ordine quartum locum *Halberstadiensis* areola occupat, in secundo loco sceptrum *Electorale* stipat hinc *Clivia*, inde *Mindensis* claves, in cuspide conspicuntur *Pomerania, Iuliacum, Ravenperga*.

**Joannis Marchionis ex linea Franconica.** §. xxxix. Ita de Electoralibus insignibus: Videamus nunc quo typo usi alii ejusdem Serenissimæ familie principes. *Chifflet. de ins. Eq. A.V. n. 128.* Joanni March. Brandenburgico ex linea Franconica iitum clypeum assignat, qui quadripartitus primo quadrante aquilam gentilem, secundo gryphum *Pomeranicum*, tertio leonem *Norimbergensem*, quarto *Zollerianas* quadras reterat. Apicem air fuisse petatum demissum (*bennet plat.*) coccineum, ora hermonica retrosum redutæ: super petalo geminas proboscides elephanticas dorſis obversis oppositas, argento & minio in obliquum tenuatas: Lacinias argenteas & coccineas. Hic apex est *Norimbergicus*, sed omisso leone, qui nunc inter cornua appetet. Tum in obliquum tenuata nolle, sed ex angularibus, uti margo scutarius, composita cornua, quæ ille Germanicarum figuratarum haud æque gnarus proboſcides creditit.

**Lineæ Prussiae.** §. xl. *Prussiae* linea quæ dispositione sit usæ, videre licet in *Wapenb. P. i. p. 7.* nempe eadem quam §. proximo descripsimus, nisi quod media parvula quadrantis incumbit cum aquila *Prussiae*. Galeæ tres sunt, media cui insit aquila *Prussia*, posterior *Pomerania*, anterior vel dextra coronata, cum expando alarum nigratum, sed semicirculus trifoliatis aureis ornatum: ejusdemque metalli circulis sparsum jugo. Lacinias adduntur primæ cassidi nigrae & aureæ, media argenteæ & nigrae, extrema argenteæ & coccineæ. De modo in medium scutulum referendi provinciam, quam quis præcipuum possidet, diximus P.i.c.3.

**Allorum marchionum.** §. xli. Alii Marchionestypo utebantur, qualis depictus *Wapenb. I. p. 5.* apparet: clypeo tribus transversis, & duabus perpendicularibus lineis in 12. quadras distincto. Series symbolorum illa. 1. *Brandenburgensis* Marchia. 2. *Norimbergiana* Burggraviatus. 3. *Stettinensis* ducatus. 4. *Prussia*. 5. *Vandalia*. 6. Gryphus iterum variegatus *Star-gardenensis*. 7. *Pomerania*. 8. *Crocia*. 9. *Iegerndorf*. 10. *Rugia*. 11. *Regalia*. 12. *Zollern*. Galeæ tres sunt, media cum jugo alarum qualis anterior §. 40. dextra Norimbergensis, qualis §. 30. descripta, nisi quod loco πρωτοῦ leo integer insidet tafſidi. Sinistra est Pomeranica. Laciniae medie circumfundunt aureæ & atræ, dextræ rubæ & argenteæ, extremitate aureæ, nigrae, caruleæ, coccineæ.

**Christiani Wilhelmi administratore Magdeburgicus anno 1612.** illo typo usus est, ut præter medianam parvulam, Magdeburgicæ fectione notaram, duæ perpendiculares & quinq; transversæ lineæ secent in 16. areolas. Ex quibus quæ mediæ erant in duobus superioribus ordinibus *Brandenburgicam* & *Prussicam* aquilas continebant; has & *Magdeburgicam* parvulam stipabant lex laterculi gryphibus picti; dein à dextris aquila *Silesia* & *Crociensis*, à sinistris leo *Norimbergensis* conspiciebantur, tum *Zollerianus* quadræ inter gryphum *Ysedonium*, & leonem *Rugium*, in pede scuti, mediæ nudæ areæ assistebant *Gutzovianum* & *Rupinense* & *Saxa*. Galeæ imminebant hinc *Norimbergensis*, isthinc Pomeranica: media Stettinensi pileo orientali (vid. §. 30.) addebatur utrinque vexillum.

**Aliud schæma.** §. xliii. Alibi vidi scutum binis lineis perpendiculariter & transverse sectum, illas



illas novem areolas continuille. 1. Stettinensis Ducatus. 2. Pomerania. 3. Prussia. 4. Cassubia. 5. Brandenburgia. 6. Vandaliae. 7. Norimb. Burggraviatus. 8. Rügen. 9. Zollern; cum tribus galeis Brandenburgica, Norimbergeni & Pomeranica.

§. XLIV. Post pacem Osnabrugensem Serenissimis Marchionibus utriusque li- Modernum  
næx Culmbacensis s. Barrutinae & Anspacensis illam dispositionem usurpatam vidi, ut chionum  
areola 14. referent. 1. Magdeburgensem Ducatum, in quem expectativa post Electo-ex linea  
ralem lineam reliquis data. 2. Brandenburgicum Marchionatum. 3. Borniflav. 4. Po-  
meraniam. 5. Stettinem Ducatum. 6. Cassubiam. 7. Crostiam. 8. Vandaliam. 9. Ic-  
gerndorf. 10. Halberstadtensem principatum. 11. Norimbergensem Burggraviatum & Onoldi-  
centi. 12. Mindensem principatum. 13. Zollern. 14. Regalia in areola sanguinea. Galeæ tres.  
ut ipius scutum premunt, nempe Brandenburgica, Norimbergenis & Pomeranica. Ex eo  
decima quinta addita est areola, & pedis scuti inter Zolleranum & regalium hierogly-  
phicum inserta, sc. Caminensis. Ut tamen crucis forma non eadem sit, quæ in Electorata-  
li scuto visitur, sed cum ea conveniat, quam exhibet Schmacher P. 1. p. 12. que oculis fa-  
cilius subjicitur quam verbis enunciatur, & aurea in cyaneo pingitur laterculo. Quâ  
causâ etiam galeæ clypeo septem impositæ sunt, ut media quidem sit Brandenburgica;  
ei à dextris proxima Magdeburgica, à sinistris Borniflava: Magdeburgicæ adponit Pomerana,  
& nisi fallor huic, ut prima à dextris sit, Halberstadtensis; Borussicam sequi-  
tur Norimbergenis, hanc Mindensis. Nihil in his ulteriori explicatione eget, cum fu-  
perius omnia sint explicata.

§. XLV. Claudamus horum insignium considerationem adjectis titulis, qui ma- Titula  
gnæ ex parte securorum areolas referunt: Electoris titulus ita habet Marchio Brande-  
burgi, S. R. Imp. Archicamerarius & Elector, Magdeburgi, Prussia, Iuliaci, Clivia, & Mon-  
tium, Stettini, Pomerania, Cassubia, Vandaliae, nec non in Silesia, Crostia & Igerndorfi Dux,  
Burggravius Norimberga, Princeps Halberstadti, Mindæ, & Camini, Comes Marchæ  
& Ravenpurgi, Dn. Ravensteini, Leoburgi & Bytovii, &c. Alterius lineæ ita enumera-  
tur: Marchio Brandenburgi, Magdeburgi, Prussia, Stettini, Pomerania, Cassubia, Vandaliae,  
nec non in Silesia, Crostia & Igerndorfi Dux, Burggravius Norimberga, Princeps Halber-  
stadti, Mindæ & Camini. Prius vero, quam pace Osnabrugensi Svecis cederetur, etiam  
Rugie titulus adscribi solebat.

§. XLVI. Coronidis loco addere lubet carmen, quo insignia gentis excoluit Joh. Carmen  
Schofferus poeta Laur. (Editum Witebergæ 1557. cum præfatione Philippi Melanch-  
tonis.) Scholeri.

**P**rotulit Aufoniis primum Zagarolla sub oris  
Insignes meritis ac pietate Duces.  
Quos penes ampla fuit custodia Noride urbis,  
Et qui Marchiacam nunc moderantur humum.  
Quique per Imperiū fines præstantibus actis  
Non cœllaturum promeruere decus.  
Hi sua non teneris animalibus arma coronant,  
Quæ nobilitatis habent.  
Non cervos leporisque gerunt, imbellia quorum  
Pectora iuri clypeo non satis apta Ducis.  
At fortis aquilæ & corpora vasta leonum  
Et gryphæ leonis inservierunt suis.  
Cur tamen hos ornet clypeos regna volerum,  
Dicte Pierii numina sacra chorii.  
Tempore, quo toti Romana potentia mundo  
Regibus innumeris ac dominata fuit:  
Infellos aciem quoques produxit in hostes,  
Hanc volucrem turmis prælulit ipsa suis.  
Hac una volucri legionum signa notari,  
Hac volucri regni significare decus.  
Nam velut exuperat cunctas regna volutes,  
Altius & reliquias omnibus una volat:  
Sic etiam totum fierat legibus orbem  
Abdideraque polo Matris Roma caput.  
Mansit in Imperio mosille, fuitque retentus  
Casaribus, quorum sceptra tulere manus.  
Nam cunctis clypeo voluerem gelata Tonantis,  
Ceu decus imperii noble, cura fuit.  
Hinc proceres, quorum studio res publica crevit,  
Hoc etiam signum nobilitatis habent.  
In primisque Duces, quibus est concessa potestas,  
Inclita Casaribus tradere sceptra novis.



**Quos inter dydum claræ præconia famæ**  
 Marchia culta cui promeruere Duces.  
**Illorum virtus multos laudata per annos,**  
 Sive togam species seu ferabellæ, fuit,  
**Ergo nec immenso lignar Jovis armigerilla,**  
 Nominae virtus quæ monumenta gerunt.  
**Admonet hæc volucris, quam nunquam fulmina tangunt,**  
 Et Dei tutos numine sepe Duces.  
**Nam genus heroum celestibus uitit armis,**  
 Cœu fecit vacua turba vetula fidem.  
**Ægide Palladia munitus prælia Perseus**  
 Miscer, & horrendo victor ab hoste redit.  
**Cum petret raptam tellus Argiva Lacanam,**  
 Et Phrygia bellis depopulat humum.  
**Mulciberis fabricata manu Nereia mater**  
 Dicitur Alcidæ scuta dedisse suo.  
**Sæpius his medios vitavit tela per hostes,**  
 His docuit validam regibus esse manus.  
**Scilicet à supers heroum diva propago**  
 Tecla, subit casus inviolata graves.  
**Cœu volucrum regina polo se condere gaudet,**  
 Nec tamen ardentis æditur igne Jovis.  
**Marchio Teutonici cognomine dictus Achilius,**  
 Cui tulit haud similem Teutonis ora Ducem.  
**Non toties fausto fecisset prælia marce,**  
 Numine servatus ni comitate foret.  
**Ipseque cum Scythicos Iachimus vinceret hostes,**  
 Cognovit superum se bonitate regi.  
**Innumeros etenim, non multo milite cinctus**  
 Vicit, & indomito contudit ense Getas.  
**Nunc leo, Tu genero leo, qui sidera fulges**  
 Inter, & eximis munera laudis habes.  
**Qua nam vox tibi pangam præonia, quo nam**  
 Carmine virtutes enumerabo tuas?  
**Parere subiectis & debellare superbos,**  
 Tu proceres morum nobilitate doces.  
**Tu si forte ruis medios violentus in hostes,**  
 Hos, quis est animus te iuperare, premis.  
**Quos, tibi subiectos deuissu poplite cernis,**  
 His tua non unquam nobilis ira nocet.  
**Dedecus esse putas hostem calcare jacentem,**  
 Tundere devictas dedecus esse putas.  
**Hostibus haud tergo sed fori pede se femp**  
 Notus es, & justo prælia Marte facis.  
**Non imbelli genus, non molia corda facelis,**  
 Non in fierimeum concipis arma chorum,  
**Magna decent magnos, magnum juvat esse leonem,**  
 Mollibus idcirco non feræ bella paras.  
**Dicite, qui geritis præstantia signa leonis,**  
 O magnisimiles illius esse Duces,  
**Parcite subiectis, & debellate feroces,**  
 Officium Juli Principis illud erit.  
**Plurima virtutum veligia, numina nobis**  
 In non mansuetis exhibuere feris.  
**Quæ sapient oculis ac tota mente frequenter**  
 Aspicit, & mores corrigit inde suos.  
**Nunquam levæ gerunt inter se bella leones,**  
 Jungit inhumanas gratia tanta feras.  
**At proceres, serum quibusell communda potestas,**  
 Civiliter tinguunt sepe cruce manus.  
**Honesto repentes animo civilia nuper**  
 Bella, per imperiæ quæ caluera plagas.  
**Quam fuerat fatius tantam convertere dannam**  
 In vacuos omni religione Getas.  
**Qui dum nostra jacent civibus obruta bellis**  
 Regna, suas faciunt crescere tempore opes,  
**Ac nisi disperitas junget Germania vites,**  
 Hei mihi quam magna vulnera clade feret.  
**Defendit catulos objecta mole leana**  
 Corporis, & lobis non nocti ipsa lutz.  
**Vos ita commissum vobis defendare plebem,**  
 Qui cupitis clarum nomen habere, Duces,  
**Savit incertinco metuendus Turca furore,**  
 Savit & assiduæ bellæ nefanda parat,  
**Ut catulos diri discerpatur fauibus ovis,**  
 Protectos vobis quos cupit esse Deus.  
**Huc, si bella placent, vestrum convertite robur,**  
 Hic campus vestris laudibus aptus erit.



Viscera civili non sedite propria ferro,  
 Commoda civilis nulla tumultus habet.  
**A**t non Marchiacō proceres de stemmate nati  
 Intellexi feni femina Matri aliunt,  
**S**ed pacis cupidi, solidæ virtutis amantes,  
 In patria curam religionis agunt.  
**P**romulgantque pias seu publica vincula leges,  
 Accumulant largas atque decenter opes.  
**H**æc ratio magni servat confotia cœtus,  
 Hæc ratio patriam viribus auget humum.  
**P**ergite Pietates insignes dicere *Gryphas*,  
 Exornant horum qui monumenta Ducum.  
**S**i fas est aquilas & splendida signa leonum  
 In procerum clypeis obtinuisse locum.  
**C**ur non & Gryphes numero ponantur in illo,  
 Qui pennas aquilæ, tergaleonis habent?  
**S**i celestem spesies qui findunt æra cursum,  
 Non cedens volucri Juppiter almet uaz,  
**S**i cupias illas adoriri viribus hostem,  
 His dices nullam posse nocere feram.  
**N**on equus aut Elephas illi se cominus inferit,  
 Non draco, non praedans unguibus ipse leo.  
**N**idificant aliae per mollia prata volucres,  
 Constringuntque levi spinea recta luto.  
**A**t non serpi humi Gryphus, non vilia condit  
 Atria, sed mira conficit arte domum.  
**Q**quam non è stipulis, pure sed construit auro,  
 Occupat & celsa rupis in arce locum.  
**D**eficit haud illi variarum copia rerum,  
 Quicquid & in viridi colligit Indus aqua.  
**S**plendida collucent pretiosissima atra gemmis,  
 Vix tibi Cæsare domus tam bene eula fuit.  
**Q**uas congeslit opes studio vigilante tuerit,  
 Non impunè qureas hanc spoliare feram.  
**A**ttagmen interdum de nido labitur aurum,  
 Accola vicinam quod legit inter humum.  
**C**onvenit heros mundi resumique potentes  
 Divitias plecas incoluisse domos.  
**N**am ducibus tales nervos Deus addidit ipse,  
 Grande quibus regni sustineatur onus.  
**N**on viles habitate casas decer inclita regum  
 Pectora, velclaros nobilitate Duceas.  
**N**am dominum splendore decer præcellere plebi,  
 Phobus ut æthereas eminet ante faces,  
**E**rgo divicias teneant ceu munera divum,  
 Conservent partas & sapienter opes.  
**A**t velut è nido Gryphorum decidit aurum,  
 Rupe sub exesa quoq; queat arte legi:  
**D**eßuet haud aliter procerum de fôdibus altis,  
 Unde parum felix pollicie genusali.  
**U**nde queant pietas & Musica caltra soveri,  
 Divitias illum convenientielle scopum.  
**H**æc ego cantabim stagantis ad Albidis undam,  
 Dum canis accensos urecerat ulsus agros,  
**S**cribindique simu studio defessus & astu,  
 His finem clypeis impositur seram.  
**A**t celebranda metu restabant plura Camæoæ,  
 Nec labor ex omni parte peractus erat.  
**E**rgo nec insignes campos nec sceptra tacebo,  
 Et quibus haec etiam nobilitata domus,  
**A**rea lata patet, duplice distincta colore,  
 Diversas partes ater & albus habent.  
**C**andidus, esse Duces pulchra bonitate probatos,  
 Nec male fucatum pedius habete, jubet  
**A**t niger ostendit, clementi pector tantum  
 Publica non semper sirena valere regi e:  
**S**ed misericordia bono, clementia jura severa  
 Temporis ac rerum pro ratione, Duci,  
**A**urea sceptra notant celse virtutis honorem,  
 Qui dominos collit Marchia clara tuos.  
**N**amque viros inter septem, qui tempora cingunt  
 Cæsaribus, pulchrum promeruere locum.  
**H**inc ea nunc monumenta gerit Joachimus, & armis  
 Et benè laudata nobilis arte roga:  
**Q**uem super & vitreis observat Suevus in undis,  
 Iisque piscoz rector Havelus aqua.  
**A**t generofa rotas quæ gerat ita propago,  
 Hic quoque non tacitus præterile velim.



Nam res Principibus merito gestanda videtur,  
Incertas rerum quod monet esse vices.  
Illa velut subito producit in aera florem,  
Qui subito Phoebi lajus ab igne cadat:  
Sic fortuna Duxes interdum solitum alatum,  
Uterius lapsum precipitante ruant.  
Quisquis es, haud fidas opibus rebusque secundis,  
Hoc etenim dubia fors levitatem rotat.  
Perpetuas animi dotes praferre memento,  
His fortuna nihil quod dominetur habet.  
Appete virtutem, quæ clara nomina famæ  
Comparat, & luperis te facit esse parem.  
Dilige Prides, secundas dilige vates,  
Quia tua viuero carmine gesta canant.  
Talia Marchiaci proceres documenta sequuntur,  
Dum Mulas vera cum pietate colunt.  
Et virtute sibi parvum præconialaudis,  
Quæ non ulla queat communis illæ dies.  
Hos igitur merito conabor dicere veriu,  
Cum fuerint studiis ora justa meis.  
Eaumerantque Duxes, cunctis encomia texam;  
Ita voluntatis fint modo ligna meæ.  
De Deus, interea traducant molliter zvum,  
Qui de Marchiaci stemmate nomen habent.

## CAPUT XIV. Budeſii C. Guebriani.

### ARGUMENTUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Sylvester Budeſius. Ioannes Baptista Budeſ C.<br><i>Guebriani Mareſc. Franc.</i> | 4. Budeſia familia.<br><i>5. Franciſca de Couvan.</i>   |
| 2. Dux linea.<br><i>3. Mareſcalli ſcutum.</i>                                       | 6. Couvan. Buffon. Chasteaubriand. Begne Vilaines.<br><i>7. Espinay. Montmorency. Vendome. Beauvais.</i><br><i>8. Corona. Scipiones Mareſcalli.</i> |

### §. I.

Silvester Budeſius. **F**Amiliam Budeſiam in Armoriciſ illustrarunt in primis gesta fortia *Silvestri Dn. de Vzel*, qui confobrini Bertrandi Gueſclini celeberrimi Francia Conſtabilis in utraq; expeditione Hispanica comes, nec non poſtea in Britanniā (ubi ab Anglis captus eſt) item adverſus Aragonios pro rege Majoricæ, iterum eum Coucio in Germania, multa fortiter designavit, infelix tamen ad extremitum fuit, quod à Clemente Pontifice ingratu, cuius bono caſtrum Angelii Romæ ceperat, & integrum annum defendebat, proditionis polſularius, & 179. injuſto ſupplicio affectus ſit: tum noſtra memoria virtus militaris *Ioannis Baptiſtæ C. Guebriani & Petri coriſi Mareſcalli Franciæ*, qui 1643. in Germania arma pro rege ſuo gerens & exercitus dux vulnere ad Rotviliam accepto vitam profudit. Hujus vero vitam *Labourcius* deſcripsit, & calamo novam immortalitatem conciliavit.

Joannes Baptiſta Budeſ C. Guebriani Mareſcalli Franciæ. **§. II.** Ea in duas diſpſicitur lineaſ, quarum communis pater *Ioannes Silvestri* memoratfrater fuit. Altera à *Triflano* deſcendit Dominorum *de Tertrejouan*: prior vero Do- minorum *du Hirel*, in Mareſcallo terminata eſt, hæreditate ad *Rofmadecio* transmisſa, ob *Renatam Budeſiam*, Mareſcalli ex fratre neptem, *Sebastiano Rofmadecio* ea conditione nuptam, ut ſecundogenitus nomen Budeſium affuum.

Mareſcalli ſcutum tribus perpendicularibus & una transversa lineaſ in 8. areolas diſpſicitur: toti incumbente parvula media gentili.

**§. IV.** Parvula media quæ *Budeſiorum* eſt argentea pinum viridem refert, adjunctis ex utroque lateri ſingulis liliis floribus vel caruclis, uti *Cl. Franc. Meneftr. abbreg. method. p. 88.* deſcribit, vel rubeis, quem p. 91. pictura affignat colorem, quod etiam *Paillo* p. 9. & 610. probat.

**§. V.** Reliquo octo ſcuti majoris laterculi videntur omnes referendi ad Mareſcalli aviam paternam (conf. noſtrum *Theatr. progenolog. P. II. p. 72.*) *Beatricem de Romillé* f. potius ejus matrem *Franciſcam de Couvan*, *Baroniæ de Sancé* hæredem. Cum enim de plerisque hoc milii compertum ſit, ad ejus maiores referendos eſſe, dereliquis idem mihi perſuadeo.



§. vi. Primus laterculus aureus 7. maculas (males) ceruleas (3. 1. 3.) refert: quod *Couvrana*, symbolum est familiae *Couvraniæ*. Secundus argentus continet leonem nigrum, corona, falculis & lingua aureis; quæ tessera est familiae *Buffon*: nam Franciscus f. Guidonis *Buffon*, *Builon*, Dom. de *Gazon* Francicæ istius mater fuit. Tertius rubeus liliis aureis sine numero spargitur, quod *Castrobriandum* est dænya. Cæterum in genealogia *Castrobriandorum* reperio Jacoben filiam Georgii de Chasteaubrient Dn. de *Roches Baritor* Chasteaubrient, nuptam..... *Domino de Sacé*, quæ ex majoribus Franciscæ fuerit, cum Dominii illius hereditatem hæc sit nata. Quartus laterculus argenteus 3. leones nigros cum quadrante honorario, quadripertita positione *Castiliae* & *Legionis* tesseras referente continent. Hoc notatur fam. *Begue Vilaines*, cuius tamen cum *Couvrana* nexus defectu totius stematis indicate non valeo.

§. vii. Ordo areolarum inferior 4. denuo refert: quarum prima argentea leo- *Espinay*, nem repræsentat medio scutum, ut superior pars corporis rubeo, inferior viridi colore tim- gatur, capiti imposta corona aurea, qui familiae est *Espinacæ* s. *Espinacæ*: altera *Montmorenciorum* crucem & aquilas: tercia *Vindocinensium* antiquam tesseram: quarta argentea *Bellovalliorum* (de Beauvan) 4. leones rubeos, auro coronatos, linguis & armatos continent. *Espinacæ* spectant vel ob *Annam* f. Roberti II. Dom. d' *Espinay* Joanni *Buffon* Dom. de *Gazon* nuptam, vel ob *Annam* f. Henrici Domini d' *Espinay* Jacobi de Beauvan Dom. de Tingy conjugem. *Momoranta* tessera hic locus est ob Jacoben filiam Caroli *Montmorencii* Dom. de *Goussainville*, quæ uxor fuit Guilelmi Domini de Sevigne, jam vero Franciscæ *Buffonæ* mater Joanna Guilelmi alicujus de Sevigne filia fuit. Ejusdem Caroli *Montmorencii* avia fuit *Argantina* f. Joannis Vindolini Domini de la Chastre, quæ ratio eis potest *Vindocinensium* leonum. Demum de *Bellovallenium* symbolo ratio aperta, cum Franciscæ *Couvrana* avia paterna fuerit *Margarita de Beauvan*.

§. viii. Scuto huic *corona*, qualis comitum esse solet imponitur: adjectis etiam *Scipioni-* *Corona*, *bus* duobus liliatis, *Marescallatus* indicibus. De aliis scuti ornamentiis mihi nihil constat. *Scipiones* *Marescalli*.

## CAPUT XV.

### *Cerdani. Duc. Medinaceli.*

#### ARGUMENTUM.

1. *Familia Cerdana.*
2. *Scutum Ducis Medinaceli.*

3. *Castellani & Legionensis symboli ratio.*

4. *Francorum litorum.*

5. *Apex.*

#### §. I.

**N**omine de la Cerdña usus est *Ferdinandus Alfonxi Regis Castiliæ primogenitus*, sed *Familia Cerdana*. *Ludovicus de Claromondin* fratrem mortuus: cum vero ejus posteritas regno excluderetur à *Sancio Ferdinandus*, nomen de la Cerdña manxit. In his *Ferdinandi* nepos *Ludovicus de Claromondin* fratrem habuit *Jabellam*, nuptam *Bernardo Gastonis Phæbi Foxii Comitis Foxii & Domini Bearnii* filio naturali. *Huic Henricus rex concessit Medinaceli cum dignitate comitis 1371*. Successit filius *Gasto*, atque iterum patri *Ludovicus*, qui *Gastonem* genuit, hic *Ludovicum*, qui primus *Ducis de Medinaceli & comitis del Puerto de S. Maria* axiomate insignitus est.

§. ii. *Ludovici Cerdani D. Medinaceli* sub *Philippo II.* rege scutum ita repræsentat *Scutum Castrum & Legionensem* leonem juxta posita, in 1. & 4. areis iterum b. per tressis *Castellatum* *Ducis Medinaceli*.

§. iii. *Castellani & Legionensis* symboli evidens ratio, quia ex *Castilia* regibus primi orti sunt, quinomen gesse, & regnum sibi deberi pretenderunt. Nam ab avo *Alfonso* rege nepos *Alfonsus* initio exclusus fuit, quod alter filius, istius patruus, *Sancius* viseret. Ast ante mortem avus testamento mutato nepotem filio *Sancio* prætulit, sed hunc status evexerunt & regem maluerunt. *Alfonso* datum *Murciæ regnum*, sed adversus *Sancium* turbas mouere non destitit. Nectamen posteri ad avitam successionem pertingere valuerunt.

§. iv. *Francicali* a gestantur ob *Blancam Ludovici Sancti regis Franciæ filiam Fer-* *Francicali* *rum litorum*. *dinando illi Hispaniæ infantì nuptam.*



Apex.

§. v. *Galea coronata* exhibet mulierem seminudam, reliquo corpore coccino amicto, oculis cyanæ tenuia obligatis, alis versicoloribus. Tenet ea dextra manu gubernaculum navale aureum, sinistra cornu Amaltheæ cœruleum, floribus & fructibus nativi coloris plenum. *Laciniae* dependent ex auro & minio. Forte isto apice notatur, quod Ludovicus Cerdanus à Clemente VI. Pontifice princeps insularum *Fortunatarum* creatus est.

## CAPUT XVI. Dux de Choiseul.

### ARGUMENTUM.

- |                                |              |
|--------------------------------|--------------|
| 1. Choiseulia familia & lineæ. | 4. Bethune.  |
| 2. Duxis Scutum. Aigremont.    | 5. Flandria. |
| 3. Plessis-Pralin.             | 6. Choiseul. |
|                                | 7. Apex.     |

### §. I.

**Choiseul.**  
familia  
& lineæ.

Illusterrimus Dux Choiseulius originem gentis refert ad *Falconem Dominum de Choiseul*, qui 1150. clavuit: avus *Renaldi II.* cui *Alisf. Roberti C. Drocensis* ex regio sanguine nupsit. Horum prænepos fuit *Guido*, pater *Petri & Guilelmi*, ab hoc *Marchionis de Clefmont, de Lanques & de Foncieres*, ab illo per duos *Petros*, majorem natu reliqui primogeniti *Domini de Choiseul*, minorem *Petrum cogn. Gallochaut Dominum de Damonet, Domini de Pralin, sati*. Et quidem hujus *Petri* nepos *Fridericus Carolus Mariscalcallum Francie & Fridericus C. du Plessis* genuit. Ille pater est *Francisci M. de Pralin*, hic *Caesaris Mariscalcalli Francie*, qui 1605. inter Duxes & Pates Francie receptus est.

**Duxis scutum.**  
**Aigremont.**

§. II. Duxis clypeus quadripertitus est. Laterculus primus rubeus leonem coronatum aureum continet: notandæ familiae *Aigremont*, ob *Alisan Dominam d' Aigremont*, conjugem *Ioannis Dn. de Choiseul*, qui *Renaldo II. & Alisa Drocensi* natus fuerat.

**Plessis**  
**Pralin.**

§. III. Secundus quadrans *alternis fascis aureis & atris ternis* exaratur: quod *Praliniorum symbolum* est: ob matrimonium Petri Choiseulii cogn. *Gallochaut & Catharina Plessis Dn. de Praslin*.

**Bethune.**

§. IV. Tertia area *argentea* continet *fasciam rubream Bethuniorum*, ob *Annam filiam* & hæredem *Georgii de Bethune* *Domini de Hostel*, uxorem *Friderici Choiseulii Dn. de Praslin*.

**Flandria.**

§. V. Quarta area *aurea leone nigro insignitur*, denotandæ *Flandrie*, si scriptoribus plena fides: unde vero ratio hujus laterculi, quod ignorem fateri, quam longius rationes dubias repetere malo.

**Choiseul.**

§. VI. Toti imponitur parvula *cœrulea, cruce aurea, quam ejusdem metalli 18. plumbides, quinque & quaterne angulis insite*, comitantur, insignes. Hæc testera est *Choiseulia gentilis*.

**Apex.**

§. VII. Scuto insitit cassis coronata, ex qua oritur leo aureus, inter lacinias aureas & cœruleas. Atlantes sunt duo icones aureas.

## CAPUT XVII. Fam. Columnia.

### ARGUMENTUM.

- |                              |   |
|------------------------------|---|
| 1. Columnia familia. Tituli. | 3. Vnde agnatio Brandenburgiorum credita. |
| 2. Scutum. Columna origo.    | 4. Apex.                                  |
|                              | 5. Clavis.                                |

### §. I.

**Columnia**  
**familia.**

Columniarum in nobilitate Romana antiquus splendor est, utrum vero ad *Herculem vel Trajanum* imperatorem retteri corum familia debeat, aliorum investigatione relinquimus, qui antiquitatem fabulosam pluribus exemplis expertus, secula remota inquirere non soleo. Vid. *Ioh. Petr. Crescent. Coron. della Nobilt. d' Italia. P. I. Narr. 9. Modelior est Paul. Jov. de vit. Pomp. Col. T. 2. 1st. illuſtr. p. 289. Columnia gentis processus ante 600. annos in urbe Roma Latroque potentissima atque opibus summum claritatis locum*



locum tenuisse ex annalibus constat: arbitranturque eos nonnulli è Germania oriundos, vel uno maxime arguento, quod Germanis Cesariis in omnifortuna semper adhescerint, cum ex professo Gibellinas secuti partes Cesarcum nomen perenni studio tuerentur, & Guelfis adeo infensi essent, ut plerumque à summis Pontificibus dissiderent. Ceterum quamplurimos familia hæc, Ursinorum æmula, Cardinales, nec paucos Pontifices numerat, in quibus *Xystus*, *Marcellus*, *Hadrianus III.* *Stephanus VI.* *Martinus V.* Præcipua gentis bona in Neapolitano regno sita sunt, cuius hereditarii Conestabiles vocitantur. Inter alios eorum titulos enumerantur *Duxatus Paliani* & *principatus Palestine in Latio, Italia-Tituli.* *cozzii* & *Corvari duxatus* & *principatus Castilonis* & *Sonnini* in Neapolitano agro, *principatus Butera* in Sicilia, item *Duxatus Bissarelli*, *principatus Carboniani* & *Gallicani*, quæ linea prius fuit *Ducum de Zagarolo*.

§. ii. Eorum insignia referunt in scuto *coccineo columnam argenteam capitulo Scutum:*  
*coronato & basi aureis.* Ut est apud *Chifflet. Ins. Eq. A.V. n. 231.* Columnæ rationem ex Columnæ  
*nomine* (quod à *Columna* opido dicitur, cuius in Antonini Pii Cesariis itinerario me-  
*moria*, illud vero Bonifacius VII. Pontifex, Cardinales Columnas diro odio prosecutus,  
*immani rabie delevit*, sed reliquiæ vigente adhuc nomine ultra Algidum Latina via  
*conspiciuntur* apud *Paul. Iov. d.l. p. 290.*) repetere malo, quam traditione: De qua  
*Cyr. Spengenb. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 28. p. 308. b.* Es schreibenetliche/ daß die Her-  
*ren Columnae darumb die rothe seule (atqui argentea est) in ihrem Wapen füh-  
*ten*/ daß einer aus ihrem Geschlecht mitnamen *Johannes* / in einem zug wider  
*die Saracenen die seule/daran der H. Christus bis aufs blut gegenseit wor-  
*den*/ geworben und erobert haben soll. Hoc quoque ex Jovio fuerit pag. 291. qui  
*ita de laanne Columna Cardin.* quod auspicii Honorii Pontif. exercitum Christianum  
*duxerit*, & ad Pelusium Nili ostium Damiatam expugnaverit: Demum *Victor* ex *ancipi-  
*ri periculo laboreq. honestissimum* sacrato viro atque *id incomparabile omniq. armo-  
*rum specie* splendidius triumphum Romam detulerit: *Columnam sc. in qua Christus Serva-  
*tor Hierosolymis alligatus & flagris cæsus fuit*, quam in S. Praxedis templo supra Subur-  
*ram ad Exquitas hostie veneramus. Coronam autem idem *Iovius* p. 290. donum perhibet esse *Ludovici Imperatoris*, concessum *Stephano Columnio*, qui cum Senatoriæ di-  
*gnitatis fastigium per quinque annos continuo magistratu obtineret*, ipsum & ante  
*cum Henricum in Capitolium receperat*, utin Vaticano vel invitis Pontificibus im-  
*peratorio diadema coronarentur.*******

§. iii. Ob hanc columnam, cum *Martinus Pontifex* in sigillo Brandenburgico Unde agna  
*conficeret* sceptrum non satis affabre effictum, columnam esse arbitratus, agnatos no Bran-  
*Brandenburgicos* d. burgio-  
*dixit*, quales nostro etiam tempore *Columni* eos habere & colere cum cre-  
*pergunt.*

§. iv. *Galea coronata* exhibit nudam Sirenen, inferiori parte media in bifidum Apex.  
*piscem* desinente, corona & capillis aureis: caudam duplificem in summum reflexam  
*brachiis* hinc inde sustinentem: ut est apud *Chifflet. n. 231.* Hæc figura prius in scuto  
*fuisse* legitim, dein cum columnæ estet sumta, in galeam translata est cum lymbole: *Con-  
*tenuit tutu procelas.**

§. v. Alium apicem *Chifflet. Eq. A.V. n. 316.* *Francisco Columnio principi Palestine* Alius.  
*tribuit*, videlicet columnam scutariam boā cœruleā in gyrum circumvolutam, erum-  
*pente* è fauicibus infantulo coccineo. Laciniae tinguntur argento & cocco.

## CAPUT XVIII.

### Com. & Baron. Concini.

#### ARGUMENTUM

1. *Concini Itali.*
2. *Exiliis Austriae Barones & Comites.*

#### 3. *Malgoldia familia.*

4. *Concinia tessera.*
5. *Rosseck.*
6. *Galea, Malgoldia, Rosseccia, Concinia.*

#### §. I.

**I**N Tuscia nobilitate *Concinorum* insigne nomen est. Ita in *Abb. Camurrini* *Conciali*  
*Hist. Genealog. Fam. Tusc. & Umbr. p. 180.* *Leonora Concinia* fit mentio, quæ uxor fuit *Itali,*



Horatii, ex Marchionibus del Monte, March. & Com. de Mealla: Alibi p. 426. Equitis *Ioannis Baptiste Concius*, qui palatum Guadagniorum in civitate Aretina emerit. Ex eadem gente fuit *Concinius Concius*, qui sub *Marecalli Ancrai* nomine in Gallia clavuit, & Dux ac Par Franciae creatus, tragico tamen exitu perit.

**Ex illis**  
**Autriaci**  
**Barones &**  
**Comites.**

§. ii. Ex eadem gente, qui nomen hoc in Austria gestant, oriundos esse, facile nobis per vadenum, & quidem ex Italia eos in Tirolim, dehinc in Austriam pervenire atque dominia *Vocking*, *Weinzirl*, *Pervuahrt*, &c. acquisivisse eductos sum. Gabr. *Bucel. Germ. Stemmatograph. P. 3. pag. 21.* primum allegat *Nicolaum de Concius* maritum *Lucie de Droß* heredis, quibus *Antonius Dn. in Droß* natus est *Christophori* pater, qui *Ehrnricum, Ioannem & Ferdinandum vel Isacobum* genuit, unde tres linea. *Ehrnricus* avus fuit *Georgii Friderici, Wolfgangi Adami, Ehrnrici Christophori, Joannic Sigismundi & Caroli Volcardi*, qui *Comitum* titulo insigniti sunt.

**Malgoldia**  
**familia.**

§. iii. Scutum exhibit in armoriali suo *Sibmacher. P. I. pag. 38.* quadripartitum. Quadra prima & ultima *rubea argenteum cantherium inversum* seu ex capite area in pedem portetum (untersich gefehrte Sporn oder Windelmaß/) continet: quod *dyua* fuit antiqua familiae *Malgoldie*, hāc extinctā ab Imperatore *Maximiliano L. 1496.* *Conciinus* concessum.

**Concinia**  
**tessera.**

§. iv. Areola secunda & tertia ex erulea representat balthicum diagonalem similem (weiße mittelstrich nach der schrägen/) comitibus ex auro in superiori parte stellae sex radiorum, inferiori lunula, qua tessera gentilis est, sed posteriori loco, quod in aliis etiam exemplis videre licet, collocata.

**Rosseck.**

• §. v. Toti incumbit media partula *rubea insignis rosa aurea*, denotandæ familie *Rosseck* in Carinthia, quod ex hereditate est *Mariae Salomeæ de Rosseck* in Landskron, qua *Christophori Conciini* uxor fuit.

**Galeæ.**

§. vi. Galeæ scuto insistunt tres coronatæ, priori draconis seu ignovomæ feræ caput & collum protendit, viride sed anteriori parte auro infecta, flammis rubeis ex malgoldia, rictu & auribus prouerpentibus: *Laciniæ minio & argento tinguntur* pro *Malgoldio* *Rosseccia*, apice: Media *Rosseccia* sustinet jugum explicatum alarum rubearum cum singulis rosis aureis; phaleræ dependentes etiam fulgent auro & coco. Tertia ornatur ala cum *Conciinia* typo areae *Conciinia*, & laciniis cyaneis atque argenteis.

## CAPUT XIX.

### Com. Cronbergii.

#### ARGUMENTUM.

1. *Familia Cronbergia.*
2. *Comitum scutum.*
3. *Ferdinandi II. diploma.*
4. *Rudolphus è Gneifis Ludovici p̄s affinis.*

5. *Cronbergia tessera.*
6. *Familia linea. Affinitates illustres.*
7. *Scutulum medium cum aquila.*
8. *Geroldseccium symbolum.*
9. *Galeæ & Apices.*
10. *Ex Imperials diplomate.*

#### §. i.

**Familia**  
**Cronber-**  
**gia.**

Inter Equestres Rhenanas familias à pluribus sœculis inter paucas præprimis eminuit *Cronbergia*, à castro *Cronberg*, quod non procul Francofurti distat, cognomen sortita: cuius insignia conspicuntur *Wapenb. P. I. pag. 124.*

**Comitum**  
**scutum.**

§. ii. Ex eo tempore in sublimiore elevati dignitatem alia dispositione *Comites* uti capere: qua illa est, ut scutum quadripartitum conspicatur. Prima & quarta area *rubea fasciam* refert *auream*. Secunda transverse in duas partes secatur, superiori *ruba* *coronam deferente auream*, inferiori vario vellere fatta, seu *argentea quatuor ca-*  
*ruleis monticulis campanarum* *instar* distincta. Tertia candem sectionem patitur, sed inferiore locum occupante corona, superiore monticulis. His laterculis incumbit medium scutulum *aureum aquila* *imperialis nigra* (*sed sine corona*) insigne.

**Ferdinandi**  
**II. diplo-**  
**ma.**

§. iii. Ut rectius ista intelligamus, ex re fuerit ex diplomate Augulti Ferdinandi II. 13. Jan. 1623. familia dato nonnulla inserere, que gentis originem & insignia spectant. Ita ergo verba sonant: Wann uns nun der Ehre würdig Johann Schweickhart / Erzbischoff zu Mainz / des Heil. Röm. Reichs durch Germanien Erz- / Kanzler / unser lieber Neve und Thürfürst / unterthänig zu erkennen geben/ welcher-



welchermassen das uralte Adelich-Rittermässig Geschlecht deren von Cronberg von vielen unsindlichen Jahren hero / wie auf vielen Epitaphiis, Monuments und stiftungen/ so wol in Kirchen und Gebäuen/ insonderheit aber noch Anno Christi 866. von wenland Rudolffen von Cronberg geheimen Rath und Canglern des Königreichs Francreich/ vermög nachfolgender glaubwürdiger Formalschrift: *Messire Rudolphus ou Raoul de Cronemberg oncle d. Charles le Chauve grand Conseiller & Chancelier de France l'an DCCCLXVI. homme sage, prudent & de saute vie, qui estoit issu de la noble maison de Cronemberg, & portoit de queules a la couronne d'or, escarlete de vair, sur le tout d: l'Empire. Fuit hic Rudolphus frater Judithæ, quam duxit uxorem Ludovicus pius Imperator Caroli M. filius, pater Rudolphi & Judithæ præfatae fuit W elpho I. tum temporis Dux Notici ex comitibus de Altorf. Ex hac familia uxorem deinde duxit Luitgardam Ludovicus Rex Francie Ludovici pii nepos, &c. zu schen / wie gedachter Rudolf von Cronberg durch das ganze Römische Reich titulirt/ gehalten und berühmt worden. Auch disz hernach geschrieben uralt anererb't Rittermässig Wapen und Kleinot gebraucht und geföhret haben/ so da mit namen ist ein quartierter Schild/ dessen hinter unter und vorder obertheil rothoder Rubinsfarb/ der hinterste ober- und vorder untertheil aber weiß oder silberfarb ist: In dem hindern untern und oberen vordern jedwedern erscheint eine Königliche goldfarbe Cron. Indem vordern und oben hindern theil aber vier blaue paarweig nebeneinander in Hlöcengeftalt gesetzte Berg/ inmitte des Schildes ein gelb oder goldfarb Herzschilt/ daranem ein schwarz aufzgebreiterter doppelter Känslerlicher Adler / welches jetztgemeldte Wapenklemot dann nach und nach auf sic die von Cronberg/ verstant und gefallen. Und damit nun obgedacht Cronbergisch uralt Rittermässig Wapen und Kleinot mit denjenigen/ welche sie bisher von viel hundert Jahren hero gehabt/ und theils von wenland unsern gelieben Herrn Vatern und Vattern Kaiser Matthias/ Christseligster gedächtniß/ vermehrt und gebessert worden/unir und zusammen gefügt werden mochte/ &c. Inde eadem sine mutatione, quæ antecedentibus verbis enunciata, repetuntur insignia, & dantur Adamo Philippo Baroni in & de Cronberg, ejusque agnatis Hermanno, Ioanni Danieli, Ioanni Scardio, Ioanni Philippo & Hartmudo.*

§. iv. Rudolphi, quem diploma memorat, passim historiæ faciant mentionem, & Rudolphi. quidem constanter eum W elphis ascribunt: *Cronenbergii autem cognomen nullibi ei phus è appositum legi, neque bene magno numero stirpium, quas autores ex W elphis deriveantur solent, ab ullo Cronenbergios adscriptos memini. Sed quam suo diplomate confirmare Augustus voluit traditionem, impugnare nolo.*

§. v. Potro gentilia insignia *Cronbergia esse areolam istam rubram cum corona & argenteam cum ceruleis monticulis (varii velleris figura)* vix dubito. Et quidem communiter quadrifida sectione utramque areolam repete solebant, uti videre est in alleg. *Wapenb.* I. p. 124. Nunc uti vidimus extra quadraturam repetuntur. Coronam ad nomen alludere vix dubium esse porest: sed & monticuli alterius areole alteram nominis partem constituunt. Unde ad eam speciem patonomasticorum insignium hæc referte convenit, quæ duabus figuris unius nominis partes exprimitur. Alicubi tamen legisse memini, quod Sigfridi Burggravi de Landscron filia Lupfardis Domino de Cronenberg nupserit, à quo his corona accesserit.

§. vi. Gentem ipiam quod concernit, hoc videlicet nomine compellatam, antiquissimam ejus memoriam seculo decimo tertio reperio. Eoenim duo vixerent duarum linearum autores: quo vero agnitionis inter se gradu fuerint, non constat. Alter *Franco de Cronberg*, qui 1236. vixit, istam lineam ex se dedit, quæ cassidi alarum imposuit jugum, in scute vero areolam coccineam sine corona gestavit: In ejus pronepotibus Dieterico & Joanne iterum duo rami egressi; quorum alter *Ioannis* in *Franchonis*, qui 1460. extinctus est, filia *Elisabetha*, quæ *Ioannis Com. Solmensi* marito *Radelhemum* (quod *Franchonis* illius prioris filius *Walterus* ab uxore sua obtinuerat) attulit, terminatur: alter *Dieterici* diutius floruit, & in ea quendam *Hartmudum* reperio, qui scuto etiam coronam inseruit. De *Ioannis* progenie scire convenit, ejus nepotem *W altherum* loco alarum galeæ coronatæ aures asininas nigras & argenteam impossuisse: quod nonnulli *Joanni* ipsi tribuunt, & rationem aurum à matre ejus *Reiffenberglia* affinitates illustres.



*bergia* derivant. Alter *Hartmuth de Cronberg* Eq. qui n<sup>o</sup> 266. *Agnetem Hinovie Comitis*, s<sup>o</sup> am duxit, hujus linea autore est, ex qua *Illiusterrimus Comes* & alii qui superflunt agnati descendunt, quæ & coronam in clypeo gestare & apicis loco strobilum (*Danzapsen*) usurpare solita est. In ea *Hartmuth VIII.* excellit, magnus *Beati Lutheri* nostri fuit, & ei ita familiaris, ut non solum ejus literas acceperit, verum etiam velipse in ejus causa quædam scripsit vel suo nomine ab isto scribi passus fuerit, quæ nunc quoq; in Magni Doctoris nostri Tomis leguntur: Tum *Ioannis Sviardus Elektor Moguntinus*, qui Archiepiscopatu ab anno 1604. ad 1626. præfuit. Cæterum familia splendorem & quo superioribus seculis loco habita sit, inter alia ostendunt affinitates ex præcipuis comitum stirpibus peccata: Ita ex linea *Franconis Philippo* Equiti Comitisla *Westerburgia*, & alia *Adelheidis*. *C. Erpacensis*, *Walthero Elisabetha Dn. de Runckel*, *Franconi Catharina Eisenburgia* s. *Iscenburgia*: Ex altera linea *Hartmuto* primo *Agnes C. Hanoviae*, filio Hartmutho II. E. *Elisabetha Dn. de Weinsberg*, hujus filio Hartmutho juniori *Comitissa Nassoviae*, Hartmutho V. *Wiltburgis Com. Isenburgio-Büdingensis* nuptæ sunt: Quibus hoc seculo accedere matrimonio *Illiusterrimorum Comitum Adami Philippi* cum *Maria Sidonia C. Falckensteini*, (que post eum *Hermanno Fortunato M. Badensi* nupsit,) & qui nunc solus illo titulo claret, *Cratoris Adolphi Ottonis* cum *Maria Francisca Com. Oettingensi*. Nec minus aliæ *Illiusterrimæ* familiæ ex hac sibi quæsivere conjugia: Ita *Elisabetha Rædelheimis* heres *Ioanni Solmeni* comiti, à quo universa stirps *Illiusterrimorum Solmenium*, *Laubacensium* & *Lichenium* descendit, & ejus amita *Anna Eberhardo Domino de Eppstein* elocata sunt.

**Scutulum  
medium  
cum aquila.** §. vii. Scutulum medium aquila insigne, videtur *gratia imperialis* esse symbolum. Ex diplomate *Ferdinandeo* didicimus olim jam illud in usu fuisse. Ex eo vero usum ejus iterum omnium oportet, quod ex armoriali nostro colligo. Crediderim vero ab *Augusto Matthia* donum illud repetitum, & eo designari, quod in diplomate mentio fit, ab hoc Imperatore scutum gentilium amplius extortum.

**Geroldseccum  
symbolum** §. viii. Superest laterculus primus & quartus ejus dispositionis, qua Comes moderatus uititur, *aureus rubea fascia* exaratus: quo symbolo *Geroldseccia* dynastia notatur, ad *Hercyniam* s. *Nigram sylvam* sita, cuius arx differentia à *Geroldseccio ad Vogasum* in *Alsatia Hohengeroldseck* nuncupari solet. Cæterum familia, quæ illâ fasciâ olim usâ, sicut ex veterissimis Germaniæ. Originem eius deducunt ab *Hildebrando D. Sveviae*, *Hildegardis* patre & ex ea *Augustustilimi* *Caroli M. Socero*, cuius filius *Geroldus* ab affine *Dux Bavariae* & *M. Austriæ* creatus sit, & 798. prælio contra *Hunno*s ceciderit. Duo huic filii dantur *Bertholdus Dux Sveviae* & *Geroldus*, cui pater castrum *Geroldseck* à se conditum & dictum cum dominio adjacente, *zona aqua* Ducatus *Sveviae*, concesserit. Ab hoc reliqua familia *Geroldsecciorum* derivata, in qua *Ioannes 935.* expeditioni *Hentici aucupis* aduersus *Obotritos* & *Vinidos* interfuit: aliorum qui ludis equestribus variis adfuere, in horum indicibus mentio fit. *Conradus* quoque & *Waltherus Episcopi Argentinenses* fuere. Seculo decimo quinto *Waltherus Geroldseccius* se etiam *Comitem Veldentinum* dixit; quo jure? haec tenus indagare non potui. Ultimus matrum familiæ *hanc clausum Iacobus 1634. 26. Jul.* defunctus, unâ reliktâ ex *Barbara Rappolsteinia* filia *Anna Maria*, quæ postmodum *Friderico Comiti Solmeni*, & hoc extinto *Friderico M. Badensi* nupsit. Cæterum *Jacobo* vivis exempto id Imperator meritis militibus *Adami Philippi Cronbergi* dedit, ut feudum *Geroldseccium* ei attribueret. Quo tituloin *Comitum Sveviae* scanno ipsis locus est. Galcas tamen nondum assumenta vidi: quæ alias, uti ex *Wapenb. I. pag. 19.* videte est, dux *Geroldseccii* in usu fuere, altera coronata, imposita columnâ vel potius pileo oblongo orientali coccineo, cuius capitulum vel in summitate globulus auro fulget, impositis pennis pavoninis, sui coloris: altera sustinebat alarum symbolo scutario exaratum jugum complicatum.

**Gales &  
Apices.** §. ix. Descriptio in hunc modum clypeo duæ imponuntur cassides: quarum prior coronata in *strobili* figurum coniuncta nigras plumas sustinet: quem ex *Wap. I. p. 124.* *Cronbergorum* antiquum apicem tuisse constat: videlicet ejus linea, quæ ab Hartmutho aliquoties jam dicto descendit: altera jugum refert explicatum alatum, quarum prioris superior alterius inferior pars *cocco*, reliqua vario vellere vel monticulis cæruleis in argento pinguntur. Alis usum esse linearum alteram, *Francosenatam*, jam §. 6. diximus. Quæ forte distinctio discerniculi vim obtinuit inter lineas: de quo more P. I. c. 8. quædam observata sunt. Unde crediderim duplum hunc



hunc apicem assumptum, ut colligerentur universæ familiæ decora. Quamvis enim tertium apicem notaverimus aures duas alininas, hunc non receptum autumo, quia & paucis usurpatu non diu duravit, & si conjectura non fallit, ob maternam memoriæ assument fuit: unde ut resumeretur, parum refertre visum est.

§. x. Galeas istas non semel allegatum diploma ita describit: *Uuff dem Schild* Ex impe-  
ziven gegeneinander gesetzte offene Adeliche Thurniers helm/ bender seits mit  
roth oder rubin auch weiss und silberfarben helndecken/darob auf dem hinderen  
erschemen ziven Adlers flügel/ in welches vordern fußels untertheil und in des  
hindersten obertheil in jedem auch vier blaue neben einander paarweisz in Glo-  
stengestalt gesetzte berge/ allerdings wie unten in dem Schild/ der vorder helm  
aber mit einer Königlichen goldfarben Kron geziertet/darauf ein dicker schwarz-  
er federbusch in gestalt eines Thanzapfens erscheinet.

## CAPUT XX.

## Crusfolii, Duc. Utice.

## ARGUMENTUM.

- 1. Familia Crusfolia. Linea.
- 2. Duxis Utice scutum.
- 3. Crusfol. Levis.

- 4. Gourdon Genouillac. Galiot.
- 5. Utica.
- 6. Apex.
- 7. Scutum Com. de Crusfol.
- 8. Tenui.

## §. I.

Intra eos qui extra Principum ordinem Ducatus axioma acceperunt, ordine tempo- *Familia*  
*Crusfolia*  
ris primi sunt *Crusfoli*: quorum Illustrissima gens ad *Geraldum Baſſet* refertur, mari- *Lincea*  
tum *Berengaria* heredit *Crusfolii* circa 1110. Ab hac familiæ cognomen. Ab hoc Gerald-  
do per matrimoniam ex familiis *Rouſſillon*, *Pagan*, *Poictiers*, *Montel*, *S. Didier*, *Chateau-*  
*neuf*, *Clermont*, *Tournon*, *Lajſe*, descendit *Ludovicus B. Crusfolius*, *Seneschallus Pictonii*,  
governator *Delfinatus*, *Magnus dapifer Francie* & *Ludovici XI. cubicularius*. Hic  
proavus fuit *Antoni* & *Iacobus* primorum *Utice Ducum*, quorum hic *Em. inuenit* genuit  
*Francisci*, *Utice Ducis*, *Comitum Crusfolii* & *Apcherii*, *Iacobum Christopherum*, *Mar-*  
*chionum de S. Sulpice*, *Ludovicum*, *Marchionum de Crusfol*, ..., *Marchionum de*  
*Monsalais* & *Armandum Marchionum de Cuisieux latores*.

§. ii. *Duxis Utice* scutum illud vidi, ut in quadripartito scuto quadra prima & *Duxis Ut.*  
quarta bipartita exhibeant symbola familiarium *Crusfol* & *Levis*: secunda & tertia no- *ce* scutum  
va quadripartitione miscent symbola stirpium de *Gourdon Genouillac* & de *Galio*.  
Toti vero imponatur pampula *Vticensis*, d' *Vfiez*.

§. iii. *Crusfolia* tessera ipsa est laterculus quaternis aureis & viridibus fasciis exarta- *Crusfol.*  
tus. Qui vero huic contiguus *Levi*am stirpem designat aureus tres cantherios nigros  
completatur. Hunc credo quod addiderit *Ludovicus B. Crusfolius* §. i. dictus, qui *Ioan-*  
*nam duxit Gilberti de Levis C. de Ventz*, *leur filiam*.

§. iv. Tesseras familiarium *Gourdon Genouillac* & *Galio* attulit *Ludovici illius ne-*  
poti *Carolo Magno* dapifero *Francie* uxor *Ioanna de Gourdon Genouillac M. Scutarii* *Gourdon*  
*Genouil-*  
*lac.* *Francie* & tormentatiæ rei Magistri filia. Porro *Gordonum* & *Levi*a est area *carnuta* *Galio*  
*in signis tribus stellis aureis in palis formam dispositis*. *Galiorum* vero aurea tribus balticis  
dextris rubeis exornata.

§. v. *Utice* tessera elyracea tribus balticis aureis exornata. Hanc modo dicti *Caroli Utice*  
pater *Iacobus B. de Crusfol* *Ludovicus filius* uox debuit *Simone Vicecomiti Utice i. Vſti-*  
*ca. 1572*. Unde titulum *Vicecomitis Ulſicensis* eius filius *Carolus* gessit. Verum qui  
hoc genitus est *Antonus Utice* lux (quod opidum est ad *Gardonum* fluvium *Epi-*  
*catu* insigne,) axioma *Ducale* 1565. obtinuit, quod *Curtia Tholosana* 1566. 26. Mart. con-  
firmavit. Inde 1572. m. Jan. *Paratus* dignitas accessit, menie *Martio Paratensis* curia au-  
toritate firmata.

§. vi. Scuto huic incumbit *galea coronata*, cui caput leporarii argenteum imposi- *Apex*  
tum conspicitur. *Lacina* dependent ex auro & coco. *Telamones* autem adstant duo leo-  
nes. Tum torques ordinum regiorum circa scutum viuntur; que quidem dignitas  
personalis est.

§. vii. Filius *Duxis Emanuel C. de Crusfol* & *d' Apcher* paternum *ſeyua* de scriptum *Scutum C.*  
gestat in scuti bipartiti dextro latere, sinistrum aureum implet *caſtro* *rubea* *supra* *de Crusfol.*  
quod



*quod conspiciuntur duo bipennes caruleæ; quod symbolum est gentis Apcherie, cuius heres Margareia Francisco Duci nupta inter conditiones dotales hanc necessitatem insignium Apcheriorum attulit. Reliquarum linearum discernicula nondum vidi.*

Tibuli.

§. viii. Titulum illum observavi: *Franciscus de Crussol, Dux d'Ifiez, Princeps de Sôyon, Comes de Crussol, d'Apcher & de S. Cherly, B. de Lévis, de Florensat, de Bellegarde, de Remoulin, d'Aymargues & de S. Geniès, Dn. d'Acier & de Cadenat.* Rationem singulorum reddere nequoc. *Sôyon Vivaresii, Rex principali dignitate ornavit. Lévis & Florensat à Joanna Lévia videntur allata. Acier attulit Joanna de Gourdon Genouillac, cuius pater illo titulo usus.*

## CAPUT XXI.

### Com. Egmondani.

#### ARGUMENTUM.

- |   |                                 |
|---|---------------------------------|
| 1. Familia Egmondana. Lineæ.                | 5. Alia dispositio.             |
| 2. Scutum Lamorallii Egmond, Tesseræ Egmon- | 6. Apex.                        |
| dana. Arculeja.                             | 7. Scutum Egmond. Com. de Baer. |
| 3. Geldria. Juliacum.                       | 8. Rami Ifselfeinii.            |
| 4. Lucenburghum. Balcium.                   | 9. Merensteini.                 |
|   | 10. Titulus.                    |

#### §. I.

Familia  
Egmon-  
dana.

Lineæ,

**E**gmonda Hollandiæ opidum non alio nobilior est quam familiæ causa, quæ inde nomen assumpsit, ex vetustis Frisiorum regum posteritate. Cum enim Radbodus nonus Rex gentis illius à Carolo Magno exutus regno esset, Egmonda dynastia titulum assumpsisse eum perhibent, quod factum fuerit vergente seculo octavo. Nam 792. in fata concessisse dicitur. Ab eo quinto decimo gradu deducitur Gerhardus Dominus Egmondanus, qui è conjuge Elisabetha f. Guilelmi Bar. de Strien Gualtherum & Ioannem genuit. Hic 1319. mortuus ex Beatrice Vianensi pater fuit Guidonis & Gualtheri, ex quibus Egmondani de Merenstein, in duas lineas, quæ iterum surculos alios producere, disticti. Gualtherus autem Gerhardi filius Dominus Egmonda 1321. extintus genuit Ioannem maritum Guida filia Gisberti Amstelii Dn. de Ifselfein. His geniti præter alios Arnoldus & Wilhelmus, ex quo Domini de Zoovermeer, Zevenhoven & Seegvart, quorum linea defecit in Davide & Ioanne apud eos, Gualtheri, qui 1519. obiit, libertis. Arnoldus filios habuit Ioannem & Wilhelnum Ifselfeinis dynastam sed æmula. Joannes uxorem duxit Mariam f. Joannis Arculei, unde nati Arnoldus Dux Geldria & Vilhelmus. Arnoldus filium habuit, sed in se impium expertus est, Adolphum, hic Carolum Ducum Geldriæ ultimum. Guilelmus autem Ioannis pater fuit & Friderici: huic qui Ifselfeniam natus erat Aleida Culenburgia Buren & Sanmartinsdyck attulit, unde filius Florentius & nepos in historia Caroli V. celebris Maximilianus Egmondanus C. Bure, qui 1548. extinctus est, pater Annae, quæ Buram, Ifselfein & Leerdam Guilelmo Nassovio principi Arausionensi attulit. Joannes Guilelmi filius primus Egmonda Comes fuit, & Ioannem genuit, Franciscæ Lucenburghiæ principis Gauera maritum: his parentibus ortus Lamorallus, cui 1568. Albani tyrannis caput abstulit, ausu Hispanicæ potentiae in Belgij pene extitit. Liberi ejus ex Sabina Palatina Friderici III. Eleboris sorore plures: sed inter eos Carolus gentem propagavit, pater Ludovici, avus Philippi Ludovici.

Scutum  
Lamorallii  
Egmond.  
Tessera  
Egmon-  
dana.  
Arculeja.

§. II. Lamorallio Egmondano Chifflet. Inf. Eq. A. V. n. 200. parvam attribuit quadripertitam, ut 1. & 4. quadra bipertita, hinc duodenis cantheris aureis & miniatis impletatur, quorum duo primi superne bifidi sunt. (Hæc ipsa Egmondiorum est tessera.) Isthinc argentea a duplice fasciam transversam coccineam alternis utring. pinnis asperatam representet: quo familia Arculeja designatur. Quod Dominium Arculeji f. Ercklens in Juliacensi Ducatuœ celebris redditum est, cum Joannes Ioannam conjugem obtineret Guilelmi & Reinoldi Juliaci atque Geldriæ Ducum sororem. Eo vero matrimonio præter Guilelmum filium nata est Maria Ioannis Egmondani conjux.

Geldria.

§. III. Quadram secundam & tertiam bipertitam ornant leones Geldricus & Julianus. Horum ratio ex eo, quod Arnoldus Egmondanus Joannæ nepos fuit, ad quam & posteri-



& posteritatem Guilelmo & Reinoldo fratres sine prole mortuis videbatur successio spectare: & quidem *Geldriam* obtinuit, Juliacensis ducatus ad agnatos ex Bergensi linea reversus est. Ipsi Geldria Arnoldi nepote Carolo sine liberis extinto (frustra eam sibi afferre conante Guilelmo Clivio & Juliacensi,) in potestatem Caroli V. venit. Memoriam tamen tanti decoris, quo familia fuisse, servat alter, qui ab Arculeis & Geldris non descendit ramus.

§. iv. Huic clypeo aliama parvulam medium imponebat Lamorallus, quadrifida partitione Leonem Lucenburgium & Balciorum (Baux) stellam 16. radiorum in area costata reprezentantem. Hanc parvulam à matre assumit *Franciscus Lucenburgius* sorore & herede Jacobi III. Lucenburgh Dn. de Fiennes C. de Gaure Eq. A. V. cuius hoc scutum describit *Chifflet.* n. 81. Eius vero & Francisci abavia fuerat *Margaret* f. *Francisci Balcius* Ducus Andriani, Petri Lucenburgh C. Sanpauli uxor.

§. v. Aliam dispositionem tribuit modernis *Sammarchi* l. Est. de l. Esp. p. 110. III. ut *Aliadispositionem* mirum tesseræ Egmondanae & Arculeæ quadras majoris scuti conficiant, cui media incubat parva Geldrico-Juliacensis. Ita etiam disponit clypeum Guilelmi Dn. Egmondani *Chifflet.* n. 78.

§. vi. Galea coronata exhibet pileum sursum turbinatum laureis instruens ordinatus compositum. Laciniae aureæ sunt & coccineæ.

§. vii. *Ioanni Egmondano Comiti*, *Dn. de Baer*, qui Lamoralli avus & 1491. *Eques auctor* rei velleris creatus fuit, *Chifflet.* n. 101. eam dispositionem assignat, ut 1. & 4. quadram *Egmontii* cantherii occupent. Tertiam *Arculeorum* zone pinnatae. Secunda autem *C. de Baer*, aurea defert baltheum dextrum coccineum pro dominio *Baer*. Tum apicem tribuit caudam pavoninam.

§. viii. Quod attinet ramum *Iffsteinum*, *Florentio Egmondano* Maximiliani Buraniani patri tribuit *Chifflet.* n. 120. quadripertitum clypeum, ita ut 1. & 4. laterculus sit *Iffsteinus*. *Egmondanus*: 2. & 3. coccineus argentea zona alternis utrinque pinnis asperata imprimitur. Hoc signum est *Burane* dynastæ vel comitatus, quem Friderico Egmondano patri Florentii attulerat *Alerda Culenburgia*, nata (matre) *Eliabetha* f. *Joannis de Bura*, *C. de Hochstraten*. Demum toti imponitur novum scutulum *aureum nigro fasciatum* cum decussi argenti & minii ductu duplice alveolato toti supercurrente. Quo notatur *Iffstein*, à Guida Joannis uxore, ut vidimus §. i. allatum. Hæc vero linea hereditatem ad Nassovios, ut diximus, transmisit.

§. ix. *Merensteinia* linea tribui legafasciolam trifidam caruleam, quam Egmondus symbolis induxerint.

§. x. Titulum Egmondanus modernis dicto loco *Sammarchanus* tribuit: *Dux Titulus* *Geldria & Iuliaci*, *Com. Egmonde & Zuphania*, *Princ. Imperii*, *Grandis Hispania*, *Princip. Gauera*.

## CAPUT XXII.

### *Farnesii, Duc. Parma & Placentie.*

#### A R G U M E N T U M.

1. *Farnesia familia.*
2. *Ducus Parmecum. Confalonierii Ecclesie.*
3. *Lilia Farnesia.*
4. *Placentia & Parma Ducatus.*
5. *Antriacum & Burgundicum symbolum.*
6. *Lusitanicum scutulum & prætensio.*
7. *Apex.*

#### §. 1.

*Farnesia* familia, cui à *Farneto* Castello Etruscorum nomen, plurimum sive dignitatis *Paulo III. Pontifici*, qui 1549. fatis concessit, debuit, *Parma & Placentie* ducatibus obtentus, quos nunc quoque tenet. Ceterum ex eajam sub *Conrado Imp.* memorant aliquem *Petrum Farnesium Dominum Farneti*, qui Ecclesie, ut vocant, partes in *Thuscia* defendenter, & *Orvieto* Imperatorem *Henricum* depulerit: alium *Petrum* sub *Paschali* 2. Pontifice supremum narrant fuisse armotum Ecclesie Ducem, qui *Orbitellum* restaurarit, nec non ejus filium *Prudentium Confulem* *Orvieti Capitaneum* armorum Ecclesiasticorum adverlus *Fridericum* L. & alios. Confer *Ioh. Petr. Crescent.* corona della Nobil. d'ls. P. 2. c. 1. p. 28. & seq.



Ducis Parmae scutū. §. II. *Parma* Duces, qui hujus gentis sunt, scutum perpendiculatiter tripartitum gerunt, seu quadripartitum dicere malis medio palo interjecto. Medius ille palus *coccineus* *Pontificis vexillo insignis*, *ceruleo conopeo*, *aurō fimbriato*, *hasta aurea*, *geminis clavibus*, una aures altera argentea in decussim træctis & aurō (aliu cyano) colligatis, notat dignitatem *Confalonieru Ecclesie*, quam hi Parmenses cum Mutinensibus & *Urbinatibus* communem habuere. Conf. §. I.

Confalonieri Ecclesie. Lilia Farneſia. §. III. Primus palus transversè sectus, superiori loco exhibet in area *aurea sex lilia cyanæ*: inferior pars bipartita *Anſtriacam fasçam* & *Burgundicas veteres tantas asæ* *limbus* refert. Palus extremus eadem sed situ inverso repetit.

Placentia & Parmæ Ducatus. §. IV. Lilia ipsam *Farnesiæ* gentem notant (Confer *Theod. Haping. de Iur. inf. c. 8. §. I. m. §. n. 124.*) ex qua *Petrus Aloysius Pauli III. filius à patre duos ducatus 1545.* consecutus est: cum vero ob varia facinora à conjuratis esset trucidatus, *Placentiam* *Ferdinandus Gonzaga pro Carolo V. occupavit: Parma* ægre conservarunt Pontifici; Demum cum Octavius illius filius Imperatoris filiam naturalem *Margaretam* duxisset, tandem illis conditionibus locero reconciliatus est, ut *Placentiam* iterum haberet, sed in arcis Hispanorum praetidio recepto. Demum filius eius Alexander gestis in Belgio inclitus pene invito regi Hispanie *Placentiæ* plenam possessionem extorxit: quæ nunc quoque cum *Parma* in familia potestate est.

Austria cum & Burgundiæ cum sym- bolum. Lusitanum cum scutum & prætenſio. §. V. *Austriaca* & *Burgundica* tesseræ memoriam servant conjugii inter *Ottavianum Farnesium* & *Margaretam Caroli V.* filiam naturalem.

§. VI. Alexander hictori impositus scutulum *Lusitanicum*, ob conjugem *Mariam Lusitanæ principem*, Edoardi D. Guiomaranii filiam Emanuels regis neptem. Quam ob causam *Parmensis* etiam inter eos comparuere, qui regnum Lusitanæ *Sebastiani* & *Henrici* morte viduatum ambiebant, sibiique deberi contendebant. Cum vero tres potissimum (ut de aliis non dicamus,) competitores essent, *Philippus II. Hispaniæ Rex*, *Dux Bragantinus Joannes* ob uxorem *Catharinam Mariæ* sororem & *Antonius*: *Mariæ* jus validis videbatur niti rationibus; cum Antonium excluderet legitima notum, *Catharinam* sororem, utpote major natu minorem, *Hispanum regem*, quia fratria filia sororis filio præferenda sit. Sed vicissim *Rainutio filio*, & quod *extraneus*, adeoque regni lege exclusus, & cum *Maria* præmortua, gradu *Catharinæ* remotior esset, reponebatur. Demum armis *Hispanus* prævaluit, & reliquos sua depulit prætentio. De qua te capite de *Portugallicæ* regno plura videre licet.

Apex. §. VII. Ex galea coronata erumpit *monoceros argenteus* capite in lavam obverso, *jbubâ*, *barbâ* & *cornu aureis*, *cervice argenteo vinculo colligata*. *Lacinia* dependent *aureæ* & *cyanæ*.

## CAPUT XXIII.

### Barones de Fleckenstein.

#### ARGUMENTUM

1. *Fleckensteinia* *familia.*
2. *Linea Dachſtulensis. Fleckensteinum symbolum.*
3. *Dominum Dachſtul.*
4. *Galea.*
5. *Linea hodierna.*
6. *Fleckensteinia.*
7. *Windedius.*
8. *Tutulus.*

#### §. I.

*Fleckensteinia* *familia.* *I*llustris *Fleckensteinorum* in inferiori Alsatia familia ad *Henricum de Fleckenstein* referunt, qui in ludis Equestribus Rotenburgicis 942. à societate superiori Rhenana Rex electus est cum tessera cygni, conf. *Linn. Iur. publ. 6. 5. 47.* Hujus ex posteris ludos equestris celebrarunt Mersburgios 968. *Waltherus*, *Colonenses* 1179. *Henricus*, *Trevirensis* 1190. *Wilhelmus & Godofredus*. Seculo decimo tertio 1255. fratres lego fuisse *Rudolphum*, *Ioannem*, *Wolfrannum*, *Fridericum*, & quod tamen cum temporis ratione vix convenit *Henricum*. Id dubio vacat, à *Rudolfo* descendisse eam lineam, quæ *Baronum Dachſtulensem* fuit: ab *Henrico* eam, quæ nunc etiam supererat.

*Linea Dachſtulensis.* §. II. Prioris lineæ scutum depingit *Sibmacher. P.I. pag. 19.* Nempe quadripartitum, area prima & extrema transversis fasciis argenteis & *viridibus* exarata: secunda & tertia



& *tertia aureum decussi nigro*. Quod priorem tesseram attinet, ea *Fleckensteinia* est, & totigeni communis. *Bernh. Herzog. Chron. Alf.* dicit tres esse fascias virides scuto argenteo inductas, alii ternas faciunt utriusque coloris. Linea hac prior, quod masculos attinet, defecit in *Georgio*, qui circa 1644. Hanoviæ fato suo functus est, curator Comitum. Ejus mater Rappoltenia, avia Hanoica, proavia Rhingravia fuit, atq; adeo ex illustrissimis stirpibus sumta erant matrimonia. Soror eius *Anna Sybilla* 1661. m. Aug. totam linneam clausit. Ex ea *Ioannes Episc. Wormat.* & dein Basileensis fuit 1423. & durante consilio mortuus est 1436. *Baronum dignitatem 1467.* *Fridericus III.* diplomate contulit, quæ ad extreum servata est.

§. 3. Decussis areola secundæ & tertiaræ notat dominium *Dachstul*, quod matrimonio ad familiam devenit. In MS. genealogia à praedicta *Anna Sybilla* communicata *Dachstul.* Henrico Dn. Fleckenstein uxori datur *Elsaf. Boemundi Dn. de Dachstul* ex Anna C. Daunia. *Bernh. Herzog. Chron. Alf.* L. 5. p. 132. ei Henrico 1389. dicit nuptiam filiam *Iosuam de Raldingen* (an Rollingen?) *Dn. Dachstulti*, ex Anna C. Daunia. Hanc dynastiam ultimus *Georgius* vendidit Electori Trevirensi *Philippo Christophoro*, à quo ad *Seteranos* dicitur translata.

§. 4. Galeæ insistunt scuto duæ, prior exhibet imaginem virginis coronatæ, cor-nibus duobus loco brachiorum enatis: quæ omnia transversi viridibus & argenteis fasciis distinguntur. Quæ etiam laciniarum tinctura est. Alteri coronatæ, dependentibus laciniis aureis & nigris plumæ struthionicae aureæ & nigrae imponuntur, pro *Dachstula* dynastia.

§. 5. Altera linea ab *Henrico Fleckensteinio* & ejus uxore *Agnete f. Friderici C. Mersensi* profata. Equestrem dignitatem diu servavit: ut tamen ob hereditariam unionem, quæ 1363. inita & ab aliquot imperatoribus confirmata est, regalia, bona, privilegia & dignitates reales pro conservatione familiae utrique linea communia essent, & simultaneæ investituræ concederentur. Unde etiam in *pacificatione Monasteriensis* inter eos recensentur ordines immediate Imperio subjectos, quos Rex Gallie in calibertate & possessione immediatatis, qua gavilli essent, polthac relinquere jubetur. Et nunc quoque in scanno Wetteravico locus eis conceditur.

§. 6. Huic linea itidem in usu est clypeus quadripertitus, primâ & quartâ areâ fascias *Fleckensteinias* complectentes, tres nimurum argenteas in viride solo, cui respondeat galea prior coronata virginem imaginem auro (in Wapenb. viridi colore) amictam, crinibus passis, & loco brachiorum enatis cornibus duobus, quæ fascias scutarias referunt.

§. 7. Secundam & tertiam aream caruleam percurrit *baltheus dexter aureus*, ad dito quadrante argenteo in angulo sinistro: quæ tesseræ est *Windecciorum Wapenb.* II. p. 134. Sed ut quadrans in dextro angulo appareat: quod etiam *Bernh. Herzog. Chron. Alf.* L. 6. p. 216. refert. Ex ea gentelegitur *Wilhelmus Herbipolenibus* interuisse ludis equestribus 1235. *Georgius de Windeck* filium genuit, & duas filias *Elisabetham & Ursulam*: ille Herzogio teste 1592. in Italia moriens masculos clausit: *Ursula Friderico Fleckensteinio* nupta, avia moderni *Perillustri B. Henrici Iacobi Fleckensteinii* fuit. Unde 1647. hac *Windeccia* symbola Fleckensteinius jungi cæpere. Respondet galea, representans item virginem iconem sed coronatam crinibus colligatis, amictu tesserarii symbolis distincto, & loco brachiorum additis cornibus hinc argenteo isthinc auro. Alia linea apud Herzogium usa dicitur pulvinati cœruleo, extremis coccineis, imposito cornu venatorio auro rubeis ligamentis. *Laciniæ* quæ dependent sunt cœruleæ & aureæ.

§. VIII. Titulus est: *Barones de Fleckenstein, &c.*

*Titulus.*

## CAPUT XXIV.

### Domus Francica, Rex & Principes Sanguinis Regii.

#### ARGUMENTUM.

1. *Insignia veterum Francorum.*
2. *An olim usitati bufones velvana?*
3. *Vnde erroris origo?*
4. *Leo, qui aquilam stringeret.*
5. *Tres coronæ.*
6. *Navis. Parisiensis urbis insignia.*
7. *Tres luna argentea.*
8. *Crux.*
9. *Noce personales.*



10. Alanda Gallorum veterum insigne.  
 11. Scutum modernum liliatum. An sub prima  
   & secunda Regum linea? Ioannis Ferrandiarum  
   gumenta pro eius antiquitate. Sceptra liliata.  
 12. Origilitorum. Ancylatus Clodoveo missa?  
 13. An è Galli gallinace cerebro? ex bufo num  
   specie? ex convolvuli flore?  
 14. An ex spiculis Francicarum bastarum?  
 15. An specis symbolum?  
 16. An ex paronomasia nominis Louis. Louis.  
 17. An ex paludibus Sicambrorum?  
 18. An olim apes sacerdotum, ex quibus efficta lilia?  
   An ex Floricagno nomine flores?  
 19. An pavillea vel tridius flores?  
 20. An verum lilium?  
 21. Numerus. Singula. Innumerata. Terna. Ternaria  
   mysteria.  
 22. Liliorum hieroglyphica & mysteria.  
 23. Ceruleus scut color.  
 24. Corona clausa. Vnde?  
 25. Galea. Lacrima. Papilio regius.  
 26. Telamones angelii.  
 27. Tesseram militaris. Monjoys. Denis.  
 28. Symbola. Lillian laborant neque nent.  
 29. Discernicula principum sanguinis.  
 30. Delfini scutum. Vnde Delfini nomen? Delfini  
   Arverniae. Vnde Delfinatus ad regem?  
 31. Ducus Aurelianensis discerniculum. Longaville  
   Engolismensis.  
 32. Ducus Andini. Andinorum veterum. Biuric  
   ensis. Alesonii.  
 33. Linea Eburovicensis. Artefie.  
 34. Borbonia. Condeis. Contii. Sveffsonum.  
   Montpensieriorum. Bellioccensem, Marcanorum,  
   Vindocinorum. Carencorum. Aubignorum.  
   Dreyssanteriorum. Russelionis.  
 35. Burgundica linea, prioris, posterioris. Dro  
   censis.  
 36. Naturalium. Ducus Vermandui. Vernolis.  
   Vindocinorum.  
 37. Liliain scuto Anglico. Communicata Archie  
   piscopo Rhemensi. Episcopis Lingonensi. Lan  
   dunensi. Noviodunensi. Catalannensi. Torna  
   censi.  
 38. Virgini Aurelianensi. Fam. du Lys. d'Estain.  
   Gentian. Arcoliers. Budes. Hospital. Faverot.  
   Bertrand. Portail. Stuart.  
 39. Fam. Albretana.  
 40. Argenton. C. de Vexin. Bethune. Tournon.  
   Monchâl. Rivoires. Chalencou. Acigne. Beau  
   mont. Antichamp. Precontal. Chasteaubriend.  
   S. Gilles. Apchon. Fay en Beauvoisis. S. Leger.  
   Alleman. Candie.  
 41. Communicata lilia exteris, ut Cuevis.  
 42. Alius principibus.  
 43. Amicitie causa sumta.  
 44. Navarrensis scutum conglutinatum.  
 45. Scutum ipsum. Figura an catenas referat?  
 46. An carbunculum radiatum?  
 47. An monogramma veterum regum?  
 48. Antiqua Navarrenorum symbola.  
 49. Regum successio. Scutum regum ex Foixis  
   & Albretani.  
 50. Navarra à Ferdin. Catholico occupata.  
 51. Fundamenta Hispanorum in regnum. 1. ne  
   gatu transitus. Responso Gallorum. 2. Ioann  
   nes rex Schismaticus declaratus. Responso. 3.  
   Blanca Navarrena Henrico IV. Regi Castilia  
   nupta. Responso. 4. Germana Foixia uxer  
   Ferdinandi. Responso. 5. Praescriptio. Respon  
   so. 6. Securitas Hispania. Responso. 7. Fran  
   cisci I. promissum. Responso. 8. Arragon  
   rum & Navarra idem olim regnum. Responso.  
 52. Fundamenta pretensionis Gallica.  
 53. Quæ ex eo acta.  
 54. Angelus cum Navarreno vexillo.  
 55. Torques ordinum.  
 56. Titulus. Tituli aliquorum veterum regum.  
 57. Pratensis in Genuam. Hispania.  
 58. Fundamenta Francica.  
 59. Jura quibus libertatem inuentar Genuenses.  
 60. Quæ ex eo acta.

## §. I.

Insignia  
veterum  
Francor  
um,

**C**hristianissimi Francorum regis insignia, plurium nobilium ingeniorum studio eo  
 magis exculta, quia armorum scientiam non alii quam Franci majori industria tra  
 etarunt, iustraturi, antequam ad lilia moderna veniamus, operæ pretium ducimus, de  
 illis symbolis quædam congerere, quæ vel veterum Francorum tuere vel fuisse perhi  
 bentur.

An olim  
usitari bu  
fones vel  
tae?

**S. II.** Communior diuisentia fuit Bufones vel ranas olim à Francis gestas esse.  
 Ita Rob. Gaguin. in Clodov. Nullo certo autore, sed perseverante ad hanc meam et atcam fa  
 mā accepi, siue Regibus Franciis bufones tres nobilitatis quidem insigni. Ita & Papir. Mas  
 son. L. 3. annal. id ut incertum tradit. Assensum etiam præbet Loiseau Mem. du pais de  
 Beauv. apud Limn. Not. Fr. L. 1. c. 10. p. 259. cont. alios allegatos apud Heping. de jur. in  
 sign. c. 6. P. 3. cl. 1. §. 2. p. 285. Inde illud dicterium Flandrorum in Francos: Crapaux Fran  
 gous. Ranas ex Hunibaldo vocat Bouchet apud eund. Limn. l.c. p. 258. Et quidem alii tres  
 aureos bufones aijunt inscriptos area nigra, alii tres nigros vel virides aurea. Aliqui  
 aream faciunt argenteam. Ita Balt. de F. apud Limn. l.c. p. 260. Hieroglyphice hujus  
 symbolationes allegantur vel allegati posunt. 1. Bonitas soli (ita Chaffan. apud Limn.)  
 quia bufones solum pinguisimum habitare solent. 2. juxta Gorop. Beccan. quia Franci  
 a vrbz bavar., cum bufones terrigenæ sint. 3. Ut ita notaretur habitatio Francorum pri  
 ma in locis palustribus. Ita Favin. Hist. Nav. dicit Francosegressos ex Westfalia palu  
 dibus,



dibus, quod raucam vocem habuerint, notante Marcellino & Sidonio Apollinari, ab exte-  
ris ex invidia bufones dictos esse. Vel & respici potuit provincia Transjurana, ipsa  
quoque paludibus vel lacubus abundans, vid. *Haping*, l.c. p.286. 4. Refert P. Greg. Tho-  
lof. *pralud. Opt. Icti L.I.c. n.2.* & Blaf. *Vignier in NV ad Ces. Comm.* quod in capite Gal-  
li gallinacei cerebrum sine fractura exossatum exhibeat altera facie bufonem, altera  
lilium. 5. Alii credunt ita servatam memoriam apparitionis, quam fingunt factam Me-  
troveo vel Marcomito, imaginis tricipitis, vid. *Haping*, l.c. p.286. Ceterum Clodoveus  
dicitur bufones primum in leonem, deinde lilia commutasse.

§. iii. Quamvis ergo per vulgata & à pluribus repetita illa traditio sit de Franco- Unde er-  
rum bufonibus vel ratis, nullo tamen idoneo antiquo autore probata in fabulis merito <sup>romi ori-</sup>  
connumeratur: aut ex errore nata est. Ita Favini apud Limn. l.c. existimat sculpto-  
rum imperitia, cum lilia rudius effingerent, bufones hos natos. Conf. Chifflet. Anastas.  
Child. Reg. c.12. p.178. & ibi Faucher. Nec non Joann. Ferrand. Epinic. pro lit. p.103. Altam  
sententiam, unde error ille natus sit, legere licet apud Steph. *Forcatulum de Gall. imp.*  
& Philo L.6.p.781. & seq. Ceterum Galli bovem publico regni typico praeclaris animalium  
figuris assignarunt, quia praeclaris quoque nationibus, religiosis dediti fuere, ut Cesar  
afferit. Itaque bove faciebant, ut lautissima deorum placatione, & bellicos viris maxi- Lib. 6. de  
mè congrua, propter animalis ingenium dimicacionem amplectens, sparsa in altum arena:  
eoque stimulo ardescens de imperio certat, cornibus in procinctu manentibus, dum adver-  
sarius accingitur duello. Proinde antiquissimum Gallorum insigne habuit aram, cum duo-  
bus tauris candidis sacrificio paratis, ac eorumdem rutilis auro cornibus, & querna fronde  
ac vario flore revinctis, non sine convolvulo per astatem lilitis simili, ut rudimento quodam  
nature lillum facere addiscit, idque jam Gallorum decori preparantis. Non est omit. Lib. 16.  
tenda, inquit Plinius, Galliarum admiratio: nihil habent Druides magis queru & viscosa-  
cratus. Roberum eligunt lucos, nullum sacram sine ea fronde faciunt. Inde suam appella-  
tionem \* traxerunt. Viscum arbori innatum è calo missim putant, & magna religione\* <sup>3. v.</sup>  
petunt sextaluna, quæ principia mensuram annorumque his facit, sacrificio epulsi queuntur sibi <sup>enim quer-</sup>  
arbore paratis. Duos, inquit, admovent candidi coloris tauros, quorum cornuatae pre-  
cusses. Ali-  
mum vinciantur. Sacerdos candida ueste cultus arborem scandit, falce aurea demetit: et de Gal-  
candido excipit sago. Tunc demum immolant victimas, precantes ut suum donum Deus <sup>lis Græcæ</sup>  
prosperum faciat. Sterilitatem & venena arceri coremedio arbitrantur. Sanè quia ejus <sup>loquutus</sup> lib. 1.  
modi sacrum Græca voce & vulgari vocarent Buphonia, à bobus mactatis, factum est, ut  
postea moleverit error existimantium insignia Gallica Bufones continuisse. Aelianus me- lib. variæ  
morat Atticus in more frusse, ut caso bove omnia reliqua à cede libera pronuntiarent, & hist. n.c.3.  
ensem velut cædis reum ac autorem condemnarent, & diem festum appellarent <sup>diuina</sup> q.  
Buphonia. Et Paefanius: In Pelici, inquit, loris ara hordeum triticum perm. flum apponunt. In Atticis,  
Bos ad sacrum comparatus, dum ad aram accedit, eas fruges attingit ex sacerdotib: <sup>is</sup> 15, live lib. 1.  
quem Buphonum, id est, boris percussorem nuncupant: securum jaculatus fringens abiit: que  
rea in judicium peragitur, ac absolvitur anno more, instituto cum Erechtheus Athinis  
regnaret. Illanova sententia est de aracum duobus tauris candidis sacrificio paratis.  
Sed quis Forcatulo sine teste de prisco illo deignum credit?

§. iv. Inde bufones in leonem mutatos ajunt, quo visio Merovei alludat (apud H. c. Lenqui-  
ping, l. alleg.) Voluntque hoc factum cum reges Franciæ cum Romanis bellum gere- aquaria  
rent, & quidem speciatim ab ipso Chlodoveo. Eadem vero pagina *Haping*. annum 224. stingeret.  
notat: qui duobus leculis & amplius Chlodovei teropus anticipat. Describunt autem  
leonem, quod fuerit aureus (al. ceruleus) acque aquilam subjectam unguibus visus si di-  
scerpere. Vel quod in serpente cauda deserit, qua aquila caput comprimeret & suffoca-  
ret. Conf. autores apud Limn. & *Haping*. Sic & Nodeberto Palati majoritribut Al. Gilb. Varen. R. d' arm. P. II. p. 276. in solo ceruleo leonem in draconis figuram delin-  
tem rubrum, cauda aquilam migrat constringentem. Sed nugas puto. Nisi Favinius  
recte conjectit, quod hieroglyphicum particulare fuerit regis, victoria in à Romanis re-  
portatam referens. Deinde, non pas armes. Ajunt vero leonem cum serpentina cauda  
demum Franci orientalibus relictum, quem rursus accidente Rom. Imperii dignita-  
te cum aquila commutaverint. Tum etiam à Francis propagatas gentes & familias  
leones gestasse, ut Belgæ fecere. Conf. Iun. & Freher. apud *Haping*.

§. v. Alias sententia, cuius autor Paulus Aemilius (in Chlod.) fuit, tria diadema Tres coro-  
rubeæ argenteæ in scripta fusile, quibus Clodoveus tria lilia substituerit: Verum qui <sup>n.</sup>  
fine



sine antiquiorum testimonio illud prodidit, ægre fidem inveniet: nisi *Minois & Pasquieri* conjectura valeat, existimantur hanc & alias forte figuræ symbola particularia unius alterius regum hieroglyphicæ sententiâ expressissæ.

**Navis  
Parisieos  
urbis in  
signia.**

§. vi. *Navem etiam à Francis usurpatam, ex Cl. Minoë Theod. Haping. d. l. p. 283.*  
412. allegat: additque rationem, quod Franci olim gens navaliter & practicâ exercitatisima fuerit, testibus *Sidonio Apollinari & Latino Facato*. Unde forte originem traxerit δῆμα Parisiensis urbi à Philippo II. Rege datum, nimurum in parma rubra navis argentea cum capite scutario ceruleo liliis aureis confito. vid. *Limn. Not. Franc. 6, 20,* p. 602.

**Treslunæ  
argentæ.**

§. vii. Alii tres monordes s. lunæ bicornis argenteæ as figuræ in pelta rubra Francis tribuunt. Uti Steph. Pasquier, qui tamen eò inclinat, fuisse symbolum particulare. Sic & *Favinius* illas tribuit Pharamundo & successoribus, dicitque pro emblemate postea retentam esse figuram etiam à Chlodoveo. conf. *Limn. jur. publ. 6, 6, 32.* Sed de his etiam cum antiquitas taceat, ægre fidem recentioribus adhibuerimus. Refutar commentum Steph. Forcatul. de Imp. & Phtof. *Gill. L. 6. Princip.*

**Cruix.**

§. viii. Addiposte etiam *Ioh. Iac. Chiffletii* sententia, qui *Anast. R. Childer. c. 12.* p. 177. Chlodoveum regem post baptismum non usum alio symbolo prodit quam *cruis*, quo Christiani reges à gentilibus distingui amaverint. Quod etiam *Chlotarum* fecisse ex annulo constet: idem etiam factitales reges secundæ stirpis in monumentis & signillis perhibet.

**Notæ per  
sonales.**

§. ix. Vidimus de plerisque vel certi nihil proditum, vel alius usus fuisse, quam quinunc est insignium gentilium: unde hoc spectaverint verba eruditissimi *Henr. Spelmani apilog. p. 39.* Quæ singula singulorum principum gestamina fuisse videntur, dum insignium habitus personalis adhuc esset, non gentilis, non perpetuus. Forte eodem modo quo hodie solent emblemata.

**Alauda  
Gallorum  
veterum  
insig. infor.**

§. x. Antequam illa finiam, quæ de veteribus δῆμοισι obseruanda dixi, illud etiam ex *Thuano* obseruare convenit, quod priscorum Gallorum insignis fuerit alauda. Ita enim ille autor L. 56. pag. 1240. A curiosis observatum, dum verba faceres *Monlucius*, toto et tempore, alaudam, veterum Gallorum insignis, in summo mælo, cui tenorium innitebatur, immotam constitisse, & modulato canto *Monlucii* orationem velut in prosequam fuisse, tunc operante evolasse.

**Scutum  
moder-  
num lilia-  
tum.**

§. xi. Quod ergo modernum, quo rex utitur, scutum attinet, ceruleum illud aureos tres litorum flores exhibet. De hoc symbolo in genere disputatur, prima & secunda familia ea agnoverit, nec ne? vid. *Theod. Haping. de jur. insign. cap. 6.* An subpri- P. 3. cl. 1. §. 3. pag. 290. Doctiores aliqui è recentioribus non in ulo lilia fuisse ante cunda Re- Philipum Angustum credunt, quod *Andr. du Chesne in lit. ad Chifflet.* prodidit & gum linea? *P. Gassendius in vita Peirescii* inde falsi convicti Chlodoveo & Chilperico exstructa monumenta. Ante Ludovicum VII. non fuisse, *Dav. Blondelli* est sententia. Paulo altius ascensit *Fauchetus*, sed ante *Pipinum* ea itidem non agnoscit. Recentius vero lilia satis prolixe *Merovingiis* & *Carolingiis* vindicare annixus est *Ioh. Ferrand. Epinic. pro lit. 1. p. 5.* creditque *Merovingiis* jam usurpata. De Chilperico allegat autoritatem *Ioannis Cousin. 1717. Tornac. cap. 66. pag. 324.* quod ille dicatur, vel credatur dedisse *Tornacensi Episcopatu* liliatum scutum. Quod & prodit *Guilb. Gazetus Histor. Eccles. Belg. tr. de Episc. Tornac.* Apud *Tyrotum* est numismata ex *Ost. Strade* museo, ubi manus duea numum aureum bifariam partiuntur, cui tria lilia incisa, cum inscriptione: *Chilpericus Francorum Rex.* Allegat etiam *Childebertum*, à quo *Cabillonensis Ecclesia* accepit scutum ceruleum liliis sparsum, sceptro adiecto sis. Præterea provocat ad statuam *Chlodovei* super ejus Mausoleo, quæ *Lutetiae* sceptrum liliatum præferat, ad *Clotarius* liliis spartos calceos Sveßione, in fano *S. Germani Chilperici* coronam & sceptrum liliis fastigata; *Theodorici* diploma apud *lodev. Cocciam in Dagob. c. 2. p. 58.* sigillum lilio impressum, alia figura *Dagoberti*, *Caroli Simplicis* & aliorum apud *P. Miramont. de la Chancellerie de France*, qui ipse viderit *Dagoberti*, *Sigisberti*, *Matris Francice*, *Caroli Simplicis* apud *Rosiorium Childeris III.* numisma, ubi gladius cum duabus liliis, *Carolemanni* & *Pipini* sepulchra *Fuldæ* apud



Fulda apud Brov. L. 2. de antiqu. Fuld. c. 15. Ulterius idem n. 2. probat usum liliorum apud Carolinos, illis testibus & indicibus. Rosterum exhibere diploma Pipini, cuius sigillum scuto auteo liliis consito impressum sit: nec non Caroli M. qui aquilam adjecterit, Ludovici pii, Lotharii, Arnolfi, Luentebaldi (an Sventebaldi) hujus filii. Sic & sceptrum Caroli M. quod in fano Dionysii servatur, conspicu liliatum, ut & coronam. Addit effigiem Caroli M. inter cimelia Petavii; item allegat occasionem insignium Scoticorum, Florentinorum: nec non Arribertum Nemauensem, qui sub Ludovico pio scripsit *historiam Occitanie*, & in insignibus Caroli Martelli meminerit liliorum. Apud Tarent extare diploma Caroli M. cum liliis in sigillo: Nec non Ludovici pii imaginem apud Gerlandum pingi. Caroli Calvi statuam liliis ornatam in fano Dionysii. Ita & in Mausoleis Caroli Simplicis, Ludovici IV. & Lotharii eundem florem conspicui. Sic P. de Astramont provocare ad diplomata, quæ viderit liliis obsignata, contra Fauchetum. Isacobum Meyerum Odoni R. Francie dare lilia innumera. Impressione terria descendit ad anteriores Capetinos, & his etiam liliorum usum asserit. Capeto ipsi tribuentem citat Villaniūm historicum Florentinum & majoribus ejus Faviniūm. Provocat potro ad Roberti liliatam coronam in sigillo, ut & aliud sigillum liliatum, Henrici sigillum liliatum coronam & flores referens: nec non Philippi & Ludovici Crassi diplomata in cœnobio Martiniano: ut & Miramontium, qui viderit lilia in sigillo Ludovici junioris, tum numeros apud Tristianum de S. Amant, & chlamydem regiam in inauguratione liliis asperfam in Ceremoniali Francico. Demum è Gallia & exteris sententiae sunt plures suffragatores adducit. Nostrum non est illam dirimere item, licet nec tam antiquam originem hujus symboli profiteri aulim, nec Ferrandi argumenta vacet examinare. Argumentum autem à sceptra liliatis satis quod puto recedit Henr. Spelman. ap. p. 37. Scipria liliata.

§. xii. De origine floris etiam acris est disceptatio. Communi or tradition habet, Origo II. Chlodoveo (unde cum Nic. Iptonus de milit. offic. p. 109. Carolum M. dicat, vel *ad suorum*. vel tertuum mnemonicum esse oportet,) baptisato *allatum operâ angeli scutum cornutum liliis auricis sparsum*. In ipsis autem fabule circumstantiis non concordant. Alii enim ipsis Chlodoveo ab angelo exhibitum, alii allatum *eremita*, qui Clothildi Chlodoveo vei uxori appotaverit, traditum referunt. Vid. apud Linn. l. c. p. 262. Ab blanditus fabula Steph. Forcatulus, non sine nominis labo. Recentius fabulam tuendam suscepit memoratus Ferrandus Epinic. pro lit. i. pag. 11. cum fabulatur, donum esse Chlodoveo calitus misum à Beata Virgine, quæ in primis delectata fit lilio, non solum ob floris pulchritudinem, sed ob sponsum, quem noverit pascere: *inter lilia*, hinc eam acu pingere lilia solitam, quo ornamento adhuc Olyssipone in Collegio Jesuitarum servetur mappa, in qua primum Christus conficerit, elaboratam Mariæ manu & acu pictam liliis inferens. Hoc autem suscipit peculiari opere exsequi, cui titulus *Regnum Gallie regnum Mariae*. Verum refutarunt commenta Clarissimi Virti Iohannes Tulus eiusque frater Episcopus Meldensis, Bern. Girardus Haillanus, Cl. Fauchetus, Scipio du Plaix, Guib. Altorius, & nuper Dav. Blondell. Geneal. Franc. Tom. I. LVI. \* i. b. & antea XLV. \* i. b. ubi dicit: *Quis viros gravitatem professos ad fabulas, quarum vel ipsam plebis fecem pudent, velut ad sacram anchoram configere, &c.* Ostendit etiam cœnobium Toyenval. *Callem gaudi* prope Poissy, quod putent in memoriam miraculi fundatum, conditum demum à Barthol. de Roya 1120. & ita 609. annis post Chlodovei mortem, neque ita dictum ob cœlitus demissum scutum aliquod, sed ob felicem in media lacrymarum valle spirituali gaudio perfusorum fratrum statum. *Pasquier Recherch. de Fr. L. 2. c. 15.* non abnuit de eremita, sed substitutum ad hoc à Clodoveo, ut miraculo insignibus conciliaret autoritatem. Alia explicatio Gorop. Beccani apud Helsing. de Inv. insign. c. 6. P. 3. cl. 1. §. 3. p. 290. cœlitus advenisse Gallis insignia inde, quia Ispetus vaticinio cœlesti de posteritatis nobilitate edoctus, nomen Franci sibi sumiserit, ac speci symbolum, lilio constans triplici, ut notaretur spes omnibus numeris absoluta. *Linn. Jur. publ. 6, 6, 33.* Sed peneludere virum dicas.



**An è Galli gallinacei cerebro?** §. xiii. Possent aliqui ad *galli gallinacei* provocare *cerebrum*, quod, ut supra, ex Tholofano vidimus, cum specie bufonis lilium exhibeat: qui *bufones* defenserent, ex illis minus affabre sculptis lilia orta crederent, uti ex liliis alii supra bufones allegarunt. §. xiv. Forcatulum audivimus, dicentem tauris ad sacrificium paratissimis (quos cum arata vult fuisse in insignibus antiquorum Gallorum) adjectum *convolvulus flore? lum*, qui per aestatem liliis similis sit, ut rudimento quodam naturæ lilium facere addiscensit, idque jam Gallorum decoti præparantis.

**An ex spiculis Francicarum hastarum?** §. xv. Renat. Ceriserius prefat. ad Tac. Franc. apud Ioh. Iac. Chifflet. Anaf. Child. cap. 12. pag. 171. arbitratur, spicula Francicarum hastarum (quas Angones vocitatas ita describit Agathias, quod ad extremitatem spiculi quidam aduncit mucrones utrinq. que promineant, ex ipso spiculo instar hamulorum reflexi & deorsum vergentes.) scuto militari impressa, quod dēyus postea propter similitudinem pro flore lili acceptum. Dictæ etiam illæ hastæ Francise (Franzisen) apud Gregorium Turon. Sed hæc etiam sententia ægræ fidem inveniet, antiquioribus testibus destituta.

**An spei symbolum?** §. xvi. Alii spei symbola putant herbam tribus foliis constarem, cum qua spei numen exprimi soleat. vid. Chifflet. Anaf. Child. cap. 12. pag. 168. sequentib. Hoc titulo allegatur scripsisse Tristianus de Sancti Amand de lilio divino spei symbolo.

**An exp. s. nomina s. n. Louis f.** §. xvii. Ab istis omnibus secedit David Blondell, qui credit (Geneal. Franc. T. LXVI. \* 2. & Tom. 2. pag. 163. 164.) Ludovicum VII. allusione ad nomen *Lois* vel *Louis* facta florē hunc sibi sumitile, cum & ali reges & principes talia æquivoca ex nominis derivatione erronea adiscere non verecundati sint.

**An exp. s. nomina s. n. Cambriorum?** §. xviii. Fauchetus eo respici arbitratus est: quod delineatores primi indicant originem Francorum à Sicambris, qui Frisia paludes incolebant; unde dederint regibus pavilla florem, (parvum liliū flavi coloris, quod nascitur in paludosis locis, floretque Mayo mensē & Junio,) in campo cœruleo imitante aquam, quæ ubi quiescit cœli acquirit colorem.

**An olim apes fuerint. ex quibus efficiuntur lilia?** §. xix. Hanc Fauchetti sententiam prius etiam Iohannes Jacobus Chiffletius fecutus erat: Verum deinceps in Anaf. Reg. Child. cap. 12. novellam protulit conjecturam, quæ lilia nunc sint, fuisse apes aureas scuto Francico impressas, unde levem mutationem lilia efficta sint, cum corpus & alæ apiculæ tria superna folia, caput cum pedibus utrinque inferiora foliola subministrare potuerint: Conjecturæ occasio quod in Childerici regis Tornacieffo sepulchro præter caput bubali aureum, quod idolum fuerit regis, inventas ait ultra trecentas apes aureas gemmatas, quibus equi instructus ornatus erat: hieroglyphico ad Apim Deum fatis commode referendo, præsertim quod etiam ex cadavere bovinum generentur apes. Memorat etiam à Ludovico XII. & Henrico IV. nonnunquam usurpatas apes, veluti tesserae veteri revocanda. Confirmandæ sententiae ostendere laborat, pulchrè in apes convenire quicquid Galli suis tribuant liliis. Inventas has apes in Childericiano monumento innumeræ, ita etiam scutum liliatum ferri, floribus fuisse temere sparsum. 2. Apes aureas Childerianas, prout etiam à Virgil 4. Georg. dicantur: ita & lilia. 3. Lilia vulgo à Francis perhiberi cœlestia: apes etiam à prisca habitas cœlestis & divina originis. 4. In area cerulea pingi lilia, ita apum campum apud veteres ætherea ipsum. 5. Mel opificium apum cœlestis appellari atque aureum. 6. Lilium regium florem dici recentioribus, apes prisca creditas regias & regum nutritias. Arbitratur autem tempore Ludovici Crassi, cum consuetudo inciperet, hereditaria insignia effingendi, indoctos feciales apes rudi manu & forsitan ex aliquo exco lapide desumtas regibus obtulisse bufonum imagine. Demum Philippum Augustum primum usurpasse lilia. Hanc conjecturam Chiffletii late refellit 1663. Ioh. Ferrandus Epinic. pro lit. 6. pag. 84. seq. & quem citat Tristianus de S. Amand. Postea idem Chifflet. in lit. Franc. all. c. 9. pag. 66. certum esse putavit, Ludovicum VII. primum cognomine fuisse, qui florem liliū gesserit, quod cognomento ipse *Florus* appellaretur: quæ nomine flores? va floris esset ratio.

**An apavillex vel iridis flores?**

§. xx. Nec de ratione solum disputatur, verum de ipsa quoque floris specie. De



De Cl. Fauchero §. 18. vidimus, quod credit esse pavilleas (*la fleur de pavillee, gelbe Wasserlilien/*) quam plantam alias etiam acorum falsum & pseudoacorum nominant. Cum his convenire reor, qui *iridem* putant, ut *Gorep. Beccan. de reb. Franc.* (quem apud *Ferrand.* 2. pag. 24. *Rousseletus* refutasse dicitur,) nam illa pavillea iridis species. Unde Faucheti & Goropii sententiam *Ferrandus* conjungit. Ita *Vponus* semper vocat *gladioli* flores, quod *iridis* etiam nomen: & inde L. 4. pag. 210. tradit: Datum esse *in signum perpetue vindictae*, & quod ipse & sui successores semper armis & gladiis punirentur. Pro hoc pavilleas vel iridis flore allegati potest color naturalis auro vicinior, cum lilia candida sint: tum floris figura, quæ à lilio naturali plurimum distet.

§. xx. Alii in *lilio* aequiescere malunt, seu alia sint seu quæ vulgo *convallium* <sup>Ad verum</sup> appellantur. Hi rationes oppositas diluunt: nihil esse insolitum, rem in scuto ali-<sup>lilio?</sup> ter exhiberi, quam natura eam tinxerit: unde enim alias nobis leones cœruli, argentei? Tum figuram quoque in insignibus non semper eam servari, quæ naturalis est. Observat etiam *Ferrand. d.l. 2. pag. 24.* in Caroli M. sceptro impositum lilium aureum albo encausto illitum, unde probetur, non esse iridem. Quod vero figuram liliū attinet, vix risum cohbeat, qui à Favino proditum legat apud *Limn. Not. Franc.* 1, 10. pag. 261. *Lilium Francicum pingi non posse*, nisi à pictore excellenti, & natione ac animo Franco, reliquias nationes omnes in piuendo aberrare.

§. xxI. Quod numerum attinet: à *Ludovico VII. Philippo II. & Ludovi-* <sup>Numerus.</sup>  
*co IX.* unum lilium gesitum existimat *Tilius* & deinceps *Blondell. geneal. Franc. Singula.*  
*Tom. I. LXVI. \** 2. Inde innomera lilia sumta (non olim ab *Ottone Andino*, ut *Tilius* <sup>lauumera.</sup>  
*Episc. Meldensis*, sed) à *Ludovico IIX.* putat *Blondell. l. allegat.* sed *Chifflet. anaft. R. Chibl. cap. 12. pag. 171.* patri ejus *Philippo Augusto* illud tribuit. Ex *Ariberto Ne-*  
*mausensi*, qui sub *Ludovico* pio vixerit, refert sepe allegatus *Ferrandus Epin. pro*  
*lit. pag. 28.* tot victorias reportasse reges, quot in insignibus floruerint lilia. De  
eo dubium non est, aliquot seculis scutum non certo liliorum numero sparsum  
in usu fuisse. Denrum *Carolus VI.* qui i 422. mortuus, ad ternarium numerum redu-  
xit. Aliqui exprimunt annum, quo id factum sit, 1412. vel 1414. sed citra certitudinem.  
Rationem aliquam exprimit *Sylv. Petrasancta. Tess. gentil. cap. 60. pag. 475.* Li-  
lia sata eo numero, quo nimis Deus ut dixi & præterea proximi Deo reges prope-  
modum ex aquo gaudent, aurata quidem in parvula gemmata sapphirino splendore,  
sunt stemma regum Gallie: postquam *Carolua VI.* basiliros hosc flores numero tres ad-  
amaravit potius quam confitos, uti ante fuerant, manu liberaliore. Hæc enim co-  
piâ picti, erant tessera communis aliorum consanguineorum principum ac regum et-  
iam externorum: debueruntque ideo sacro istiusmodi numero articuli ad solam regum  
Gallie supremam Majestatem eique singulariter dedicari. Hæc ratio quadret,  
necne, alii discutiendum relinquunt. Hieroglyphicum nonnulli hunc numerum putant, ut notentur tria *caelestia Francorum dona*, quæ sint scutum liliatum, auti-  
flamma & ampulla Rhemensis. Sed cui hoc persuaserint? Sursum qui hanc mutationem non laudant, & augstiorem speciem fuisse plurimum florum existimant. Qui  
vero primæ regum familie etiam lilia adscribunt, volunt ternario definitum nu-  
mero, & *Pipnum* primum clypeum liliis sevisse. vide *Limn. Not. Franc.* 1, 10. pa-  
mystra gina 164. Eodem ternario numero *Ferrand. pag. 78. 95.* putat *Chlodovei* lilia fuis-  
te definita, postea autem varium regum circa numerum fuisse morem, usque  
ad *Carolum Sextum*. In ternario autem autor idem mysterium *Trinitatis* quæ-  
rit. Ex illa mutatione indefinitorum florum in tres, ortum est, quod lineæ ex regia  
domo ante *Carolum VI.* egressæ numerum incertum servarunt: uti infra vide-  
bitur.

§. xxII. Significationem horum florum & *mysteria* varia comminiscuntur Liliorum  
otiosi homines, ratione coloris, foliorum, &c. vid. *Limn. Iur. publ. 6, 6, 34.* & in hierogly-  
phica & addit. *Tom. IV. pag. 98.* ubi comparatio cum CHRISTO, qui Rex regum pro scuto mysteria  
celum sidereum habeat, miro astrotum fulgore decoratum. idem *Limn. Not. Franc.*  
R. 1, 10. pag. 266. seqq. Apud *Haping. de jur. insign. d. l. §. 5. pag. 292.* Hieroglyphica  
illa liliorum recententur: ut notentur 1. *Spes.* 2. *Fides, sapientia & militia.*



(ita Guib. de Nangis in S. R. Ludovico.) 3. Pulchritudo. 4. Concordia. 5. Virginitas & pudicitia. 6. Felicitas. Ex Franc. de Forvers Ioannes de Bado aureo. pag. 35. illa notat: Cum Deus ipsa arma misit per angelum deferrens, per ea inconstantiam & instabilitatem in Francia illius temporibus esse monstravit. Quod spes symbolum attinet, in primis multi illud urgent. Sed Chifflet. in Anast. Child. c. 12. p. 170. arbitratur perpetuam typum spei ad lilia transferri, quies vita brevis totusque parumper Floret honos (Valer. Flac.) nec ab illis spes ulla, ullus expectatur fructus, sed fluxa pulchritudo duxata placet. Potius pag. 179. mortalitatis symbolon haberit vult flores. Ferrand. Epist. pro lit. pral. p. 3. vult videri potius Christi & Matris causam quam Gallia agere in argomento de illis: Cum Christus ejusque parens Auguſtissima Maria ex omnibus floribus lilium unum in pulcherrimum & nimum quantum sui Natique symbolum atque in scutarium (ut ita dicam) insignie abs sejam pridem electum Gallia nostra, immo verius tot nominibus sua, in gentiliam tesseram de super dederunt.

**Ceruleus**  
**scuti color** Ita Siculus fecialis te blaſ. de coul. Tr. 1. f. 10. Le tres chreſtien Roy de France est entremoyen par anympe de l'eglise eپoupe de Iesu Christ, duquel l'office est amplifier l'honneur divin à la glore dela religion Chreſtienne, extoller & magnifier, il aeste decent & convenable, que les enseignes de sa Majesté fussent à la similitude du ciel clair & clairain. Hoc est, Rex Franciæ Christianissimus est meclius paranympus Ecclesiæ, sponsa Iesu Christi, cuius officium est amplificare honorem divinum in gloriam religionis Christianæ, extollere & magnificare, inde cebat & conveniens erat, ut insignia Majestatis ejus refertent imaginem celi clari & sereni.

**Corona**  
**clausa.**  
**Unde?** §.xxiv. Huic clypeo liliato imponitur corona clausa. Olim quidem Franciæ atque ac ali reges aperte uisunt coronis. Primus qui clausit memoratur Carolus II. forte ideo, quia Imperator Orientis creatus fuerat. Inde Ludovicus XII. & Franciscus I. (sed hic quoque à Leone X. vel Clemente VII. Orientis Imperator proclamatus,) aliquando eadem figura delectatius sunt, nec vero semper. Unde primus ordinarius videtur illo coronæ genere uulnus Henricus II. in moneta communii. Forte quia à Germaniæ Protagor Imperii creatus. Confer Menſtr. verit. art du blaſ. c. 13. p. 153. Jus vero Franciæ circagestationem coronæ hujus generis tuetur Blondell. Geneab. Franc. Constat autem corona floribus liliatis octo, quos quatuor semicirculi impositi jungunt, & superius florem lili sustentant. Differt ea regia corona à corona Delfini, quam duo tantum semicirculi connectunt. Vetusiorum uulnus coronæ clausæ Dagoberto ita adscribit Iac. Maserinus NN. & add. ad Christoph. Brouver. annal. Trevir. p. 613. illis verbis: Observandum vero hoc loco est (quod etiam hos annos diplomatum à Monarchia principio duendos esse arguit.) Dagobertum inter reges Francorum reperi primū, qui post usurpatum priscis regibus capit's diadema, hoc est, vinculum gemmis margaritisque distinctum, coronam decussato supra verticem circulo aſurgentem, & parvo orbe in apice clausam, velut Monarchici reguminis inſigne ſumferit. Talis enim in ſigilli regii effigie, ut ſupraliquet, diversi certaque note diplomaticis exprefſus est. Quod posterioribus regni annis factum appetat, cum in aureis priscorum numis, Valeſio teste, ſpectetur ſimpli linea margaritarum per frontem temporaque capit's redimitus: unde & tali illum ſpecie principio libri proponere malus, ne cum Imperatorum poſtea usurpatis coronis illius exatis mores confunderem. Priscos quidem Imperatores, vel laureo redimitos ferto, vel dupli triplique margaritarum circulo caput vinctos, vel corona etiam dentata (quali & Dagobertum & alios Franciæ reges Metzray in ſua profert historia, & Romanus Antonius in numis uifit,) accinctos spectamus, ſed nunc illa quæ Caroli M. est corona, hac tenus Romanis Imperatoribus in publica coronatione uifpata, lamellis aureis, pretioſiſimis gemmis varie diſtincta, angulari rectaque figura affixit, cruce ex ſemicirculo ſuperne eminente. Ab hac tamen forma diversam, proprieſue ad illam Dagoberti regis accedentem, que circulis ſupra caput coenuntibus, & orbe cruce signato clauditur, extra coronationis ſolemnitatem uifpant.

**Galea.**  
**Lacinia.**  
**Papilio regius.** §.xxv. Aliquando galea imponi ſolet, ſed rarius, cum corona, regium axioma, magis ſi in uſu. Si vero imponatur, auratam & directam atque ſine clathris aperte am esse necesse eſt. Lacinia inde dependentes ſcuti colores imitantur cerulea, auro reflexæ. Omnia hæc tegit papilio regius (pavillon royal) ceruleus liliis ſcuti pictus, & ponti moris



tici muris pellibus fartus, imposita fastigio corona liliata, & vexillo iudem liliato ex hasta dependent. Hęc vero recentioris sunt inventionis.

§. xxvi. Telamones quod attinet, Francia reges ei usui adhibent duos angelos, tunnicis facialium cum typo scutario induitos, vexilla quoque armis Francicis ornata tenentes. Hoc innuendo patrocinio angelico factum concit D. Blondell. geneal. Franc. aff. T. I. p. LXVI. 2. quem vide. Quod aliqui armatos repräsentent, conf. Menefr. abbrev. method. p. III. Alias tamen variatum. Carolus VI. ob cervum in Silvanectenfagi captum, qui torquem collo insertum gestabat cum lemnate: Cesar hoc mihi donavit, duos cervos alatos in symboli gratiam aliquando usurpavit, quod filius est imitatus: Ludovicus XII. eadem causa hystrice usus, Franciscus I. Salamandris. Cæterum hos angelos suos nonnullis familiis reges in testimonium gratiae concessere, ut Montmorence, Barrensi, &c. Cum non ali licet illos assumere sine regis permisu.

§. xxvii. Tessera militaris s. clamor bellicus Franciae regnum est Montjoye 1. Mon joye Tessera. S. Denis. Hujus originem du Chesne Antiq. de vell. de Fr. pag. 202, referat ad regem Chl-militaris, doveum, qui prelio ad Tolbiacum in gravi discrimine vita invocaverit S. Dionysium, Montjoye, dicens: S. Denys mon love leu mont joye, tanquam Jovem suum, si astutisset, aliquando S. Denis, fore: unde cum victoriā reportasset, illum summis patronum, & ex eo hanc tessera ram frequenter fuisse in regum ore: conditam etiam in monte turrim Mont-joye. In quod allegat Rud. de Presles. conf. Limn. Not. Franc. 1. 13. pag. 293, in primis Monet de l'orig. des armoir. p. 29. 30. 68.

§. xxviii. Symbola quod concernit (derives) varia ea vatoriū regum fuere emblematis suis repräsentata. Forte universalis symboli loco habeti posset, quod scuto Francio frequenter adjicere solent: Lilia non laborant neque nent. Quo ad legem Salicam alludunt, ex quo illius dicti, (Matth. 6, 28.) cum id Episcopus Bellon- neq. aene. vacensis ad populum habita concione eò detortissem, non parvum fuisse momentum, ut Philippus Valeius Edoardo Anglo in petitione regni esset superior.

§. xxix. Regis hoc scutum & ornamenta fuere. Eadem vero in parma cærulea Discernit. tria (vel olim sine numero) lilia aurea gestant, quoquot ex rego sanguine otti sunt culi præcipum fa- principes: indicio communis sanguinis. Quod vero familiis omnibus in regno illo guinis. familiare est, cum certis discerniculis, que jam enumerare operat est pretium.

§. xxx. Regis primogenitus & regni heres Delfinus appellari solet. Hujus quæ- Delfini driperitum est scutum, 1. & 4. area lilia regia, 2. & 3. aurea Delfinum cæruleum rubeis au- scutum. ribus referente. Corona incumbit scuto liliata, duobus semicirculis clausa, & duplice Unde Delfi- liliiflorem sustinente. Hoc Delfinatus insignis est. Cæterum unde comitibus Albonen- fia nominatibus. sibus Viennensis Delfinorum cognomen natum sit, inter autores non plane convenit. Quod enim Scipio de Pleix apud Limn. 2. 21. p. 909. Guidonem II. C. Galabitum s. de Givaudan allumisile socii Comitis Albonensis, qui à majoribus Delfinus cognominatus sit, cognomen & hereditatem crevissit, fallitur. Continua enim successio- nis serie à primo Guidone s. Wigone C. Albonensi & Gratianopolitano circa 940. octo ordine guidones descenderunt, è quibus ultimus aut penultimus cognomen illud pri- Delfini mus usurpavit. (Confer Sam. Guichenon, Christ. Instell. Andream du Chesne.) Aequa tal- sum, quod Arvernii illum Delfinatum Arvernia habuerint ex familia Albonensi. Sed ob filiam Guidonis Delfini Viennensis à Roberto IV. Com. Arvernia ductam, aliqua in Delfinatu Arvernii bona obtigisse oportet: unde Delfinus Roberti nepos Delfino Viennensi 1225. Voreppe & Veracu in Delfinatu vendidit. Cæterum præfatus Delfinus (hoc ei ex baptismo nomen) Roberti nepos, cum Arverniæ amissus comitatum, utpote quem patri eius Guilelmus V. istius patruus Guilelmus VI. eripuerat, pro apennagio aliquam Arvernii partem tantum accipit, quæ dicta Delfinatus Arvernia s. terra Delfini Unde & posteri homen retinuerat, ita ut filia cognomentum Delfine adicerent, & filii præter titulum C. Claramontis identidem se Delfinos Arvernia dicerent. Hereditate postea titulus Delfinorum Arvernii in familiam Borboniam delapius, ex qua eum Virgo Aurelianensis hodie gestat. (confer Instell. Hist. geneal. Dom. Arver. L. 4.) Sed Delfinatum quod concernit, cui Delfini nomen è: x. ad ante Arverniam, qua ratione Unde Delfinus ad is ad regem Franciæ devenerit; sciendum, primi Guidonis posteritate mascula fi- regem? nitia, conjugio Beatricis & Hugonis III. Dux Burgundie transiisse successionem in domum Burgundicam: ex hac nuptiis Anna Delfina & Humberti Turri transiit in familiam Turriam (la Tour du Pin.) licet Robertus I. L. Dux Burgundie controversiam moveret,



moveret, contra quem pro fœminarum successione pronunciavit Philippus IV. 1285. Nepos Annæ fuit *Humbertus*, à quo Rex Francie principatum ea conditione obtinuit, ut primogenitus filius, coronæ dein successor, *Delfini* nomen gestaret. (De diversis sententiis circa titulum translationis confer *Limn.* 1. 4. p. 101. & 2. 21. p. 901.) Primus autem Delfini nomen in regia familia gestit *Carolus V. Rex*, tum Normanniae Dux. Errat vero *Vinc. Lupanus* apud *Limn.* 2. 21. p. 910. omnem regis successorem proximum, etiam si non sit filius, Delfinum dicendum: sed nec ipse *Limneus* ex vero afferit, primo genito mortuo secundogenitum non dari. Cum contrarium evidenter patet exemplis. Nam *Carols VI.* quinq; ex ordine filii *Delfini* fuisse, omnes matratus extinti, usque ad ultimum *Carolum VII.* Sic & *Ioachimo* primogenito Ludovici XI. mortuo *Carolus IX.* secundogenitus titulum gestit, qui dein ipse etiam duos ordines Delfinos habuit, ut & succellor *Ludovicus XII.* sed omnes fato præmaturo raptos. Que videri possunt in *Sammarth. Hist. geneal. Dom. Franc. Sic & Henricus II.* majori fratre Franci-*sc*o mortuo Delfini nomen gestit. *Thuan.* 1. 1. p. 44. 2. p. 123. Delfinatus autem an mox à nativitate ejus sit, an expectanda peculiaris regis traditio, differunt sententiae apud *Limn.* p. 911. Porro 1391. *Ludovicus Piclavensis* regi *Carolo VI.* Comitatus *Valenti-**num* & *Diensem* tradidit, qui inde Delfinatus annexi.

*Ducis Aurelianensis*  
relaniensis  
dilecti-  
culum.  
*Longavil-*  
*lei.*

*Engoli-*  
*mensis.*

*Ducis An-*  
*dini.*  
*Andino-*  
*rum ve-*  
*rum.*

*Bituricen-*  
*sis.*  
*Alemonii.*

*Linez*  
*Eburovi-*  
*cens.*

*Anteliz.*

§. XXXI. Regum fratres frequenter *Aurelianenses* Duces salutatis sunt, ab Aureliano, quæ olim regnum in metropolis: unde Dueatus titulus inditus, quo nunc etiā cluit. Dux vero Aurelianus tribus liliis imponit fasciolam trifidam argenteam. Ex Aurelianensi ramo seculo decimo quarto prodit familia *Ducum Longavilleorum*: qua Aurelianensi scuto additum *bacillum argenteum inter lilia*: Hunc, cum notando vitio natalium ex sinistro latere in dextrum inclinaretur, ex dextra in levam convertere *Carolus VII.* permisit *Ioanni Com. Dunensi*, cuius virtute coronam fere servasse videbatur. In eadem Aurelianensi domo subdistinctio fuit *Ducis Engolimensis*, qui trifida fasciola tres lunalas ruberas inscribebat: quas *Favinus* ex fabuloso veterum Gallorum symbolo, de quo §. 7. deducit. Quod vero *D. Engolimensis* concernit, ex naturalibus ortum, imprimebat scuto scipionem aureum sed situ lavo.

§. XXXII. *Andinus Dux* qui vocatur, regio scuto circumdat limbum rubrum. (quod & *Valestorum ac Blefensium* fuerat.) Prior autem Andinae lineæ erat, pro seculo illorum modo, scutum liliis confitum, addita *lambella* s. fasciola 3. aut 5. segmentorum: quod δέγμα nunc etiam *Napolitanum* norat regnum ab Andinis regibus. Andinæ distinctioni subdistinctionem addebat *Carolus Dux Calabria* limbum argenteum, *Philippus Princeps Tarentinus* Andinum δέγμα quadripartito scuto bis repetebat, duabus reliquis quadris rubris impressa cruce aurea, quam circumstabant quatuor numi *Byzantini* argentei, singuli cruce viridi impressi, draconali scipione argenteo toti in ducto. Dux autem *Dyrrachius Andino* scuto imprimebat decussim coccineum. Bituricensis Dux striatum s. dentatum limbum rubrum clypeo circumdabat. Dux *Alemonius* item limbum rubrum, inscriptis octonumis *byzantinis* argenteis.

§. XXXIII. Quod verutioribus ex regia arboite ramos attinet: Principes *Eburovi-censes*, è quibus Reges *Navarrae*, scuto liliis consito inducebant *balthicum* dextrum minio & argento per quadras distinctum. Comites *Artesia* similis scuto fasciolam trifidam rubram, ut in singulis segmentis terna argentea *Castella* exprimantur: Rationem aliqui ex eo ducunt, quod in Arteia totidem *Castellaniæ*. Sed le *Labourer* n. 60. fabulam de *Castellaniis* esse putat: aitque eis debet quatuor segmenta, tum *Castella* non argentea sed aurea: & ex *Sammarthano* credit, *Castellis* notari memoriam *matris Castellanae*. Uti *Carolus C. Andinus* prioris lineæ autor, *Roberti Artesii* frater, limbum *Castellano* symbolo ornarat. *Varennius* putat 12. pingenda esse *Castella* ob totidem *Castellanias*.

*Borbone-*  
*z.*

§. XXXIV. Quod domum *Borboniam* attinet, commune ei discerniculum olim, cum liliis constitutum esset scutum, *balthicus angustior seu scipio diagonalis* extrema scuti tangens ex mino. Cum vero ad ternarium reductus esset numerus florum, inter illos *angustior bacillus* eiusdem coloris locatus est. Eadem hodie principis *Condei* est *Contii*, parma: cui *Contus princeps* limbum addit rubrum. Quod & *Sveffiones* facit. Ex *Montpensierorum* Borbonis subdistinctiones adscere isti. *Montpensieris* scipionis diagonalis summitta-  
ti aurum impresso Delfino cœruleo, ob *Delfinatum Arvernæ*: reliqui ejus lineæ sci-  
Bellio-  
censum. pionis superiori extremitati lunulam argenteam: *Philippus Borbonius Dn. Bellioccii*

(Beaujeu)



(Beaujeu) tres Delfinos aureos: Comites Marca & Vindocini tres leones argenteos, <sup>Marcano-</sup>  
impressos diagonali baculo: Ex his Carenii porro addiderunt limbum coccineum, <sup>rum.</sup>  
Aubignii eum compoluere ex quadris aureis & tubeis, Duisanii limbum circumde- <sup>indoci-</sup>  
dere vel tubeum denticulatum, vel tessellatum auro & coco. Ex nothis Borbonii <sup>norum.</sup>  
de Rouillon inducebant bartram sinistram rubeam. <sup>Carenie-</sup>  
<sup>rum.</sup>

§. xxxv. Burgundia Duces ex regia familia bis orti: Postiores scuto liliato cir- <sup>Aubignio-</sup>  
cumabant limbum ex quadris argenteis & tubeis: prior linea non utebatur scuto li- <sup>Dufan-</sup>  
lilato: forte ex eo, quia ex plurium opinione (de quo superius) liliorum usus in regia <sup>tiorum.</sup>  
gente eo tempore nondum fuit, cum illa prodiret: vel quod omnino arma familias <sup>Russilio-</sup>  
totis nondum fuerint communia. Utebantur ergo illi Dukes scuto balthicis dextris au- <sup>Burgundi-</sup>  
reis & caruleis exarato. Ita & familia regia Drocenii non uia est scuto liliato (licet Prioris.  
Gelot. dicat, Robertum ejus autorem uxoris sua Agneti Braineensis parvam, qua erat <sup>Prioris.</sup>  
tessellata cyano & auro, cum limbo rubeo scuto liliis consito adiecisse in angulo superiori <sup>Droce-</sup>  
dextro, sed Drocensi l. Brainei. Quod scutum postea minores natu novis affecere <sup>nas.</sup>  
distinctionibus. Domini de Beau & Vicecomites de Chasteaudun peribolum dentibus <sup>as.</sup>  
asperabant: Beaussartu scipionem rubeum diagonalem inducebant toti. Morain- <sup>villei.</sup>  
villi peribolo inscribabant rosas decem aureas.

§. xxxvi. Quod naturales vel ex naturalibus ortos concernit: Regis filius D. Naturae.  
Vermanduorum in regii paterni scuti medio addit bacillum rubeum ex lavea in dextram <sup>lum.</sup>  
conversum: quod etiam Dux Vernolius Henrici IV. filius servat. Vindocinensis ex Hen- <sup>Ducis Ves-</sup>  
rico IV. linea Vindocinensis insignibus utitur, quæ sunt Borbonia inscriptis scipioni <sup>romandu-</sup>  
tribus leunculis argenteis. <sup>Vernolii.</sup> <sup>Vindoci-</sup>  
<sup>norum.</sup>

§. xxxvii. Hi sunt qui ex regia stirpe orti cum distinctione participant regio <sup>Lilia in</sup>  
scuto. Quod Rex Anglia ex prætenzione, quam olim in regnum habebat eodem sym- <sup>scuto An-</sup>  
bolo utatur, c. 3. §. 5. vidimus. Aliæ quedam familia ex regia gratia hoc impetravere, <sup>glico.</sup>  
ut lilia insererent gentili patre: (conf. Vulson de la Columb. Science Her. c. 9. p. 67.) qua- <sup>Communi-</sup>  
rum nunc enumerabimus sine ordine exempla. Pares Francia Ecclesiastici (Episco- <sup>nata A.</sup>  
po Bellvacensi excepto, cuius crucem rubeam in scuto aureo, ejusdem coloris qua- <sup>Rhemeni.</sup>  
tuor claves stipant) omnes liliorum regiorum dono superbunt. Rhemeni Archiepiscopi, <sup>Episcopis</sup>  
piscopus utitur scuto liliis Francicis consito, impressa cruce coccinea: Lingonensis Epi- <sup>Lingoni.</sup>  
scopus loco crucis utitur decussit idem ex minio: Laudunensis pedum rubeum scuto liliis <sup>Lingo-</sup>  
sparto inserit: Noviodunensis simili clypeo imponit duo peda argentea obversa: Cata- <sup>beni.</sup>  
launensis parvæ caruleæ imprimis crucem argenteam stipantibus eam quatuor liliis <sup>Laudau-</sup>  
aureis. Præter Pares Ecclesiasticos, etiam Episcopus Tornacensis ex dono Francico <sup>neni.</sup>  
lilia habet. Ita Ioh. Cousin. Hist. Tornat. c. 66. pag. 324. allegante Ferrando: <sup>Tornas</sup>  
opinion, que le fusdit Roy (de Chilperico sermo fuit) honora l'eglise de Tournay des fleurs de <sup>ont</sup>  
lys d'or, comme il les portoit lui même, les adjoint aux armories de l'evesché, qui estoit <sup>Catalau-</sup>  
ent d'azur à la tour d'argent à 2. croises de gueules. Citarat etiam Guilb. Gazetus hist. <sup>ceas.</sup>  
Eccl. Belg. qui dicat fusile cephalum scuti ex cyano liliis aureis conspersum, sed dein <sup>Tornas</sup>  
antiqua refumta. Ferrand. etiam civitatum meminit: quarum tamen aliqua parum à <sup>Noviodu-</sup>  
fabulis abesse videntur. Cyr. Spangenb. Adelisp. P. 2. L. 12. c. 31. p. 313. b. refert Ludo- <sup>neni.</sup>  
vicum R. Francie circa 1250. Ordini Teutonico 4. lilia donasse, quibus scutum suum au- <sup>Catalau-</sup>  
gerent.

§. xxxviii. Virgini Aurelianensi Carolus VII. Rex ob fortitudinem bina lilia aurea <sup>Fam. du</sup>  
intermedio ense argenteo in carulea parva concessit: galea autem pomum & crucem <sup>coloris,</sup>  
auream cum corona ejusdem metalli impositum. Hæc cum 1431. beneficii damnaretur ab <sup>Elstain.</sup>  
Anglis ipsacum combusta sunt. Vide Th. Haping. de l'ur. Insign. c. 16. §. 2. n. 39. Sauffay. An- <sup>d'Elstain.</sup>  
nal. Eccl. Aurel. (apud Ferrand. Epinic. pro lit.) addit, ejus consanguineis etiam datum <sup>Fam. du</sup>  
hoc scutum cum nomine du Lys, quo adhuc insignes diu superfuerint Parisis & Valli. <sup>Fam. du</sup>  
coloris, prognati Joannæ fratre. Familia Desfain seu d'Estain in Arvernia gestat insignia Lys. <sup>Elstain.</sup>  
Francica cum capite scutario aureo: quia quidam ex illa oriundus regi in prælio Bo- <sup>d'Elstain.</sup>  
vinensis vitam servaverit. Varenn. R. d'arm. P. I. p. 142. Famil. Gentian. Gentiens (Pari- <sup>Gentian.</sup>  
suis) rubeo scuto tres argenteas fascias tortuosa inscritis inducto baitheo Francicus liliis <sup>Arcoliers.</sup>  
consito: Hunc unius obtinuit virtus, qui de Philippo Valesio in prælio ad Mons en <sup>Arcoliers.</sup>  
Penle optime meritus. Fam. Arcoliers in Sabaud. utitur clypeo caruleo imprelo gladio <sup>Arcoliers.</sup>  
argenteo, cui ad dextram appositum lilium aureum, seu uti Companius obseruavit, ru- <sup>Arcoliers.</sup>  
beo cum ense argenteo adjectis 2. liliis aureis. Hoc donum Francisci L. regis fuit, <sup>Arcoliers.</sup>  
quem



quem in p[re]l[io] Papien[s]i semel hostibus eripuerat quidam ex hac gente. Unde Rex ei dixisse fertur: *Je porte trois fleurs de lys, je veux que vous en portiez deux.* Redux ex Hispania eidem annum stipendium 500. scutariorum concessit. (Gelot) Carolus V. Rex ob virtutem Sylvestri Budisi domui de Budes dedit duos lili flores rubeos adjicendos patrii insignibus, quae sunt pinus viridis in scuto argenteo (de Laboure[ur]. vide supra c. 14. n. 4.) Henricus IV. Rex Nicolao Hospitalio Vitrio concepsit scutulum carnileum cum lilio aureo, quod Gallus gallinaceous. Franciscus I. familiae Faverot in Bononiis dedit in argentea parma tres dimidiis flores lili nigros, quod à nobili huius gentis, cum in venatione occuparetur, licet eum non nolet, honeste eserit habitus. Bertrand. (in Vivatesis) utuntur clypeo aureo cum capreolo caruleo, impressis tribus liliis aureis, comitibus tribus rosis rubis: Ex hac gente uni lilia concessa ob defensam 1329. praesente Philippo Valecio jura Gallicana Ecclesie aduersus Petrum du Coigner aduocatum Parlamenti. Varenn. R. d'arm. P. 3. p. 363. Carolus IX. familiae Portail dedit sex lilia aurea, quae adderent bovi gradienti aureo in scuto caruleo. Stuartius Conestabilis Francie gestabat scutum Francicum cum limbo rubeo impressis fibulis aureis.

§. XXXIX. Inprimis celebre est exemplum familie Albretana, in qua Carolo Conestabili Carolus VI. Rex dedit Francia tria lilia, quae bis quadrae 1. & 4. carulea infererent: reliquis duabus quadris mino tinctis. vid. §. 49. Unde quae dein in stirpe hac discernicula sumta, secunda & tertia quadris inscripta sunt: Ut linea d'Orval illis circumdabat limbum striatum argenteum: Eparre addebat stellam octo radiorum auream angulo dextro capit[is].

Argenton. §. XL. Argenton gestit auream parvam, inque ea quinque orbes coccineos cum scutulo Francico media parma impresso. Varenn. R. d'arm. P. 1. pag. 152. Drugel clypeo utitur caruleo cum liliis tribus aureis, addito limbo coccineo cum octo fibulis aureis. Comites Vexini utebantur Francico scuto cum fasciola hermionica: Eo quod hereditarii vexilliferi auriflaminata fuerint. (Varenn.) Bethunii galea impoluere pavonem constitutum floribus liliis aureis, (vocant gorgé de France) cum jugo alatum Bethuniarum. Putat Varenn. R. d'arm. p. 532. id datum Guillelmo II. Dn. Bethunæ, cum Artelis hereditate ad Gallos delatis, tanquam primus ejus provincie baro in obsequium Francicum veniret. Tournon. (in Vivarel.) utuntur area Francicis liliis sparsa, cui adjacet alia rubea cum leone aureo. Montchal. 1650. accepit illud donum, ut clypeo rubeo cum capite scutario aureo, impressis tribus molulis echinatis caruleis, circumdat limbū Francicum. Rivoires. Rivoires gestant parvam fasciis ternis argenteis & rubeis exaratas, cum baltheo Francicis liliis consito. Chalencor gestat scutum quadripertitum ex auro & coco, cum limbo nigro octo liliis aureis ornato. Acigne (Britann.) scutum hermionicum cum fascia rubea impressis tribus liliis aureis. Beaumont d'Antichamp (Delfinat.) rubeum usurpat clypeum Precontal. inducita fascia argentea, inscriptis tribus liliis caruleis. Precontal (Delfin.) aureum cum cephalo caruleo impressis tribus liliis aureis. Chasteaubriand rubeum constitutum liliis Francicis aureis. S. Gilles caruleum constitutum argenteis: Apchon aureum constitutum caruleis; Fay en Beauvoisis argenteum nigris, S. Leger purpleum constitutum aureis, inducito baltheo coccineo: Allemans Delfin. rubeum constitutum aureis, inducito baltheo argenteo: Candie (Burgund.) rubeum constitutum aureis, adjecto baltheo caruleo. Quæ omnia vix erravero, si gratiæ regiae documenta credam.

§. XLI. Etiam apud exterios extant hujus doni exempla: Quo aliquot familiarium in Hispania lilia refert Ferrand. epist. pro lit. c. 5. p. 80. 81. Inprimis Cueva in dextra scuti divisi area carulea tria lilia aurea ferunt ab Hugone è Comitibus Tholofanis oriundo, qui in memorabili p[re]rho ad Salado contra Mauros cruciatum vexillum à Pontifice benedictum prætulit 1340. Ex Julio Chifflet. Bisse. NN. ad Upton. p. 71.


Alii principibus. §. XLII. Silv. Petrasinæ, tess. gentilis. c. 60. p. 468. ita scribit: Externi principes etiam Christianissimorum regum lilia inserti in suas icones tessellarias peroptarunt. Ideoque vernant eam parvulis gentilis regum Scotte, Magnorum Duc. Hetruriæ, Ducum Aestinorum s. Esteris, Ducum Antiochie & procerum aliorum.

Amicitia causa summa. §. XLIII. Sumta etiam legas in amicitia signum. Ita de Ioanne Galeacio D. Mediolanensi, qui filiam Valentinam collocaverit Duci Aureliano, refert Caffan. recherches Dr. L. 1. c. 7. p. 367. Galeas pour montrer la sincérité avec laquelle il procedoit, fit incontinent ecarteler par toutes ses places les armes de France parmy les siennes. Monstrando sinceritati sua ubique suis insignibus Francica quadripertitum misserit.

§. XLIV. Sa-




§. XLIV. Satis diu nos tenuere lilia, Francia ~~sanguis~~: Huic scuto reges agglutinanti aliud scutulum Navarrenum, quod ab Henrico IV. caput, nisi quod is aliquando utrumque symbolum uni diviso scuto inseruit. Olim qui Franciae & Navarræ simul reges fuerant Ludovicus X. Philippus IV. & Carolus IV. scuto Francico Navarrenum septies reperitum subjicere solebant. Ag. glutinatione tamen Francico suo Polonicum cum Lithvanico bipertitum scutum jungere solitus etiam erat Henricus III. Rex.



Navarra  
num scu-  
tum co-  
aglu-  
ta-  
rum.

§. XLV. Navarrena pelta *coccinea* est, figura autem in ea auro fulget: quæ vero sit eas figura, nondum inter peritos rei feccialis convenit. Aliqui dicunt esse *catenas in crucem, decussim & peribolum dispositas coherentes, smaragdum medium continentibus*: *Chaines d'or posées en croix, en sautoir & en double orle, enfermant une esmeraude en cœur*. Ita Brianville, *jeu d'arm.* Et quidem has catenas sumtas existimant in memoriam catenarum, quibus 1212. Maurus Rex Miramolinus castra sua, quæ tamen Rex Sancius expugnarit, clauerat & munierat. *Limn. Not. Franc. I. 10. pag. 271. & in Iur. publ. Tom. IV. addit. ad 6. 6. p. 98.* ubi refert prius Navarrenum scutum tuisse rubrum ante infertas has catenas. Confer *Varenn. R. d'arm. P. 3. pag. 338.* Aliqui credunt eo respici, quod milites cingulis suis alter alteri alligati, ut firmior esset acies, extremitate catenarum in medio aciei alligata smaragdo pretioso. Itaque victori Sancio Navarreno, qui primus pertrumperit, ante Alfonsum Castellanum & Petrum Aragonium reges, hæc insignia adjudicasse *Didacum Lupum de Haro*. Autor est *Texera apud Heping. & Iur. insign. c. 6. P. 3. §. 8. n. 481.* Hoc commentum refellit *le Labour. de l'origine. p. 73.* recentius etiam *Menestr. in verit. art du blas. c. 5. p. 45.* Verum postea idem hic in *L'art du blas. justif. c. 13. p. 324.* scilicet *Josephi Moreti historici Navarreni*, qui *Othenartum* etiam, ut à sua sententia discederet, vicerit, argumentis cessisse profiteretur.

§. XLVI. Communior vero sententia figuram hanc esse putat carbunculum tessera- *Anscar-*  
*rimum:* Ita *Joh. Jacob. Chifflet. Eq. A.V.n. 57.* cui laterculus Navarrenus est *coccineus car-*  
*bunculus linearis classo & sphaerulis discreto, aureo, impressus.* Vel phrasí *Petr. sincta Tess. gentil. c. 46. p. 246.* *Carbunculus aureus solis nodulis & nullis floribus confuscus in*  
*pelta conchyliata est genitilium stemma regum Cantabrorum.* Gallis: *rais d'escarboucle accolé & pommeté d'or.* Ita & *Blondell. Geneal. Franc. plen. assert. T. 2. pag. 363.* Navartos antiquæ cruci dénum prætulisse carbunculum radiusum perhibet. *Fourn. Geogr. orb. not. L. 7. c. 4. pag. 341.* ista habet de Sancti Regis victoria 1242. *Interfecta* 200000. Maurorum, ipseque eorum Rex Smaragdus Miramolinus: & quod deminibus smaragdus insignis pulchritudinis ad Sanctum pervenisset, in locum antiquæ tesserae substituit coccineam aream, in eaque carbunculum aureum (smaragdum vult *Muretus*, bullatum, lineis orthogonis clavum).



Anemo-  
gramma  
veterum  
regum?

§. XLVII. Si post viros doctos aliquid opinari licet, figura origo videtur latere in monogrammate, quod diplomata regum in Commentariis Aragonicis Hieron. Blanca sepe praeterunt, quod junctas crucem erectam & decussatam vel literam X (ex Graeco χειρός, cum sepe summitati P & imo pedi ε addantur) exprimit. Si enim extrema jungas, ipsam habebis simpliciorem Navarrenam figuram.

§. XLVIII. Quod veteres regni tesseras attinet, volunt primum scutum fuisse purum *Garsia Ximenez Baigorria Comiti*, qui 716. *Soprariba* fuerit Rex creatus, sed ex visione afflumerit scutum aureum cum queru viridi, & imminentे cruce rubea, cuius extremitates singula poma exornarent. Hec arma continuata à posteris ajunt. De Enecone. In iconē cogn. Arista ajunt, eum 13. aristas aureas inscripsisse clypeo rubeo ob cognominacionem. Cum tamen cognomen non à latina voce Arista verum ab *Hari-zeta* vico Baigorria primatio tractum videatur. Ab eodem rege volunt deinceps ob visionem angelii afflumtam in parma *caelestina* crucem argenteam, cuius extremitatidem poma ejusdem metalli exornent. Hic fuit, qui animo tumulo Mauros aggressus est, & Pompeionem illis eripuit. Cruxilla manit ad Sanctiæ atatem, à quo aliud genus sym-boli genus usurpatum diximus §. 45. Conf. de hisce *Limn. Iur. publ. 6. 6. 36. & in X. ge. Franc. I. 10. p. 271.* (videtur vero confundi *Tholosana* & *Navarrena* crux.) Tum *Heping. de Iur. insign. c. 6. P. 3. §. 8. n. 497.*



**Regum  
successio.** §. xlix. Mansit in descendantibus antiquorum regum regnum usque ad *Sanicum VII.* s. fortē vel inclusum, qui Ferdinandum filium legitimū amiserat, & cūn 1234. extingueretur, nō nūl notūm reliquit *Guilelmum*, qui de invadendo quidem regno 1239. cogitabat: sed prævaluit jus *Blancae*, que Sanci filorū *Theobaldo V. C. Palatino Campania & Theobaldum* genuerat: qui ob hoc avunculo succedit, & regnum reliquit filiis *Theobaldo III.* atque *Henrico*, qui ordine illud geisere. Henrico nata *Ioanna*, quam adhuc infantem filio suo *Philippo* sponsam vindicavit & educavit *Philippus III. R. Francie*, regno occupato. *Philippus* dein ordine inter Francie reges IV. pulcher cognomine, *Ludovici X. Philippi V. & Caroli IV.* regum ex *Ioanna* pater fuit: *Ludovico* nata est *Ioanna* iterum heres Navarrae, quod regnum marito attulit *Philippo C. Eburovicensi* agnato: licet *Caroli IV.* filia successione dubiam redderent: qua lis composta est 1328. *Philippus* heredes & successores habuit filium *Carolum II.* nepotem *Carolum III.* s. nobilem. Qui *Ioannes Eburovicensis* areolam, de qua §. 33. Navarrense tesseræ in parma quadripartita secundo & tertio loco componebant. *Carolo III.* 1425. mortuo succedit filia *Blanca*, uxor *Ioannis infantis Aragonii D. de Pegnaef*: Ex eō mater *Caroli pr. Viane*, principis doctissimi, quem novercæ odia exercerunt, ut pater eum custodiae mandaret, unde pro eo Navarrensi & Catalani arma sunserunt, sed 1461. ante patrem extinctus est: Ob hanc causam patris succedit filia, *Caroli* soror, *Leonora*, uxor *Gastonis C. Foxii Princ. Bearnensis*: sed lcepit brevi tempore tenuit: & ad nepotem ex filio *Gastone VI.* p. t. mortuo *Franciscum Phabum* transmisit, qui 1483. cœlebs vita functus heredem habuit *Catharinam*, que *Ioanni ex Albretanis* proceribus nupsit, cumque eo regnum rexit, sed à *Ferdinando* expulsa amisit: ius inde delatum ad filium *Henricum*, patrem *Ioanna* celeberrime regine, que ex *Antonio Borbonio* v. *Indoceno*, cui ex eo *Navarrensis* regis nomen, genuit *Henricum IV. Francie & Navarre* primum iterum post aliquid secula regem. *Foxia* genscum regno potiterit in scuto bipertito hinc *Navarrensum* & *ayua* gestabat, isthinc quidruplicatum: *Foxiorum* tres rubeos palos in solo auro (creditur familia ex *Aragonius* s. *Barcinonensis*ibus, numero palorum tantum minor.) & *Bearnensis* in laterculo anno duas rubeas, cornibus, & tintinnabulis ceruleis. *Albretanorum* illam dispositionem exhibet *Taren. R. d'arm.* p. 137. Ut transversa linea scutum seceret, caput iterum daubus perpendicularibus in tres regiones, pes in quatuor alias dividetur: totique imponeretur pamula nova. Prima capitisi area continebat *Navarrensem* tessera, secunda gentile s. *imbolum Albretanum*, quod est quadruplicatum ex areolis duabus *Francicis* liliis sparsis, & duabus rubeis (*Rubra* & *vetus* perhibent tessera familiæ, que puto minio scutum tingebat ad morem avorum; ex quibus ipsi se cum *Navarrensis*, vide §. 48. oriti perhibebant; laterculi *Francici* donum sunt *Caroli VI.* in favorem matrimonii, quod *Armandus Amanius Albretanus* cum *Margareta Borbonia* 1368. contraxerat. vid. §. 39.) Tertia *Aragoni* cum emblema continebat: ob *Ioannem Aragonum*, qui ex *Blanca Navarrena* posteros genuit. Quarta seu inferioris ordinis prima area quadrifida *Foxensis & Bearnensis* gestamina continebat. Quinta iterum quadruplicata exhibet in 1. & 4. areola aurea leonem coccinum, secunda & tercia rubea leopardum erectum aureum vel iuxta alios argenteum falculis & lingue carnibus, quod est gestamen *Armeniacensium* Comitum. Sexta *Eburovicensis* tessera refert. Septima vel ultima in decussim secta superiori & inferiori parte *Aragonios palos*, lateribus castellum *Castille* & leonem *Legionis* representant: ob maiores eteo *Ioannis*. Pamula toti imposita *Bigeronorum* symbolum erat, nimurum aurea impressis 2. lombis gradientibus rubis, quorum *falcule & lingue carnibus*.

**Navarra** 2.  
**Ferdinand.** §. L. Navarra ab anno 1512. regi Hispaniae paret. Eo enim *Ferdinandus Catholicus R. Hispaniae*, ut regem Gallie Pontificis *Juli II* hoītem in Aquitaniam conjunctis cum genero *occupata.* *Henrico II.* R. *Angliae* virtibus adoraretur, per Navarram transiturus, transiit negato, occasionem atripiuit invadendi regni, cui jam pridem homo alieni cupidus inhiabat; quod tanto facilis tuit, *Ioanne* ab omnibus impetrato, & Gallica auxilia frustra præstolato. Exortis tandem *Grammontanorum & Bellmontanorum* factionibus & disposito ad rebellionem à *Lerineni* populo conjuges reges omnino cedere regno, & in *Bearnum* se recipere coacti sunt, & præter exiguum portionem *Navarrae*, non nisi jus in reliqua suis, filio *Henrico*, nepti *Ioanna*, eius filius *Henricus IV. Rex Gallie* prætensionem regis domui intulit, transmittere potuisse. Confer historiam apud *Thuan.* L. 1. pag. 22. *Arn. Ferron.* L. 4. pag. 81. *Mart. Bellaj*



*Bellaj. L. I. 1. pr. Et ex Hispanis Ael. Anton. Nebriss. historicus regius peculiari opere in duos distinctos libros.*

**S. LI.** Fundamenta Hispanorum, quibus Navarræ regnum jure à se teneri probabile volunt, illa sunt (Confer. Ael. Anton. Nebriss. histor. bell. Navarr. L. I. in primis spanorum c. 1. ubi capita juris contracta, & Iohan. Lupus de Palacio Rubeos tract. de obtensionis in regnum retentionisque regni Navarra iustitia. Allegatur & Pineda de regn. Nav.)

**I. Negatus transitus:** cum via ex jure gentium sit cunctis mortalibus communis. Conf. exempla Num. 21, 23. I. Macc. 5, 46. 49. Conf. etiam §. I. Instit. de serv. Grot. I. B. & P. 2, 2, 13.

Addunt alterum, quod validius stringat rationem: quod fœdus inter Ferdinandum & Catharinam icum, ut hæc non posset in regno recipere præsidia Francica, nisi excidere jure regni vellet. conf. Arn. Ferron. L. 4. p. 81. Adde alius fœderis exemplum apud Blondell. Geneal. Franc. P. I. p. 18. I. 4.

Sed respondent ad hæc Franci: 1. ut fœdus fecerint cum Hispanis Navarrei, quod non concessuri sint Gallis invadende Hispaniæ transitum, itanec obligati, ut darent Hispanis, alio fœdere. vide Arn. Ferron. d. I. Interim in fœdere Blasensi 17. Jul. 1512. pacto sunt protestati, nihil in Hispania mouere, & priora fœdera Hispaniæ in vi- gore rehæta, sed ut ad partis neutrius injuriam Navarra pateret. Et quidem hoc fœdus cum fieret, neque adhuc ratihibitum esset, Albani exercitus jam in finibus Vasconum erat. Certe de fœdere illo Ferdinando nondum poterat constare. vide Blondell.

2. Nullum de non recipiendis Gallorum præsidiis fœdus factum; sed nec adfuere illa præsidia.

3. Ferdinandus brevior via in Galliam patebat. Sed & iniquæ conditiones, quod transiit loca aliqua pignori petebant, viamque ingressi sunt nec expectato responso.

4. Exempla sacra, adversus infideles quæ facta sint, docent.

5. Joannes aliorum ratione vasallus Galliæ sine feloniam transitum concedere non poterat.

6. Transitus qui debetur gentium jure multas conditiones appositæ habet. vid. Grot. d. I. ad quas le non obtulere Hispani. Potius hi transitu conceclo petiere obli- des, & ne iter intercipitur, ad redditum loca quædam tradenda. Fr. Maced. propugn. Luf. Gall. P. 2. q. 4. c. 3.

7. Alterius fœderis scheda conficta. vide Blond. d. I.

2. *Ioannes Rex cum rege Galliæ à Pontifice declaratus schismaticus, & schismati- rum fautor, ac proinde hereticus.* Hoc Abanus erga Pompeionenses apud Nebriss. I. c. 6. & Ferdinand. apud Olhag. bift. C. Fox. L. 2. ursit adversus legatos Joannis. Sic & Papa apud Thuan. L. 46. p. 782.

Huic fundamento ita respondent Galli: 1. Periculosa hæc hypothesis omnium regum securitati. Nec concedenda Pontifici in regum, qui non vallati sunt, temporalia potestas.

2. Alias Hispani contempnere fulgura Pontificia.

3. Excommunicatum Joannem & regno spoliatum, ne quidem probari potest ab Hispanis. vid. Blondell. d. I.

4. Invasio Navarræ facta ante fulminationem Pontificis adversus Gallos ipsos: ut subducit calculum idem Blondell. aff. rt. plen. geneal. Franc. P. I. p. XVII. 4. seq.

5. Papa pars & judex ita fuerit.

6. Regnum non Joannis sed Catharinæ proprium.

7. Capræ auditori Rotæ à Pontifice ad se 1511. misso, reges Navarræ responderant, se in unione Ecclesiæ vivere & mori paratos. Nec Pisano concilio adhæserunt.

8. Teneretur vero Papa, si etiam excommunicatio justa foret, concedere legimus hereditibus regnum ademtum transgressori.

9. Causa odi Papæ Ravennensi clade efferati, & ob Gastonis nomen Fo- xiis infestis, in Ludovicum, cuius quasi appendix quædam lis Navarra injsta fuit.



10. Ferdinandi arte obtenta (si quæ fuit,) hæc excommunicatio adversus eum, qui non læserat Pontificem. *Mariana ad 1512. L. 30. Suspecta Ferdinandi regis fraude erat, & paulatim in plures capit manare rumor, eo annente severum decretum & gravem proditiss; conjectura probabilis, quoniam diu penes se in arcano id diploma Pontificium occultavit.*

11. Sed & bulla adversus R. Francie nullius vigoris est, quia reges hi nequeunt excommunicari, nec regnum subjici interdicto: quod & sepe declararunt Pontifices ipsi. *Conf. Limn. Not. regn. Franc. 2, 6. lit. kk. II.*

12. Concilium Pisanum à Ludovico adversus Pontificem, non ex promisso convocantem concilium, convocatum diras Julii II. generosa obnunciatione revicit. *Thuan. L. 1. p. 31.*

3. *Blancam Henrico IV. R. Castile nuptam & dein repudiatam, veneno sustulit Leonora soror, ut ad regnum ipsa veniret.*

Hoc quoque fundamentum ita elidunt Franci. 1. Blanca improlis nec ab ea jus Hispanis.

2. Non benefica Leonora, sed criminis hujus accusatur ab aliis Joanna Ferdinandis mater, que Carolo privigno sublato, Blanca divortium procurarit.

3. Ferdinandus Leonoram, Franciscum Phœbūm nepotem & Catharinam reges agnovit, & inaugurationibus interfuit.

4. Sed nec ob hoc factum posteriure exciderent.

4. *Germana uxoris nomine ad Ferdinandi regnum hoc spectare.*

Franci respondent: 1. Saltem Germana improli mortua jus hoc cessaret: & ea secundo marito idem quoque adferre debuerat.

2. Joh. Narbonensis pater Germanæ, agnovit Catharinam reginam, eique tantum litem intendit ob Foxium Comitatum, Bigerrones, & alia in Gallia, quod essent mascula feuda; De quibus transactum 1497. Cum Gasto filius renovaasset litem, iterum transactum, ut & à Germana sorore ejus.

5. *Præscriptio.*

Huic obvertunt Franci. 1. Hæc interrupta 1516. tractatu *Noviodunensi*, quo promissa restitutio.

2. Bella continua Gallo - Hilpanica impedivere Albretanos à persecutione juris.

3. 1545 per legatum Carolo V. demonstratum jus Catharinæ.

4. Alii subinde actus editi, quo Albretani & Borbonii jus suum non dimittere testati. *Conf. Thuan. L. 23. p. 1063.*

5. Accedit quod vulnus conscientiæ testati Hispani ipsi, in *testamento Caroli V.* apud *Thuan. L. 21. p. 947. & Philipi II. apud Thuan. L. 120. p. 509.*

6. Oblata aliquando statuactio, apud *Thuan. L. 28. p. 38. 39.* Confer *Blondell. gen. Franc. T. 1. p. \*\*. 2. b.*

6. Si addatur *securitas regnum Hispaniæ*. Unde Nebris. in *pref. faretur de Isabella Hispaniæ*. Hispan. eis semper curam insedisse, quomodo angulus à toto suo corpore divulsus vel permutation vel dotis nomine vel alia quacunque ratione honesta in formam pristinam redigeretur.

Habet huic etiam quod regerat Gallia. Hæc enim si vera, non tamen justa est ratio. Constat certè Ferdinandum diu inhiatus, unde jam prius 1482. auxilio Bellomonitorum sub prætextu petenda pro filio Joanne heredis Catharinæ fines regni occupaverat. Sed regina ob ætatem liberorum imparem, & quod regnum viro opus haberet, excusavit le. De eo locu L. 11. à pr. judicium: *Cunctæ belli rationes fæderumque jura vel cum pudenda mutata fidei labe & gravi sociorum injuria ad commodum suum referre erat solitus*. Ubi refert, quod ob ipsam hanc expeditionem adverius Navarrum Henricus R. Anglia solus discribimus bellii Gallici objectus, scero succensuerit.

Francisci I. Possit addi quod 7. *Rex Franciscus pæctis Madrit. §. 20. & Cœptac. §. 47.* promisit, proprio jure si quod haberet abdicato, Albretanum quantum in se se sit ad cedendum prætensione sua inducere: nec adversus Hispanos juvare.

Verum enim vero ut de valore Madritenium pæctorum nihil dicamus, Albretanos Franciscus non potuit suo private jure.

8. Alius juris etiam mentionem facit *L. Marin. Sic. de reb. Hisp. L. 8. in Ramir. 2. R. Arag.*



Arag. & provocat ad illud L. 21. in R. Ferd. Cashol. Quod videlicet Navarri, qui eundem cum Aragoniis regem Alfonsum habuerint, hoc extincto & electo ab Aragoniis <sup>Navarrae idem alia regnum.</sup> eius fratre Ramiro, peculiarem sibi regem Garciam Ramirum sumserint. Unde ortum ait bellum; sed delectos tandem arbitros sex, ex utroque regno ternos, pro Ramiro pronunciasse, ut ille rex esset, & Garcias magister equitum.

Sed reponunt Galli, post hæc tempora semper peculiare regnum Navarrenium <sup>responso.</sup> fuit, & agnatum est ab Aragoniis ipsiis. Confer instrum. matrimon. Ramiri filia & Rain. Garcinon. ap. eund. Marinum.

§. llii. Vicissim fundamenta Gallorum, quibus regni hujus sibi jus arrogant, illa sunt. (Pro his videndi Cassan. research. L. i. c. 4. p. 183. & seq. Servin. T. 1. des actes notables & plaidoyés. p. 333. seq. Blondell. Geneal. Franc. T. 1. p. 17. b. & seq. Hispanis potissimum autoribus utens. Fr. Maced. Propug. Luf. Gallic. P. 2. q. 4. p. 386. seq.)

1. Successio hereditaria Henrici IV. in maternum regnum.
2. Ius iustitia invasionis Hispanie, quam objectiones prius enarratae evincere co- natæ. Conf. Thuan. L. 84. p. 172. ubi Doctoris Navarri judicium.

3. Iuris perpetua conservatio, non tantum generalis pace Fervin. §. 22. & altera in insula de Fafans. §. 89. 90. sed & specialis, cum præter titulum insignia semper retenta, & regiis postea juncta.

Quin cum 1625. Urbani VIII. Papæ breve regi titulum R. Navarre non adderet, non prius illud ratihibitum à curia, quam defectus suppleretur. Alunif. Card. Richel. T. 1. Sic & 163.

4. Addi potest tractatus Noviodunensis 1516. Quo promissam restitutionem probat Blond. assert. Geneal. Franc. T. 1. p. iv. 4. b.

§. llii. Quicquid vero de utriusque partis iuribus sit, occupatam ita Navarram Ferdinandus retinet, & factione Bellmontana res suas amplius firmat. Ut redderet <sup>acta.</sup> compellatus, eas conditiones præscribit, ut quædam quæ restabant loca etiam tradentur, & vadis loco filius Henricus: ad hæc quando restitueret, suo arbitrio permitti perit. Carolus V. tractatu Noviodunensi pollicetur restitutionem, hac non fecuta per Andream Foxium Sparrensem Galli 1521. regnum recuperant, sed brevi post denuo cinciduntur. vide Bellaj. L. 1. pag. 18. Inde Bonnivetus Fontarabiam capit, sed opera aliud pretium non obtinet. id. p. 28. seq. Ex eo mansere in possessione Hispani, armis non turbati ob Albretanorum, (quibus & insidie stræte, vid. Thuan. L. 36. p. 329.) debilitatem. Regnum vero Burgensis comitiis 1515. cum corona Castiliae conjunctum, (quam conjunctionem Ferdinandus testamento 1516. & 1518. Carolus Pincie confirmavit, animum nunquam restituendi hæc ratione testati,) atque munitiones magna ex parte dejectæ.

§. lii. Hujus regni causa telamonum, angelorum, alter vexillum Navarrenum, Angelus altero ex dextris Francicum gestante, manibus tenet. Lacimæ etiam, quæ huic scuto cum N. varrenno vexillo.

§. lii. Scuto regio circumdati solent duo torques ordinum duorum regiorum S. Torques Michaëlis & S. Spiritus. De quibus P. i. c. 7. egimus.

§. lvi. Titulo non alio Rex utitur quam Francia & Navarre: quod multi mitantur, ut pote præter aliorum magnatum morem. Est tamen videre, ubi aliqui reges Titulus. quædam addidere. Ludovicus XI. apud Limn. Not. Franc. 2. 6. pag. 446. illo ulti est: Tituli alii quorum veterum reges. Roy de France, Dauphin de Viennois, C. de Valentinois & Dabis, Provence, Forcalquier & ter- reges res adjacentes. Carolus IX. in moneta illo ulti est apud Menestr. verit. art. du blas. c. 13. p. 153. CAROL. D. G. IMP. ORIENT. FRANC. REG. Q. NEAP. REX. Ludovicus XII. in illa moneta, cuius adverfa pars memorabile epigraphen continet: Per- dam Babylonis women (cuius numi mentionem facit Thuan. L. 1. p. 31. & exhibet Luck. Syll. numism. p. 23. sed cum Thuanus insignia Neap. & Sicil. impressa dicat, Luckiana sculptura Francica tantum exprimit,) hoc utitur elogio: LUDO. FRANC. REGNIQ. NEAP. R. In alio numo (ibid. ap. Luck.) LUDOVICUS D. G. FRANCORUM REX. Parte aversa: MLNI DUX, ASTENSISQ. DNUS. Prior 1506. (Luck. p. 12.) LUD. XII. FRANC. REX. IANUEQ. DOM. Iterum apud Limn. l. c. Roy de Naples & de Ierusalem, C. de Provence, Forcalquier & terres adjacentes. Franciscus I. sc Regem Francie & Dn. Genue (quod modo etiam in Ludovici XII. titulo observavimus,) dixit.



*Henricus III. Regem Francie & Poloniae. Ab Henrico IV. constansulus tituli: Francia & Navarre.*

Prætensio  
in Genua.  
Historia.

§. LVII. Cummentio *Genue* in titulis regis occurrit: operæ pretium est, illius controversiæ historiam & partium fundamenta audire. Historia illa est: *Genua præcipua Ligurum civitas* (in quam jura Imperii salva vult durate *Celeb. Conring. defn. Imp. Germ. c. 23. p. 540. seq.* Conf. *Thuan. L. 61. p. 169.* ubi imperiales legati carent præjudicium,) à multo tempore (neque tamen altius, quam ab anno 1100. suæ reipublicæ originem repetunt) intestinis dislidiis atque factionibus discripta fuerat, ut tandem, quo jugum domesticum ferre amplius nequiret, ad exterorum dominationem confugere cogeretur, sub quibus tamen non multo melius habita. Anno 1444. *Simonis Bucanigri* virtute pristina libertas, excusso jugo *Vicecomitum*, recuperata, & populates muniberis publicis gerendis admoti. Sed nec ita omnibus motibus aut factionibus præcludi potuit via, neque effici, ut civitas non erget exterorum imperio vel protectione. Ita qui *Carolo VI. se* submiserant, ut & postea *Carolo VII.* deinde *Duces Mediolanenses*, conf. *Bzov. Tom. 14. ad ann. 1353. n. 8. 9.* experiti principes coacti sunt. Tandem *Ludovicus XII.* dejecto *Ludovico Sforzia*, ac postea *Paulo Novio* per rebellionem creato duce, qui capite luit, urbem iterum coronæ vindicavit, arcemque freni loco imposuit. Posthunc *Oct. Fulgosius* nomine *Francisci Regis* rempublicam gubernavit. Iterum *Genua* *Francis* crepta est, cum 1522. *Prosp. Columna* nomine *Caroli V.* à factione *Adornia* ac *Fleisa* advocatus ad deditioñem eos coegeret. Hoc in statu ad annum 1528. res permanit, donec à *Fulgoſio* copiis à *Lautrec* attributis ad obsequium cogeretur. Sed paulo post *Andrea Auria* defectione ad *Cæsareas* partes respublica petracta est, & libertati restituta. Vid. *Thuan. L. 12. p. 568. seq. L. 61. p. 151. Natal. Com. L. 25. p. 554.*

Funda-  
menta  
Francica.

§. LVIII. Prætensionem regis Galliæ ediderit *Thuan. L. 12. p. 568. Caffas. recherc.* L. 2. c. 4. p. 591. Fundamenta *Gallorum* sunt, præter *Caroli M. jus*, qui Lombardico regno everso, Liguriæ etiam imperavit, in reges Franciæ ex *Cassani* mente translatum.

1. Quod se ultro 1390. missis legatis *Carolo VI. subjecere*. Conf. *Thuan. L. 12. p. 568.* P. *Æmil. L. 10. pag. 320.* Missus tum *Bucicaudius* prætor, qui cum præsidio receptus est.

Hui rationi firmandæ probat *Cassanus*, eos nemini, nec imperio, subjectos fuisse (sed *Thuan. L. 12. p. 568.* imperio salvum jus servasse, cum *Carolum VI.* patronum adsciscerent, asserit) & ob hoc licitum illis, sui potestatem majoris boni causa aliis committere, pati jure quo quis semeti plumb vendere potest.

2. Cum interim in fide *Ducis Mediolanensis* tuissent, ægerimeque ferrent, suo periculo & sudore parta ad *Ducis solius* commodum & decus referri, à Duce iterum desciscunt, & in libertatem se vindicant 1437. sed dein 1458. obsecus ab Aragoniis *Petrus Fulgosius*, quem defendere non poterat principatum, iterum regi Galliæ tradidit, cuius nomine præfuit urbi *Iohannes Andegavensis*. Paul. *Æmil. L. 10. pag. 330. 331. 337.*

3. Cum iterum *Mediolanenses* ad se pertraxissent *Genuam*, ejus tamen nomine præstiterunt homagium regi Franciæ, ut *Ioh. Galeacius* solutis 5000. ducatis *Ludovici XI.* nomine, qui eos ob perfidiam & animi levitatem detestabatur, *Comineo*, hoc ipso teste L. 6. c. 5. & L. 7. c. 2. præfiterit. Conf. etiam de *Ludovico Sforzia*, apud eundem *Comin. d. l. 7. c. 2.* Apud eundem L. 8. c. 4. & L. 8. c. 15. quædam de conatibus pro recuperanda *Genua*.

4. *Ludovico XII.* regi 1499. *Genua* iterum *Baptistini Fulgosii* operâ adducitur, ac *Philippus Ravensteinus* iis imponitur, Fulgosii consilio res eorum moderaturus. *Ferroni* L. 3. p. 38. 1502. Rex urbem ingreitus est, & iterum ea in clientelam ipsius se dat, ut dies, quo intrasset Rex, annuo festo celebraretur, decernens pag. 61. 62. Inde 1507. *Genua* deficit, quodam *Paulo Novio* Duce, sed paulo post recipitur, & hic ex fuga retractus luit capite. L. 4. p. 66. Urbs etiam adversus *Venetos* atque *Julium Pontificem*. p. 70.

5. *Francisco* rege *Ottavianus Fulgosius* denuò se ducatu abdicans, ejus nomine tempubl. administrandam suscipit. Iterum 1528. urbs deditioñem facit, accepto gubernatore *Trivulcio*, paulo ante quam *Andreas Auria* ad *Cæsarem* deficeret. (Confer *Bellaj. L. 3. p. 94.*)



- §. LIX. Verum libertatem suam Serenissima Republica illis fundamentis & juribus Jura qui-  
sistuntur, quæ tantum tangam. Sunt autem ista  
 1. Carolo VI. & VII. se submisisse, nulla ad posteros obligatione.  
 2. In protectionem se dedisse, non imperium obtulisse: quod cum Galli invade-  
 rent, etiam illius jus merito perdidisse. ( Excipiunt Galli, aliud loqui formulas pa-  
 rum; & ob protectionis jura toties ingratitudine & rebellione temerata, merito ipsum  
 imperium ad eos translatum, quos laeterant.) Conf. Zyp. 3. 14. p. 300.  
 3. Renunciatum iuri à R. Gallie pace Madrid. §. 8. & quamvis inducis Nicæenibus  
 servata iterum §. 7. iura integra: postea tamen pace Castell. Camerac. §. 24. Rex eos in  
 amicitiam recipiens abdicasse videtur prætensionem. Similiter 1575. Rex Gallæ rebus  
 Genuæ turbatis legationem eò misit, & de republica vicina & amica, cuius libertatem  
 tueri paratus sit, sollicitum se ostendit. Thuan. L. 61. p. 161. seq.

## 4. Praescriptio.

§. LX. Tentavit quidem 1547. statum iterum turbare Ioh. Ludovicus Fleiscus, ut Quæ ex  
 Thuan. L. 3. p. 127. & Natal. Com. L. 3. p. 53. memorant, à Gallis infilatus. Sed & hic suo eo adha  
 nomine principatum invadere malebat, & in ipso conatu opprelitus est. Succedit alia  
 conjuratio Cibona, non felicior; nec non motus periculosissimus 1575. De arcano Hen-  
 rici IV. consilio, & quæ inter Ludovicum XIII. ac Ducem Sabaudiæ agitata sint. vide  
 Capriat. L. 1. p. 49. L. 8. imprimitur p. 638. 645. Ex eo tempore nec tentatam quidem Genuæ  
 libertatem legile memini.

## CAPUT XXV.

## Com. Fuggeri.

## ARGUMENTUM.

1. Origo familiae.  
 2. Lilia gentilia.  
 3. Com. Kirchberg & Weissenhorn.

## 4. Quando ad Fuggerios.

## 5. Galea.

6. Lines Severini Fuggeri. Helfenstein. Gun-  
defingen.

## 7. Unde prætensio.

## §. I.

Cui bona literæ, studiosi & pauperes plurimum debent, familia Illustrissima Co-Origo fa-  
 mitum & Dominorum Fuggerorum, à Ioanne Fuggero originem trahit, qui Au- milia.  
 gustanus civis 1370. factus est, & Jacobum genuit, qui ex Mercatore Consiliarii Impe-  
 ratoris factus Ulricum & Georgium genuit, quos primos Maximilianus Augustus 1504.  
 Barones creavit. Ab hoc amplissima progenies ad nostra usque tempora durat, in  
 variis distinctæ lineas. Ex eo Comitum quoque accessit axioma & plurimæ cum Illu-  
 strissimis Germaniæ familiis affinitates. In Sveviæ circulo possessiones eorum sunt  
 non contempnendæ, & ob eas inter proceres locus. Alia etiam in Austriacis ditioni-  
 bus possident.

§. II. Scutum quo utuntur quadrisidum est, ut videte licet in Wapenb. I. p. 19. Lilia gen-  
 Primam & quartam quadram occupant symbola stirpi propria, nempe arcola per-  
 pendiculariter secta ceruleo & aureo colore, impressa duobus liliis iisdem coloribus al-  
 ternatis. Chifflet. Insign. Eq. A. V. n. 377. Hoc δε γυνα Fridericus III. Imperator donavit  
 1473. cum Treviro iturus Augiæ moraretur. Theod. Heping. de Iur. insign. c. 6. P. 6.  
 p. 370. Ubi Ioannis Sambuci additum carmen:

Lilia Fuggeris donans cercifissimus autor,  
 hac ait, eternum non modo vere tuli.  
 Quidquid & addiderit virtus tempusque serenum,  
 compositis sit idem jus, sit honorque, volo.  
 Spes fuit, hanc cumulant virtus & fama perennis,  
 arma domus propria hac nobilitatis habent.  
 Divitias virgo dedit, haud temerarius error  
 fortune, idque docet largior usus opum.  
 Nam quibus hac causis veniunt, commercia digna  
 oribus, & laudis nomen habere solet.

Defa-



De familiæ origine & incrementis hinc inde *Martinus Crufius annal. Svec. P. 3. L. 5. c. 9. p. 279. L. 8. c. 19. p. 470. L. 9. c. 8. p. 508. c. 14. p. 527. L. 10. c. 2. pag. 547. L. 11. c. 13. p. 638. 639.*

**C. Kirchberg & Weissenhorn.** §. IIII. Secundus quadrans argenteus *Aethiopissam nigras induitam vestes, coronatam, crinibus sparsis, manibus staram Episcopalem gestantem*, & tertius rubeus tria cornua venatoria argentea continent. Hicce Comitatus Kirchbergum & Weissenhorn notari ex Wapenb. P. 2. pag. 21. liquet. Comitatus ille non procul Ulma situs feudum est Austriacum, & eos olim Comites peculiares habuit. Ex ea mentio sit *Ottonis & Hermanni fratribus*, qui cœnobium Benedictinum in Wiblingen non procul Ulma ad Ilarum amnum fundarunt, & liberalissime dotarunt 1099. Ex ea gente *Eberhardus Episcopus Augustanus electus est 1404*. Ultimus demum marium vita excessit 1510. *Philippus*, singulari animi fortitudine prædictus & tanto membrorum corporis robore, ut unico dito clavum ferreum infigeret parieti: ut est apud *Henning. Theatr. geneal. IV. Monarch. P. I. p. 377.*

**Quando ad Fuggerius, qui annual. Svecic. P. 3. L. 9. c. 13. pag. 526. Eodem anno (1504.) Maximiliani idem Vianam s. Weissenhornam, Kirchbergensemque Comitatum, ad se jure fiscalis translatum (vivo adhuc, sed sine liberis, ultimo tibi Comite Philippo, certae per vitæ tempus penfione affixata) triennio post, anno sc. 1507. Ulrico, Georgio & Jacobo Fuggeris pro 70. floribus millibus ad annos 10. oppignoravit. Ad quam oppignorationem cum amplior fons accessisset: tandem illa pignora ad Georgii filios Raimundum & Antonium devoluta sunt: & iisdem unicum signibus & titulo Baronum privilegioque endendi auri & argenti hereditario 14. Nov. 1530. in comitiis confirmata. Celeberrimus v. Petrus Lambecius perhibet, ex Fuggeris primum cum fratre Georgio Vlritum Baronem & Dominum in Kirchberg & Weissenhorn à Maximiliano creatum. Facit vero eorum mentionem occasione bibliothecæ Fuggeriane, quam Raymundus Caroli V. & Ferdinandi Confiliarius caput, Philippus Edoardus in primis auxit, & Albertus 1555. Imperatori vendidit.**

**Galez.** §. V. Galez scuto huic incumbunt duæ: quarum prior *Fuggeria* coronata inter cornua cœruleum & aureum lilyum tisdem coloribus sectum sustinet: Altera *Kirchbergia hermam aethiopissam nigro induitum*, & mitra episcopalis argentea redimittitur, crine tortili aurata, ostentat. Laciniae isthinc auro & cœruleo colore, hinc argento & atro tinguntur.

**Linea Severini Fuggeri Helfenstein. Gundelfingen.** §. VI. Uti lineæ plures sunt, ita quæ à *Severino*, qui primo seculi hujus anno decessit, descendit, auctiori scuto utitur, cuius typum Fürst. Wapenb. P. 3. p. 9. exhibet sub titulo *Graf von Severin*. Illud quadripartitum præter partulam medianam Fuggeriam gentilem, in secunda area Kirchbergiam, in tertia Weissenhorniam tessellam exhibet. In primo vero laterculo *Elephas Helfensteinorum*, & in extremo balteus sinistralis abscissi ramis aperatus Gundelfingia dynastia representatur. Ita etiam prioribus galeis Fuggeria & Kirchbergia potiori loco extra additur *Helfensteinia*, cui elephantis caput & collum imponuntur. De illis Helfensteinis symbolis eo capite agetur, quod Comitum istorum scutum continet.

**Unde praetensio.** §. VII. Jus horum laterculorum est à *Catharina Helfensteinia Severini B. Fuggeri conjugi*, Ulrici C. Helfenstein filia, Rudolphi sorore, cuius nepos *Henicus 1626. familiam clausit*. Unde cum remellarum jam videretur jus valere, præter alias etiam hi Fuggeri, quod sibi deberi credebant, eo symbolo testari voluerunt.

## CAPUT XXVI.

### Bar. Gaymannii.

#### ARGUMENTUM.

##### 1. Familia origo.

2. Scutum.

3. Apex.

##### §. I.

Familia origo.

Perillustris stirps Baronum Gaymannorum in Austria à multo tempore floret: in primis in provincia *supra Ansanum*, ubi *Gallipach & Tratzeneck* possederunt: in inferiori autem *Rossiz* & alia obtinuerunt. *Bucelin. Germ. stemmatograph. P. 3. pag. 51. à Joanne Gaymanno*



# Lib. I. Cap. XXVI. Bar. Gaymanni. Cap. XXVII. C. de Geyerſp. 120

*Gaymanno* orditur, Stephani patre, *Ortolphi* 120, qui 1490. claruerit. Verum ante hos 1373. vixit *Henricus Gayman*, maritus *Erntridis Nusdorferin*, quæ dein *Andrea Polheim* nupsit, 1451. vixit *Gothardus & 1463. Stephanus*, qui cum aliis teste *Gerh. de Røo Hjſt. Aſſtr. L. 7. f. 274.* interlegatos Alberti VI. Archiducis Tulnam missos fuit.

§. II. Scutum eorum repræsentat *Wapenb.* P. 1. p. 36. transversè ſectum, ſu- *Scutum*, periori parte argenteā inferiori nigra: itatamen ut *penna* in corde clypei argentea in nigram regionem ſcuti protendatur: Superiorem verò regionem argenteam ornat *arcum folium quercinum*. (em gelb Eichenblatt / so im halben oberen weissen theil des Feldes/ auß dem halben untern zinnenweiß außgebogenen schwarzen theil entspringt.) Olim verò virti imagine, qui tohum quercinum geltaret, uſi di- cuntur.

§. III. Galea incumbit coronata, ex qua protenduntur duo cornua ex nigro & ar- *Apex* gento juxta ſcuti pinnatam ſectionem, singulis verò cornibus exterioris *terna quercina* adhaerent folia. Laciniae tunc utrinque nigrae, hinc auro, iſthinc argento reducētae.

## CAPUT XXVII.

### Com. de Geyerſberg.

#### ARGUMENTUM.

1. Familia Geyerorum de Oſterberg.

2. Scutum.

3. Galea.

#### §. I.

Illiſtrissimi Comites à Geyerſberg, prius Barones Geyer de Oſterberg dicti, ex Franconia *Familia* derivantur, in quanunc etiam ſupererit equeſtris familia Geyerorum, quæ tamen alio Geyer- *rum de Oſterberg* planè ſculo uitit (vid. *Wapenb.* I. pag. 103. ) caruleo videlicet cum capite & collo hirci ex argento, cornibus auratis. Venēte verò aliqui in Austria ſub Maximiliano I. alii ſub Ferdinandō I. & dynastiam Oſterberg (cujus omnibus communis eft titulus) inde *Hauß, Hart, Arburg, Heimdorf, Mollenburg, Sitzenthal, Wolſtein, Grelendorf, Gleiß* in inferiori Austria acquisiverunt. Primum *Euelin. Germ. Stemmatogr.* P. 2. lit. H. 6. nominat *Vitum Geyr de Zeiſberg ex Franconia*, qui 1370. claruerit, pater (vel frater) *Ioannis*, tum *Oſivaldi*, quo natus *Bartholomeus* intimus Confiliarius Friderici III. Imp. circa 1430. Hoc natu *Ioannes* 1502. Austria immigrauit; *Adamus* autem Maximiliani in superiori Austria fuit vicarius. (*Altwald ob der Enns.*)

§. II. Scuto apud *Sibmachi*. *Wapenb.* P. 1. pag. 34. quadripertito utuntur, cuius *Scutum* ateola prima & quarta aurea vulturem nigrum expaſis alis volatūrūtē, ſecunda & tertia carulea aue ramifellam, iſſiſtētē tricūpiti (vel bicipiti) colliculo rubeo continent. Prior tefſera gentilis eft, ipſo indice nomine. Stella velex gratia conceleſta, vel dynaſtianā *Oſterberg* nota.

§. III. Galea imponuntur duæ, quæ primæ ateæ respondet tegitur corona, cui *Galea* pileolus ducalis tubeus inſeritur, orā reductā argentatā, & ſemicirculis aureis in modum corona clauſae conſtrictus. Ei iſſiſt vultur ſcutarius. Altera galea tegitur dia- demate tortili ex auro & cyano, & iſſiſnet inter duo cornua, quorum prioris ſuperior pars, posterioris inferior caruleo colore tingitur: reliqua cornuum & quæ inter ea appetet ſtella ſcutaria auro ornantur. Laciniae depéndent ex priori ateæ & nigrae, ex hac ateæ & cyaneæ.

## CAPUT XXVIII.

### Girones Duc. Oſſuna.

#### ARGUMENTUM.

1. Familia ortus & linea.

3. Caſtilia & Legionis tefſeris.

2. Ducis Oſſunæ ſcutum.

4. Cisnero. Portugal.

5. Apex.

#### §. I.

Conionum familia ex vetuſſimis Hispāniæ recenſetur, utpote cui *Rodericus Con-* *Salvi*, qui 991. vixit, attribuatur. Demum gens defecit in *Tereſia Girona*, quæ *Familia* *ortus de* *Martino Vazquez de Acunna* nupsit, ex eo mater *Alfonſi*, cui *Gironis* datum nomen, quod filius *Peterus*, à quo Duces de Oſſuna, & ex alio filio *Ioanne*, cui à matre *Pacheci*



agnomen, nepos Alfonsi Telles autor Dominorum & Comitum de la Puebla in Mon. salvan, servarunt atque ad posteros transmiserunt.

**Ducis Ossuna scutum.** §. II. *Ducis Ossuna*, qui gentis caput, insignia ita describit in gratiam Petri Telles Gironis Chiffletius Eq. A.V. n. 313. Scutum transversè divisum. Pars superior *Celtiberico* & *Legionensi* symbolis ab lumino bipartita. Inferior quaternis manicis supra & infra mutulis ex auro & minio impedita (manche & alisee in chef & en pointe de quatre pieces, vel apud Sammarth manucee alizée en chef & en pointe de quatre pieces, d'or & de gueules, vel apud Paillot p. 672. emmenché de deux pieces & deux demies d'or sur azur.) Scuto circumductus limbus triplici tesellatarum ductu auri & minii vermiculatus cum impressis quinque scutulis *Lusitanicis*.

**Castilia & Legionis tesseræ.** §. III. *Castellatum* & *Legionense* symbolum, nisi pro mera gratia habeatur, tribui potest matrimonio Rodericus Consul ex Gironibus Comitis Toleti & Asturie circa 1100. atque Sanctæ filia Alfonsi VI. Regis Asturie & Legionis. Iterum Rodericus major domus Regis Ferdinandi, qui 1256. vita functus est, secundam uxorem habuit Berengariam f. Lapi Diaz de Haro, Domini Biscaie ex Virraca f. Alfonsi IX. R. Legionis. Porro Petro Girone etiam, qui 1466. vivis excessit, sponsa fuerat Isabellæ I. Ioanna infans Castilia, quæ deinde Ferdinandino Catholicore regi nupluit.

**Cisneros, Portugal.** §. IV. *Limbum* ex familia Cisneros assumptum perhibent: rationem vero non satis capio. *Portugallicæ* scutula existimari servare memoriam matrimonii inter Martínus Vasquezum de Acunna, ex priori uxore Tercia Girona Gironum fatore, & alteram conjugem Mariam filiam Ioannis infantis Lusitanie ex Constantia Castellana.

**Apex.** §. V. Galea incumbit coronata, ex qua erumpit equus argenteus, & laciniae circumvolitant ex auro atque minio.

## CAPUT XXIX. Domus Gonzagea, Duc. Mantua, &c.

### ARGUMENTUM.

1. *Ducis Mantuanus* scutum.
2. *Gonzagarum* ortus. *Varia linea.*
3. *Mantua*. *Eius Domini. Controversia de Dux caro post Vincentii Dux mortem.*
4. *Gonzagea tesseræ. Lombardica.*
5. *Montisferratum. Marchionum series.*
6. *Causa Montisferratensis.*
7. *Merita, fundamenta & historia ejus à Capria sa descripta.*
8. *Novacontroversia à Ducis Francisci morte ob filiam Mariam.*
9. *Controversia post mortem Vincentii Dux. Bellum. Pax Ratispona. Tractatus Clericis.*
10. *Familia Paleologa, vel Imperium Orientis.*
11. *Imperium Constantiopolitano.*
12. *Aragonis pali.*
13. *Montisferratum. Saxonica tesseræ.*
14. *Barrum.*
15. *Hierosolyma.*
16. *Vincentii Ducis dispositio.*
17. *Nivernensis rami scutum. Nivernensis successio.*
18. *Henrica Clivia Nivernensis.*
19. *Clivia. Pratensis in Clivium.*
20. *Marcanus Com.*
21. *Artegia. Hujus successio.*
22. *Brabantia. Pratensis in eam Gonzagarum.*
23. *Burgundicatessera.*
24. *Retelia. Eius successio.*
25. *Albretna domus. Successio Nivernensis in ea.*
26. *Alenfonsum.*
27. *Apex.*
28. *Telamonis. Torques ordinis S. Sacramenti.*
29. *Alia dispositio ex Varenno.*
30. *Ex Gelatio.*
31. *Aliarum linearum scuta.*
32. *Vespasiani Gonzaga Columna.*

### §. I.

**Duc. Mantuanus scutum.** *S*erenissimus Mantuanus Dux familie Gonzagea caput est: & teste Sammarth. L'est. de l'Italie. T.I. c. 6. p. 630. 631. scutum utitur dispositione quadripartita. Prima quadra & quarta (Mantuanæ) argentea est insignis rubea cruce pedata, comitibus quatuor aquilis nigris, quarum rostra & crura coccorubent. Crucis medio incumbit alia parvula, duabus perpendicularibus & totidem transversis lineis in tertios laterculos distincta: Primus rubeus aquilam expansam coronat am auream, orientalis imperii signum, refert: Secundus rubeus Lombardie iconem aureum, lingua & falculis nigris continet: tertius Gonzagius aureis & nigris fasciis exaratur. In secunda serie quartus Constantinopolitanus rubeus crucem auream comitibus quatuor ictiariis vel B. Gracis ejusdem metalli representat, proximus aureus Aragoniorum quatuor palos tubeos ostentat: sextus argenteus cephalo rubeo Montisferratum denotat. In extrema serie septimus Saxonum trabes & ferrum rutaceum exhibet: octavus Barrensis ceruleis cruciculis auris brachiatis & in uno spiculatis incerto numero sparsus, mullos barbatulos aureos duos tergis obversis, dentibus & oculis argenteis,



argenteis, continet. Ultimus argenteus Hierosolymitanus cruce patibulata imprimitur aurea, quatuor junctis cruciculis ejusdem metalli. Secunda & tertia quadra fecatur linea transversa. Superiorum quadrę partem tres lineę perpendiculares in quatuor areolas distinguunt. Prima coccinea scutulo argenteo in corde impressa carbunculum radiatum aureum, nodatum, liliatum & smaragdo in medio instructum & in eam aream protensum exhibet. Clivis notandum: proxima aurea Marcanam fasciam terno ductu ex argento & minio tessellata ostentat; tertia lilia Francicis imponit lambellam quadrisidam rubeam, Artelia designanda: ultima hujus ordinis nigra Brabantie leonem aureum gestat. Quadratum harum duarum inferior pars in tres areolas diuisetur. Prima denotanda Burgundia lilia Francicis circumdat lumen coco & argento segmentatum. Secunda Retelana rubea tria rastrella dentata sexies aurea complectitur. Tertia Albretnano Orvallium doryea complectitur, videlicet duas quadras caruleas lilia Francicis insignes & duas rubreas limbo striato argenteo cinctas. Toti incumbit Francica parvula liliata limbo rubeo, cui impressa est nomen Byzantini argentei, circumdata, quod Alesonii symbolum elt.

S. II. Ipsam familiam quod concernit, deduci amat ab Hugone quodam, qui uxorem ex Corradorum f. Gonzingorum Longobardicæ prospici habuerit, unde filio Gerardo Gonzaga-  
rum ortus. Gonzingi nomen f. Gonzaga, qui investitaram ab Adelberto propinquu 1009. tanquam immediate subiectus Imperio accepit. Ipsi Hugonem vero filium constituant Hugonis C. Provinciae & Italiae regis, qui Lotharii III. filius, Lotharu II. regis nepos, Lotharii Imperatoris pronepos fuerit, & 946. vita excesserit. Quà ratione ex Caroli M. prospici ortum hi traherent. Eadem Hugoni fratrem assignant, Sigfridum Ottobertum M. Tuscæ, à cuius nepote Azone IV. Atestino, marito Chuni & Guelphæ heredis, Brunsvicenses & Atestinam totam gentē derivant. A Gerardo Gonzingo undecimo gradu distat Aloysius f. Ludovicus Gonzaga, qui sub Carolo IV. 1329. Capitaneus Mantua factus est. Hoc geniti præter alios Guto, Feltrinus, Conradus, Joannes novarum linearum factores. Postea Viziliorum descendentes peculiariibus titulis insignitos non vidi. A Feltrino Comites Nau-

volaria & Nubilaria delcedunt. Guidone autem, qui item Capitaneus Mantua fuit, natus Ludovicus, hoc Franciscus item Capitanei Mantua. Hujus filius Joannes Franciscus primus Marchio Mantua à Sigismundo creatus est 22. Sept. 1433. patet Ludovici: hic tres iterum ramos ex se dedit, genitus Friderico, Joanne Francisco, Rudolpho. Huic ortum debent in primis principes Castilionei, isti Principes Bozoli, Duces Sabioneta, Dom. gazoli. Illo iterum natus est Franciscus Marchio & Joannes sator Marchionum gonzagarum, Dom. de Vescovalo. Franciscus pater est Friderici II. & Ferdinandi; A Ferdinando descendunt Duxes quæstalda: Fridericus à Carolo V. 1530. 8. Apt. ad Ducale fastigium evectus, & primus Mantua Dux fuit. Inter hujus filios Franciscus II. prole caruit, Ludovicus ab uxore Nivernia in Francia (ubi fortunatum sedem collocaverat) Dux fuit, medius Wilhelmus Dux Vincensium iterum Duxem genuit, Eleonora & Ferdinandi II. Augulti uxoris, tum Francisci II. Ferdinandi (prius Cardinalis) & Vincentii ducum patrem. Ex his non nisi primus filium reliquit. Qui nunc retum potitur Carolus IV. ex Ludovici Nivernii posteritate ejusq; ab nepos est, & amitam Eleonoram Ferdinandi III. Imp. viduam, proamatam Aloysiam Matram duorum Poloniae regum Vladislai & Joh. Casimiri conjugem habuit.

S. III. Scutum propositum quod concernit, prima & quarta quadra Gonzaga, Mantua & Montisferratensis symbola, reliqua due Nivernia continet. Primarium doryea est crux cum aquilis, Mantua genuimum decus, quod celot. indic. arm. p. 56. à Joanne Francisco primo Marchione loco veteris gentilis scuti nigri tribus arietibus argenteis, cornibus & timbrinabulis appenis aureis insigniti, aslumatum perlibet. Porro Mantua celebris Lombardia urbs Bonacolsis aliquamdiu paruerat, donec Rinaldus Passarinus Bonacolsus, qui Mutinam etiam imperio suo adjecerat, & Mirandulam solo æquaverat, ab Aloysio suu Gonzaga militibus medio in foro 1329. intercereret: cum Aloysius ille summa cum populi voluntate gubernationem Recip. Mantuanæ suscepit, Imperium ea Vicarius. Quà dignitate deinceps filius & nepos functi. Johannii Francisci Marchionis àzepa ab Imperatore Sigismundo concessum iam diximus. Ejus etiam donum aquilas cum cruce prohibent. Joannes Franciscus inter quatuor filios Ludovicum, Carolum, Alexandrum, Joannem Lucidum ditiones divisit. Sed solus Ludovicus liberos suscepit, atque ita ad Contro-hujus posteros rediere omnia. Circa Ducatum hoc seculo controversia fuit, Vincentius de Duce 1627. sine liberis extincto. Carolus Nivernensis agnatus, cuius filius Carolus Franci- post Vincen- ci quoque gener erat, & in cuius verba Mantuanos jurare Dux moriturus juxferat, mox ccessu Du- possessionem ducatus sumferat. Itaque Sabaudus & neptis causam agere videbatur & vid. infra propriam s. 9.



propriam prætensionem circa Monferratum repetebat: *Hispani* principem Gallie clientelarem in vicinia Mediolani ægrè admirabantur: *Ferdinandus* Dux *Guisalda* agnatus ad se spectare successionem postulabat, quod Nivernenses armis adverlus imperium gestis cù se indignos reddidissent: *Imperator* quod ad se cognitio spectaret, & se neglecto Nivernensis possessionem adiulset, misso Joanne Comite Nassovia, ut ditiones in suas manus reliqueret & judicis sententiam exspectaret, postulabat. Vide *Capriat. hist. Ital.* L.X.p. 857. seq. *Gramond. hist. L.* 18. p. 782. seq. Inde bellum, Sabaudia occupata, Casalis obsidione frustranea & Mantua astu intercepta clarum. Demum 1630. Ratisponæ pax conclusa, ut *Carolus Dux Nivernia* veniam à Cæsare precatus *Ducatum Mantuanum ac Montiferratem* reciperet, Ducis Sabaudiae redderentur sua & inde Rex Gallie prælidia deduceret. *Brachel. hist. L.* 4. p. 161.

**Gonzaga** **teſſera** **ſ. iv.** Scutulum crucis medio impositum duorum generum areolas continet, ex quibus reliquæ Montiferrati successionem respiciunt, duæ autem Mantuanis ante hanc fuere coniunctæ, atque adeo illis etiam linea usurpantur, ad quas Montiferrati non est delapsa successio. Hæc sunt secunda *Lombardica*, & tertia *Gonzaga*. Hæc familiaris est. Illa *Lombardica*, forte ex eo, quia Mantuanus principatus non ignobilis Lombardia pars est.

**Montiſſer- ratum.** **Marchio-**  
**nūm seris** **num ex Alramo Saxone**, quorum hæreditas ab *Iolanta*. *Violanta Guilelmi VII.* filia ad

*Andronicum Palaogum* Constantinopolitanum Imperatorem delapsa est. Hoc natī *Michaël* reliquos ex te Imperatores orienti dedit, usque ad Constantimum XV. sub quo Constantinopolis in potestatem Turcarum venit, *Theodorus* autem ex materna hereditate *Marchio Montiferrati* fuit, & 1338. decessit. Hoc geniti *Violanta Aymonis C. Sabauidæ* uxor, cum promisso si mascula progenies deficeret successionis, & *Ioannes II. pater Ottonis, Ioannis III. & Theodori II.* Hic genuit *Ioannem Iacobum*, cuius filii *Ioannes IV.* à Comite Sabaudie captus ab eo investituram accepit, *Wilhelmus* filiam habuit *Blancam Mariam* *Caroli I.D. Sabauidæ* conjugem, ob cuius dotem nova controversia, & *Bonifacius* pater fuit *Guilelmus* atque *Ioannis Georgii*. Ille filium & successorem habuit *Bonifacium*, qui 1530. equo lapili successionem reliquit patruo *Ioanni Georgio*, qui 1533. extinctus istam *Paleologorum* lineam clausit: herede nepte, Bonifacii germana *Margareta, Fridericus Gonzaga* Duci Mantuae 1531. nupta.

**Causa**  
**Moeris-**  
**ferratensis** **ſ. vi.** *Ioannis Georgii* morte *Sabauidæ* Dux non uno titulo (de quo argumento in cap. de *Sabauidis*) successionem quæsivit: verum controversia ad judicium Imperatoris delata: *Carolus V. Imp.* in cuius ut sequestrati potestatem dictio conceperat, contra Carolum, de fe quidem bene meritum, pro *Mantuano Genuæ* 1536. 3. Novembr. pronunciavit. Inde 1559. in pace ad *Castellum Cameracense* conclusa *Mantuano* denovo Marchionatus restitutus est: Ita sonante verba ſ. 21. *Et se restituera au Duc de Mantoue entierement le Marquisat de Montferrars sans rien reserverny detenir d'iceluy de ce que lesdits Seigneurs Roys Catholique & Treschrestien ou qui que ce soit de leur coſte en occupent presentement; demeurant en sonentier audit Duc le droit & action qu'il a sus iceluy, ses appartenances & dependances: sans prejudice toutes fois des exceptions ou actions qu'autres y peuvent avoir: lesquelles par qui ce soit ne se pourront poursuivre que par voye de justice & non par la force.* Quod ita reddo: Restituarunt etiam Ducis Mantuano Marchionatus Montiferrati integer, sine ulla reservatione vel detentione cuiusquam, quod in illo reges Catholicus & Christianissimus vel quicunque ille sit ipsorum nomine in praesentiatur possident: ut Ducis plene permaneat ius & actio, quæ habet super eum, eius appartenentias & dependentias: quo tamen nihil præjudicetur exceptionibus & actionibus, quæ alii competenter; sed ut eas nemini quicunque sit aliter quam via iustitia non autem vi persequi liceat.

**Merita,**  
**funda-**  
**menta &**  
**historia**  
**eius à Ca-**  
**priata de-**  
**ſenſa.** **ſ. vii.** Ceterum quæ tam historiam illius judicii quam sequentia concernunt, vix & que explicare nossem, quam à *Ioh. Baptista Capriata* explicata sunt, deductis etiam utriusque partis juribus. Unde universam illam *Ἑλογνη* ex L.1. huc transferre sed in latinum idioma convertam operæ pretium tuerit. In hunc ergo sensum ille: *Monferratum à Dominis Gonzageis Ducibus Mantuanis hodie possessum, cum jam tunc ad S. Imperium spectaret, ab Ottone I. Imperatore genero Alramo & descendantibus eius utriusque sexus feudo concessum est.* Cum mascula linea diu durasset, tandem ter-



minata est in Violanta filia Guilelmi V. cognomento magni & sorore Joannis ultimi Alaramidarum. Hac nupta Andronico Palæologo Imperatori Constantinopolitano, successorem huic principatu dedit Theodorum suum & Andronici secundogenitum, & hujus posteros. Post aliquod tempus Theodorus filiam Violantam nomine elocavit Aimonum tum Sabaudie Comiti, doti adjiciens (uti prætenderunt deinceps posteri) disertam conditionem, quacunque tempore mascula progenies deficeret, ut successio Monferrati delaberetur ad Violantam hâcque extinctâ ex ea genitos. Cum ergo 1533. in Joanne Georgio Palæologo masculi ex Theodoro oriundi defecisset, Carolus III. tum Sabaudie Dux ex Violanta ortum trahens successionem hujus ditionis sibi tribuere caput, exclusurus etiam Margaritam Friderici D. Mantuani conjugem, qua Guilelmo II. fratre majore Joh. Georgii nata patrui morte in possessione Monferrati mansit, & tanquam sibi proprium & paternum contra Carolum Sabaudum tutata est. Allegabat Carolus primam prætensionis rationem, cum ipse & Margarita aque à Theodoro ortum traherent, Monferratum autem ex masculina in femininam transire debeat lineam, se lexus prærogativa Margarita præferendum, licet gradu cognitionis & successionis ultimo possessor Iohann. Georgii propiori. Ita dicebat, omnibus legibus successionem similium feudorum Marchionatum & primogenitura in similibus casibus definitam. Alterum fundamentum allegabat prædictum nuptiale pactum, cuius vigore ipse, utpote descendens ex Violanta, vel alii feminis vel per lineam femininam ad Theodorum genus referenti antehaberi mereatur. Præsidum etiam quarebat in testamento Blancæ filie & heredis Guilelmi I. Palæologi Marchionis Montisferrati sine masculis defuncti, qua Carolo I. D. Sabaudia conjuncta, cum demum moreretur, testamento hunc Carolum III. Ducem universalem heredem nominaverit. Unde tanquam ei Patis sine masculis morte successio in hanc ditionem debita fuisse, inferebat in se hac institutione universali transmissa esse eadem successionis iura. His tribus rationibus Carolus ad universalem successionem Montisferrati aspirabat. His aliam junxit particularem prætensionem in bene magnum partem ejusdem regio- nis, que anno 1435. à Joh. Jacobo Palæologo & Joanne filio donata Amedeo I. Duci Sabaudie, eodem die ab hoc iisdem qui dederant feudo iterum concessa sit, quo ipsi & posteri agnati fruerentur, quibus in Ioh. Georgio omnino extinctis, contendebat istam partem ad se tanquam supremum principem sine dubio ullo relapsum esse. Econtra Margarita allegabat ad se tanquam proximam heredem patrui ultimi Domini pertingere successionem Montisferrati: negans sexum virilem ulla dispositione legali præferendum esse proximitati gradus: etiam quando successio feudi ex descendentibus masculinis alio transit. Multis etiam rationibus in dubium revocabat veritatem pacti matrimonialis, & quod exhibebatur instrumentum ab adversario producti. Et quicquid de eo esset asserebat, quod pactum hujusmodi maxime sine consensu Imperatoris non valeat in præjudicium hujus successionis, que per aliam quam Theodorum ad se delata esset. Domine Blancæ testamentum nullo loco contendebat habendum, cum nunquam jus in ditionem hanc haberet, à superstitibus masculis agnatis Palæologis exclusa: eominus ergo cum sine fibole moreretur, testamento excludi feudo potuisse agnatos, qua ipsa testatrix portius jus habebant. Donationem præterea Joh. Jacobi & Joannis Palæologorum dicebat suanatura nullam esse & contra feudorum indolem: praterquam quod etiam vi extorta fuerit ab Amedeo ex tempore, quo Ioannes primogenitus Ioannis Jacobi ad festum invitatus in Pedemontium, ibi deinceps captivus detenus fuit: unde Ioannes Jacobus obtinende libertati filii, Ioannes autem propria, coacti fuerint concedere voluntati eorum, in quorum manus Ioannes imprudens incidet. Sed & tandem donationem post 30. annos ampli & solenni decreto à Friderico Imperatore revocatam esse. Quibus rationibus cum causa Margarita prævaleret, Imperator Carolus V. qui tanquam supremus Dominus & judex feudi post mortem Ioh. Georgii possessionem sequestrari nomine suscepit, ordinavit, ut liberè ei tanquam legitima heredi restitueretur: rejectis nominatis tribus Ducis actionibus in universalem successorem: probata autem illa, que ex testamento Dominae Blancæ postulabat dotem 80000. du- catorum: quorum solvendorum gratia jus dabat in meliorationes regionis, quas at- sulisset Marchio Guilelmus pater ejus. Quod vero attinebat donationem olim factam in favorem Amedei Sabaudie, sine alia definitione reservavit utriusque parts jus suum, quod posterio tempore deduciposset. Tali sententia nec animis nec prætensionibus omnino satis- fecit Imperator: Carolo Duce existimante, hunc pro Margarita & Friderico pronun- ciasse ex statu ratione, & ut principes Italii in aequilibrio potentia inter se resinerentur,



*suā singuli inferiorē: atque itane Carolus Pedemontio & Monferrato junctis Mediola-*  
*nensem Ducatum viribus aquaret: quod de Margareta & Friderico timet non poterat,*  
*quos possessione ditionum inter se non coherentium posthac simpliciter à Mediolanensi*  
*dependere necesse foret. Econtra Fridericus, qui huc studebant tacitè conquerebantur,*  
*tanquam non aliaratione causa donationis in lite producta indecisa relictā sit, quam ut*  
*prætensionibus inter partes nondum extintis, in Italia servarentur vivaciora & rati-*  
*ra studia atque affectus prætentientium erga negotia & commoda judicis sui com-*  
*muniis. Nihilosecius cum acquererent illi sententia Margarita & Fridericus, provo-*  
*cavit ab ea tanquam temporis rationi accommodatori quam meritis & justitia causa in-*  
*tentiori, ut serebat, Dux Carolus. Vnde cum gravatum se opinaretur, ad ipsum Impe-*  
*ratorē appellavit, que appellatio etiam admissa est: cum vero res in longum protra-*  
*heretur, à Cesare obtinuit rescriptum, ut tempus præscriptione rationes ejus non extin-*  
*gueret, nec terminus prosequenda appellationis exspiraret. Cumque fortè videretur tem-*  
*pus tali molimini non idoneum, contentus tali decreto supersedit prosecutioni litis inju-*  
*dicio: maximè quia paulo ante à Franciscō omni: Sabaudia & fere Pedemontio exstutus, ipse,*  
*& filius Emanuel Philibertus magis cogitabant de recuperatione amissorum bellica, quam*  
*de judiciali persecutione eorum, de quibus cum Friderico jure experiebantur. Interim*  
*haec contentiones duos hos principes & successores in perpetua tenuerunt diffidentias, ut*  
*deinceps Carolus Emanuel Dux, cum obtinuisse 1587. à Rudolpho Imperatore aliud decre-*  
*tum, quo non modo prætensiones adversus lapsum temporis muniebantur, verum etiam*  
*quantum opus erat confirmabantur, conjunctūs præterea arcta affinitate Philippo II. Regi*  
*Hispāniae, cuius secundogenitam Catharinam duxerat, Duci Vincentio Margarita nepotē*  
*non exiguum moverit suspicione, ne occasione similiū decretorum & præsidiorum*  
*aliquo modo suscitare vellet antiquas prætensiones, eisque infestare ditiones. Vnde si cu-*  
*ritatis gratia ex fundamentis extruxit castrum Casali urbi vicinum & fere con-*  
*siguum. Hic status erat cause, cum 1612. Franciscus Dux moreretur, à Capriata de-*  
*scriptus.*

**Nova con-** §. viii. Mots illa Francisci novam controversiam peperit, cum *Mariam* filio-  
**troversia** à latreliquisset, successore in autem haberet fratrem *Ferdinandum Cardinalem*. Nam  
**Ducis Fran-** *Mariæ* causam suscipiebat avus *Carolus Emanuel D. Sabaudia*, eam *Montiferrati* here-  
**cesi morte** ob filiam *dem ferens*, qualis etiam in *aula Hispanica* declarabatur, quod principatus per fœmi-  
**Mariam** nam *Gonzagis* apportatus non alio iure ex ea domo iterum abire posset; & cum suc-  
*cessio* liberis primo debeatur loco, sine distinctione sexus alios ab his propinquos ex-  
*cludi: quod* alii, etiam regnorum, in primis Hispanorum, exemplis doceatur. Vetus  
*Mantuanus* merito opponebant, quod fœminis, nisi totā masculā progenie extinctā nor-  
*sit* locus, quod etiam exemplis in ipso hoc principatu monstrabatur. Quamvis autem  
*initio* videretur à *Sabaudis* non nisi jus *Mariæ*, & ut hujus tutela ac custodia penes  
*avum* aut *tertium* aliquem, non vero patrum esset, intendi: nihilosecius ipsiusmet  
*Ducis* simul renovabatur prætensio, præter *Blanca* dotem & usuras ejus ad 800000. du-  
*catos* numeratas, repetitis rationibus antiquis. Denam ad *arma* ventum, & *Dux*  
*Sabaudia* *Ducatum* *Montferratensem* aggressus est. Cum vero & *Cesaris* autoritas  
& reges *Franciae* ac *Hispaniae* æque desiderius *Sabaudi* obstarent, coactus est occupata  
*Casali* & *Hispania* regi restituere, à quibus *Mantuanus* recepit.

**Contro-** §. ix. Iterum 1627. morte *Vincentii Gonzaga* *Ducis* nova contentio exorta, cum  
**versus post** succederet agnatus *Carolus Nivernensis Dux*, in cuius filii fidem ante mortem ille sub-  
**mortem** dedito adegaret, nec non eidem *Mariam* ex fratre *Francisco* neptem desponderat:  
**Vincen-** cum avus *Dux* filio *Cardinali* illam destinaret. *Imperator* etiam *Nivernensis* succe-  
**Ducis vid** sionis non facebat, sed in suas ut supremi judicis manus ditiones controversias consi-  
**suprà §. 3.** gnatas malebat, ut liberè de illis quomodo iustum foret disponeret. *Mariæ* quoque &  
*Nivernensi* hereditatem dubiam reddebat *Vincentii* soror *Margarita Lotharingica*  
*vidua*, que fratri propinquior majori iure ad se quam *Mariam* successionem spectare  
*contendebat*. Sed & *Mantuanum* *Ducatum* sibi deberi postulabat *Ferdinandus Gon-*  
*zaga D. Guastaldia* agnatus, excluso *Nivernensi*, quod adversus imperium militasset  
*conf. n. 3.* Sed & veteres repetebat rationes *Sabaudus*. Cum hoc fœdus *Hispani* percusse-  
*Bellum.* rent, urille *Trino*, *Alba*, *Sandamano* & alii *Pedemontio* vicinis acceptis, reliqua ab his  
occupari patetur. Inde *bellum* apertum, quo *Monferratum* ab *Hispanis* & *Sabaldo*  
expugnatum, *Casali* solo ob virtutem *Torrassii*, frustra à *Spinola* obiesso. Altera parte  
exercitu



exercitu in Italiā missō ipse Imperator Mantuanum Ducatum invadēbat, ut demum à Gallaflio ipsa urbe Mantuana capta Nivernensis Placentiam secedere cogeretur. Interim hujus defensioni Rex Francie Sabaudum magna ditionum parte exuerat. De-  
mum Ratispona 1630. indignè ferentibus Hilpanis conclusa pax, qua Nivernensi principatus conceditur, <sup>Pax Rati-</sup> <sup>ponza.</sup> Subinde autem Duci Trinum & tantum terrarum Monferrati, quod sufficeret redditibus 18000. scutorum annuis: Guastaldo in Mantuano principatu, ut 6000. scutorum redditus haberet: Lotharinge, quod arbitri pronunciarent. Inde 1631. se-  
cūtus conventus Clerascensis s. Querascensis in Pedemontio, ad executionem pacis desti-  
natus. Ubi Pancirolo nuncio Pontificio & Iulio Mazariño officia interponentibus  
18000. scut. cum de valore scutorum inter partes non convenisset, ad 15000. redu-  
cuntur. Ita verba sonant: Ut Dux Sabaudie, successores ipsius, principes & principissae fa-  
miliares, pro omnibus iuribus & rationibus, priscis aut novis, que possent aut poterunt ha-  
bere, in ducatus aut terras Mantuae aut Montisferrati (quibus si abdicant, per quas-  
cunque amplissimas formas, in commodum Duci Mantuani & ipsius successorum) acquie-  
scēt 15000. scutatis auricis, qui solvantur districtibus equivalentibus, quemadmodum  
patet in transactione particulari & à legatis amplissimis subscripta. (Paet. Gall. pag. 230.) Alias conditiones minutiores hoc transferre operæ pretium non est: sed nec enumera-  
re loca conficiendæ illi summa assignata, nisi quod in illis Trinum & Alba erant. Inde  
1648. in Monasteriensis pacis tractatu de novo Clerascensis tractatus confirmatus, & debi-  
tum 490000. aureorum, quos Sabaudus Mantuano solvere debebat, a Rege Francie in  
se receptum est. Additūr: Cesarea Majestas decenter requisita concedet Domino Duci  
Sabaudie unā cum investitura antiquorum feudorum & statuum, qualem inlyte memo-  
ria Ferdinandus II. Duci Sabaudie Victori Amedeo concesserat, investituram quoque loco-  
rum, ditionum, statuum, omniumque iurium Montisferrati, cum appertinentiis, que illi  
vigore predicti Tractatus Clerascensis, nec non executionis inde subsecutæ decreta &  
remissa fuerunt, sicuti quoque feudorum novelli Monfortis, Sinii, Moncherii, & Castelletti  
cum appertinentiis, juxta tenorem instrumenti acquisitionis ab eodem Duce Victore Ame-  
deo factæ & sub 13. O.S. Anno 1634 & congruenter concessionibus seu permissionibus, nec non  
approbationibus Cesareæ Majestatis, cum confirmatione quoque omnium & quorumcunque  
privilegiorum, qua Sabaudie Ducibus hacenus indulta fuerunt, quotiescunque à Domino  
Duce Sabaudie requirentur & postulabuntur. Eodem tractatu juberet Dux Guastaldo  
castrorum Reggioli & Luzzara cum suis territoriis & dependentiis possessionem Du-  
ci Mantuae relituere, reservatis tamen eidem iuribus pro 6000. scutorum annuorum,  
qua prætendat: de quibus agere & judicio experiri coram sua Cesarea Majest. valeat  
adversus Ducem Mantuae. Ita terminata est controversia illa, tot motuum origo, cu-  
jus historiam hac causâ prolixius enarrare vixim fuit. Ceterum an tantum utile do-  
minium, an aliquid amplius Imperator concesserit? vide tractantem Conring. de finib.  
Imp. Germ. c. 23. p. 508. 509. Ex his verò patet, quam longè illi aberrent, qui tradunt, in  
instrumento pacis Gallia omnia loca, actiones & iura Montisferrati cum omnibus per-  
tinentiis Sabaudie Duci concessa esse, cum tamen pleraque in potestate Mantuani reli-  
cta sint. Allegat Limn. Iur. publ. V, 14. 15. qui pro Sabaudi jure scriperint Antonium Fa-  
brum, in consultatione de Montisferrati Ducatu, Menoch. consil. 1. vol. 1. Propositori-  
bus autem Socin. jun. consil. 77. vol. 1. Paris. consil. 22. & 23. vol. 1. cozadin. consil. 8.  
grat. consil. 9. l. 1. Alciat. rep. 199. Rol. à Valle consil. 3. vol. 1.

§. x. Cum ita viderimus, quo jure Montisferrante scutum suo inserant Gott. Familia  
zagæ, nunc laterculos eis spectantes considerare oportet. (Cont. clypeum Margr. Palæolo-  
gæ & Palæologæ usitatum in Brianvill. jeu d'arm. pag. 89.) Primus cum aquila aurea notat  
vel, quod Brianvill. jeu d'arm. pag. 82. cui si alii accedant lubens cederem, Palæologorum  
familiam, vel ut communiter explicant, Imperium Orientis. Nam quod vidimus poste-  
riores Montisferrati principes ab Andronico Paleologo descendebant Imperatore Ori-  
entis: qua familia ultima ex Christianis Constantinopolim tenuit usque ad Constanti-  
num XV. qui imperium 1453. cum vita perdidit. Eius verò ex fratre Thoma nepos  
Andreas despota imperium Orientis Carolo IX. 1494. donavit. Deinde dicitur 1502. te-  
stamento heredes scripsisse Ferdinandum & Isabellam Reges Hispaniarum.

§. xi. Eodem spectat crux iugularis 4. vel literis B. stipata: quam Constantino-  
politano imperio itidem tribuunt. Faren. R. d'arm. P. I. pag. 148. civitati Constantinopoli-  
tana ascribit hanc notam. Interpretatio literatum illatum istam dant (Haping. de jur.  
insigni. leonis.



*insign. c. 6. n. 1195.)* Basilius Basilius Basilius vel quod concinnius videtur apud Brianvill. ieu d'arm. p. 90. Basilius Basilius Basilius Rex regum regnans super reges. Addit: Quelques uns attribuent ces titres à la vanité de ces Empereurs. Symeros mieux croire que c'estoit à l'acrostic de Iesus Christ, qu'ils rendoient cet honneur, le reconnoissant par elle le souverain de tous les princes de la terre. Hoc est: Quidam titulos hostribuant vanitatem istorum Imperatorum. Mallem ego credere, quod honorarem hunc habuerint cruci Iesu Christi, quem ea agnoscabant supremum omnium terrae principum. Certe titulus hic jure soli Salvatori nostro debetur. 1. Tim. 6, 15. Apocal. 17, 14. 19, 16.

Aragonii  
palli.

§. xii. Sequitur ordine quinta areola Aragonii palis insignis. Jus exinde repeto, quod Joannes II. Montisferrati Marchio uxorem habuit Elisabetham cogn. Esclarmondam Iacobum III. ex Aragonis Balearum regis ex Constantia Alfonsi Regis Aragoniae filiam: quam pridem Carolo V.R. Francie destinatam 1358. Joannes duxit cum juris in Baleares acquisitione.

Montis-  
ferratum.  
Saxonice  
tesserae.  
Barrii.

§. xiii. Proxima areola ipsum symbolum Montisferratense continet, de quo pluraut addam non est opus. Septima quadra Saxonicae dæcypæ exhibet, ob originem ex Saxonibus Alrami primi Marchionis, Ottonis Imp. agnati.

§. xiv. Quis sequitur Barrensis dæcypæ continet laterculus. Hic debetur matrimonio Theodori II. ex Palæologis Montisferratenis Marchionis & Joanne Roberto I. Duce Barrensi natæ, 1393. vel 1400. contracto. Cum enim hæc ultimorum Ducum fuerit sutor, res digna visa, ut memoria in clypeo conservaretur.

Hierofo-  
lyma.

§. xv. Ultima hujus ordinis areola Hierosolymitanæ crucis continet. Hujus ex eo ratio est, quia Guelmus Marchio cognom. Longa spata Sybillam filiam Almerici Andini R. Hierosolymit. sui uxorem habuit, pater Baldum V. postmodum regis, qui à vitriaco Guidone Lusiniano 1185. sublatus est, regno ex eo ad Lusinianos delato. Guilelmi etiam frater Conradus Marchio Isabellum Almerici Regis filiam Sybilla sutorum uxorem habebat, cuius nomine Guidon obstitit, & Tys regni fixit sedem: denum filiam reliquit Mariam, quam heredem titulorum & iurium Hierosolymitanorum Joannes Brenensis duxit, & eā causâ armis Palæstinam invasit.

Vincen-  
tii  
Ducis  
dispositio.

§. xvi. Fuit scutulum cruci Mantuanæ impressum: & quidem illis symbolis solis contenti erant, qui ante Nivernensem Mantua imperarunt: ut tamen videoas non nunquam ordinem laterculorum paulo alium fuisse: ita apud Ioh. Iac. Chifflet. Insign. Eq. A. V. n. 260. Vincen-ii Gonzage Ducis illa legitur dispositio, ut parvula media complectetur hæc serie symbola, Imperii Orientalis, Lombardiae, Gonzagatum, Hierosolymorum, Aragoniæ, Montisferrati, Saxonie, Barri, Constantinopoleo.

Nivernen-  
sis ramo  
scutum.

§. xvii. Ad quadratum scuti majoris secundam & tertiam accedamus, quæ à Nivernensi ramo assunta est, ob aliquot matrimonia. Cum verò Nivernensis principatus (cui comitatus & paratus dignitas 1459. concessa est, & confirmata 1464. 1505. Sed Ducale axioma à Francisco I. 1538.) post alias possessiones ferè primatum in Galliis patrimonium fuerit, juvat hic exhibere Nivernensem successionem, quæ præalii ferè sèpius ex una in altera gentem per matrimonia transiit: Quod verò Nivernensis nulla areola in scuto conspicatur, argumento est, vel nullum Nivernensibus peculiare fuisse dæcypæ, vel vetustate ejus memoriam exolevisse. Nam quod apud Gelot. indic. armor. in addit. p. 660. Nivernus datur in area cœrulea plinthiæbus aureis consita leo ejusdem metalli, Burgundie Comitum potius est symbolum.

Lanericus Comes Nivernensis ab uxore

Mathilde filia Ottonis Guilelmi Com. Burgundie.

Rainaldus Com. Nivernensis.

Guilelmus Com. Nivernensis.

Reinaldus Com. Altissidoræ s. Auxerræ.

Guilelmus Com. Nivernensis.

Guilelmus Com. Nivernensis.

Guido Com. Nivernensis.

A



¶

Agnes heres Nivernensis,  
Uxor Petri Curteniaci, qui dein Imperator Constantinopoleos.

Mathildis Curteniacensis Com. Nivernensis & Tonnerensis.  
Uxor Hervei II. Dn. de Donzy.

Agnes de Donzy C. Nivernensis.  
Uxor Philippi de Francia.  
II. Guidonis Castilionii C. Sanpauli.

II. Jolanda Castilionia C. Nivernensis, &c.  
Uxor Arcibaldi Junioris Dn. de Bourbon.

Mathildis Botbonia Com. Nivernensis, &c.  
Uxor Eudis Burgundi.

Jolanda Burgunda Com. Nivernensis.  
Uxor Joannis Tristani de Francia.  
II. Roberti III. Com. Flandriae.

Ludovicus de Flandria C. Nivernensis & Retelanus.  
Uxor Joanna f. Hugonis V. Com. Retelani.

Ludovicus Com. Flandriae, Nivern. &c.  
Uxor Margareta f. Philippi longi R. Franciae Com. Artesiae & Burgundiae.

Ludovicus Malanus C. Flandriae, &c.  
Uxor Margareta f. Joannis III. D. Brabantiae.

Margareta Comes Flandriae, Burgundiae, Artesiae, Nivernii.  
Uxor Philippi D. Burgundiae.  
II. Philippi de Francia Duc. Burgundiae.

Philippus de Burgundia, Com. Nivernii & Retelii.  
Uxor Bona f. Philippi Artesii Com. d'Eu.

Joannes de Burgund. titulo Dux Brabant. &c.  
Uxor Jacobae d'Ailly.

Elisabetha Burgunda, heres Nivernii, Euvi, Retelii.  
Uxor Joannis Ducus Cliviae, Com. Marca.

Engelbertus Clivius, Com. Nivernii.  
Uxor Carola f. Joann. Borbonii Com. Vindocini.

Carolus Clivius, Com. Nivernii.  
Uxor Maria, filia Joannis Albretani, Dn. d'Orval.

Franciscus Clivius Dux Nivernii.  
Uxor Margareta f. Caroli Borbonii Ducus Vindocini.

Henrica Clivia Nivernensis.  
Uxor Ludovici Gonzagae.

§. xviii. Ex hoc schemate multa patebunt ad areolarum explicationem facientes: quas jam singulas examinabimus. Si quis verò Henrica atavos ataviasque uno con-veniens, spectu videre gesiat, querat in nostri Theatri Nobil. Europ. progonolog. Auctar. seu P. 3. ubi pag. 5. plene exhibentur.

§. xix. Primus ex his laterculis est *Clivius*. Nam Henrica Ludovici Gonzagae Clivia Ni-  
tia ex Cliviis profata fuit. Ceterum de Cliviis alibi c. 13. n. 8. diximus. Joannes Cliviae Prætentio  
Dux, à quo Henricam descendit modo vidimus, filius erat Adolphi I. Cliviorum Du-  
cis: cuius pater Adolpus Cliviae comitatum ob matrem Margaretam Cliviam, pluribus  
eandem successionem sibi arrogantibus, Caroli IV. Imperatoris gratiâ natus erat. In  
S ejus



ejus posteris ille ducatus h[ab]et ad principium usque hujus seculi, quo 1609. *Ioannes Guilelmus* masculorum ultimus extintus hereditatem dubiam reliquit. Cujus controversia passim, in primis in scuto Brandenburgico, Palatino & Saxonico, mentionem fecimus & faciemus. Ceterum *Carolus Gonzaga* Henrici filius, qui eo tempore vivebat, inter alios prætendentes suum quoque nomen professus est. Rationes erant, quod *Engelberto Clivio* ab a fratre non alia fuerit attributa hereditas, quam pauca in Belgio loca. Unde ut satisfiat, omnia jura postulare. Neque *prescriptione* petitionem hanc exclusam dici posse, quia semper contradicuum fuerit. His rationibus respondebant *Iohannis Guilelmi* sorores & eorum mariti ac liberi, se privilegio *Caroli V.* Imperatoris ad successionem habiles redditas & munitas: unde non teneantur ad discussionem, iulte necne illud concessum sit: sed eum qui in dubium hoc vocet, perpetuò indictio silentio repellere. Sed & reponebant, *Engelbertum* non omni hereditate exclusum, utpote cui *Comitatus Nivernensis*, *Retelanus* & alia in Francia à matre bona concessa sint, in conditionibus, quibus nequidem sit satisfactum. Tum fore intollerabile, si *Engelberti* bona ad descendentes ex filia potuerint transferri, non idem vero j[ur]is *Joannis* posteritati relinquatur. Demum ipse *Carolus* item desideruit, & talis judiciorum declaratus est.

*Marcanus*  
*Com.* §. xx. Proxima aetola *Marcanum* d[omi]na *Yvonne* est. Ex *Marcania* enim *Clivii* orti sunt, cum quibus etiam candem originem habuisse creduntur. Porro *Markanus* comitatus nunc in potestate est Electoris Brandenburgici.

*Artesia.*  
*Hujus suc-*  
*cessio.* §. xxi. *Artesia* sequitur quadra. *Artesia* Belgij provincia, Picardia, Flandria, Hannonia & Cameracensi ditione concula, inde originem habere dicitur, quod *Isabelle*, *filia Baldwini Hannonie & Flandriae* comitis, eam marito *Philippo II.* Regi Francie artulerit: unde *Ludovicus*, qui deinceps reges octavus eo nomine numeratus est, *primus Comes Artesia* dicitur: hinc ejus filius *Ludovicus IX.* fratri *Roberto* Comitatum concessit, à quo pecularis *Artesiorum* linea: Eo genitus *Robertus* cognomento *bonus* 1302. moriens reliquit filiam *Mathildam Othelinae* l. *Othonis Com. Burgundiae* uxorem, & ex filio *Philippe* præmortuo nepotem *Robertum*. Cum inter hos contentio esset, pro *Mathilde* iudicatum est, quod in *Artesia* ius representationis locum non haberet. Restitit quantum potuit *Robertus*, sed causa cecidit 1309. 1318. Ab eo vero, cum ad Anglos se receperisset, & contra patriam illos incitaret, gravia regno illata damnata. Ceterum *Mathildis* & *Othonis* conjugio nata est *Joanna* heres comitatum, uxor *Philippi V.* cogn. Longi R. Francie. His genitae *Joanna* uxor *Eudis IV. D. Burgundiae*, unde filius & nepos, quorum utrique *Philippi* nomen, Attelie comitatum tenuere, & *Margareta*, *Ludovici C. Flandriae* uxor, ad quam *Joanna* posteritate extinta hereditas delapsa est. E Flandrica familia cum aliis hic quoque comitatus ad *Burgundos* delatus est. Ceterum *Clivii* ius hujus laterculi gestandi, & ob illam *Margaretam Flandricam* *Artesia* Comitem, *Philippi Burgundi C. Nivernus* matrem, & ob hujus conjugem *Bonam f. Philippi Arteſii*, *Com. Eysani*, Conestabilis Francie, *Caroli Arteſii* gentis ultimi sororem, obtigit.

§. xxii. *Brabantius leo* proximum locum obtinet: In hunc *Ludovicus Gonzaga* uxoris nomine adhuc 1581. ius suum scripto, quod *Ioannes Chandonus* matiscomenſis composuit, publicavit: cuiusrationes itain compendium contrahit *Thuanus L. 74.* p. 707. 708. *Philippum audacem vulgo dictum* *Ioannis* regis, qui in *Anglia* deceſſit, *quarum sum numero filium patris beneficio Burgundia, que Philippi Burgundionis morte regi obvenerat, anno 130 CCC LXI. ducent creauit;* postea *Caroli V.* fratris favore subnixum etiam *Margaritam Ludovici III. Flandrie Comitis & Margarite Brabantiae*, que *Joanna amita principatum Brabantie, Limburgi, & Antwerpiae* Domina unica heres erat, filium, ac proinde ferè universi Belgi heredem in uxorem duxisse, nuptiis summa magnificentia ac letitia *Gandvi* anno octavo post, XIII. Kal. Quintil. celebratis; quo ex conjugio tres filii nati sint, *Ioannes*, *Antonius*, & *Philippus*. Sic autem amplissimam eam hereditatem postea inter filios ex utrinusque parentis voluntate divisam esse, ut *Ioannes* grandior natus ditiones omnes à *Ludovico III.* avo profectas cum paternis principatis acciperet; *Brabantie, Limburgi, Lothericus & Antwerpiae* principatus *Antonio* alteri filio cederent, ita ut si sine liberis masculis decederet, fidicommissi jure ad *Philippum* fratrem devolverentur, ea de re *Bruxellis* instrumentum publicum confectum fuisse III.

Kal.



ejus posteris ille ducatus h[ab]et ad principium usque hujus seculi, quo 1609. *Ioannes Guilelmus* masculorum ultimus extinctus hereditatem dubiam reliquit. Cujus controversia passim, in primis in scuto Brandenburgico, Palatino & Saxonico, mentionem fecimus & faciemus. Ceterum *Carolus Gonzaga* Henrici filius, qui eo tempore vivebat, inter alios praetendentes suum quoque nomen professus est. Rationes erant, quod *Engelberto Clivio abavo* à fratre non alia fuerit attributa hereditas, quam pauca in Belgio loca. Unde ut satisfiat, omnia jura postulare. Neque *præscriptione* petitionem hanc exclusam dici posse, quia semper contradictum fuerit. His rationibus respondebant *Iohannis Guilelmi* sorores & eorum mariti ac liberis, se privilegio *Caroli V.* Imperatoris ad successionem habiles redditas & munitas: unde non teneantur ad discussionem, iuste necne illud concessum sit: sed eum qui in dubium hoc vocet, perpetuū indictio silentio repellit. Sed & reponebant, Engelbertum non omni hereditate exclusum, utpote cui *Comitatus Nivernensis*, *Retelanus* & alia in Francia à matre bona concessa sint, us conditionibus, quibus needum sit satisfactum. Tum fore intollerabile, si Engelberti bona ad delcendentes ex filia potuerint transferri, non idem verò ius Joannis posteritati relinquatur. Demum ipse *Carolus* item deseruit, & talis judiciorum declaratus est.

*Marcanus Com.*

§. xx. Proxima areola *Marcanum* δέρψα est. Ex *Marcanis* enim Clivii orti sunt, cum quibus etiam candem originem habuisse creduntur. Porro *Marcanus* comitatus nunc in potestate est Electoris Brandenburgici.

*Artefia. Huius suc-cessio.*

§. xxi. *Artefia* sequitur quadra. *Artefia* Belgij provincia, Picardia, Flandria, Hannonia & Cameracensi ditione conclusa, inde originem habere dicitur, quod *Isabella filia Balduini Hannoniae & Flandriae* comitis, eam marito *Philippo II.* Regi Francie attulit: unde *Ludovicus*, qui deinceps inter reges octavus eo nomine numeratus est, *primus Comes Artefiae* dicitur: hinc ejus filius *Ludovicus IX.* fratti *Roberto* Comitatum concessit, à quo pecularis *Artefiorum* linea: Eo genitus *Robertus* cognomento *bonus* 1302. moriens reliquit filiam *Mathildam Othelini* & *Othonis Com. Burgundie* uxorem, & ex filio *Philippe* pro præmortuo nepotem *Robertum*. Cum inter hos contentio esset, pro *Mathilde* judicatum est, quod in *Artefia* *jus representationis* locum non haberet. Restitutus quantum potuit *Robertus*, sed caula cecidit 1309. 1318. Ab eo verò, cum ad Anglos se recepisset, & contra patriam illos incitaret, gravia regno illata damna. Ceterum *Mathildis* & *Othonis* conjugio nata est *Joanna* heres comitatuum, uxor *Philippi V.* cogn. Longi R. Francie. His genitae *Joanna* uxor *Eudis IV. D. Burgundie*, unde filius & nepos, quorum utriusque *Philippi* nomen, *Artefia* comitatum tenuere, & *Margareta*, *Ludovici C. Flandriae* uxor, ad quam *Joanna* posteritate extinta hereditas delapsa est. E Flandrica familia cum aliis hic quoque comitatus ad *Burgundos* delatus est. Ceterum *Clivius* ius hujus laterculi gestandi, & ob illam *Margaretam Flandricam* *Artefia* Comitem, *Philippi Burgundi C. Nivernii* matrem, & ob hujus conjugem *Bonam f. Philippi Artefiae*, *Com. Eufiani*, Conestabilis Francie, *Caroli Artefii* gentis ultimi sororem, obtigit.

*Brabantia. Præteritio ga-*

ia uxoris nomine adhuc 1581. ius suum scripto, quod *Ioannes Chandonus* matis consensu composuit, publicavit: cujusrationes ita in compendium contrahit *Thnannus L. 74. p. 707. 708.* *Philippum* audacem vulgo dictum *Ioannis regis*, qui in Anglia decepit, quarum numero filium patris beneficio *Burgundie*, que *Philippi* *Burgundonis* morte regi obvenerat, anno 115 CCCXL. ducem creauit; postea *Caroli V.* fratri favore submixum etiam *Margaritam Ludovici III. Flandriae* Comitis & *Margarita Brabantine*, qua *Joanna* amita principatum *Brabantia*, *Limburgi*, & *Antwerpia* Domina unica heres erat, filiam, ac proinde ferè universi Belgii heredem in uxorem duxisse, nuptiis summa magnificentia ac latitia *Gandvi* anno octavo post, XIII. Kal. Quintil. celebratis; quo ex conjugio tres filii nati sunt, *Ioannes*, *Antonius*, & *Philipus*. Sic autem amplissimam eam hereditatem postea inter filios ex utriusque parentis voluntate divisam esse, ut *Ioannes* grandior nau ditiones omnes à *Ludovico III.* avo profecta cum paternis principatus acciperet; *Brabantie*, *Limburgi*, *Lotherici* & *Antwerpia* principatus *Antonio* alteri filio cederent, ita ut si sine liberis masculis decederet, fidecommisso jure ad *Philippum* fratrem devolverentur, ea de re *Bruxellis* instrumentum publicum confectum fuisse III. Kal.



Kal. Octobr. anni 1500 postea auctoritate Ordinum accidente roboratum. Ab Ioanne autem illo Burgundie duces propagatos; dein Mariam Caroli ultimi Burgundie ducis F. Maximiliano Austriae nupse, ex quo Philippus natus sit, Carols V. & Ferdinandus Cesárum parens, & Philippi, qui nunc rerum potitur, avus. At Antonio postea & Ioanne ac Philippo ejus filiis sine mascula prole defunctis, Philippum Antonii fratrem ex utriusque parentis voluntate successisse, & Carolum ac Ioannem filios reliquisse; Carolo autem sine liberis mortuo, rem omnem ad Ioannem devenisse, eique jus in controversis illis principatus rego decreto adjudicatum fuisse. Sed postea bello à Carolo Burgundie duce gentili suo caputum juri illi, ut libertatem reciperaret, renunciisse, facta prius XI. Kal. April. anni 1500 CCCCLXV. à Ioanne Bertoldo regii sigilli cypode & ipse Ioanni ab epistolis protestatione, quam & auctoritate sua Ludovicus XI. biennio post confirmavit, confecto ea de re Lutetia & ad Senatum Parisensem misso diplomate XVII. Kal. Iunias. Ioannem postremo illum duas filias reliquisse, Elisabetham, quae Ioanni Clivio, Carlotam, quae Ioanni Labretazo Orvallo nupserunt, inde ortas esse gravissimas inter sorores earumque liberos controversies, que tandem felici matrimonio composita sunt, Maria Carlota filia cum Cardo Clivio Engelberti filio, & Ioannis Clivio & Elisabetha Burgundie nupse matrimonio conjuncta; ex quo Franciscus, & ex Francisco & Margarita Borbonia Antonii regis Navarrae sorore, Franciscus Nivernius, Iacobus, Henrieta Ludoviciana Gonzaga uxor, Catharina, que Henrico Lotaringo Guiise duci, & Maria, quae Henrico Borbonio Condeco nupserunt, nata sint. Francisco denum & Iacobo sine liberis defunctis, jus omne ad Henriciam grandorem natu filiam devenisse, cui quamquam Ioannes captiuus renunciaverit, protestatione tamen à Bertoldo facta integra omnia manuissent; nec Madritiana pacificatio, cum Franciscus I. supremo Flandriae dominio renunciavit, quidquam in præjudicium tertii decerni potuisse. Carasse quidem Carolum V. ut acta litis, que in Senatu Parisensem erant, Mechliniam, ubi supremum Flandria tribunal instituerat, deferrentur. Sed exempla prudenti Senatus auctoritate confecta, & in archivis Curia ad faciem dam posteris fidem cautè deposita fuisse. Hujus juris persecutionem post illatempora non legi: memoria autem in clypeo illa restat.

§. xxiii. Jam Burgundicum & iuxta sequitur: cuius jus & ab Elisabetha herede Nivernii, uxore Joannis D. Clivie, & à Maria ejusdem Joannis matre, repeti potest, qua- rum utraque Burgundicæ prosapia fuit, illa etiam linea unius heres.

§. xxiv. Rethiana rastrella penultimum occupant locum: ceterum Comites Re- Rethiana-  
telenses s. Registenses (à Rethio Campaniæ) ex Ercibaldo Comite 920. cælo dedu- Ejus suc-  
cuntur. In hujus posteris Baldinus de Burgo dictus regnum Hierosolymitanum tenuit, cello.  
& per filiam Melisendim Fulconis Andini conjugem ad illam transmisit stirpem:  
ejus autem (Baldini) soror Mathildis heres Rethii Odoni Castellano Vitriaci nupsit  
(quem Andr. du Chesne luculentus gentis Castilioneæ ad Matronam scriptor, ex ea  
descendisse autem) & Ierii s. Guterii Comitis Rethii mater fuit: à quo deinceps  
Comites reliquiascenderunt: quorum ultimus Hugo V. filiam genuit Ioannam Ludo-  
vici Flandri C. Nivernensis, uti §. 17. diximus, conjugem. Ab hac gente ad Burgundos &  
Clivios ac demum Gonzagas delatus est comitatus, cui 1464. 30. Jul. Pariatus dignita-  
tem Ludovicus XI. concessit, quæ 1573. confirmata est. Dein vero Henricus III. 1581.  
Ducatus & Pariatus axioma adjecit.

§. xxv. Extrema areolarum ordinem claudit Albretana, & quidem cum sub- Albretana  
distinctione Orvalensi. De qua ista. Carolus II. Albretanus filios inter alios habuit Io. domus.  
annem reliquorum latorem, & Arnaldum Amanium Dn. Orvalensem, quo genitus  
est Ioannes. Huic nupsit Carola Ioannis Burgundi Nivernensis filia, Elisabetha quæ  
uxor Ioannis Clivie Ducis fuit soror. Quamvis ergo Elisabetha natu major esset, &  
filius ejus Engelbertus, ut successiōnis capax fieret, naturalis fatus est 1486. Carola  
tamen hunc utpote peregrinum adeoque hereditatis in Francia non capacem, ex-  
cludere conata est. Inde longe lites: quæ deinde matrimonii terminata, cum  
Helena & Maria Ioannis atque Carola filia Ludovicus & Carolo Clivio desponsarentur,  
quarum tamen illa ante nuptias decessit, hæc Francisci Clivii Nivernensis Ducis mater  
fuit, Henricæ avia.

§. xxvi. Toti huic quadriga quod imponitur scutulum medium Alensonium est, Alenso-  
cujus rationem ab Hentice avia materna Francisci Alensonia repeto, quæ Renati nium.  
S. 2. Ducis



Ducis Alensonii filia, Caroli ultimi Ducis soror fuit. Si Monferrateni quadra imposita fuisset hæc parvula, notari potuisset Francisi & soror Anna uxor Guilelmi March. Montiferrati, & Margaretæ heredis, quæ Friderico Gonzagæ nupsit, mater. Porro gens hæc Alensonia ex Carolo Philippi VI. Regis germano descendit; unde regia sed cum discerniculo lilia.

Apex.

§. xxvii. Huic scuto imponitur galea coronata, cum apice aquila exorientis nigra. Ita & Chifflet. Insign. Eq. A. V. n. 174. talem aquilam exorientem furvam auro rostratam exhibet. Alii (ut Menestri. verit. art. du blas. c. 16. p. 207. Brianvill. jeu d'arm. p. 82. 83.) apicem assignant montem Olympum, super quo altare cum verbo FIDES, & ad pedem montis Graecis literis vox ΟΑΤΜΠΟΣ. Priori sententiae faveant figuræ (scuti, huic studium Gonzagarum in montem Olympum, ut ad Carolovillam (Charleville) excitatam munitionem Montolympe appellarent.

Telamo-

nes-

Torques

ordinis S.

Sacramen-

ti.

Alia dispo-

sitio ex

Varenio.

§. xxviii. Telamones adduntur hinc aquila nigra Mantuana, hinc Cliviorum cygnus candidus collo infertam auream coronam gestans. Tum torques ordinis S. Sacra-menti (de quo P. I. c. 7. §. 87.) circumdatur scuto.

§. xxix. Vidimus clypeum à Sammarthano descriptum: paulo alia est dispositio apud Varen. R. d'arm. p. 147. Ubi incumbente toti parvula Alensonia quadripertiti scuti primam quadram Mantuana d'iquaz, alteram Clivium, Marcanum, Artesiam & Brabantinum dispositione quadripertitam, tertiam Burgundicum, Retelense & Albretto Orvalium, quartum illa occupant quæ ex Monferrateni successione assumta sunt, videlicet Paleoogo, Hicrosolymitano, Aragonio, Saxonico, Barrensi, Constantinopolitano, latereulis impositum ipsis Monferrateni signum.

Ex Glio-

to.

§. xxx. Louv. Geliot, indic. armor. p. 306. 307. illam Ludovicum Gonzage Nivernio assignat dispositionem, ut toti incumbente scutulo Alensonio quadra secunda & tertia planè cum ista eadem sit, quam exposuimus: In primam autem reponit Mantuanam crucem cum aquilis & scutulo Lombardicum & Gonzageum symbola complectente: in ultimam demum rejicit, quicquid ad Montiferratensem successionem spectat ea ferie, quam §. preced. expreslimus. Idem p. 332. Franciscus Clivii Nivernensis scutum quadrifarium fecat: ut in primo & quarto quadrante quadratum dispositæ areola Clivia, Mariana, Artesia & Brabantina conspiciantur, in secundo & tertio transversim scutis superius Burgundo-Nivernium, inferius Albretto Orvalium symbolum jungantur. Burgundo-Nivernium dicimus quadripertitum ex Burgundico & Retelio d'iquaz.

Aliarum

lineatum

scuta.

§. xxxi. Quod alias lineas familia attinet, omnes differentias scutorum enarrare vix ausim: Plenisque tamen illud usuvenire credo, quod Iohan. Inc. Chiffletius tribuit Ferdinandino Gonzaga Duci Ariani, principi Moifete, iterum alii ejus nepoti, nec non Francisco Gonzaga principi Castilonis. Insign. Eq. A. V. n. 174. 283. 318. quod crucia aquilas comites habenti, Mantuano symbolo, imponit parvulum Lombardiam & Gonzageam gentem quadripartitum notantem. Imponit etiam scuto apicem cum aquila exorientis nigra, auro rostrata: item fasciam tortilem atque laciniias auro & nigro pictas.

Vespasiani

Gonzaga

Columnæ

§. xxxii. Alibi n. 256. Vespasiano Gonzage Columna Duci Siblonette & Trajecti attribuit clypeum in quadras divisum, quarum prima & quarta Mantuana est, scutulo Lombardia & Gonzage symbolis quadripertito in corde impressa. Secunda & tertia Columnæ s. Colonnae, hoc est, coccinea columnæ argenteâ capitulo coronato & basi aureis ornata. Symbolis omnibus imposita parvula cœrulea voce LIBERTAS in obliqua trans dextra modum literis aureis inscripta: capite Romani Imperii. Apicem imponit pileum ducalem hermionicum, aurea corona radiata redimitum: & laciniias circumfundit ex auro & cyano. Columnam d'iquaz Vespasianus gestavit à matre Isabellæ Vespasiani Columnæ filia. Quod imponitur toti scutulum, nec Chiffletius expōuit, nec ego conjecturā assequi autim.

## CAPUT XXX.

## Dux Grammontii.

## ARGUMENTUM.

1. Convenarum s. Comungii Comites. Eorum  
succesio.

2. Ex illis Domini Aura & Vicecomes Asterie.

Grammontani.

3. Scutum Marescalli. Grammontium symbolum.

4. Afte-



4. Asteria.

5. Auro Domini.

6. Thoulongeon. S. Cheron.

7. Comingia.

8. Apices.

9. Tuuli.

## §. I.

**C**onvenarum s. Comingii Comites in Aquitania Clarissimi à Bernardo derivantur, Convenās: quem 1130. vixisse constat; eo nati sunt *Bernardus II. Comes & Guido*, illo *Bernardus III. & Rogerius Comes Palearum*, à quo *Conisannorum Vicecomitum* profapia. *Bernardo III. uxor Stephanus etiam Bigerrorum comitatum attulit*, sed non nisi *Petrus nello filiae mater*, quæ heres quinque nupsit, ex tertio matrō *Guidone Montfortio* *Elidus* patens, quæ *Esgubatus ultimus Comes & Laura Raimundi VI. Vicecomes Turcianie* uxor à fratre heres instituta, led comitatum reginae adjudicatum videre coacta geniti sunt. *Bernardi III. tercia uxor Bernardum IV. genuit comitem, hic quintum*. *Bernardo V. hatis iterum Bernardus VI. & Petrus Raimundus Vicecomes Screrita*, qui dein tratis filiabus comitatum eripere & sibi arrogare laboravit: Dethum earum una *Ioanna finiendæ controversiæ ipsius filio Petro Raymundo II. nupsit*. Eo genitrix *Eleonora & Margarita gentis heres*, quæ à *Matthæo C. Foxio* tertio matrō carceri inclusa à *Carolo VII. rege liberata est*, unde ei *Comitatum donavit*: quæ causâ etiam regi adjudicatus circa 1442. primi *Tholosani* senatus sententia.

§. II. *Bernardus I. filius Guido Dominus Auræ & d' Ausan* fuit à *Bertrando* conjugé. Ex illis A quibus descendunt duas lineæ; altera *Domino rum Auræ*, cognomine de la Barte, & Viccomites A. quorum hereditas à *Brunifenda* allata est marito *Bertrando Fumello*, cuius pronepos Joannes istameriam gentem clausit, heredemque *Armeniacensem* Comitem habuit: steriz.

Ex altera *Sancius Garsia* ab uxore *Agnete Vicecomitatum Asterii* natus est, & reliquos prosevit Viccomites. Ex his *Menaldo Claram* sororem & heredem *Ioannis*, Domini *Arimontani* s. grammontani duxit, & novum cognomen stirpi attulit, nam ex coprioris d' *Aire* locum grammontanum occupavit. Fuit enim grammontanorum tam celebre nomen & in regno Navarreno autoritas; ut hoc in duas factiones diviso, altera *Bellomontiorum*, quibus à Ludovici Navarreni s. Eburovicenis Comitis Bellotmontii posteris appellatio indita, altera grammontiorum esset. Menaldo *Antonius*, hoc *Philibertus*, Philiberto iterum *Antonius* natus est, parentis *Antonii*, hanc ætate celeberrimi bellicis expeditionibus & legationibus Gallæ *Marescalli*, cuius nunc scutum considerabimus.

§. III. Scutum quadripertitum primâ areâ aureâ tenuum defert leonem, lingua scutum Marecalli & falculis aureis: quod gestamen est grammontanorum ipsorum; quorum jus Grammonitum & nomen 1534. matrimonio Clara ad Asterios delapsa.

§. IV. Secundus & tertius laterculus rubei tres palorum situ deorsum versas sagittas aureas spiculis & pennis argenteis continent. Hæc tessera est ipsius Asteria fami. Asteria lice, ex qua per mares moderni descendunt ad Agnetem usque, quæ Vicecomitatum attulerat *Aurana* genti.

§. V. Quadra ultima aurea imprimitur cane venatico rubeo, nigra armilli ornato, marginie scutato ejusdem coloris, octo byzantinis numis aureis instructo. Hoc signum est min. *Auræ* s. *Ausan* dynastæ, cuius ex hac gente hereditatem ad *Fumellos*, inde ad *Armenia*-censes translatam dixi.

§. VI. Toti imponitur alia pàrmula quadripertita, cuius 1. & 4. laterculus rubei Toulon-ternas fascias undosas argenteas, 2. & 3. rubei tres gemellas argenteas deferunt. Illo gen. s. *Thoulongeon*, hoc s. *Cheron* notatur. Quod illud attinet, *Ioanne de Thoulongeon* filia *Claudii E. A. V.* uxor fuit *Renati Domini de Clermont*, & inter alios filium habuit *Claudium*, cui maternum additum est cognomen, & filia fuit *Carola de Clermont* & *Thoulongeon*, ter uxor sed sterilis. Hæc heredem habuit patrualem *Helenam* filiam *Franciscum de Clermont*, *Dn. d. Traves*, conjugem *Antonii Aurani* *Dn. de Grammont*, quem ea lege obstrinxit, ut arma *Thoulongonia* adderentur reliquis.

§. VII. Alibi (in Nic. Befogn. Est. de Fr. ann. 1661. p. 269.) vidi loco istius pàrmula media, aliam substitutam nimurum *Comingiam*: quæ est argentea rubea cruce pedata impressa: vel (ut alii figuram enunciare amant) ruba quatuor vulnerum cicatricibus (totelles Galli vocant, Græc. αύτη), argenteis imprellata; quam sententiam confirmat Cl. Franc. Menestr. L'art du blas. justif. c. 6. p. 130. seq. Ratio hujus pàrmula evidens est, quia *Auranam* familiam ex *Comingia* descendisse supra patuit.



Apices.

§. VIII. Galeæ imponuntur scuto tres, è quatum media leo profilus aureus: dextre sustinet canem venaticum prodeuntem nigrum, lave imponuntur tres scutaria sagittæ. Laciniaæ autem dependent aureæ & cyanæ.

Tituli.

§. IX. Titulus ille est: *Dux gravimontii, Par & Marescallus Francie, Supremus Dominus Bidaffœx, (Bidache) Comes cuchia, & Louvigneri, Baro de Hagemeau, &c. Dux talis dignitas Grammontio comitatu collata est amore Antonii, qui moderni parens fuit, à Ludovico XIII. sub regni finem, in curia tamen illa erectorum nondum rathibita fuerat. Unde Rex præsens de novo contulit eandem dignitatem. Marescalli nota peculiari sunt scipiones liliati, quos adjicis scuto. Bidaffœx ad Vidosum annem infra Pelagii fanum in Vasconia citeriori s. Balcis (Baskie) sita supremo jure ab hac familia tenetur. Comitatum Louvigner Philiberto Marescalli avo attulit uxor Diana s. Corisanda filia Pauli d' Andons, quam ei ob merita in se Joanna Regina Navarræ despondit. Alia officia & munia transeo. Titulus C. de Thoulongeon est penes filium Antonii ex secunda conjugi, Henricum, qui consanguineus frater Marescalli est.*

## CAPUT XXXI.

## Guevaræ, Com. de Onnate.

## ARGUMENTUM.

1. Guevara.

2. Mendoza.

3. Familia. Comitatus Ognate.

4. Apex.

## §. I.

Familia.  
Comita-  
tus Ognate.  
Guevara.

**G**uevaræ gentis in Hispania variae possessiones sunt, primaria vero *Comitatus Gæognate s. Onnate in Guipuscoa*, cuius nomine *Grandibus Hispania accensentur* beneficio Henrici IV. regis, quo 1469. *In cum Velez de Guevara Ladron ornavit*.

§. II. Scutum hujus Comitis apud Chifflet. Eq. A. V. n. 48. videre est quadrupertitum, ut 1. & 4. quadrans aureus ternas obliquas dextræ furvas tantas rotidem aliis argenteis tribus pontici muris maculis nigris impressis exaratas referat. Alfonso Lopez de Haro L. 5. nobil. d' Espagn. c. 16. aliter enunciatur: *Campo de oro tres bandas de plata con viroles rojas y en cada una dellas armillas negras*. Istæstera est Guevaria gentilis.

Mendoza.

§. III. Secunda & tertia area coccinea s. folia populnea argentea in decassim collocata referunt ob affinitatem *Mendoziam*.

Apex.

§. IV. Galea torque spirali è pavoninis pennis ornatur, & ex ea eminet pes leonis: nus aureus coco falcatus in aurominiata flamma constitutus. Laciniaæ ex auro sunt & coco. Quod si sit, Haro tubeos, quam Chiffletus nigros, baltheos rectius dixerit. Sammarth. autem lacinias aureas, nigras, argenteas & tubeas facit.

## CAPUT XXXII.

## Domus Guzmannia.

## ARGUMENTUM.

1. Guzman.

2. Dux Medina de las Torres.

3. Duxis Medina Sidonia scutum.

4. Princeps de Siliano.

5. Alia linea.

## §. I.

Guzman-  
ni.

**G**uzmannorum in Hispania celeberrimum nomen est, & tot convenit lineis, ut communem non repererim patrem. Princeps vero familiæ est *Dux Medina Sidonia in Batica*.

Duxis Me-  
dina Sidio-  
nia scu-  
tum.

§. II. Hujus scutum Chifflet. Eq. A. V. num. 245. ita describit: *In scuto caruleo binæ olla in palum dispositæ, sepm transversis teniolis incurvis impressæ, quatuor duplice duetu auri & minuti tessellatis, tribus aliis argenteis: anfis, limbis & serperastris quinque parvi modo tessellatis, duobus introrsum, tribus exterrorsum ad anfarum aures erumpentibus: quod Guzmannorum proprium gestamen est. Scuti vero limbis Castellano & Legio- nensi symbolis 14. repetitis compositus & angulatus visitur. Rationem hujus limbi reperio à Beatrice Henrici II. per naturam filia, quæ marito Ioanni Alfonso comitatum Niebla attulit,*



attulit, & alterius Ioannis, Ducatus Medina Sidonia ab Henrico IV. dignitate ornati, avia fuit.

§. III. Scuto incumbit galea coronata, ex hac verò eminet turris aurea valvis Apex. ceruleis; in cuius cacumine dimidiatus homo, galea & lorica aureis, manicis coccineis, strictum pugionem auro instructum cuspide tenens & inclinato corpore deorsum vibrans. Laciniae dependent ex auro & minio.

§. IV. Dux de Medina de las Torres apud Sammarth. l'Est. del'Esp. p. 64. scutum duabus lineis diagonalibus distinguit, in summo & imo Guzmannios lebetes locans, la- teribus verò argenteis quinas maculas hermionicas inscribens. Apicem quoque & la- ciniis easdem servat.

§. V. Ex his est Nicolaus Maria Princeps de Stigliano, Dux de Sablonetta &c Princeps de Stigliano Medina de las Torres, cui Sammarth. pag. 141. scutum attribui bipertitum, cujus latus dextrum Guzmannium gestamen, quale n. 2. pingitur continet; sinistrum transversa linea in duas partes secatur, superiori parte denuo bipertita, ut hinc in minio tres ar- genteas fascias, isthinc alterne fascie aureas & nigras compareant: quorum illud Carafarum, hoc Gonzagarum est symbolum: Inferior autem pars in quatuor fecta palos, illis Castellatum, subiecto Legionensi, Aragonini, Aragonio-Siculum, & Columnum symbola reprecentant. Toti imposito scutulo Aldobrandino, quod est carnileum inscripto baltheo sinistro aureo alternis urinque pinnis aperato, comitus ex utroque latere ternis ejus- dem metalli stellis. Carafarum & Gonzagarum fasciae aslumatae sunt ab Anna Carafa ma- tre Nicolas Mariae Ducis, filia Ludovici Carafa princ. Stigliani, & Isabella Gonzage, Vis- fiano Gonzaga Duce Sablonetate nata. Aragonia quoque gestamina videntur ab hujus Vespasiani uxore Anna Aragonia repetenda. Columninus laterculus certo ascitus est ob Isabellam Columniam Vespasiani matrem, cujus mater fuit Beatrix Aragonia Apiana. Aldobrandinae parvula causam non capio.

§. VI. Comites de Orgaz & M. de Algarve limbum scuto Guzmannio circumdant Alii lineg. ex argento, octo maculis muris Ponticinotatum. Comites de Teba cum Duce Medina Si- doniae convenienti, nisi quod limbum non adjiciunt. Marchiones de Ayamonte omisssis maculis hermionicis ahena & limbum Castello Legionensem servant, & Zunigense ge- stamen adjiciunt: sed illi potius ex Sotomajoria & Zunigense gente derivantur, Guzman- nio tantum connubii jure ascito nomine.

## C A P U T XXXIII.

## Harlei de Chanvalon.

## A R G U M E N T U M.

1. Gens Harlea. Linea.
2. Chanvalonii Parisiensis Archiepiscopus. Ma- jores Catharina Marcana.

3. Symbola Harleum. Marcanum. Brezeum. Crojum. Francicum. Sareponatum. Ambo- sum. Palatino-Bavaricum. Pillaviense.
4. Ornamenta scutis.

## §. I.

Gens Harlea inter Illustres togatas in Gallis ex præcipuis est. Originem suam Gens Har- refert ad Stephanum Dominum de Harlay, cuius sub anno 1250. memoria est. <sup>lxii.</sup> Ejus pronepoti Philiberto Baroniam suam in Burgundia ademit Joannes Dux, quod regi Franciæ contra ipsum adstitisset. Philiberti abnepos fuit Ludovicus, qui 1544. vivis excessit, ex tribus filiis totidem linearum autor. Ex Christophoro Comites Bellmontii (de Beaumont) ex Roberto Domini Sancti & Barones Montgla- senses, ex Ludovico præter Cefios Chanvalonis sati sunt, qui cum Bellmontius su- perant.

§. II. Quæ Bellmontiorum scuti dispositio sit, an fortè modo Harleo symbo- Chanva- lo contenti sint, ignoro. Ex Chanvalonii moderni Parisiensis Archiepiscopi Fran- lonii. tisci Harlei scutum refert Simmarthan. L'est de la Franc. L. 2. cap. 1. pag. 69. 70. Quod Parisiensis Archiep. tamen vix recte intellexerimus, nisi majores avii paternæ Francisci Catharinae Majores Marcanae, Iacobi Harlei Chanvalonii uxoris ante oculos habeamus. Fuerunt et- Catharinae Marcanae go illi



Robertus de Marca D. Bullio- ni.	Robertus de Marca D. Bullionii.	Robertus de Marca Dux Bullionii.
	Catharina de Croy.	Joanna de Marlay, Dom. de Florentis.
Catharina Mar- cana, uxor Ja- cobi Harlæi.	Guilema Sar- ponentana.	Philippus de Croy, Bar. de Quiquivra.
	Francisca de Brezé.	Walpurgis Mæria ex Anna Bavaro-Palatina.
Francisca de Brezé.	Ludov. dn. de desrezé C. de Mau- leuvrier.	Amedeus de Sarbruck Com. de Braine.
	Diana Pi- ctaviensis.	Guilema Lucenburgica.
Diana Pi- ctaviensis.	Jacobus, Dom. de Breze, Com. de Mauleuvrier.	Carolus d'Amboise, Dn. de Chamont.
	Carola f. naturalis Caroli VII. R. Franciæ.	Catharina de Chauvigny.
Diana Pi- ctaviensis.	Joannes de Poictiers, Dn. de S. Valier.	
	Francisca, f. Imberti de Bastarnay C. du Bouchage.	

§. III. Prænotatis his illam clypei dispositionem noveris, ut una transversa linea, & tres perpendiculares cum in octo areolas distinguant, quibus nona velsi ita velis prima in peculiari parvula sectionibus incubante accedit. Hanc partimulam quod concernit, argentea est duplice pale nigro distincta. Hæc Harlæorum tessera communis & gentilitia est. Quod reliquias attinet, primi ordinis prima aurea est & fasciam continet tessellam, tessellarum argentearum & coccinearum triplici serie: quo emblemata familia Marcana designatur, quæ Catharinae avia Harlæi fuit. Secunda arca carulea intra peribolum auream scutulum argenteum, comitibus extra peribolum otto aureis cruciculis refert: quod lymbolum est Brezaæ gentis, ex qua Catharina matrem vidimus. Tertia argentea tribus fasciis coccini exaratur, sed inducatanæ coccinea representat. Sammarthanus dictoloco Bourboniam stirpem notari credit: vetum designatio progonologica aliud docet, nimurum ob Caroliam, quæ per naturam Caroli VII. Regis filia & Catharinae proavia materna fuit, hoc inferum esse. Laterculorum inferiorem ordinem quod concernit: Primus ordine crucis cruciculis recruciatæ & in imo spiculatas aureis consitus leonem argenteum auro coronatum refert. Hoc signum est gentis Saræpontanae, ut in Nassovio scuto apparebit. Sammarthanus explicat Saræbruchi Comery. Et quidem avia Catharina fuit ex Commerceio Saræpontanorum ramo, qui à Simone descendit, Ioannis Comiris, cuius filia Nassoviæ dotalem comitatuum avitum atulit, fratre. Non tamen illi ramo hoc symbolum peculiare fuit, sed universæ familie, quod ex eo apparet, cum non aliud signum. Ioanna Saræpontana heres Nassoviæ familie intulerit. Si in eo discrimen queras, quod figura crucicularum in Nassoviæ parva alia appareat, scias & Germanos in figura illa representanda minus fuisse sollicitos, & brachiatæ atque spiculatas alibi etiam nostris caspingi: quod suo loco monebimus. In eo solo discrimen agnosco, quod Nassoviæ cruciculas argento, Galli meliori metallo tingunt, quod si discerni cilia causa factum probetur, non repugnabo. Proximus alternis aureis & coccineis palis exaratur, designandæ familia Ambosie, ex qua satis Illustri Guilema Saræpontanae mater oriunda fuit. Proximus quadripettitus leonem aureum in nigro solo, & virgatas argento & cœruleo quadras, symbola Palatinum & Bavariæ exhibet. Hæc in gratiam atumta Annæ Palatinæ, quæ Stephani Com. Palatini & Bavariae Ducis filia, Vincenti C. Mæris uxor atque Walpurgis, quæ Catharinae abavia numeratur, mater fuit. Extremus laterculus caruleus sex (3.2.1.) numos Byzantinos argenteos exhibet, capite scutario ex altero metallo supposito. Nota est familia Pictaviensis, Dominorum S. Valerii in Delfinatu. Unde quod in Sammarthano de Melodunia familia (Melun) additur, expungendum fuerit. Gestatur hæc quadra ob Dianam Pictaviensem Catharinae aviam maternam.



maternam. Ex his intelligas modum Gallorum, scuta affinitatum concinnandi, qui nostris insolens est.

§. iv. Ille clypeus fuit. Ornamenta adduntur ob Archiepiscopalem dignitatem, <sup>Orna-</sup>  
præter tamen caruleam, ex qua ordinis S. Spiritus cimelion pendet, cum ex equitum <sup>mota-</sup>  
numero hic Archiepiscopus sit, *pileus viridis*, dependentibus utrinque nodatis funicu-<sup>scuti.</sup>  
lis, & post clypeum collocata crux trifoliata vel liliata.

## CAPUT XXXIV.

Com. ab Harrach.

## ARGUMENTUM.

1. Familia. Linea.

2. Scutum.

3. Apex.

§. i.

Illustrissimorum Comitum ab Harrach origo est ex Bohemia, dictorum à veteri ea-<sup>Familia.</sup>  
istro, cuius rudera prope Crumaviam Bohemiam superant, Harrach. Inde transiēre in  
superiorem, demum inferiorem Austriaem, suntque Austria hereditarii Archippocomi s.  
stabulo præfecti. (apud Chifflet. *Marecallus* vocatur, quod erroncum autumo.) Pri-  
mus qui Austria immigravit, fuit teste *Bucelino Germ. Stemmatogr. P. 2. K. 2.* *Przybis-  
laus*, qui 1289. vita excelsit. Pronepos ejus *Bernardus ex Leonardo, Alberto, Joanne,*  
*Oswaldo* filius novas dedit lineas, quarum hæc de *Gogitsch* cognominatae, & quidem  
quæ à *Joanne orta*, in quartam generationem duravit. A *Leonardo* descendit linea, <sup>Linea.</sup>  
qua nunc etiam superat, in qua sex *Leonardi* successione à parente in filium se exce-  
pere. In quibus quartus *Baronis exornatus* est titulo, & intert *aureo velleris equites al-  
lectus* (vid. *Chifflet. n. 268.*) *Leonardi VI.* frater *Carolus comitis axioma obtinuit*, pa-  
ter plurium liberorum, ex quibus *Ernestus Adelbertus Archiepiscopus Pragensis &*  
*Cardinalis* fuit.

§. ii. Scuto utitur familia simplici ex antiquitatis more. *Chifflet. I. c.* ita enunciatur. <sup>Scutum.</sup>  
In scuto minato tres penne *Struthio incamelii argenteæ in literam Pythagoricæ dispositæ,*  
*tubulis coenentes, in corde scuti aureo byzantio numismate impresso.* *Germ. Drey weiße*  
*Straußsenfedern in einem gelben apfel oder kugel / die angelweise von einan-  
der stehen im rothen feld.* conf. *Vapenb. I. p. 20.*

§. iii. Paræ in initium duæ galeæ coronatae: ex priori expandit ala tubea cum <sup>Apex.</sup>  
typo scuti, altera duo cornua bubalina (alii vocantur proboscides elephanti, *Eles-  
phanten-schnauzen/*) cum senis utrinque *Struthionicis plumbis candidis.* Priori cir-  
cumfunduntur laciniæ ex argento & coco, alteri nigrae & aureæ. Olim non nisi  
unius galeæ usus erat, nempe prioris. Sed 1501. *Leonardus* duabus usus reperitur.

## CAPUT XXXV.

Com. ab Helfenstein.

## ARGUMENTUM

1. Familia. *Comites ad Viljam. Ex comitibus*  
*Dilingensibus.*  
2. *Linea Messkirchia. Wiesensteigia.*  
3. *Scutum.*  
4. *Helfenstein. Comitatus Ulmensibus ven-  
datus.*

5. 6. *Gundelfingia dynastia.*  
7. *Wildenstein Dominium. Cimbricis. Zimme-  
renses Comites.*  
8. *Gomegnies.*  
9. *Apex.*  
10. *Titulus.*  
11. *Successio Helfensteiniarum ditionum.*

§. i.

Qui à castro *Helfenstein* cognomen nostro adhuc tempore gessere, Illustrissimi  
comites *Helfenstein* à nonnullis vetusto tempore *Comites ad Viljam, Graeci Comites*  
*an der Vilß/ dicti perhibentur. Et aliquorum sententia ex vetustis *Dilingensibus* comiti-  
bus orti sunt. Nam *Burchardus Hugobaldi* com. *Dilingensis* filius, *Vldarici Episcopi*  
*Augustani* frater, *Helfenstein* calatum extruxisse memoratur. Illos verò *Dilingenses* Ex Comi-  
tates ex *Kyburgis* deduxit *Codex MS. veteris B. lithothece S. Udalrici Augstæ.* Apud *Ungar-  
Goldast. script. rer. Alemann. Tom. I. sub finem.* *Udalrici* enim avus constituitur bus.*

T

Hartman.



*Hartmannus I. Comes Kiburgius.* In ea verò genealogia *Burchardus*, quem *Henninges* *Helsensteinorum* satorem facit, non comparat. *Gabr. Bucelinus* ad *Agilolfingos Erichinoaldinos* hos etiam resert, & dicit ortos esse ex *Ethicone Warini* filio, *Ilenbardi* & 12. *Weltorum* patro.

§.ii. Deductio gentis, quantum mihi constat, plena non extat, certum tamen est, eam semper Illustri splendore fulsisse, & affinitatibus dignis eundem illibatum conservasse. In *Vlrico*, qui *Catharinam Sonnebergiam* uxorem habuit, filii superiori seculo in duas lineas divisa est familia. Nam à *Georgio Melskirchia*, ab *Vlrico Wiesensegia* est. Illa in nepote *Georgio Wilhelmo* 1626. hæc quoad masculos sequenti anno etiam in nepote *Ulrici Rudolo* defecit.

**Scutum.** §.iii. Scutum, quo uia fuit superiori seculo familia, extat in *Wapenb.* I. pag. 16. ut 1. & 4. quadra *Helsensteinam*, 2. & 3. *Gundelfingenem* tesseram repeterent. Postea verò auctius scutum fuit, quod post parentem ab *Illustrissima Maria Joanna Helsensteinia*, vidua *Palatina*, usurpatum vidi, cuius hic typum exhibemus. In quo prima areola & ultima *Helsensteinam* tesseram continet, secunda & tertia novâ partitione *Gundelfingiam* & *Wildensteianam*, novâ tandem pampulâ toti clypeo impolitâ.

**Helsenstein Co. mutatus.** §.iv. *Helsensteinum* proprium gestamen fuit in area *coccinea lineæ aurea* (perpetram monticulus à *Sibmachero* pingitur) insistens *argenteus elphas*: nigro colore dentes & pedes eius tingit, sed forte per errorem, quo & monticulum tribuit, *Cyr. Spannagel. Adelsp.* P.II. L. 12. c. 35. p. 38. b. Alludi videtur hoc symbolo ad nomen *Helsenstein* quasi *Helfenstein*. Iniquus verò est Jesuita in *B. Lutherum nostrum*, cum eum, quod *Glossmarg.* ad l. Sam. 4. t. *Ebenezer* ex vi vocis interpretatur *Helsenstein*, tanquam adulati comitibus studuerit, inculcat, à qua vanitate longissimè beatus ille absuit. Porro *Elephantum lineæ insistentem*, pingere non ea absurditas est, quam aliqui credant, nam antiquitas *elephantos* etiam *funambulos* memorat. De quo ita *Voss. Theol. gent.* l. 3. c. 50. p. 993. *Disciplina* est, quod *is* tribuit *Plinius* l. 8. c. 3. per *auras* *arma* *jacere non auferentibus* *ventis*, *inter* *segladitorios congressus edere*, *aut* *lastrinente* *pyrriche colludere*, *per funes* *incedere*. Ubi ut idem ait l. 8. cap. 4. *mirum maximè adversis quidem funibus subire*; *scd regredimatis utique pronis*. *In dubium* *hæc* *vocat Cæl. Scalig. Comm. in Arist. Hist. Anim. c. 2. p. 13.* Mihi, inquit, incredibile fit, per funes incessisse, ut à *Plinio* scriptum. Quæ enim contentio, aut qui demum funis tam bello funambulo satis esse videatur: *Sed non est nostra modetia, ea instrictis ire, quæ gesta sunt tota spectante Româ. Hujusmodi autem est de *Elephantis*, *funambulorum more* *per catadromum incidentibus*: ut cognoscimus non ex *Plinio* solum, sed etiam *Senece. Ep. 86. Sver. in Ner. c. 11. Galb. c. 6.* item *Dione vel potius Xiphilino in Ner. Caterum* comitatus ille 1369. à comitibus *Ulmene* civitati venditus est. *Conf. Mart. Cruf. annal. Sver. 1, 3, 11. p. 36. 6, 3, 5. p. 321.* Hoc 1366. anno *Ulmenses* comitatum *Helsensteinensem* emerunt. Decrescente namque *Helsensteinensem* re: *Opidum Geislinga & universum dominium illud* (cum villis, prædiis, castris, *telonis*) *in potestatem Ulmenium* venit, scd ingenti auro. Ter autem comitatus eis astu erexit, ter restitutus fuit, sed insirmè, donec contractus per *Papam*, *Imperatorem* & *Electores* patriaque nobiles sigillis corroboratus est. P. p. p. 322. *Vinditione* porro *Helsensteinia* facta: *comitissa Helsensteinensis* (quam F.F.F. *Reginam Ungarie* fuisse dicit) *Ulmenses* appellare solebat filios suos. Quare? quia ipsi (inquit illa) nostri heredes erunt. De injustitia contractus dein conquisti comites, & jure prætensionem suam repetere conati sunt, sed frustra fuisse.*

**Gondelfinga dy. baltheus coccineus acuminibus vel abscissorum ramorum vestigis asperatus** percurrit: alterum *argentum rubeus leo* exornet. Et quidem in superiori regione vidi præpositum dextro loco leonem, in inferiori baltheum.

§.vi. Balthei significatio est dynastia *Gundelfingenfis* (*conf. Wapenb. P.2. p.32.*) Legoverò *Georgii* ultimi *Domini de Gundelfingen* filiam *Georgio Helsensteinio Comiti* nupsisse, patiarum ditionum heredem. Caterum *Gundelfingenium* dynastarum vetus inter proceros *Svevæ* memoria est, in primis verò inclinavit ab *Henrico*, qui à 1227. *Augustanum Episcopatum* gessit usque ad 1252. quo se eo ultrò abdicavit, & monasterium ingressus est. Alius *Andreas Heripolensem Episcopus* fuit 1302. & 1315. decepsit. Duo quoque Abbates *Elvavangenses*, & unus *Henricus Abbas S. Galli* fuit.

**Wildenstein do-**  
**minium.** §.vii. *Leorubeus Wildensteinum* dominium notare videtur, atque ita pars esse *Cimbrice*



*Cimbrice* successionis. Conf. Wapenb. I. pag. 17. Unde de illa etiam familia aliquid dicendum. Nam verò deducere amant ab *Adelberto* & *Alberto* *Barone Cimbricoli* & *de Zimmerman*, circa 912. Cujus posteri continuâ serie enumerati leguntur apud *Henning. Theat. General. T. 3. P. 1. p. 437.* & quidem quod Baronum & Comitum promiscuè titulis olim usilist. Scutum verò gentile familiæ hujus carulcum argenteum leonem refert, qui bipennatum securum Amazonicam nativo colore pictam tenet. Alibi can manubrio recto, non nunquam curvato representari vidi. Ceterum ex nomine *Cimbria* & hoc leone, qui cum *Norvegico*, mutatis coloribus, convenit, confirmare nituntur suspicionem vel etiam traditionem veterem, quod familiæ hujus sator ex regia *Cembrorum vel Norvegorum* gente fuerit: Cum hoc leone aliquandiu solo usi fuerint Cimbrici Comites, inde in scuti quadrifida sectione alter leo, qui 2. & 3. aream occuparet, adiectus est, quem *Wildensteinium* esse conjicio, & deinceps in *Helfensteinium* clypeum translatum dixi. Imposita est etiam parvula media aquila insignis, quam §. 8. itidem in *Helfensteinius* considerabimus. Porrò gentem hanc clausit *Wilhelmus Comes in Cimbern*, Archiduca lis aulæ *Ferdinandi I. praefectus*. De hereditate eius nihil certi assertere possum; plures enim sores illustribus elocatas matrimonius habuit, quæ verò inter eas hereditatem ipsius creverint, non discerno. Cum verò inter eas fuerit *Apollonia, Georgii Com. Helfensteinii* uxor, & hic deinceps *Wildenstein & Melskirch* ex titulis Cimbricis propriis adiecerit, eam heredem vel solam vel cum aliis suis colligo.

**S. viii.** Toti scuto majori aliud medium scutulum imponitur *bipertitum ex argento & minio*, in eo expanditur *aquila biceps auro coronata*, & scutulum limbo circumgnatus; aquila verò & limbis eadem partitione afficiuntur, alternatis tincture coloribus. Titulorum si respiceretur ordo, *Melskirchium* dominium notari videri posse, sed aliunde accepi, designati *Gomegnies* dominium in Belgio: quod quo jure ad Cimbricos delatum sit, non perspicio, ab illis verò ad *Helfensteinios* translit.

**S. ix.** Scuto insunt tres galeæ, ex quarum prima nascitur *Helfensteinius elephas Aper argenteus*, lacinias dependentibus coccineis & argenteis: extrema ad sinistram *caput & collum cycni candidi* sustinet: collo vero illius immisum conspicitur *lignum*, in extremitatum utraque alium *bacillum* sustinet, cuius summata penna *pavonina* induntur: qui apex *Gundelfingenium* est, & lacinias circa se habet aureas atque rubras. Media galea, quæ medio responderet scutulo, coronata est, & ex ea exsurgit *aquila coronata & pennis pavoninis fastigata, minio & argento distincta, alas expandens*, quæ alternationi colorum in aquilarepondent, ut latere argenteo rubea, rubeo argentea apponatur. Aliquando scutulum singulis alis impresum vidi.

**S. x.** Titulo ultimus *Rudolphus* usus est: *Comes in Helfenstein, Baro in Gundelfingen, gen. Dn. in Gomegnies, Wildenstein, Melskirch & Wiesensteig in Welheim.* (auff Titulus. Welheim.)

**S. xi.** Hoc mortuo de successione lites ortæ sunt, & nondum quod sciam omnino successio terminata. *Wiesensteigam* verò *Dux Bavariae* recepit, & ejus nomine *Svecicorum comitem assidet* scanno: *Melskirchiam* occuparunt *Fürstenbergii*, alii heredibus contradicentibus.

## CAPUT XXXVI.

### Fam. Henriquezia.

#### ARGUMENTUM.

1. *Familia origo. Linea.*
2. *Scutum ducis Medina de Rio secco.*
3. *Henriquezia tessera.*
4. *Cabrera, Aragonia & Andinæ tessera.*
5. *Thalassarchia s. Admiralatu Castilia.*

#### 6. *Apex.*

7. *Scutum Ducis Alcale. Riberarum symbolum.*
8. *Comitum Alba de Lista. Guzmannia tessera.*
9. *Henriquezia de Almanza, March. de Silanaz & de Oropesa.*

#### S. I.

**E**X regia familia *Castellana* descendit stirps *Henriqueiorum* in *Hispania* per celebris. *Familia* *Cum enim Fridericus M. Magister Ordinis Iacobi, Henticis regis frater, vel ipsi Rex Hen-  
ricus genuisset Alfonsum, ei Henriquezi cognomen inditum, & Thalassarchia Castilla  
commendata est. Quod axioma ad posteros duravit. Ab altero hujus Alfonsi filio  
Henrico Comites *Alba de Liste s. de Liste* prosati sunt. Major Fridericus *Admira-**



*Castilia, Comes de Melgar & Rueda per filium Alfonsum Duces Medina de Rio secco, per alterum Petrum comites de los Molares, Marchioness Tarsia & Duces Alcalæ genuit.*

**Scutum Ducis Medinae de Rio secco.** §. II. Ex priori linea Ducum *Medina* est *Iohannes Thomas Henriquez de Cabrera*, admiralis *Castiliae* & *Dux de Medina de Rio secco*, cuius scutum describit *Sammartus*. l. *Eft.* del' *Eft.* p. 60, sed quod appetet ex *Chifflet*. Eq. A.V.n. 158.

**Scutum Henriquez tressera.** §. III. Scutum illud quadripartitum est, & 1. & 4. area *Henriquezium gentile dorypha* repetit. Est illud area in summo ad perpendicularum bipartita, utroque latere castello Castellano ornata, in imo rotundatum lacernata Legionenii tessera latone. Ratio hujus gestaminis ex §. I. intelligitur.

**Cabrera.** §. 4. Secundas & tertius alveolus in longum bipartitus conspicitur, dexterâ parte *aureum capra insilente nigra, margine septem pinnis furvis pretexo*, sinistra *de cussata Aragonis palis* & in lateribus *Andegavensis liliis picta*. Capra illa ipso nomine indice notat *Cabreram* gentem, cuius agnomen gens assumit, cum *Anna de Cabrera* & *Modica Ludovico Henriquezio Duci de Medina admirali Castiliae nupsisset*. In cuius majoribus, qui ad manus non sunt, rationem *Aragonie* & *Andini* symboli querendam non dubito. Interim dubitari potest, an *Fridericu illi*, cui *Chifflet*. Cabreri gestamen tribuit, illud convenire potuerit, serius genti allatum.

**Thalassiarum & Apulia tressera.** §. V. Limbus clypeo circumdatum quadripartitum: in 1. & 4. *argentea quatuor anchorae* & *Adchora carulea transversario stipe aureo conspicuntur*. In 2. & 3. *aurea quatuor equinotest hastatis coccineis currunt*. Anchore *Thalassiarachiam* l. *Admiralatum Castiliae* designant: Equitum rationem non intelligo.

**Apex.** §. VI. Apex est, aquila nigra perteiceans insidens prasinum, & in volatum assurgens, rostro & cruribus aureis, collo circumdata corona aurata, anchora limbi scutaris à corona pendente. Fascia tortilis & laciniæ ex auro & minio.

**Scutum ducis Alcazar.** §. VII. Altera linea est Ducum *Alcale cognomine de Ribera*, ex quibus *Anna Maria Luisa Portocarreris* ducatum attulit marito *Antonio Iohanni Ludovico Cerdino Medinaceli Duci*. Cui *Sammartus* d.l. p. 35, illud tribuit scutum, quod quadripartitum 1. & 4. quadra *Henriquezum symbolon* repetit, 2. & 3. quadram autem *auro* pingit, *scriptis ternis prasinis fasciis*, quo gestamine familia *Riberana* notatur. Jus autem hujus doryphorus ex eo, quia *Petrus linea* autor uxores habuit germanas duas sorores *Beatricem* & *Catharinam* filias *Perasani de Ribera* supremi judicis Andaluziæ. A quibus & nomen & arma genti illata. Apex cum priori idem est, nisi quod galeam coronatam dicit *Sammartanus*.

**Comitum Alba de Llida.** §. VIII. Tertia linea comitum de *Alva de Aliste*, teste *Chifflet*. Eq. A.V.n. 296. bipartito utitur clypeo, cuius prima pars *Henriqueziam tessera* servat, sinistra oblique dextrorsus & sinistrorsus scaturit; in summo & imo caruleo binis alienis in palum dispositis, auro & minio alveolatis, ternis hinc inde ad anserium aures erumpentibus serperastris aureis, uno introrsum, duobus extrorsum: lateribus *argenteis*, quinque muris *Pontici* maiulis nigris in decussim locatis impressis. Quod *Guzmanniorum de Niebla* symbolon Chifflet explicat. Galeam autem auro coronat, & apicem eundem dicit, quem n. 6. explicavimus. *Guzmannus* laterculus afflumi potuit ob *Theresiam f. Henrici de Guzman*, *C. de Niebla*, *Henrici Henriquezii* conjugem.

**Henriquezii de Almanza, March. de Alcazar.** §. IX. Alia item linea est *H. Henriquezorum de Almanza, Marchionum de Alcannazar & de Oropesa*: cui *Sammartus* pag. 95. Henriquezium scutum attribuit, limbo circumdatum *argenteo*, *impressis novem maculis muris Pontici*. Apicem autem eundem cum Duce *Medinæ* facit.

## CAPUT XXXVII.

### Com. de Herberstein.

#### ARGUMENTUM.

1. *Herbersteinorum scutum ex armoriali Sibmacheri.*
2. *Quæ in eo corrigenda ex B. Sigismundi libro.*
3. *Herbersteinum symbolum cantherius. Sigismundi Baro de Nobilitate. Lavis agricultura.*
4. *Similia Germanico idiomate.*
5. *Petri Paganælogia.*
6. *Oratio.*
7. *Rudolphi Agricole jun. conjectura.*
8. *Valentini Eckij.*
9. *Modestia Sigismundi Baronij.*
10. *Gentis origo.*
11. *Linea duodecim busus stirpis, Herbersteinia. Silesia. Mazenfis. Neupergensis. Pustervaldia.*



1. *Waldia. Sierendorfia. Lancovuzia. 17. Imperator in galea altera. Regis imago. Quatuor sceptrorum ad quatuor reges note.*  
 2. *Wurmburgia. Gutenhagia. Anstriaca. Windtauia. Wildbauia.*  
 3. *Gratiosa symbola Castilia & Austria. Cameraria & Dapiferi Carinthie.*  
 4. *Nenperg.*  
 5. *Haag I. Gutenhaag.*  
 6. *Apex. Elogia R. Sigismundi. Ioh. Ludovici Brascani carmen.*  
 7. *Ferdinandi Imp. diploma gratiosum.*
8. *Mosci imago in galea.*  
 9. *Sigismundi monumenta ab Ottone Friderico Com. communicata. Sigismundus Bacalareus.*  
 10. *Moderne typus.*  
 11. *Alia dispositio.*  
 12. *Tituli.*

## §. 1.

Illustissimæ Herbersteiniorum ex Styria nobilitate in sublimiore dignitatem evectæ familiæ gentilitia insignia videtur est in Sibmacheri & Fürtii armor. P. I. pag. 23. scutum ex Istæ serie: Clypeus principalis quadrifariam fecatur. Prima & quarta area coccinea cantherium defert argenteum; Secunda & quarta linea perpendiculari denuo in duas Sibmachiæ areolas dispegitur, utramque iterum coco infectam, quatum tamen prior turram auream, posterior fasciam ejusdem metalli defert. Huic scuto imponuntur tres galeæ coronatæ, è quarum media vir exsurgit adversa fronte, redimitus corona imperiali, qualis etiam vestis & palla est: dextrâ sceptrum, sinistrâ pomum quod vocant imperiale ostentans. Lacinia quæ dependent, coccineæ & argenteæ sunt. Prior galea sustinet imaginem regis umbilicotenus extantis coronati, & thorace loricâ, atque brachialibus ferris armatis; dextram eujus gladius nudus, sinistram tria sceptræ auræ implent. Lacinia eandem cum prioribus agnoscunt tinturam. Ex posteriori caffide exurgit Mosci rubeo habitu, pileo oblongo caruleo, pellibus martis in ora reducta apparentibus: Hic dextrâ tres sagittas, sinistrâ arcum tenet. Circumvolitantes autem phaleræ cocco & auro tinguntur. Clypeo huic majori duæ parvulae minores adscitæ: ad dextram nigra coruus inversis aureis strata, vulpem deferens argenteam: cujus antea priorum ex galea coronata inter alas corculis conitas erumpunt: Lacinia nigra & argenteæ. Sinistram quod occupat scutulum, rubeum pileolum aureum continet: qui etiam galeæ incumbit, sed coronatus & pennis argenteis fastigians.

§. II. Ea descriptio est ex dicto armoriali desumpta: in qua tamen non unum defideres, si conferas cum typo genuino, quem primarium decus hujus stirpis & dignitatis in ea autor Baro Sigismundus Herbersteinus (qui 1486 natus da ex B. 1566. decepsit, & quatuor ordine Augustorum Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. & Maximiliani I. consiliarius & minister fidelissimus fuit,) monumentis de vita sua inferuit, quæ proprio & alieno stylo Latino & Germanico idiomate edidit. Ego illa in primis obseruai: 1. Falcia quadrantis secundi & tertii, non auro sed argento tingenda est. 2. Primæ parvulae lateralis fera non vulpes sed lupus habetur, & lingua notatur cruenta. 3. Alterius ad levam figura non pileus (Pilgramehut) quæ aliquorum sententia, sed equestre jugum C. heleia (Noßthunier) agnoscenda est: cuius veritas ex §. 3. 14. clarebit: quod item de galea ista intelligendum est. Eandem figuram galeæ luce impositam atque coronatam in typo, cura illustris illius Baronis coloribus picto, ornata penne aquilina non argentea sed nigra & quidem curvata. Galeæ tres principis scuti quod concernit, prior regia imago quatuor sceptræ aureæ manu levâ tenet: armatura autem ferrea argento etiam exornatur: Media Imperialis tiaram sustinet illi dignitati solitam, auro, purpura & gemmis insignem: vestis interior argento fulget, palla exterior super humeros reducta, & fasciæ dependentes, cruccialis in iis acu pictis, purpurâ vel coco splendent, ora autem extrema auro: Mosci pileum & habitum gerit argentatum, utriusque ora reducta pellibus farta: cingulum autem & quibus togæ colligatur nodi laxiores (die schleusse) rubent. Arcus in leva auro splendet, nervo nigro: Dextra vero tria spicula aureum, argenteum, rubeum tenet, dependente ex pollice & rubco loro acinace invagina nigra, capulo argenteo: ex minimo autem digito flagello argentato. Huic vero typo majorem fidem adhibendam credo, cum in eo exstet libro, quem autor ipse huius dignatus est manu.

§. III. Hanc diatributionem explicaturis primo cantherius occurrit argenteus in area rubea. Hic vetus familiae dæmonia fuit. Quis de eo fensus fuerit cum honore ptefati Sigismundi Baronis, illa verba, quæ gratæ posteritatibus 1560. consignavit, docere possunt, cantherius, quæ Sigismundus.



dus Baro  
de Nobili-  
tate.

quæ fuisus huic inferenda credidi: *Et hoc commune non modo populum omnium, verum etiam familiarum plerarumque, ut libi de origine & vetustate generis majorumque suorum gratulentur, gloria & laudi id sibi fore putantes.* Quocirca me quoque cupido ista incisit, ut progenitorum atavorumque meorum nonum: & generationis seriem inquirerem, eamque descriptam publicarem, sed iusto seruit id mihi in mentem venit, qui rectius rem omnem vivo adhuc patre meo Leonhardo Herberstaino perdiscre potuisse. *Quantum tamen ejus rei ex quarundam literarum monumentis collegi, inscriptum hoc mihi referre visum est, non eo consilio, quod vel ipse de majorum meorum virtute tantum & virtutis premiis nobilitatisque insignibus partis gloriari atque eis contentus esse velim, vel agnati gentilesque mei causam & occasionem habent, ut ex veritate familia & nobilitatis origine superbos concipient animos, eamque solam jacientes existiment, nihil scilicet amplius ad laudem & gloriam requiri debere, ut generis antiquitas & nobilitas ipsa egregiis quoq. ipsorum virtutis factis confirmetur, sed ut postea domestica vera generositatis exempla ob oculos proposita habentes omnes actiones nostras ad majorum imitationem componamus, & unumquemque illorum tacite auribus cuiuslibet nostrum ilud Virgilianum infusurare putemus:*

*Disce puer virtutem ex me verumque labore.*

*Neg, frustra etiam illa ejusdem Poetæ verbade nobis pro se quisque ferri andiamus:*

*Et quid in antiquam virtutem animosque viriles*

*Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector.*

*Itaq. omnes qui nomine meo cœlentur gentiles atque agnatos admonitos rogatosque esse volo, Genealogiam istam nostram lecturos, ut in eam cogitationem mecum incumbant, maiores nostros non per oculum & a fidam aut malas artes præclarum nomen nobilitatis, prærogativam & virtutis monumenta consequitos esse. Et cum genero & stirpis atque arboris surculi sint & fructus ad spembonam editi, ut à stipite suo polulant rami sobolescentes non degenerent. Proinde grandiorum natu fucrit, adolescentulos à teneris statim cum cura & fide instituere, & præcepta virtutis atque pietatis illis instillare, ac deinceps vel eruditis in omni genere liberalioris doctrina excolendos præceptoribus tradere, vel inspectatam seu politicarum seu militarum artium disciplinam exercendos mittere. Quia in re parentes liberorum suis: ut honestam debebunt habere rationem sumptibus legitimis minime parcentes, ut modo filii eorum commodo aut in Academiis aut in Principum cohortibus sint loco, ubi extra languorem & ignaviam omnem, à prævorum sibi hominum conficiudine assidue carentes, in labore & virtutis exercitio juvenilem exigit et atcm. Non enim satis est homini, ut præclaro loco generosè sit prognatus, nisi natum splendorem virtutis studius amplificet atque cohonestet, & ad veram gloriam plerumque bona instituto plus affecti momenta quam natruias spectabilis & ET TENEIA, quod ex Platonis Philosophia sumptum, Horatius hisce expressit versibus:*

Fortes creantur fortibus & bonis,  
Est in juvencis, est in equis pattum  
Virtus, nec imbellem feroces  
Progenerant aquilæ columbam.  
Doctrina sed vim promovet institutam  
Restique cultus pectora roborant.  
Utcumque detecere mores.  
Decorant bene nata culpa.

*Tum autem satis constat, jam inde ab ipso primo omnium hominum parente Adamo neque illustri quemquam, neque obscurò esse loco genitum, sed aequali sorte omnes à genarcha editos. Qui vero et atibus omnibus industriæ, beneficentia & virtute alios mortales superaverunt, præceteris semper honesti habiti, atque Noribergæ in conspicuo ejus urbis loco elegiunt tale lingua vernacula scriptum esse audio:*

*Quo nobilis tum quispiam loco fuit,  
Cum foderet Adam & Eva fila duceret.*

*Wo was da der Edelman*

*Da Adam hact und Eva span.*

*Cui sententia eadem lingua Symbolum suum subscribi jussisse fertur Fridericus Imperator Romanorum Tertius:*

Alius



Alius ego quam quilibet non sum homo nisi  
Quod me ampliore honore dignatur Deus.  
Ich bin nicht mehr dann ein ander Man  
Allein daß nur Gott der ehre gan.

*Es praeclarè ab alio Poëta est dictum:*

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice, longo sanguine censerit? &  
Nobilitas sola est atque unica virtus.

*Res tota eugenie cum sc̄ habeat, dubium non est, quia progenitoribus majoribus nostris  
suum etiam fuerit gentis ordinis nobilitatisque primordium. Cujusmodi autem id fuerit,  
& quomodo illi antiquitus vitam tolerarint, evidens documentum capere licet, ex heredi-  
tariis nostris insignibus, in quibus illi habuere. & nos hodie quoque habemus veliam can-  
didam, super qua aratum suspensum ex praedio urbano in agrum & ex agro in idem pre-  
diū duci solet, unde liquet maiores nostros agricultorū fuisse, atque opinionem conjectu-  
ramque hanc meam amplius etiam illud confirmat, quod Dominus Guntherus Herber-  
steinius materni avi sui Domini Guntheri ab Haag, in quonomen id & genus defecit, in-  
signe, equestre videlicet jugum crocei coloris in rubea arcā depictum, anno à nato Do-  
mino & Salvatore nostro 1409. jure feudali à principe accepit. Sententia ista mea non  
est, quod cuiquam agnatorum mcorum gravis & molesta accidat, quod si namque vel pa-  
rens meus vel ego ipse agriculturam exercuissem, minimè id celarem, quin laudi quoque  
mibi eam rem ducerem, quippe qui familia posteritatisque meæ virtute atque virtutis  
præmio prælucere, quam à majorum claritate & nobilitate degenerare malim. Nam iuxta  
sententiam Divi Gregorii Theologici:*

Probrum est malum vocare non ignobilem.

Genus est eorum, qui diu sunt mortui.

Generi p̄cire, non nocere convenit,

Melius bonum esse quam crearier bonis.

*Et statibus omnibus à viris sapientibus judicatum est artibus aliis omnibus, quarum est Laus igit̄.  
aliquis in vita hominum usus, agriculturam, cuius præcipuum instrumentum aratum cum cultura.  
partibus suis est, præstabilitorem esse, tum propter oblectamenta rerum rusticarum, tum  
propter utilitatem, quam generi humano afferit plurimam. Ciceronis verba sunt: omnium  
rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberior, nihil dul-  
cius, nihil homini libero dignus:*

Beatus ille qui procu negotiis,

Ut prisca gens mortalium,

Paterna rura bobus exercet suis,

Solutus omni sc̄enore, &c.

*Cecinit sapiens Poeta Horatius, & Virgilius ipse de agricultura luculentissime scribens,  
sædem exclamat: O fortunatos nimium, sua si bona norint,*

*Agricultoras, &c.*

*Quapropter apud veteres Romanos illa in magno fuit honore, qui cum virum bonum lau-  
dare & titulo suo ornare vellent, agricultoram bonum eum esse dixerunt. Neque aliam etiam  
juventutem ad militiam commodiorem illi esse censuerunt, quamquæriri agris colendis ad  
duros bellī labores perferendos esset exercitata. In hoc vita generi M. Curius, cum de Sa-  
mnitibus & Sabinis & de Pyrrho Epirotarum rege triumphasset, summum et at tempus con-  
sumpsit. Et in agris tum erant Senatores, id est senes. Stolidem L. Quinto Cincinnato  
in agro aranti nunciatum est, eum Dictatorem esse factum, qui omnium summis Rome  
magistratus fuit: Mea quidem sententia, att Cato maior apud Ciceronem, haud scio, an  
ulla beatior esse possit vita, neque solum officio, quod hominum generi universo  
cultura agrorum est salutaris, sed & delectatione, &c. Legimus Davidem maximum  
& Regem & Prophetam à paternarum orum pascuatione (qua non postrema rustications  
pars est.) ad Samuelem Prophetam evocatum venisse, ut in medio fratribus ejus ab illo  
rex ungereetur super Israēl. Eumque à regia istiusmodi inauguratione adeasdem oves pa-  
scendas redisse, nec longe post, cum de bellandis esset vir ille spurius & incircumcisus, gi-  
gantea magnitudinis homo de clytris Philistinorum nomine Goliath, ipsum Davidem scimus  
& gregis paterni pasturum non sine numine & providentia Dei in castra Israhelita ve-  
nisse, & ab eo Philisteum istum prostratum esse infunda & lapide in nomine Domini.  
Primum quoque Bojemie gentis Ducem Premislau ferunt, ubi Princeps ab eo populo  
commu-*



communibus suffragis lectus esset, ab arato, in quo tanquam mensa cibum suum capiebat, vocatum & in ducalem sedem ductum esse. Qui ad tam inexpectatam sortis sua mutationem valde quidem obstupuit, in tanta tamen fortuna sparteos calceos suis (qui lingua Slavonorum Kurpic dicuntur) recreeroluit, causamque ejus rei rogatus, illam attulit, velle se calceos hujusmodi in Vischegradō, hoc est sublimiore arce, que ad Pragam sita diu etiam regum Bojemorum regia fuit, perpetuum esse monumentum ad posteritas em omnem, pri-  
mum Bojcmia Ducem ab arato ex agro ad imperium ducale esse evectum. Cum igitur in-  
telligamus, tantos & tam praelarios viros ante & post insigues res gestas agriculturae ope-  
ram navasse, & à prudentibus hominibus nunguam non metuenda sit fortuna conversio  
& mutabilitas, hic pricipue extremis periculisque tempestatibus, considerare merito  
in animis nostris nobiscum debemus, si quid prater specm divina permissione nobis eveniat,  
ita ut res nostra ad aratum redeant, quomodo fortunam praesentem excelsi & constanti  
peccore feramus. Nescimus enim, quid serus vesper ferat. Quapropter hoc tempore cum  
nobis res sunt secunda, ita moderter nos erga cuiusvis praesertim verò inferioris ordinis  
homines gerere debemus, ut illi si quid hujusmodi, ut dixi & res humanae ferunt, accidat,  
causam nobis obrectandi arrogantiamq; superbam ridendi non habeant. Id quod asse-  
quemur, si ad eam moderationem animi tanquam ad amissum quandam vitam & mores  
composuerimus, ut neque à superioribus despiciamur, nec ab inferioribus metuamur. At-  
que hac in parte Agathoclem regem Sicilia imitabimur, qui cum filii esset filius, ad re-  
gium tamen pervenit fastigium, & fortuna tali non elatus humaniter gessit imperium.  
Nunquam nobis excidere ex animis nostris verbasta debent, versiculis hisce ab Aufonio  
Gallico Poëta de rege isto expressa:

Fortunam reverenter habe, quicunque repente

Dives ab exili progrederie loco.

*Labor & exercitatio corpora firmiora atq; robustiora efficit, & animos quoque viriles red-  
dit, at otium & ignavia incitamentum & fomes est pravitatis & viciorum omnium. Mi-  
nimè verò dubitandum est, quin majores nostri regni mortales labore, industria, prae-  
claris virtutis actionibus, ab agricultura & rusticatione ad generis prærogativam & nobili-  
tatem ipsam sint evecti, quorum vestigia insistentes exempla illorum nos sedulè imitari  
debet, ut non eorum tantum gloria sed propriè etiam virtute nostrâ clari simus &  
nobiles. Sic scilicet futurum est, ut cum bonarum arborum simus propagines, bonos  
etiam & progenitoribus nostris dignos fructus feramus, per veritatis studium  
animorumque fortitudinem & constantiam rebus militia strenuè, domi justè & aqua-  
bilibiter gerendis, fidem & omne officium in servitio & administrationibus nobis com-  
missis Principibus nostris quovis loco & tempore probantes, minimeq; omnium commi-  
tentes, ut per animos degeneres malis artibus aut desideria recordi virtutem obfuscamus &  
contaminemus. Ita videmus, quod capitulo s. cantherium faciales appellant, ab hoc  
Illustri viro vehiam ereditam, quâ aratum veheretur.*

*Similia  
Germani-  
co idio-  
mata.*

S. iv. Vernacula lingua eadem fere agnatis suis reliquit: Sed non nisi partem  
huc transferam, ex quade terminis, quibus nostro idiomate figuratas illas appellari vult,  
confer: Weil dann dem also/ und meine Vorältern auch einen anfang ihres  
Adels gehabt/ wesh sie sich aber zuvor betragen/ gehalten und beholfen haben/  
muß ich einen glaublich irrdacien verstand ausi unserm erblichen Wapen abneh-  
men/ in denselben sie geführet/ und wir noch führen/eine weisse Schleife/  
daran man den Pfug auf den Astet und wieder davon führet/ daß sie Asters-  
und Bauleute gewesen seyn. So bestatt auch diese meine meinung/ weil Herz  
Günther von Herberstein seines Auberin Mutter halben Herrn Günthers des  
letzten dieses Namens von Haag Wapen/ einen gelben Roszhummet im  
rothen Feld/ im 1499. Jahr zu Lehen empfangen/ der Roszhummet gehört auch  
zum Ackerbau. Solcher meiner anslegung darf sich keiner beschwehren/ dann  
wo mein Vatter oder auch ich mit dem Ackerbau und Pfug gearbeitet/oder ge-  
nehret hätten/wolte dasselbe in warheit auch nicht verhalten/ ich auch viellie-  
ber der erst edel gemacht seyn wolt/ dann daß ich meinen Eltern ungleich besun-  
den werden solte.

Petri Pag-  
niologia. S. v. Ex iplius conjectura crediderim alios etiam sua haussisse; Huc Petrum Ps-  
anum Poëtam Laureatum refero, ejusque integrum elegiam hoc transferendam  
judico:

Herber-



*Herbersteiniana cernens insignia gentis,*  
*Virtutis summum mente revolve decus,*  
*Una fuit quondam, quarum nunc quinque videntur,*  
*Callis, & agrestis parma notata trahit;*  
*Helcia quoque videt eritata juncta corona;*  
*Indicium priscæ simplicitatis habent;*  
*At nova præclaris surgens virtutibus ætas,*  
*Indomitis junxit corda animo lupa.*  
*Altera Castilia turre duplēcēque colorēm*  
*Addidit, & pictos vicit honore lupos.*  
*Quin etiam summi facies habitusque Monarcha,*  
*Imperi⁹ signis fuit veneranda facta.*  
*Quid tecum regem sceptri ferroque potentem,*  
*Impositum cultis quid diadema comis?*  
*Aspicio ut curvo pharetratus acinace Moſchus*  
*Torquat in fratres lumina glauca duos.*  
*Spicula dextra gerit, dixit prenēt flagellum,*  
*Armata est arcu leva Boryffenio.*  
*Adde coronatas galcas, gemmasque coronis*  
*Inferas, magnum singula pondus habente,*  
*Scilicet ex humili stirps inclita sape parente*  
*Nascitur, & spretum tollit ad altra caput,*  
*Quis negat eorum genus à cultoribus ortum,*  
*Cui trahit principium nobilitatis erat?*  
*Quis negat hoc ipsum, dulci virtutis, avitis*  
*Splendidius signis emeruisse decus?*  
*Omnia cura potest, labor improbus omnia vincit,*  
*Munera sollicito parta labore vigent.*  
*Sola valet duros virtus superare labores,*  
*Principibusque suos conciliare viris,*  
*Illi⁹ auspicis solidum venatus honorem*  
*Libera Sigismundus jura Baronis habet.*  
*Nam quia consilii promovit Cæsar acta,*  
*Manera Cæsareo digna cliente tulit,*  
*Nee minus Anglia donum memorabile Regis,*  
*Testatur salvam tempus in omne fidem.*  
*Arma sed aduersi bellum misit Antonius Moſchi*  
*Significant longa dura pericla via.*  
*Quo Scythicas olim missus legatus ad oras*  
*Pertulit, irati dum movere ora Ducis.*  
*Tant⁹ molis erat, virtutis scandere callem,*  
*Tant⁹ fortunam vincere molis erat.*  
*Frustra igitur tullus & summos querit honores,*  
*Quisquis est, & curas Sardanapale fugis.*  
*Consilii opus est, quo retum longior uitus*  
*Comprobatur, hec est vi quoque mentis opus.*  
*Hac via virtutis rendentis ad ardua clave*  
*Panditur, hec titulus janua monstrat iter.*  
*Quam quisquis fuerit virtutis amore secutus,*  
*Herbersteiniadum jure beatus est.*

**§. vi.** Idem Pagatus in brevi enarratione vita ac rerum gestarum Sigismundi Oratio.  
nuela Cerdana herede ius suum derivant. 3. Cessiones alias Galli non concedunt validas  
Zyp. 1. 4. p. 29.

§. ix. Hec fuerte Francorum fundamenta: que si etiam ulla fuissent, plurimum se  
culorum decursum vim suam amisiissent. Nec credendum, servare voluisse Gallos ius suum,  
quicum Castellæ regibus toties pacti sunt & contraxere affinitates, nulla prætentio  
num earum facta mentione. Caterum ad Castellæ & Legionis honorem spectat,  
quod Rod. Santius hist. Hispan. P. 1. c. 17. obseruat: *Vnumquaque regnum* (sc. in Hi  
spania) *nomen regium* sibi assunxit a nominibus provinciæ, quibus tempore, quo regna  
creata sunt, nuncupabatur. Nomen vero Hispania res ipsa & veritate ac debito universalis  
successoris titulus, sed & omnium nationum ore & nominatione, in ea parte Hispanie man  
sit, que hodie subjicitur regi Castelle, ea potissimum inter ceteras rationes, quia reges Ca  
stellæ, a quibus ipse descendunt, Monarchiam Hispaniarum (ut dictum est) magnus temporibus

in soli-



*in solidum noctis sunt. Accedit quia constat majorcm Hispaniarum partem subditam ferè regi Castelle. &c.*

S. x. Secundi quadrantis prior regio aurea quatuor rubeis palis distinguitur. Quo symbolo Aragonia regnum designatur, vel potius Barcinonensis comitatus: Cum enim nuberet Petronella heres Aragoniae Raymundo Berengario Com. Barcinonis, ille propria retinuit atma, & ad posteros reges pro regi stranmislit. Et quidem in Hier. Pauli Reg. Arag. ser. T. II. Hisp. illustr. p. 851. de nuptiis Petronellae & Ramiri illa dicuntur: *his nuptiis matrimonii tabulis ex pacto conuento Barcinonensi insignia regis Aragonensium in signibus preferri cepta.* Fabula autem esse videri potest, cum palos inde derivant, quod Carolus Calvus digitis sanguine tinctis in lepto Godefredi Piloi C. Barcinonensis eos puriferit. Videatur tamen eam non omnino improbat Menestr. L'art du blas. justif. c. 12. p. 398. & probavit eandem M. Gilbert. Varenn. R. d' arm. P. 1. p. 89. P. 3. p. 400. quicquidnam opidò fallitur, cum à Ramiro II. R. Aragonia hæc recepta armadicit, quæ majorum ejus nullus gestaverat, neque ipse quoque usurpavit, sed gener ejus, ut modo vidimus. *Luccius Marinus Siculus de Reb. Hisp. L. 9. p. 373.* Ludovicum regem nominat, qui Griffum L. Goffredum Comitem Barcinonis designaverit: *Cui præcepit, & etiam ceteris, qui Barcinonæ gubernatione præfuturi essent, ut armis & insignibus Otogeris Golantis uterentur, que sunt in aureo campo purpurei baculi quatuor, medius & extremiti crocei vel aurei.* Simili testera utuntur Merodu. Inde E. Gelen. de Magn. Col. Agripp. L. 2. f. 20. pag. 174. Merodilia de eagine dicit, quod plane eodem symbole uratur, ob necessitudinem cum familia R. Aragonie; addit, se vidisse in eam rem diplomata regia data 1386. & infantis Aragonie 1384. Domus verò Foxia, quod ex comitibus Barcinonis ortum suum ducere amat, Foxia tres palos rubeos auctæ parvæ inscripsit, per diminutionem ad disserendum. Menestr. verit. art dubla. p. 356. Huc referendum, quod Hieron. Blanca comm. rer. Aragon. tradit Iacobum I. Aragonie regem genuisse ex Tertia Egidii Vidaure nobili filios duos, Iacobum & Petrum, qui licet in curia Romana matrimoniū nullum declaratum fuerit, legitimi tamen pronunciati, quorum illi Exericam, huic Ayervium donarit, unde Exericus. Ayervim. duæ regiæ familie Exericatum & Ayerviorum, quorum illos dat scutum Aragonium limbo circumdatum, in quo octo scutula, singulis fasciis exornata. His item scutum Aragonium inscripta cruce totum scutum percurrente, sex scutulis, fascias singulas deferentibus insigni. Prætereagenuisse etiam ex concubina Petrum Ixaris Dominum, à quo Belchitenæ comites, & Ferdinandum Castrum Baronem, quibus item Aragonios palos tri- buit in quadripertito scuto bis repetitos, additis 2. & 3. laterculo pro illo symbole Navarreno, pro hoc stella caudata. Sed tinturæ s. colores non exprimuntur. Idem pag. 830. memorat Martino Lanuza à Rege Aragonie concilium, ut proprio scuto, quod quadripertitum gestabat, duobus leonibus & totidem aliis igniis, præponeret palos Aragonios: *Quasi insigni ea insignium permisso Res ducere ip sis rebus communiter gestis ipsum Martinum pene simul secum triumphare fas esse.*

S. xi. Multæ aliae feruntur fabulæ de antiquis Aragoniæ regum insignibus, sicuti Veteres ipsa historia tenebris immerita est. Placuit tamen sequentia adducere, pleraque ex Hier. Blanca Comment. rer. Aragon. I. Volunt Innici Arista & R. Navarreni primi insignia privata fuisse aristas ardentes (nempe in scuto rubeo et redicim aures. 4. 4. 4. 1. Varenn.) Atilla, unde etiam nomen habuerit: sed Eruditissus Oibenart. in Not. Viscon. rectius Arista, nomen deducit ab Harizeta pago Baigorræ. II. Inico illi pugnanti adversus Mauros Crux apparuisse refertur in cyaneo scuto crucem argenteam acuminatam, sed in dextra clavi parte, quæ dein Aragonia regibus usurpata sit. III. Soprarbicosi regno, quod hinc fuisse illud, ex quo Aragonicum prodit, dant ex nominis analogia cruciculam arbor. bori imminentem seu arborem super galeam pari commento. Ut autem fides fieret, apparitio ferebatur, quæ facta Garzia regi, cum Ainsam à Mauris vindicaret, videbatur crucis rubra fulgentis in arbore viridi. Conter. Haping. & Hier. Blanca Comm. rer. Arag. p. 882. IV. Privata Sancti Abarca insignia fuisse calceamenti aliquod genus, Abarcæ quod Abarcæ appellant. V. Petrum primum regem Aragoniæ ob victoriam 1096. ad Crucem cum Maurorum Oscam contra Almozabenium Caesar Augustanum obtentam, quo prælio 40000. Mauro- capibus rum cecidere, dicitur insignibus inscriptis crucem rubram (in memoriam visi equitis S. Georgii flammeam crucem in pectori gerentis) in argento scuto, cum 4. Mauro- rum regum capitibus, quæ abscissa inventa, multis & pretiosis ornata gemmis & præcipuis exculta armis, regum esse agnita & ei oblata fuerant, in angulos crucis dispositos.



Ita *Luc. Marin. Sicul. de reb. Hispan. L. 8. pag. 367.* ista dein propria fuisse Aragonie insignia. Quod si verum, saltem diu non duraverint, cum patruus fuerit *Petracelle*, cuius maritus Barcinonensis Comes insignia propria substituit. VI. *Ramiro regi duc insignia crucem argenteam in cerculo aurore, quæ à posteris sicut mutata Martana de reb. Hispan. L. 9. c. 2.* VII. Ajunt cum *Iacobus Rex urbem Valentiam obliteret, vestigio hominem sibi in regii tentorii vertice media luce nidulum collocaisse: quem rex noluerat abigi, unde pullos ibi peperit & exclutit.* De hoc dein *Blanca* ista addit: *Inde Rex Iacobus capti jam urbe ipsius vesperulationis effigiem in superiori partere regi armorum senti collocari jussit, eaq. insignia Valentino regno concessit; que ab eo tempore adhanc usque etiam tenebatur sub rat pennat vulgari vocabulo propria manserunt militarium insignium ornamenta.* Miror autem, cur in *Surit. & nostri Annalium voluminibus atque in publicis aliis nostrarum rerum, que quotidie proferuntur, monumentis, hec quasi Aragonum regni insignia collocata sunt: cum nunquam nostra nec Aragonum regum, sed istius tantum Iacobi regis fuerint, ab eoque primum elogii loco gestari solita, postea Valentia ac Valentino regi concessa.* Hæc ille *Blanca.* VIII. His addendæ ex *Hepingio*, si ramen is autores, quos allocat, satis intellexit, *aquila*, quæ ad regum Aragonie prærogativam spectent.

**Vesper-**  
**tilio.**

**Aquile.**

**Successio**  
**regum.**

**Præterito**  
**Franco-**  
**rum in A-**  
**ragoniam**  
**& Catalo-**  
**niam.**

**Occupatio**  
**Caroli M**  
**Franco-**  
**rum jura**  
**in comites**  
**Cataloniae**

**§. xi.** Regnum hoc Aragonie ortum a *Ramiro* cepit, naturali filio Sancii majoris R. Navarreni, qui provinciam *Aragonia* regni nomine tenuit. Idem in familia ejus duravit ad *Petronellam*, quæ Barcinonensi Comiti inupta fuit. In hujus posteris regnum continuatum usque ad *Martinum*, in quo defecit 1410. Sed electione ad idem elevatus est *Ferdinandus* ejus ex sorore nepos, *Ioannis R. Castelle* filius, cuius nepos *Ferdinandus Catholicus* per filiam Joannam Philippo nuptam regnum ad *Austriacos* transmisit, penes quos nunc etiam est.

**§. xii.** In hoc quoque regnum & partem ejus *Cataloniæ regi suo Franci* jus aliquod asserere laborant. *Iac. Cifan. rechercb. L. 1. c. 2. pag. 69. seqq. Blondell. Gener. Frans. ass. p. XLV. \* 1. a. In specie pro *Catalonia. Memoir. & instruct. pour les negot. de paix concern. les droits du R. de Fr. p. 115. & liber Catalogne Françoise. alleg. apud Vict. Siri Mercur. T. 2. L. 1. p. 33. seqq.* Fundamenta adducta huic quoque transferamus, & quid pro iustitia Hispanica respondeatur.*

**Tituli Gallorum apud Cassinum.** I. Occupatio *Caroli M*, qui vocatus *Cæsaraugustam* expugnavit, eamque sub conditione fidei Francie & Ibnabah & regulo concepit. Sed & postea *Comites Aragonia* Francicis auspiciis praefuere. Confer *Adelm. in Annal. 806. Marian. L. 7. c. ii.* Similiter *Catalonia* primum à *Pipino*, qui vindicandis injuriis, quas à Saracenis Gallia accepérat, Mauros in Hispania adortus est, eique Salnoan Maurusterritus Barcinonem & Gerundam subiecit. (*conf. Taraph. de orig. & gest. R. Hispan. in Alf. I.*) & postea Carolo M. subacta, capta *Barcinone*, cuius regulus *Zaëtus* prius dedititius, dein rebellis fuerat. *Egimb.* dicit occuparam ad Iberum fluvium *Hippanum*. *Ludovicus Pius* impôsuit *Beram* Comitē ex Gothorū sanguine, sed ob eo perfidiā condannato, *Bernardus* Gallus sufficitur, ob quod Gothi juncti Mauris Cataloniae depopulati. Nec tamen fidelior fui *Bernardus* Domino suo. *Carolus Calvus* 874. vel ut alii *Crasfus* 885. *Gufredum*, antea tantum gubernatorem, investitivit de comitatu. Vide *Surit. Indic. rer. Arag. ad ann. 874. Conf. eund. ad ann. 845. ut & sequentes reges illius successores.* Illi etiam de comitum delictis cognovere. Nec minus *privilegia* in *Catalonia* concessere. *conf. Surit. Indic. rer. Aragon. ad ann. Christi 844. & 860. 8-6. 8-7-8. Episcopi Barcinonenses, Urgelitani, Gerundentes & Ruscinonenses comparuere in comitiis Francie & Synodis.* Nec minus *Ludovicus* pius quasdam declarationes suas iussit custodi Barcinone, Empuriis, Ruscinone. Ita & acta publica notata annis regum Francie. *Conf. alleg. memoir. p. 116. 117. Conf. Adelm. annal. ut & Annal. ad ann. 797. Surit. Indic. rer. Arag. ad ann. 797. 801.* Primum Aragonia, ex eomitum familia matrimonio in regiam dominum illapta, defecit, cum *Ramirus* à rege Navarre parte constitueretur ejus R. ex *Catalonia* diutius in potestate fuit, nam & *Raimundus Berengarius C. Barcinonis*, cui ab uxore Petronella regnum Aragonie obtigit, *Ludovicus R. Gallie* præstít homagium. Donec 1180. *Alfonsus R. Aragon.* vel potius Archiepisc. *Taraconensis* in concil. *Taracon.* interdiceret notariis, ne annos regum Franc. in publicis actis annotarent. *Fr. Taraph. de reg. Hispan. in Sancio III.* Quid in potestate subditi non est, iura principis imminuere. Favebat vero *Philippi Augusti* eo tempore minoris ætas austi bus *Catalanorum.*

Resp.



*Resp. Hispanorum:* 1. Aragoniae comitatus non à R. Franciae sed à regibus *Navarræ* *Responsio*. dependebat, illis ergo tantum decessit, quod Aragonia in regium titulum profecit. *Traictatus Hier. Blanc. rer. Arag. comment. in R. Garsia Innei.* 2. Traictatu Claromontano 1270. *Claro-Philippus R. Franciae remisit jus suum in Catalonia regi Iacobo. Hoc Surit. in indic. rer. montanuse. Arag. dicit 1258. in conventu Corboliensi factum. Sic & Marian. L.13. c.ii. ac Siri l.c.p.36.*

De his tructatus valore disputatur. (*Blondellus* tamen contra cum nihil excipit.) *Qꝝ con-*

1. Contra eum faciunt. 1. Jura coronæ inalienabiliæ. 2. Juramentum regis in co-*tra illum.* ronatione. 3. Comitiorum & parlamenti consensu deficiens. 4. Cum dicitur remissa superioritas in *Linguadocium* à R. Aragonie pro æquivalente illius concessionis, ne- gant Galli, Bertrandum Tholosanum, quia comitatus coronæ sit feudum, potuisse feudi obligatione eum Aragonie subdere. 5. Saltē si quod jus habuerint Aragonii, illud perdidisse bulla Papæ, quâ Petrum Albigenium fautorum devovit diris. 6. Permu- tationem esse inæqualem.

2. Pro eo faciunt: 1. Obligatio in successores derivanda à decessorum pactis. 2. *Pro illo.* Permutatio fuit juris Aragonici in plures Linguadocii civitates & Francici in hunc co- mitatum. Unde regno non detrimentosum pactum. *Conf. Zyp. 1.4. p.30.32.*

3. Jam pridem vix aliquid præter titulum penes reges Franciae fuerat. *Marian. L.13.* c.ii. Cum hac ratione supremum in Catalonia imperium Franciae vindicetur, tan- tum titulus feudalis penes Hispanos maneret, quem ipsum tamen ob Dominos saepe armis appetitos perdiderent. *Siri l.c.*

II. *Fundamentum Gallorum.* *Alfonſus Imp. Hispan. in castris ad Bajonom 1132. te-* Alfonſi stamentum fecit, quo equites Templarios instituit regni heredes. Unde *Raymundus M. testamen-* ordinis regnum occupare conatus, sed demum cum *Raymundo Berengario*, qui ob tum & uxorem regnum sibi afferuit, pacifico coactus est. Transactiō sequentes magistri con- *successio* templariorum tradixere, nec etiam conditions impletae. Unde *ordine Templariorum* postea sup- *Templariorum.* preſo; à Papa major pars bonorum regi Galliae, in quibus haec prætenſio addieta. *Conf. Surit. in indic. rer. Aragon. ann. Chr. 1136. Blanca in R. Alfonſi.*

*Resp. Hispan.* 1. Alfonſus non potuit fratrem Ramirum & alios necessarios præteri- *Responsio* te. 2. Actio in Templarios, cum ordo extingueretur, à plerisque adhuc in justitia car- aguitur: nec ex eo validum jus Gallis. *Conf. Phil. Camer. Hor. subc. cent. 1. c.83.* 3. *Transfe-* gere ordines 1143. Eaque transactio à Patriarcha Hierosolym. & Pontifice Hono- *rio IV. confirmata. Surit. indic. rer. Aragon. ad ann. 1141. 1143.* 4. Si Templariorum or- do heredem habuisset regem Galliae, saltē adhuc ordo Rhodiorum restaret, qui cum Templariis & custodibus sepulcri Hierosol. simul institutus, sub nomine veteri *Hospita-* *lariorū*, apud *Surit. indic. rer. Aragon. ad ann. Chr. 1133. Conf. Marian. L.10. c.15.*

III. *Fundamentum Gallorum.* *Petro R. Aragonio*, ob feloniam, ingratitudinem, *Petr. Ata-* Siciliæ injustam invasionem & Francorum editam lanienam, à *Pontifice*, cuius benefi- *cion. a Pon-* *tifice ex-* *autore* *to* Aragonia tenet, *ex autorato*, jus regni hic *Carolo Valesio* Petri ex sorore nepote, rum ob hanc cognitionem, tum ob beneficia Gallorum in sedem Romanam, conce- dit. Ob quod Galli illud aggrediuntur, & majori ex parte subjugant. Unde jus hoc cum reliqua Valesia successione ad reges Francie. *Paul. Aemil. in Phil. III. R. p.235.*

*Resp. Hispan.* 1. Pontifici non concedunt Galli in temporalia regum potestatem. *Responsio* Nec potestas Papæ in temporalia Aragonie probata. 2. *Carolus Claudius* captus pro- misit inter alias libertatis conditions, ut jus à Papa concessum Franci remitterent. Quâratione 1288. dimissus est. *Marian. L.14. c. II. Surit. indic. Aragon. ad ann. Christi 1288. Pontifex vero conditions rescidit. Id. ann. 1289.* Sed alia pactione Aragonia rediit ad reges suos. *Ibid. ad ann. 1291. & 1295. Marian. L.14. c.17.* Vicissim *Carolo Valesio Andinus* ille *Andes* & *Meduanos* compensationis causâ cessit. *Sammarth. geneal. Dom. Franc. L.30. c. 2. Confer Zyp. 1.4. p.30.* 3. Novo fædere 1295. (vid. *Surit. in indic. rer. Aragon. ann. Chr. 1295.*) regi Francorum Aragonius conciliatur, ut auxilia etiam ad Anglicum bellum subministraret.

IV. *Fundamentum Gallorum.* *Ioanni regi Aragonie* nullus filius sed filia superflue- *Ab Jolan-* re, *Ioanna Matthei Foxii & Iolanda Ludovici II. Andini R. Siciliae uxores.* His cum in re- *da Arago-* nia ius An- *glo* fæmineæ successioni, quod exemplo Petronella Ramiri filiæ constat, capaci, de- *ditorum.* beretur successio, Sibyllæ Joannis noveræ astu factum, ut fratres *Martini* regnum in- vaderet. *Foxius* jus armis persequi frustra conatus est: ab eodem instituto, quia *Foxia* & *Andina* forori jus relinquebat, hujs maritum negotia Italie detinuere.



Ita licet Statuum magna pars *Iolandae* faveret, in primis Hereditarum gens, Ferdinandus Castellanus electus est rex: jure tamen Andinorum integro, quod hac ratione ad reges Galliae cum reliqua hereditate delapsum. Conf. *Surit. ind. rer. Aragon.* ad ann. 1395. & in primis *Hier. Blanc. Comment. rer. Arag. in R. Mart.* & dein in 4. interregno, ubi tota historia electionis & competitorum. *Marian. L. 20. c. 2.*

**Responsio.** *Resp. Hispanorum:* 1. Martinus masculus jure nepotes ob sexum antecessit: & à Statibus vocatus est, exploso *Foxi* jure. Quin & fœminas successionis incapaces, p. 2. ex exemplo *Constantie Castellensis Petri* filie: quo recenti quam veteribus exemplis statim p. 2. stet. Ita *Vrgelitanus* apud *Marian. L. 20. c. 2.* Excip. 1. Testamentum Petri patris Martini, quo huic neptes præferebat. *Blanc. rer. Arag. in rege Mart.* Conf. *Marian. L. 19. c. 5.* 2. Fœmina successionis in hoc regno omnino capaces: & ipse Ferdinandus deinceps hoc intuitu martis electus. 3. *Iolanda* in gratiam Martini, antequam nubaret, & cum nuberet, juri suo renunciavit, addito juramento. *Zyp. I. 4. p. 29.* Exc. Renuntiationem à minorenni factam, & reverentia patrii libertatem impediens, sed & Martino sine liberis extinto jus prius reviviscere debuisse. 3. Joannis testamentum Martinum ad successionem vocabat. *Surita indic. rer. Aragon.* ad ann. 1395. *Zyp. I. 4. p. 22.* *Blanc. rer. in R. Mart.* Exc. De testamenti veritate. (vide apud *Siri p. 37.*) dubitandum, nec minus de valore: sed & Martino sine liberis decedente illius dispositio terminatur. 4. Fœmina semel exclusa (italic *Jolanda* à Martino) semper exclusa maneat. Obj. Excludi dum superfluit masculi: sed reviviscere jus illis extinguis. 5. Autoritate Pontificis *Benedicti XIII. novem*, e singulis regnis terni, electi arbitri regnum adjudicavere Ferdinandu, quam sententiam Pontifex confirmavit. *Zyp. I. 4. p. 18.* Exc. A Pontifice illegitimo, & qui à Constantiens concilio less. 32. declaratus per iuris, rebellis, contumax, schismaticus, hereticus, & tum privata ex causa Franciæ inimico, per arbitrios Hispanos Gallicæ nationi infestos, contra legem Dei, naturæ & gentium privans liberos successione paterna, injusta est sententia. Et mox Jolanda adversus judices quatuor ut suspectos antequam terrent suffragia protestata est. ap. *Blanc. & Marian. L. 20. c. 2.* 6. Testamento alias negant Galli regna tenequi posse. *Zyp. I. 4. p. 20. 21.* 7. Si quod jus Andinorum, si sine Lotharingorum injurya, qui per matrem ab illis descendebant, regem non potuerer heredem dicere. *Zyp. I. 4. p. 21.*

**Renatus Andinus ab Aragonis & Catalani rex dictus.** *V. Fundamentum Gallorum. Aragonii & Catalani à R. Ioh. Aragonio descendentis agnito Andinorum jure 1468. Renatum Andinum dixerunt regem.* Hic etiam eo misit filium *Ioannem*, cuius successus initio prospiri tandem morte ipsius corrumptur. Ab Andinis transmissa successio ad reges Franciæ.

**Responsio Hispan.** 1. Factum hoc seditionum jus non dat. 2. Quæ Joannes Andinus armis occupaverat, meliori jure iterum vindicata. 3. Lotharingis non regi patrinciparentur, quæ Andini juris probarentur tuisse.

**Rex Ludovicus XIII. Catalanae & Doctri minus sumus.** VI. Accesit dein quod *Catalani* gravibus pressi tributis & militum insolentia versus, xati, cum 1640. motus cepissent, conf. *Siri T. I. Merc. L. 1. p. 45. seqq.* abdicato rege suo, in his patro. regis Gallia se dedere patrocinium & dominium, articulis 1641. consignatis, quod ille nus & Doctri veteri jure in se suscepit: juramento servare libertates Catalaniæ, & ut principatus, una cum comit. *Rufinone* & *Cerdana*, nunquam divellatur à corona (art. 13.) promittens. Heri nomine præstiterit hoc *Mareſe. Brezæus* 1642. 23. Febr. in urbe Barcinone. Ut autem probetur, Catalanos hoc modo principem suum abdicare potuisse, rationes considerandæ sunt, quibus apud *Siri d. l. p. 27.* id ostendere conantur: 1. Non aliud in se imperium agnoscere Catalanos, quam quod ab ipsismet sit. 2. Principatum electivum esse non hereditarium (etiam si amore principum plerumque primogenitos elegerint. Exemplum contrarium, cum Oliva fratre Seniofredi posthibito, patruelis electus est,) nec conditionem hanc mutatam Aragoniæ unione, aut ullo contrario exemplo, quod eo ipso sit invalidum, quia contra leges sit. 3. Leges municipales ita esse immutabiles, ut non subjaceant principum arbitrio. Unde cum aliae omnes provinciae ad secundam iussionem cogantur regia mandata exequi, nisi crimen committere velint, Catalani non tenentur ad hoc, si privilegia ledantur. Cumque rex ipse fateatur, eos ad nullam obedientiam obstringi, nisi prius juramento confirmatis corum privilegiis, hæc si violentur, sunt in eo statu, in quo fuere ante juramentum. Conf. *Tostam. Iacob. I. R. de Aragoniis Castella nunguam subdendis* apud *Surit. annal. L. 3. c. 43. ann. 12. 48.* Conf. *Vitorio Siri T. 2. Mercur. L. 1. p. 137. seqq.*



Responsio.

*Resp. Hisp. I.* Ita illa seditione acta. 2. Quod atinet ad prætensam libertatem Catalanoru[m] ea & Castellanis impugnatur. & retellitur illis, quæ Franci pro jure suo ex antiquitate adserunt. vide *Scrip. 33.* qui ipse existimat, fundamenta Catalano[r]um his convelli.

*VII. Fundamentum Gall.* Adde alius quoque: *jus apud Blond.* geneal. *Franc. T. 1. p. XI. v. b.* ubi *Pacta dominica* Joannis Aragonii & Blanca Navarensis p[ro]litis dotalitum, illius omnia bona vindicantur. *Blanca* talia joan- liberis; à quibus ad regem per F[erdin]ox & Albretanos successio[n]em. *Hispani* his fundamentis in genere nisi Aragoni & Blanca Navarre. *Oppignatio* opponent *prescriptionem*, & *renunciationem* generalem in p[ro]liti. *Madr[ida]*, n. 7. quam fortissime constringit renunciatio specialis in p[ro]liti. *Cresc[u]c. art. 12.*

Denum pace que 1657. conclusa art. 42. Pyrenæi constituant utriusq[ue] regni limes. & art. 48. restitutio locorum occupatorum sancitur. Quo videri potest abdicatum, si quod juris in Aragoniam & Catalonia[m] prætendebatur. Sed confer etiam art. 89. quo corone indefinite sue scilicet *scilicet* *prætensiones*, quod tamen ad vetera illa & lapu temporis extinta vix extendetur.

*S. XIV.* Aragonia etiam connumeratur *Ruscinonensis Comitatus* (*Ruscinon*) & civitas *Perp[er]nianum*. Ille comitatus situs inter duo cornua Pyrenæorum, modo Gallia modo Hispania ab aliis accensetur. Certe ex quo defuncto ult. Comite *Gerardo* 1168. ad *Alfonsum Aragonie regem* fuerat devolutus, in hujus successorum potestate manuit. Videri tamen volunt Galli eundem sibi animo servasse. Unde pro rege suo scribit *Cassius rech. des dr. L. 1. c. 8. pag. 417. seq.* *Statut des mem. & instr. concern. des dr. des R. de Fr. p. 112.* *La Catalogne Franç. ap. Vill. Siv. T. 2. L. 1. p. 337. seq.*

Fundamenta Gallorum sunt: I. *Naturalis distinctio Pyrenæorum*, quos Galli nisi bello adversus Mauros gerendo superare non soliti. Illiberis (*Colvre*) *Ptolemeus* *Volcis Tectofagis*, *Plinius* itidem *Gallie Narbonensi* tribuit. Nec aliter *Lud. Nonius Hisp. c. 91.* ex *Atheno* & aliis. Unde olim Gallorum Episc. *Elenensis* suffraganeus Narbonenium, Hispani verò sedem Perpinianum transtulere, & *Tarragonensis metropolit* subiecere.

*Resp. Hisp.* Naturales termini imperia non limitant, nec omnibus seculis eadem finium ratio. *Art. 2.* & in ipsiis Pyrenæis potius Comitatus quam cis Pyrenæos situs est.

*II. Comites Ruscinonis*, ex quo primo *Wifredo* f[ilius] udum contulit *Clot. h. arans H.R. Franc. universi superioritatem* *Francie agnovere*, quod & ultimus fecit *Gerhardus* in testamento suo, annos regni *Veteres Ludovicus jun.* ei apponens. Unde vasallo sine masculi decedente corona applicari debuit comita[us] aliqui titulus feudali jure, quo paulo ante Aquitania erat ad coronam reversa. Unde *Suri. iud. rer. Arag. ann. 1138.* inter ea, in quæ jus sibi *Ludovicus IX.* asseruerit, recenset *Ruscinonem*. *Cassian.* dicit 1. Comitatum hunc in *Marchionatu Gorbae* comprehensum, quem *Bernardo* dederit *Carolus M.* Deinde de eo in levigatis *Godofredum*, *Ram.* *Trincavellum*, *Bern.* *Athonem*, *Rogerium*, donec ultimus Comes *Guil.* *Trincavellus*, comitatus *Biterensem*, *Carcassonensem* atque quicquid habuerit Agathus. *Ruscinone* & alibi, 1247. corona daret. 2. Addit quia *comites Tolosa* jus etiam in hoc comitatu, ex eo quod *Raimund. Trincavellus* à *Tolosano* captus ea cessione se redemerit (ex *Petr. Neubrig. de reb. Angl. L. 2.*) habuerint, unde *Alfonso Tolosano* cum *Jacobo Aragonio* bellum ob Perpinianum occupatum, jura *Tolosana* non minus ad coronam tractato. *Meldensi* delapsa 1248. 3. Si vero quod *Chaffaneus* *conf. 46.* faciat, constitutur hic comitatus dependens à *Ducatu Narbone*, *Narbonam* etiam permittutam pro *Ducatu Nemorosio*, atque morte *Foxii omnino* ad coronam delapsam. 4. Excommunicatione *Petri Aragonii* iterum hunc comitatum ad *Carolum Francum* pervenisse, & ob hoc *Perpinianum* i Rege occupatum, quod receperit Aragonii capto *Carolo Claudio*.

*Resp. Hisp. I.* Titulos vteres & abolitos esse dici potest, cum *testamento Gerhardi ad Aragonios* delabi possint Franci comitatuum. 2. *Corboli Rex Gallie* jure suo cessit, ut vice summum Aragonius jure suo in *Lingadocium* cederet. (vid. supra § 13.) *Conf. Suri. iud. rer. Arag. ann. 1258.* 3. ipsi dubitatio Gallorum, an Narbone aut *Tolosa* titulo sibi Comitatum vindicare possint, causa arguit in certitudinem. 4. De titulo *Cardi Valesii* vide § 3.

*III. Comitatum cum Monpeliu* (*Iacobus III. R. Majorica* à *Petro IV. Aragonio* agnato ditionibus spoliatus vendidit *Phil. Valesio* (juxta *Math. Villan.* L. 1. *Annal. Petrarch.* L. 2. *Sent. Pap. 11. Iust.* *Jacobi III. annal.*) vel *Joanni* (*Favini. theatr. d' honn.*) titulum tantum sibi ad dies vita, & descendentes a se *R. Balear.* (*non aliis*) jus reliendi servans. Contractum autem agnati *Petr. Aragonius* per legatum reiudico pre venditio*tui accepto* confirmavit. A filio ejus *Jacobo IV.* fratre suo *Isabell. Montferrat.* accepit jus, & *Ludov. Andino* concessit. Cujus ad regem delata successio. *Cassian.* addit alium titulum, ab *Johanni uxori* & *Ludovici Andini*, de quo in prætensione in *Aragoniam*, quam totam coronam ille complectitur.

*Resp. Hisp. I.* *Jacobus Balearicus* tantum Monpeliarii jura, dominatum & ditionem vendidit. Apud *Suri. ad ann. 1349.* & 1350. cum Rex Aragonia confirmaret agnati contractum, tantum exprimuntur *resp. Hisp. I.* *Monpelia*, *Omeladeia* & *Carladus* sive ditiones: nulla *Ruscinonis* mentio. Unde apud *Marian.* L. 16. c. 12. ex pretio copis conscriptis *Jacobus Balearicus*, *Caretanos* & *Ruscinonens* ex infestare expit. Dein 1351. ap. *Suri.* cum ut ea, que *Balearicus* cesserat, à *Joanne rege* concederentur filio *Ludov. Andino*, sancitur, iterum *Ruscinonis* nulla mentio. 2. *Isabella* jure suo cessit 1358. cum ab avunculo *Petro R. Arag.* desponderetur *Marchioni*. *Suri. ad ill. ann. 3.* Vide etiam prætens. *R. Franc.* in *Baleares* & *Sardinia*, ut & in *Arag.* 4. Venditiones aut donationes alibi *Cassianus* non admittit. *Zyp. 1. 4. p. 26. 27.*

*IV. Joannes rex Aragonia* comitatum pro 30000. scutatis & 700. equitum & peditanis necessarii instruunt (quo beneficio etiam rebellio regni sedata) *oppignoravit* comitatum *Ludovico XI. Bonchet in hisp. Aquitan.* omnino venditum ait: ita & *Favini*, quod cum rex nuda oppignoratione contentus esse noluisset, Aragonius plane cesserit. Unde in realem possessionem rex venit. (*Paul. & Emil. L. 10.* dicit, attributo ac velut *oppignorato*. Sed apud *Ferron.* L. 1. pag. 2. vocatur *in sua venditu*. Sed p. 3. *Ferdinand-*



Ferdinandus non nisi oppignorationem agnoscit.) Id verò pretium nunquam solutum. Sed & Ferdinandus post patris mortem contra cùm oppignorationem confirmavit.

**Responsio.** *Reff. Hisp. 1.* A Carolo VIII. quem religione ad hoc Fr. de Paula permoverat ap. *Scrib. debitum 1493.* remissum est, cum in Italianum iterum esset. Exc. (1) Rex non potuit remittere debitum, quod ad coronam spectabat. Saltem successores cùm liberalitate non obligantur. (2) Fraude corrupti Oliv. *Maillardis Franciscans seductus est, vid. Ferron. L. 1. p. 2. vel Episcopi Albensis corruptione: ut Surita fateatur, cum ob hoc male audivisset. (3) Ferdinandus nec illis pacitis stetit, quibus jubebatur filias non sine consensu regis Francicis elocare, & conatus Neapolitanos non turbare. 2. Pignus cum remisso debito redditum est. Exc. Etiam si pignora reddantur, debitor tamen liber non est. 3. Saltem ipsum comitatum petere ne queunt Galli, si pecuniam poscere possint. Nam & Ludovicus XI. motus Franc. de Paula per falsatione, testamento carit, quod pignus relui possit. Quod Surita perhibet, sed *Comicus non meninat.* 4. In pace *Ludov. XII.* & *Ferdinandi ac Isabellae* confirmata *Granata* 1500. *Ludovicus Aragonius* cessit jus suum in comitatus *Ruscin.* & *Cerdanum*, cum vicissim cederet Ferdinandus jus, quod in *Montpelium* & alia Francie sibi debet prætendebat. vid. *Memoir. & negot. pour l'negot. de paix concer. les droits des R. de Fr. p. 114.* Addit *Cassan. argumentum*, quod Ecclesiæ Episcopalis Perpiñani porta & aliis adiunctis insculpta *lha Francica* addu. L. 1. §. non aliud autem. 45. ff. de vi arm. 1. decernum C. *quædūcī. L. 11.* Addit etiam quod in archiv. *Biterr.* extet indiculus iurium, que Rex & civitas *Biterrensis Perpiñani* habeant: ut & quod regii præfecti apud *Bacquet de dr. de just. c. 3.* *Ruscinonibus* jus dixerint.*

**Fundamenta Hispanorum.** Fundamenta contraria Hispanica sunt: I. *Testamentum Gerhardi ultimi Comitis*, quo is sub *Ludovico jun. R. Francie* comitatum *Alfonso regi Arag.* donavit. 1178. Unde caput in publicis tabulis *Alfonsi Aragon. R. Barcinonis & Ruscinonis Comes, Provincia Marchio vocari. Marian. L. 11. c. 14.*

**Tessellatum Gerardi ult.** *Reff. Gall. 1.* Aragonii avthenticum testamentum exemplum diligenter occultavere, extractum habet *Puteanus.* Suspicionem autem de alia quoq; clausula inserta, quâ subditis, sub Gallo an Hispano esse malleant, optionem dederit, aut amplius quid dispôserit, quedam injiciunt, quâ *Palauis in præf.* *Com. Ruficn. habet.* 2. Dispositio vallli de feudo præjudicare nequit corone. In primis cum diserte Gerardus dicat, sc̄ hoc ex magno amore facere, quando memin honorem, quis adiutor illius non pertinebat,

**Gal. Præcri-** illido. II. *Perpetua possejso plurim seculorum & ex hac prescriptio.*

*Reff. Gall. 1.* Adversus reges præscriptio non proficit. 2. Sæpe in manu Francorum fuit Perpiñanius. 3. Ferdinandus Catholico Franci præter oppignorationem alios titulos, quibus in comitatum instruicissent, ostendere, unde 1479, ut per arbitrios res decidere, conventionem est. 4. *Carolus VIII ac Henricus IV.* illi arma intulere. Atque ita ius Galli suum integrum servarunt.

**Abdicatio.** III. Abdicatio in pacis *Corbohenibus* 1258. vid. *Scrib. ad ill. ann. Madrit. n. 7. Cressin. §. 12.*

**Eventus.** Eventus. Hæc cum utriusq; parti fundamenta fuerint, non tantum bello adv. Aragonios favore Balearicis regis *Perpiñanum* tenere Galli 1285. Sed & postea *oppignorationem* comitatum 1462. ipse *Johannes Rex tradidit* *Ludovico XI. regi.* Ab hoc 1473, desciscunt incolæ, ab Aragonis excitati, & Francicum præsidio in arcem se recipere cogunt. At seq. anno armis iterum ad ditionem coacti inq; fidem Francicam recepti sunt. Novæ etiam scriptæ conditions. Cum verò per *Lud. Ambois* restituisse *Carolus VIII.* comitatum, post bellum Neapolitanum eum iterum adortus *Salviatis* cepit. Expedicio alia Francisci 1542. Perpiñano frustra oblesso in irruere cecidit. Eodc postea *Henricus. tv.* Marescallum Ornonum cum exercitu misit. In ult. hoc bello 1542. captis *Perpiñano, Saltis & Colbrat* tota ditta in potestate redacta, atq; pacce 1559. art. 42. 43. unita *corona Francie*, atq; ita controversia terminata est.

**Pontificis in Aragoniam.** §. xv. Nec verò solus Galliarum Rex est, qui in Aragoniam aliquod jus sibi arrogat, sed etiam ipse Pontifex superiorum item in eam prætendere ausus est. Cujus fundamenta illa sunt:

*I. Ramiro Rex I.* quod Pontifex Aragonie honorem regium diplomate confirmasset, se vasallum constituit Ecclesiæ *Marian. L. 9. c. 7.* Sed Apofolice in primis & maxime deditus fuit: pro sors ut regnum seq; & liberos Pontificibus obnoxios vestigia seq; fore, lege in eternum latâ volueris & sanxeris. Ita & *Surit. ind. rer. Arag. ad ann. 1063. Cassan. Rech. des dr. du R. de Fr. L. 1. c. 2. p. 82. 109.* causam in eo querit, quia consensum Regis Francie sperare non potuerit, qui haec tenus Dominus Aragonia.

**Petri II. oblatio.** 2. *Petrus II. R. ar. 10.* voto diplomate dato *Rome* 1204. ap. *Baron. T. 11. annal. obtulit Pontifici Innocentio, successoribus & sedi Romana, regnum suum, & ad solvendum quotannis centum 250. missarum* se obligavit. Agnoscit etiam *Blancarer. s. 14. in R. Petro. p. 650.* cum Ecclesiæ rom. regnum subditum fecisse, & ob hoc *Catholica* nomine donatum. Notat autem, diademate panis azymii, ne pedibus illud Pontifex pro more imponeret, cohonestari voluisse. Postea *Jacobo I.* regi recusavit coronam imponere Pontifex, nisi vestigia soluto, quod pater promiserat, sed indignatus Jacobus discessit. ap. *Marian. L. 13. c. 22.* Sed postea 1219. cum *Honorius Papa regnum Aragonie in protectionem suam accipit*, mentione nullam facit feudalis iuri. Diplomata refert *Sur. ind. rer. Arag. ad ill. ann.*

**Petri III.** 3. Allegat etiam *Cassan. rech. des dr. du R. de Fr. 1. 2. p. 113.* investituram, quâ *Petrus III.* quoq; ob investitura regnum Aragonie & Sardina præstare jussus est homagium ligium, vasallagum & fidelitatem juramentum, & 100. equites armatos, & 500. pedites defensionis Ecclesiæ. Itaq; Petrum, cum Siciliâ occupata Pontificis autoritatem insuper habuisse, regno privari. *Martino Papa Surit. ind. Arag. ad ann. 1283. 1284.* fed ibid. rex appellat à Pontifice ad alium minime suspeustum, & se Ecclesiæ submittit.

**Alfonso promis- sum.** 4. Cum rescidetetur donatio Aragonie a *Martino Papa Carolo Valesio facta, 1291.* *Alfonsus* pactis *Taracconensis* promittit quotannis 30. uncias auri Ecclesiæ pendere. *Surit. ind. rer. Arag. ad ann. 1291.* Huc trahi potest, quod *Surit. ind. Arag. ad ann. Chr. 1353. de rege*



**rege Petro IV.** dicit, quod hic legatis Romanis missis, se Pontifici atque sedi Apostolicae Petri IV.  
subjectum & obedientem fore, iuramenti fide sanxerit. legatio.

5. Cum post Martini R. mortem interregnū esset, & in eo alius Rex eligendus,  
**Benedictus** Papa etiam partes interpoluit suas.

Verum opponi potest his fundamentis à parte Hispanorum: 1. *Censum* non inducere  
superioritatem, nec enim semper debetur collecta jure superioritatis, sed alii quoq; ti-  
tulis. vid. *Spreng. pr. s. l. p. 162, 163*; ubi ex *ICtis. Speciatim* verò Ecclesiæ pietatis ergo  
*censum* promittunt, antiquæ historiæ docent. conf. *Fr. Maced. propagu. Luf. Gall. P. I. p. 89.*

2. Regis factum regni iuta imminuere nequit, si proceres non consentiant. Apud  
*Spirit. ind. rer. Arag. ad an. Chr. 1276*. Petrus III. Rex caver posteris suis, & ante impolitum  
diadema obtutatur, seab Archiepiscopo Tarragonensi eā conditione coronam non su-  
cepturum, ut Ecclesiæ adesle cogatur, aut ut illi ob sit: ne se tanquam Ecclesiæ deiticiū  
aut stipendiariū ultro profiteatur, quod à Petro rege avo usurpatum & indictum re-  
gni proceres conquestifuerant. In eundem sensum *Blanc. in h. rege*. Sic & ante ipsum Ja-  
cobus coronatione Pontificis carere, quam vestigia solvere maluit ap. *Martian. L. 13. c. 22.*

3. A multo tempore non agnatum jus eo ipso ex spiralle dicendum est.

4. Siveram doctrinam in subsidium causæ vocare lubeat, addendum fuerit: Incom-  
possibilem esse in eadem persona potestatis Ecclesiasticæ & secularis conjunctionem,  
vid. *Theolog. nostris ad Luc. 22. 25, 26. Dn. D. Dannh. Hodosoph. Ph. 2. p. 99. id. in Christied.*  
*Afz. i. prot. Phan. 9. p. 81. Id. in Hodomor. Pontif. Ph. 2. p. 692. s. 97.* Quod omnibus Pon-  
tificis prætensionibus generatim objici potest. Cum autem in universam Hispan. jus  
aliquod sibi etiam Pontifices arrogarent, unde *Gregorius VII. Hispaniam patrimonium*  
*Petridixit*, apud *Thuan. L. 46. p. 782*, nihilominus servatunt Hispani libertatem, apud  
*Marian. L. 9. c. 5.*

§. XVI. Satis diu nos Aragonia detinuit. Pergamus ad sequentem laterculum, qui  
oblique dextros & sinistrorsus sc̄tus, in summo & imo auro palum quater geminum mi-  
niatum, in lateribus argenteis aquilam nigrā auro coronatam triribus coccineis defert. Utraque  
Notatur ita regnum utriusq; Siciliae, h.e. non insula tantum sed & Neapolitanum quod vo-  
cant regni, seu cis & trans pharum Sicilia. Palorum ratio evidens est, cum ex Aragono sym-  
bolo sine mutuo sumti, nam Aragoni reges diu illo regno potiti erant. Aquilarum ratio à  
Friderico II. repetenda est. Autorem constituit horum insignium Fridericus Hieron.  
*Blanca Arag. rer. comm. p. 665.* illis verbis: *Hoc breve dicam, haec que cernuntur, Sicilia regni*  
*militaria insignia, ab eodem Federico rege constituta fuisse ex Aragonum Regum & Romanorum*  
*in insignibus Imperatorum, à quibus maternus avus Manfredus rex originem ducebat*  
*compacta.* Conf. *Hæping. de Iur. an. p. 275.* Ceterum apud eund. c. 6. P. 3. p. 301. varia com-  
menta de Sicilia & veteribus tessellis vide libet licet. 1. *Albam crancem in rea rubra*, datam *Sien-*  
*lli ab Imperatore Arcadio*, potius urbi Messana, cum ea à Gothis obseissa ac Bulgaris au-  
xiliū a cruce obtinuisse. 2. *Crancem tuisse*, cum quatuor cruciuliz ad latitū positis. Hac  
verò insignia Hierosolymitanas sunt, prorsus ut ex Chaffano representantur: ac ita à Sicu-  
list regibus quidem, non ob Siciliā, gestatum symbolum. 3. Idem judicium ferendum de  
reliquis Renati Siculi armis, ex Chaffano, quorum alia Neapolim notant, ut scutum li-  
litatum cum fascio laevi ponticulo, (rastrum appellat Hæping), vel Hungariam, ut fascio ru-  
bea & argentea s. campus festatus. 4. Quid de cruce, cuius lateribus quatuor aquile adje-  
cta, dicere debeam, non habeo, nisi illud, quod haud credam ullum usurpare Siciliæ re-  
gem. Mantuanus autem duci illa insignia debentur.

§. XVII. Ut jam etiam lustremus, quā ratione Sicilia ad Austriacos delata sit, scien-  
tia dum Græcos eam tenuisse, sed dein à Saracenis occupatam sepius tentasse, neque potuisse regum in  
recuperare. Inde ex Normannia ducum familia Tancredus, duodecim filiis dives, in Italia regno Si-  
cilia: de-  
ci, Imperatoris Græci Michaelis auspiciis Saracenos in Sicilia oppugnantes, operam Auctiōis,  
suam locavit, cum vero virtutis premio fraudaretur, 1004. Apuliam occupavit & Cala-  
briam, quamq; ut & fratres, Comitix titulo possedit. Post quinqueū ex his unus Robertus  
Guiscardus Duxem se Apulia & Calabria dixit, & partem Siciliæ subegit, seque primum  
Pontifici fidelitatis sacramento obstrinxit. Succedit Rogerius, cuius filium Guilelmum,  
Rogerii Boffi, qui Roberti Guiscardi etiam frater & Siciliæ com. fuerat, filius, Apulia &  
Calabriæ exiit, inde Neapolis etiam Græcis extorta, ab Anacleto Pontifice utriusque Si-  
cilia Rex 1130. dictus est, & regnum ad posteros transmisit. *Constance Guilelmi*  
*malis filia Henrico VI. ex Syevis Imperatori nupta*, ad eum regni jus attulit:  
Y 2 unde



unde idem postea habuit *Fridericus II.* itidem Imperator, & demum hujus filius *Conradus*. Hunc frater, sed ex pellice natus, *Manfredus* veneno sustulit, & regem se salutari fecit. Cum hic molestus esse pergeret, *Irbanus VI.* (cujus judicium mox *Clemens IV.* probavit) *Carolum Andinum* Dūcem evocavit & regem constituit: (confer *indic. rer. Aragon. ad ann. 1205.*) qui Manfredum prelio, *Conradinum Sveici* languis ultimum, qui patrum regnum repeperat, captum carnisificis manu sustulit. Inde Sicilia à *Carolo* defecit *vesperis Siculis*, quæ in historiis celebres, cæsis Gallis per insulam omnibus, & Manfredi generum *Petrum Aragonie* regem sibi præfecit. Ita *Neapolitanum à Siculo* divisum est regnum, ut tamen gravissima inter utrumque bella gererentur, & certis partis nonnunquam dirimerentur. Quæ hic recensere longum foret. Demum *Ioanna II.* initio Aragonie regem *Alfonsum* adoptavit, sed cum ab hoc in ordinem redigeretur, *Ludovicum III.* ex altera *Andina* familia principem, cuius avum *Ludovicum I.* *Ioanna I.* adoptaverat, adoptavit, priori adoptione revocata. Ludovico mortuo ejus fratrem *Renatum* substituit. Ille (*Alfonsus*) multis colluctatis difficultatibus Renatum tamen expulit, & regnum Neapolitanum vi retinuit: in quo heredem scripsit *Ferdinandum* filium nothum. Huic successit filius *Alfonsus*, quem *Carolus IX. Gallia rex* expulit; inde sed brevis regimini *Ferdinandus II.* Huic successit ultimus *Fridericus patruus*, quem junctis armis *Ludovicus XII. R. Francie & Ferdinandus Catholicus rex Hispanie*, cuius sumtibus pridem *Alfonsus* illud occupaverat, exuerunt: demum hic etiam *Gallos* orta contentione victoriarum socios ejeicit, totumque utriusque Siciliae regnum sibi asseruit. Ab eo per filiam *Ioannam Philippo Austriaco* nuptram ad eam gentem devenit, quæ nunc quoque rerum ibi potitur.

**Præfatio  
Gallorum  
in Siciliam**

**S. xviii.** In regnum hoc Sicilæ cum jus sibi non ex uno titulo tribuant Galli, opere pretium est, eorum argumenta, & quæ ad illa pro caula Hispanica reponantur, tum horum etiam fundamenta & exceptiones ad ea, recensere.

**Funda-  
menta.**

**fundamenta.** *Fundamenta Gallorum:* Quæ tractant ex professo *Cassanus* *recherch.* L. I. c. 5. p. 231. seq. Fr. *Maced. prepugn. Lusit. Gall. P. 2. q. 2. pag. 354. seq.* *Cassanus* argumenta omnia ad 9. capit. revocat, quæ enumerabimus. (Quæ vero in Caslano circa hoc argumentum desiderat *Zypens*, legantur apud hunc 1. 4. p. 20. 21. 22. 28. 35. 36.)

**Acquisitio  
per arma  
& de-  
fensio  
Ecclesiæ.**

**I. Legitima acquisitio per arma & defensio Ecclesiæ ab hostibus.** Ita 1. *Normanni* Saracenis hostibus Ecclesiæ ditiones autoritate Pontificis eripuere. 2. *Carolus Andinus* vicit *Manfredi* & iterum *Conradini* regnum sibi subjecit. 3. *Ludovicus I. Andinus* autoritate *Clementis* iterum armatæ manu adversus *Dyrrachium* sibi regnum vindicare conatus est: Eadem arma dein vario successu gessere reliqui *Andine* hujus posterioris familie principes. 4. Accedit expeditio *Caroli IX.* & dein bella *Ludovici XII.* ob eandem causam, quæ similiter *Franciscus I.* continuavit, non pati omnes successu.

**Responso**

*Reff. Hispan.* Arma contraria his expeditionibus vicissim obstitere, illorumque successus irritos fecere.

**Inve-  
stitu-  
re Pa-  
rum.**

**II. Investiture Paparum,** à quibus regnum depender, sèpius repetitæ. Ita investiti & quidem de utraque Sicilia *Carolus Andinus* à *Clemente IV.* (expressa cum conditione, ut deficiente Caroli stirpe reges Francie succederent.) *Carolus Claudius à Nicolao IV.* *Robertus à Clemente V.* & *Benedictus XII.* *Joanna à Clemente VI.* & *Gregorio XI.* *Ludovicus I.* à *Clemente VII.* & *Alexandro V.* ac *Ioanne XXII.* ut & à *Martino V.* *Ludovicus II.* cuius confirmata à *Concilio Constantiensis* investitura. *Renatus ab Engenio IV.* *Carolus IX.* ab *Alexandro VI.* Huc pertinet quæstio de *Suevis jure à Pontifice exautoratis:* *Friderico II.* objiciuntur varia crimina, & in *concilio Lugdunensi* à Pontifice in eum vibratum fulmen: *Manfredo* præter nasalium vitium & alia maleficia in sedem admissa, idem omne jus ad regnum preclusisse dicitur.

**Responso**

*Reff. Hispan.* Vicissim alias aliorum Pontificum investitures Hispani possunt producere: sed & aliqui è *Pontificum Avenionensium* numero à reliqua Ecclesia non agnoscuntur. 2. Ob vetustiores hos titulos non par est Christiani orbis quietem turbare. *Zyp. I. 15. p. 84.* 3. *Bzovius* diploma regni Neapolitani concessum *Carolo VIII.* non vult. *Zyp. 3. 24. p. 360.*

**Renuncia-  
tiones Ara-  
goniorum**

**III. Renunciationes Aragoniorum in causa Francicæ favorem factæ.** Ita 1291. pace *Tarazonensi* *Iacobus* jus suum in Siciliam cedit. Conf. *Marian. L. 14. c. 17. indic. rer. Arag. ad ann. 1291. & 1295.* *Blanca Comm. rer. Aragon.* in *R. Iacobus I. Marin. Sicul. L. II.*



*Postea Fridericus frater, qui eandem occuparat, 1302. iternum se illo jure abdicat, ad dies vite tamen sibi pactus sub Trinacria titulo regnum. Indic. rer. Arag. ad ann. 1302. Nec verò pactis postea sterit.*

*Resp. Hispan. Galli quoque pactis Madritensis tenunciarunt juris suo.*

*Responso.  
Frider. III.  
Pactum.*

*IV. Fridericus III. post multa bella cum Joanna regina pacem facit Gregor. XI. confirmante, ut Siciliam feudo à Joanna teneret, sub conditione census anni 3000. unciarum argenti & ut masculis deficientibus Joanna succederet. Conditio exitit, non nisi filia, qua ipsa quoque improlis, relicta.*

*Resp. Hispan. Friderici filia Maria ab ipso Pontifice successionis capax declarata. Responso.*

*Hæc testamento Martinum maritum heredem fecit, qui ita suo jure & patris regis mandato gubernacula suscepit. (vid. Indic. rer. Aragon. ad ann. 1400. confer cund. ad ann. 1377. Laur. Vall. de reb. gest. Ferd. Aragon. L. 2.) Conf. Zyp. I, 4 p. 31.*

*V. Joanna prior Ludovicum I. Andinum adoptavit, & posterior Ludovicum III. cum substitutione fratris renati, quod Pontifex confirmat. Joanna-durum duarum adoptio-*

*nes. resp. Hispan. Joanna mariti cæde infamis & ab Urbano Pontifice excommunicatajus regniam islerat, nec in Ludovicum transferre potuit. Altera Joanna Alfonsum Aragonium adoptavit, quod judicium revocare non potuit. Conf. Zyp. I, 4 p. 24.*

*VI. Jacobum Borbonum maritum Joanna regina sibi in regno associavit, & si sine liberis ipsa decederet, 1415. duo regna irrevocabili donatione eidonavit. In diplomate quod in regio tabulario servatur, inter alia legere illa licet: Itaque omnibus dictis regis competens in regnis & comitatibus supradictis per obtutum ducit regis sine liberis ad facta. ipsum Dn. regem, &c. Unde Iacobi & filie Eleonoræ, quæ aperte jus suum professa, posteris Ludovici XII. tempore omnino extintis, jus relaplum ad proximos Borbonios, è quibus Rex.*

*Resp. Hispan. 1. Hæc non successio ad regem esset delata, nam cum Eleonora Jacobi filia Armeniaco nupta sit, ex Armeniacis ultima prætensionem intulisset Rohane Gieni domui, & ex hac Francisci filie Rohane Mombasiorum raro, & Ballacæ atque Turris Landriana familiis. 2. Donationes stante matrimonio nulla. Quam tamen legem excipiunt, in regibus non valere. Confer Zyp. I, 4 p. 42. 3. Papæ voluntas in diplomate excipitur. Quam tamen exceptionem alii honoris tantum esse volunt, & fedem tum vacasse addunt. 4. Aliqui ex autorum silentio in dubium revocant diploma. 5. Sed & an donationes valeant ex Cessianianis hypothesibus dubitari potuit apud Zyp. I, 4 p. 26.*

*VII. Testamentum Renati, qui non à Pontifice tantum investitus, sed & in regno receptus fuerat, nepotem Carolum Medianum 1480. Hujus (qui à Pontifice quidem non investitaram sed hoc responsum tulerat, curaturum Pontificem, ne Andini conquerti possent.) testamentum 1481. heredem regem dixit.*

*Resp. Hispan. 1. Quod non habebant jus, regno apud Aragonios existente, non potuerunt habere Andini aliis dare. 2. Successio Andina potius ad Lotharingos spectaret, editos Renati filia. Unde illi nunc quoque in insignibus memoriana servant. 3. Testamenta alibi Cassanus rejicit. Zyp. p. 19. 20. seqq.*

*S. VIII. Pactum inter Ludovicum XII. & Ferdinandum Catholicum non futurum de suo liberalem, nisi jus Gallicum agnoscet. Cujus impletioni ille regnum occupavit, par temque seu ut vult Maced. 2, 2, 2. p. 367. 368. tantum alias appendices, Ferdinandum, que à se teneret, tradidit: Ab hoc non sine summa injuria postmodum exclusus. Thuan. L. I. p. 20. 21.*

*Resp. Hispan. 1. Ludovico ademptam partem regni, ob violatas fœderis leges, cum solidum regnum sibi vindicare vellet. Fr. Maced. 2, 2, 2. pag. 367. 2. Ferdinandus jus in regnum integrum hereditate Alfonsi, ab ejus nothis haecenus detenta.*

*IX. Substitutio regum Franciæ, si Germana Foxia, quæ Ferdinandus Catholico nupsit, post eum sine liberis decederet. Hæc pactis matrimonialibus fœcita & juramento confirmata, quales contractus summa religione servandi. Sed mox Ferdinandus contratabulas proprio jure regnum integrum sibi vindicat. Thuan. I. p. 21.*

*Resp. Hispan. 1. Cassanus rejicit talia pacta. Zyp. I, 4 p. 22. 2. Quod jure proprio tenebat Ferdinandus, ut à conjugi allegaret, necessarium non fuit. Argumentis his Fr. Maced. 2, 2, 2. p. 360. addit antiquius, quod Pipinus & Carolus M. assertores & autores regni, illud Pontifici addixerint, unde ex gratitudinis officio hic iterum Gallis ob-*

*strictus.*



strictus. Tum in eo est, ut *Carolum Andinum* à Pontifice vocatum Manfredo & Pet-  
tro, Ludovicum Alfonso & Joanna, Andinos iterum Aragoniis nothis potiores fuisse  
ostendat. Caroli VIII. jus ab ipsis vult *Aragonis* probatum, quod hi obtulerint dimi-  
diuum regni, & dein Fridericus Gallis quam Hispanis se committere maluerit, sic & Ferdinandus Catholico ex federe cum Ludovico, nec minus ob paetum Noviodunente.

**Alli tituli ex Fr. Ma- cedo. Cassano.** Addit *Cassanus* testes, qui Francie jura in Neapolim agnoverint. *Baldum in l. cum anti-*  
*quoribus. C. de Iur. delib. Bart. uch. de Fr. in tr. de Episc. in 2. Part. l.4. q. 16. Gloss. in Cle-*  
*ment. prim. de rel. & venerab. sanct. in ver. Irbano. Petrum Jacobum vers. item quasi de*  
*success. Nic. Ror. in Comment. cens. Biturig. tit. de test. §.2. Car. de Grassal. Careff. de re-*  
*gal. Franc. Baron. Annal. T. II. ubi ita: Aragonii contra ius Siciliam occuparunt, non ut*  
*Friderici sed ut Petri primi tyrauni heredes, & sine investitura regnarunt: Sicque exite-*  
*rata tyrannide pars est monarchia, ut Petri primi invasoris heredes, ut postea quos ne-*  
*cessario fateri oporteat tyranicæ invasionis, cum in heredes virtus transiret heredita-*  
*ris, quos sequuntur & pena excommunicationis, his non iuribus sed iuris intenti, ut*  
*maledictionem hereditatem possident. (Ob que Tonus ille Baronii prohibitus.) Ipse*  
*Napoleitanus Senatus agnovit, ut qui Caroli IX. ministris solvissent regia jura, ab iterata*  
*solutione liberti essent, quiaregi solvissent. Sic & ait, *Alfonsum dolore mortuum, quod*  
*Andinus fidem fecellisset.**

**Hisp. fun-  
damenta.**

**Successio Sveviae familiæ.** Fundamenta Hispanorum pro iustitia possessionis suæ:  
I. Successio Sveviae familiæ, non iure regno pulsæ, ad *Aragonios*, & *Conradini* vo-  
luitate ultima (Zyp. 1.4. p. 22. 40.) & per *Constantiam Manfredi* à Papa *Innocentio II* 1254.  
agniti (vide *Bzov. annal. T. 13. ad illum ann. n. 1.*) filiam delata. Unde Petro ad succe-  
sionem jus, cui novus accessit titulus, quia ut oppressis auxilio esset invocatus (*Bianca*  
*Comm. rer. Arag. in R. Petr. III. Zyp. 1.4. pag. 40.*) & quod vietricibus armis sibi debita  
vindicavit.

**Responsio  
Gallorum.**

*Resp. Gallorum:* 1. Ad *Conradinum* nullum regni jus, quod Fridericus II. avus  
perdiderat, & Pontifex in *Carolum Andinum* transtulerat. 2. *Conradinus* non Ara-  
gonios sed *Castellenses* dixit heredes. *Blondell. genal. Fr. assert. T. 1. p. XVI. \* 2. a.* 3. A  
*Manfredo* tyrauno & usurpatore minus potest aliquod jus arcessi. Confer *Marian. L.*  
13. c. 13. 4. *Petri invasio Siciliæ* dolo malo facta, & à Pontifice ac totâ fere Europâ im-  
probata. Unde postea Pontifices semper Andinos investivere de utroque regno.  
Ita *Bonifac. VI* in bullâ 1302. apud *Baron. T. 12.* protervæ rebellionis insultum vocat.  
Confer *Marian. L. 1.4. c. 6. Indie. Rer. Aragon. ad ann. Chr. 1281. Luc. Marin. de reb. Hisp.*  
*L. II. Bzov. T. 13. ad ann. 1284. n. 3.* 5. Unde semper à Pontificibus hi Petri successores  
improbati.

**Investitura  
aliquot  
Pontifici-  
cum.**

II. Investitura ab aliquot Pontificibus collata *Aragonii*, ut ab *Eugenio IV. Alphon-*  
*so*, à *Pio II. Ferdinando*, ab *Innocentio II. & Alexandro VI. Alphonso*. Sic & potea jus  
*Gallis Julius II. adimere potuit* (Zypeus 1.4. p. 38.) Post hæc *Carolus V. investitus*. Dein-  
cepset etiam reliqui: & hodie à curia Romana agnoscitur Rex.

**Responsio.**

*Resp. Gallorum:* 1. Non censem dum Pontifices alii jura sua imminuere volu-  
sc, & hoc semper subintelligendum in diplomatis magnatum. 2. Non possum  
vasalli, sine suo maleficio privari feudo, inptuinis cum hoc ob beneficium datum. *Fr. Maced. prop. Luf. Gall. P. 2. q. 2. cap. 2. p. 360.* 3. *Protestati* Franci adversus investituras  
Aragoniorum: ita 1459. in concilio *Mantuano* contra *Pium II.* ob hoc conquesti Galli.  
conf. Zyp. *adversus Caffan.* 1.4. p. 37. 4. Investitura Gallicæ antiquiores. 5. *Investi-*  
*tura Caroli V.* peculiari virtutis laborat, quia ille Imperator. Quod ne fiat iam *Carolus An-*  
*dinus 1299.* promittere coactus fuerat. Conf. verò Zyp. 1.4. p. 37.

**Adoptatio  
Alfonsi.**

III. Adoptatus à *Ioanna Alfonso*. Nec hic in eam ingratius, cum non aliam quam  
quæ maritum decet autoritatem sibi vindicare conaretur, quod ipsa ingratitudinem  
interpretata est. conf. Zyp. 1.4. p. 24.

**Responsio.**

*Resp. Gallorum.* 1. *Ingratitudine* se beneficio indignum præstir, cum regnum  
ad se trahere, *Joanna* monasterio inclusa, conatus sit. Et revocationem ac adoptio-  
nen Ludovici probavit *Martinus V.* qui tamen potea ab Alfonso pressus, metu belli &  
& schismatis ei addidit regnum. Quæ additio vitiosa apud *Fr. Maced.* 2.2.2. p. 364. 365.  
2. Ipsiis hujus *Joanna* jus dubium est, cum *Dyrrachium*, à quo ei succellio, Pontifex  
filium iniquitatis & perditionis dixerit. Conf. *Fr. Maced.* 2.2.2. p. 362. 363. Tum & quia  
à *Martino* in concilio *Constantiensi* privat regno. p. 363. 3. Sed nec *Alfonso* extraneus  
præterito



præterito agnato potuit institui heres. *Maced.* d.l. p. 364. 4. Saltem ad filium nothum *Ferdinandum Alfonsum* non potuit transmittere sceptrum: ut & ob hoc *Calixtus III.* filium fulmine percussit. *Maced.* pag. 365. 5. Siciliam non primum hac adoptione adiit *Alfonsum*, sed jam pater in Aragonie regem electus tenebat, post Martini mortem, ad quem ipsum non nisi Petri invalidis successione perverserat, occupatum. 6. *Fr. Maced.* prop. *Lus. Gall. P.* 2. p. 343. 345. inflata ab Alfonso Castro causam Hispanicam premis.

IV. *Renunciationes à Gallis factæ pactis, Noviodunensi 1515. Madritano 1526.* Ca- Renuncia-  
meracensi 1529. Crepiacensi 1544. tions  
Gallicæ.

*Responsi. Gallorum. Noviodunense pactum conditionatum, nec servata ab Hispanis Responso conditions.* Id verò potius ostendit ius Gallicum. *Fr. Maced.* 2, 2, 2. p. 368. ex *Iurio. De Madritani validitate multa dubia sunt. Cameracensi & Crepiacensi Madritano nituntur, nec potuit Franciceus libertorum, quod à matre habebant, juri prejudicare.*

Addiposset promissum olim *Caroli Claudi*, qui in captivitate pollicitus, curare, ut *Caroli Pontificiæ excommunicatione abolitâ, Jacobus de Sicilia investiretur*, datis obsidibus 40. nobilibus, vide *Indic. rer. Arag. ad ann. 1285. Conf. Zyp.* 1, 4. p. 30.

*Reþ. Gallorum. Extortum in captivitate, de re quæ non in Caroli potestate fuerat.*

V. Addit his pro Hispana parte allegationem *Præscriptionis*, sed simul eandem refellere conatur *Fr. Maced.* 2, 2, 2. p. 369.

§. xix. Ex quo *Ferdinandus* potitus est regno, non iterum Hispania eo excidit. Quæ facta Quamvis *Franciscus I.* spe sibi à Pontifice 1511. factâ (*Bellar. L. i. p. 21.*) primum 1525. per *Pont. Fer- dianda* *Ioannem Albanium*, niti *Ticinensis* clades incidisset, rem tentaturus erat, sed 1527. de- *occupa-* munum expeditione *Lautreci* regnum aggressus est, cum verò *Genua* partes deseruisset, *ab incepto delistere coactus* est. Interim parum aberat, *Marchio Piscarius* à Pontifice regno inaugurus esset. Quæ 1556. & 1557. auspiciis *Henrici II.* & *Pontificis*, qui *Phi- lippum II.* regno sententiâ sua privabat, acta, apud *Thuan. L. 17. & 18.* videre est. Ex eo nunquam aperto mente adorti Galli Neapolitanum regnum. Fuere tamen quide *Henrici IV.* ultimis consiliis suspicarentur.

§. xx. Inter duos superiores scuti quadrantes parvula triangularis inferitur ar- Granata regnum, gentea, cum *prasinis malo punica*, *ramulo* & *foliis viridibus* suffentato, *hiante cortice*, *granulis coccineis*. Novem refert mala punica gestari, qua fide ipse viderit, *Heping. de Jur. inf. cap. 6. pag. 306.* Norari regnum *Granata* in *Boetica Hispania*, ipsum nomen in- dicio est; quamvis alii *Granati* nomen non à punicis malis sed *Bedis Abenhabudë Saraceni*, qui *Corduba* huc regiam transtulit, uxore *Nahata* & voce *Garb.* quæ occa- sum significat, inditum velint, unde ex alliterationis errore illud *deiyua* ortum fuerit. vide *Thuan. L. 48. p. 846.* Ceterum regnum ab urbe principe, 60000. dominibus Ara- *Quomodo* bum testimonio frequenti, dictum, ultimum tuit, quod Saraceni in Hispania tenuerunt, (olim quidem *Cordubensis* regni partem, sed ut *Rod. Santius histor. Hispan. P. i. c. 15.* loquitur, magis *Saracenorū* sinistris quam prosperris eventibus in regni dignitatem evectum, cum *Corduba*, *Hispani* & aliis amissis ille solus restaret angulus regni nomine *insigni- endus*. Aliquanto alter *Ioh. Marianus de reb. Hisp. L. 13. c. 1.* quem vide) donec occasione dissidii inter patruum & nepotem reges 1492. *Ferdinandus* & *Isabella* urbem occupa- *A Sarac. nsvindia- rent, atque ita Hispaniam integrum a jugo Saraceno, quod illa fere 770. annos ge- catum.* staverat, plene liberarent, & suis victoris hoc nomen, insignibus *granatum* malum in- fererent. Expugnationem regni descripsit in dialogi forma *Carolus Verardus Ce- fensas*. Quod scriptum extat *Hisp. illustr. Tomo II. De Maurisorum*, qui ex illorum posteris ad speciem Christiana sacra colebant, periculis motibus, & conatu regnum il- lud denq; sibi asserendi, qui 1570. erupit, legere licet *Thuan. L. 48.* Apud eundem p. 367. legitur, quod *Mahometes Abenhamia Granata* & *Corduba* Rex à suis per rebellio- nem electus regum signum assumuerit. Ita verba habent: *Iose principale vexillum purpureo colore exempli ultimorum regum sibi sumit, cum insignibus Castella, & duobus serpentum capitibus, quod à S. Ferdinandō fluxit, qui Mahometem Alhamarem expedi- tionis contra Hispanum suscepit comitem, capta Hispani, & equitem creavit, & vexillo cum illis insignibus donauit, que Granata reges deinceps servarunt.* Nam antea claves ey- neas in argenteo scuto reges *Andaluzie*, pro insignibus gestabant, eaque re significabant, se *Gadium* & *tractus maritimi* potentes, quasi claves propagandi per occasum imperii in potestate habere. Itaque montem *Tartessum* in ea insult clavium montem lingua Ara- bicavabant, & hujusmodi insignia adhuc hodie pro *Alhambra* porta conspicuntur.



**Austria.** §. xxi. Quæ proxima atea est, rubea fascia argentea exaratur. Hoc gentile **Austriorum** symbolum esse, c. 9. n. 31. 32. ostendimus. Tum vero Hispanico tecu cœpit inseri, cum Philippo elocata Joanna successionem regnorum familie inferret.

**Burgundiæ tellera verus & nova.** §. xxii. Quæ Austriacæ atea subiacet, **Burgundia vetus symbolum**, quæ ex latere opponitur **novum** continet. Illa sexies auro & cyano oblique à dextro fascia a margine coccineo circumdatur: hec carulea Francicæ liliis sparsa limbo cingitur ex rubro & argento angularibus distincto (componnée) **Burgundia** nomen cum auditur, non una regio intelligitur. **Burgundia regnum**, quod Arelatense etiam audit, latissimè protensum est ad mediterraneum usque mare: **Burgundia comitatus** nunc quoque nomine eo venit, Helvetia, Lotharingia, Campania & cognomine ducatur comprehensus: **Burgundia minor** occidentalem Helvetiæ partem complectebatur. Hic vero de ducatu certo est, qui Campania, Galtinensisibus, Nivernensisibus, Bononiis, Lugdunensisibus, Bressia & **Burgundia** comitatu*s*. **Sequanis** includitur.

**Vetera symbola.** §. xxiii. **Burgundis vetera symbola** quæ assignantur, varia sunt, forte tamen ple-  
raque fabulosa. Ita porro Theod. Haping. *dejur. inf. p. 334. 335.* Primo illis gestatum **serpentem** sparsis sinuosis & biantem ore. 2. **Tres vœtæ rubeos.** 3. **Tres aureas trabes** in scuto caeruleo, quas Carolus M. dederit **Samsoni R. Burgundia**. 4. Alii dant **celestinas coronas** in **aureo clypeo**: Quibus s. adjecterit **monum Clodomirius R. Francia**, quem à **Burgundis** accepit Habsburgii. Confer etiam *Ren. Franc. Eff. des merveille. c. 42. p. 369. Gelot. la vr. & pars science des arm. p. 39. 40.* ita recenserit, cum in Gallias venissent, ulos angues sinuosos viridi, ore cruento hiante in vexillo argenteo, expulsi Gallis, qui ditionem quam occupant tenuerant, & usi fuerint leone aureo in scuto caruleo, ulos dein esse avito angue exuvias illius leonis ore ferente. **Closteri Burgundæ Paradinus** tribuit in parma aurea fellem nigrum ore tenentem murem eiusdem coloris. **Sigismundo Regi Burgundie** tribuit corona carulea in capite scuti aurei. Inde **Burgundia** regno Francico unita, dicitur **Closterius II. Rex** dedidisse ducatum seu prefecturam **Burgundia Vervario** duci, qui sumserit scutum obliquis tamis dextris rubeis & aureis faciatum, ex cuius posteris **Samson Dux Burgundia** creatus sit. Hujus filius **Guilelmus** dictus **devotus Samsonis** secundus filius addidisse perhibetur **limbum rubeum**. Cum **Robertus Rex Hugonis Capeti** filius ducatum iterum asseruit, filius **Henricus Rex** eum fratri **Roberto** concessit, qui tinctura Francica assumta, servato **limbo rubeo**, **minium baltheorum** in **cyanum** colorem commutasse dicitur. Quod jam vocatur **symbolum vetus Burgundie**. Cum deinceps **Philippus audax** filius Joannis regis, extincta in Philippo Roboretano 1361. prioru ducum familia novam ordiretur, sua insignia, quæ erant **Francicum** ejus temporis, hoc est, caruleum liliis sine numero sparsum (confer c. 24. n. 35.) scutum, **limbo ex minio & argento angularibus composto** (quod pro more Gallico erat minoris natu filii distincendum, *Brysure*) cinctum, ducatu*rum* attulit: Idque **δῆμος novum Burgundie** **symbolum** vocatur, & cum priori conjungi cœpit, & ita junctum à posteris etiam **Philippi retentum** est, qui Flandriæ deinceps & Brabantæ adiecere insignia.

**Maria heres Burgundie.** §. xxiv. **Burgundia** ius oritur ex conjugio **Maria Burgundie** heredis **Caroli Andantis**, qui masculos secundæ familiæ 1477. morte sua clausit, & **Maximiliani Austriaci Archiducis**, qui ex eo Imperator fuit. Hanc vero **Mariam Ludovicum XI. Rex Francie** à successione ducatus avi excludit, ea autem **prætentionem** posteris attulit, qua ratione nunc quoque laterculos illos gerunt. **Conf. Andr. du Chesn. Burg. Lud. Gollat. Mem. de la Fr. Comte Ph. Comin. L. 6. c. 1. & seq.**

**Prætensio Hispanor. Comit. Fr. Zypeus 1, 16. p. 165.** ubi citat **Fajum**, qui ex professo ea delcripsit. *Ioh. Tac. Chifflet. vind. Hisp. c. 8. p. 71. & in Lum. Salic. 11. p. 288. 13. p. 298.* Sunt vero illa, una cum Gallorum exceptionibus.

**Ducatus femininis successio- niscapax.** I. Natura **Ducatus** ad **fæminas** transire soliti. Nam (quæ pleraque ex *Chesneo* probati possunt) cum **Richardum C. Auguſtodunensem** à sororio suo **Carolo Calvo** constitutum, **Odo Rex & Carolus Simplex** crealient **Ducem Burgundie**, ejus filii quidem **Rudolfus**, postea Rex, & **Hugo niger** ducatum gessere, sed his extinctis affinis **Giselbertus C. Auguſtodunensis**, filius **Manalis**, qui ipse etiam ducatu*rum* aliquandiu præfuerat, jure uxoris 950. succedit. Simili ratione **Giselberti** filia **Ledgardi** ducatum attulit marito **Othoni Hugonis Capeti** regis fratri. Othonem fratres **Eudes & Henricus** excepere, sed improles omnes; unde sibi legatam (ita *Chifflet. vind. Hisp. c. 8. pag. 71.*) **Robertus rex vindicavit,**



vindicavit, & contra Landricum Com. Nivernensem etiūlum defendit. Inter Roberti regis liberos ducatus minori Roberto assignatus est, ac ab eo diuturna posteritas descendit: quae 1361. in Philippo defecit. Cum huius hereditatem postularent Carolus Rex Navarra, Iohannes Rex Francia, Philippus Dux Aurelianensis, Robertus Dux Barri; omnes feminino jure nixi, vicit Rex Francia. Conficit Chifflet. vind. Hisp. cap. 8. & lumen Salic. 13. Sed & supererant Philippo Roboretanō moriente agnati ex Burgundica gente linea Sombernoniae & Colchensis, ad quos defteri poterat ducatus, si jure tantum agnationis succederetur: apud Chifflet. vind. Hisp.

*Except. Gall.* Non omnia feminino jure tenentur ab illis, qui decessorum filias *Responsio* aut sorores duxere, sed alio titulo certiori nisi possunt. 2. Facta haec, *antequam unio Gallorum.* fieret 1361. quā in aliam naturam commutata Burgundia.

2. *Concessio à Iohan. rege facta Philippo filio iis terminis, qui apennagium non sapiunt.* Concessio Tabularum ex Mireo adducit partem Zyp. d.l. & integras Chifflet. lumen Sal. 12. ubi ad causā Iohannis Regis, hujus favorem faciunt: 1. Allegatio Burgundie ex materna hereditate. 2. Causa impulsivā singularis amor in filiū, & ejus merita premio digna. 3. Aequiparatio cum comitatu Burgundie, quā haud dubie non appennagialis. (conf. ex ea unione argumentantes Hisp. ap. Spreng. p. 191.) 4. Absoluta denominatio heredum in legitimo matrimonio naturorum, si ne sexus discrimine, quod sit in Caroli V. verbosa confirmatione. 5. *Donatio* facta cum omni jure & libertate, quā priores Duces eum tenuerant. Quibus appennagialis conditio non adiecta. 6. *Reversio ad coronam* è teste stricta, si heredes ex legitimo matrimonio & corpore proprio procreati dicerent.

*Except. Gall.* 1. Sunt & alia appennagii constituti vestigia. 2. Verba heredes in legitimo *Responsio.* matrimonio procreati explicari debent ex verisimili contrahentium intentione de masculis. Chifflet. ad confit. Burg. ap. Zyp. 1, 12. p. 77. quem etiam vide. 3. Nec potuit Rex filio, alio quam appennagiali titulo, concedere *Domanii* regii partem: confitetur enim Rex diserte, quod separet demū Burgundiam ad hunc finem à Domanio, cui eam duxerat adjungendā. Hoc verò non est in regis potestate. conf. l.m. Not. reg. Fr. 2, 8. p. 590. 598.

3. *Sensus concessionis à posteris* non aliter intellectus. Cum Phil. Bonus instrueret or- *Sensus* dinem Eq. A.V. constituit ducem Burg. perpetuum eius caput, & si contingat decedere *concessio-* sine maleculo, ut sū gener. uti *Dux Burgundie.* Sic & alia fundationes apud Zyp. p. 173. al- *nis apud* legata docent, hanc opinionem omnibus sedisse usq; ad Caroli audacis mortem. *posteros.*

*Exc. Gall.* Non mirum est in suum compendium interpretatos Burgundos verba *Responsio.* qualemque interpretationem admittentia.

4. Cessio in pactis *Madritensis* fibis n. 3: quibus omnino à corona ducatus hic separa- *Cessio in* tur, & nihil superioritatis in illum reservatur regi. Contra haec varia excipiunt Galli. *pactis Ma-* dritensis.

5. *Perpetua juris conservatio* in pact. Camerac. §. 2. Crespiat. §. 34. Vervin. 21. 22. Nupe- *Juris per-* *tz. §. 89. 90.* Sic & in titulis & insignibus animis retinendi clare demonstratus. *petua con-* servatio.

6. Addi potest ius Imperii in ducatum ex Limn. iur. publ. 1. 9. 22. *Conring. Imp. Germ. fin.* c. 28. p. 770. scq. Sed qua pro jure imperiū in Burg. Duc. adducit Spreng. p. 189. ex Burgundi- *Jus impe-* ci regni translatione ad Germanos, nullius sunt ponderis, si consideres regni illius fines, carum. *ri in du-* ab ipso Dn. *Conringio* allegatos. c. 12. p. 169. 175. 177. *Exc. Gall.* 1. Invito Domino Carolus V. *Reiponcio.* ducatū Burgundie in translatione illa Burgundica non potuit subiecere imperio. 2. Verū nec in translatione illa 15. 48. facta mētio ducat. Burg. fit §. 15. quo enumerātur principatus

§. xxvi. Vicissim Galli illa venditant argumenta, quibus justitiam cauī obreten- *Gallicorum* funda- tum ducatum tueri conantur, quæ in illos titulos partiū licet, quos in pactis *Madrit.* menta in Hispani precaveri & abdicari voluere. I. *Vno & incorporatio.* Incorporatus est in *Burgundie.* regno ducatus 1361. Iterum occupatione Ludovici XI. Suffragatur lex regni, regi quæ *Unio & im-* obtingunt quocunque titulo bona Domanio jungens. *Limn. iur. publ. 1. 8. p. 173. 216. 221. corporatio* *Rep. Hisp. 1. Unio 1361. incisus ordinibus facta, & ab ipso ducere revocata. Zyp. d.l. p. 167. 170. & Reiponcio* 1. 11. p. 71. & 1. 12. p. 72. 77. 2. Alia unio doceri nequit esse facta. Zyp. 1. 11. p. 71. 3. Lex civilis *Hugan-* tertio non præjudicare potest. II. *Constitutio appennagialis.* Quam ex superius adducta *Constitutio* concessione probare licet, 1. Ex adducta ratione, quare hunc principatum concedat, &c. *tit. 13. ap-* unde statum iuxta suę profacię perspicuitatem honorifice continent. Que est ratio *nagialis.* appennagialis. 2. Ob id retractus principatus *Turonius*, qui haud dubie appennagialis, adeo- que hic etiam ejusdem naturæ cum eo præquo substituitur. *Rep. Hisp.* constitutus superius *Responsio.* in 2. fundamento. III. *Lex Salica* feminas à successione regiorum feudorum arcens. *Lex Salica.* Elicet exemplis ostendipossit, dignitates Franciæ etiam ad feminas delatas, excipiuntur tamen regnum ipsum, ducatus Aurelianensis, Bituricensis & Burgund. Chifflet. *ad conf.*



**responso.** *confv. Burg.* Et hæc de omnibus feudis est presumto, nisi contrarium probetur. vid. *Spreng. in hac præt. p. 188.* *Reff. Hispan.* Contrarium patet ex i. fundamento. IV. Jure obſer-  
**Pacta Ca-** *loniam Caroli, conf. Caffan. recherc. 2.5. p. 659.* & debito modo, quia conſentiu ordinum  
**mercen-** facta occupatio à Ludovico XI. *Reff. Hispan.* 1. Felonie convinci non potuit Carolus. 2. Nec  
**sia & Cr.** spaciens in vivum illud rex ausus est. 3. Conſensere ordines, sed seducti. *Gollat. mem. de la Fr.*  
**responſio.** *Comt. L. II. c. 1.* Adderet quis V. Cameracensis paſta. §. 2. & Crespiacensis. §. 28. *Reff. Hispan.*  
**Præteri-** Nihil illa Gallis dant, cum conditionata sint & reſtricta. VI. *Præscriptio-*  
**Responſio** nem alii forte adjungent. *Reff. Hispan.* Hanc excludere pridem Camerac. pacta n. 2.  
& alibi.

**Galli in** §. xxvii. Hæc utriusque partis argumenta ſunt: quamvis autem ab Hispanis  
**poſſeſſo-** non sit mihiſ pretenſio nuncius, ſed potius tradente *Int. Chiffet. Brev. hift. Eq.*  
**de Bur-** A. V. cap. 6. pag. 19. autores fuerint *equites aurei velleris* in comitiis *Vitrajectensis*  
**gundia.** 1546. ne ullo pacto juri ſuo in Burgundia Rex unquam renunciaret: Quieta ta-  
**Auſtriaci** men à multo tempore Gallis provinciæ poſſeſſio manſit, niſi quod bellū ex omni  
**jufteſtam.** vulnera. Cæterum veteri illâ teſſerā Burgundicā Austriacos omnes rami Germani-  
nici non juſ ſolum ſibi ſervare in Burgundiam, ſed ſimil omnes partes reliquias  
Burgundicē ſucceſſionis designare. c. 9. §. 34. 57. obſeruavimus.

**Brabantia.** §. xxviii. *Brabantinus laterculus niger leonem aurum lingua & falculis coc-*  
*cineis minantem* oſtentat. *Brabantia*, que illo ſymbolo notatur, *Geldria*, *Hollandia*, *Zeelandia*, *Flandria*, *Hannonia*, *Namurco* & *Leodienii* Epifcopatu termi-  
natur. *Vetus fuit Tungrorum ſedes, quibus Duces ex familia Hasbaniſ dant, inque ea* *Salvium* *Ebrabonem* *Julii Cesaris ex nepte affinem numerant, nescio quā fide.*  
**Successio.** *Denum Pipini Hasbani filia Bezza mater Pipini Crassij hereditatem* *Carolina domui* intuliffe perhiebeut. Sub Caroli Magni posteris fuit ea portio regni *Lotharingie*, inde *Lotharingia Ducatus*, quin ipsa fuit *Lotharingia inferior*. Paulatim verò in eaccep-  
pit terum potiri familia *Ardennatum ex Giselberto comite & Ermengardâ Lotha-*  
*rri Imperatoris filia*. In his *Lambertus Comes fuit Lovanicis, Caroli D. Lotharingie* ex posteris Magni gener ab uxore *Gerberga*. Filii *Henricus* pro ducatu Lotharin-  
giae bellum gerit, & *Lambertus II. Comes Lovanii* fuit, pater *Henrici II.* qui pri-  
mus *Brabantie patria* ſe dixit *Comitem*: ſed frater *Godofredus*, cui barbato no-  
men, quod barbam non ponere jurasset, donec recuperaret hereditatem majorum,  
*dualem dignitatem* obtinuit *Lotharingie, sc. inferioris*, ſeu quod ſervatum  
dein nomen *Brabantia*, beneficio *Henrici V. 1108*. Ab eo reliqui duces ad *Ioan-*  
*nem III. quo 1355. filii* quos habuerat ante ipsum mortuis extincto, *Ducatus, præ-*  
*teritis agnatis*, qui *Serenissimi Hassia Landgravii* nunc quoque ſuperant, delatus  
est ad generum ejus ex *Ioanna Venceslaum Lucenburgo*, quem *Carolus IV. Imperator* ducem creavit. Inde juſ delatum ad *Margareta Ioanna sororis, Ludovico*  
*Malano Comiti Flandrie rupi* & posteros. Nam ejus filia *Margareta Philippo audaci D.*  
*Burgundie* hunc etiam ducatum attulit. Hic eum reliquit ſecundo filio *Antonio*,  
& is ſuis *Ioanni & Philippo*. Hoc ſine liberis legitimis extincto 1430. ob *Ioanne* pro-  
amita judicium videbantur preferendi patruelis ex tertio filio *Philippi Philippo C.*  
*Nevernenſi, Carolus & Ioannes*: ſed eos excludit *Joannis Ducis Burgundi filius Philippus bonus*: à quo hunc etiam ducatum habuit filius, eumque cum reliquis *Maria* marito *Maximiliano* attulit. Servare tamen volueru pretenſionem *Nevernenſis*, & quartuſis *Ioannes* à *Carolo gentili captus* juri ſuo renunciare coactus fit, protela-  
tione tamen facta juſ integrum ſibi manere creditur, & à *Ludovico XI. confirmatio-*  
*nem* nactus est. Ab ejus filiabus descendens *Ludovicus Gonzaga Nevernius 1581.* publi-  
co per *Joannem Chandonum* icripto juſ illud ſuum propugnare auius est. vide *Thuan.*  
L. 74. p. 706. 707. vid. ſupra c. 29. n. 22.

**Ad Au-** §. xxix. Scutulum in ſeuti ſede honoraria *Lusitanici regni*, quod *Philippus II.*  
**flios.** mortuo *Henrico* ultimo regum per ducem *Albanum*, æmulis reliquis fruſtra ob-  
nitentibus, occupavit, insignis defert: quæ ſunt in ſolo argento, quia ſcu-  
tula carulea in crucis modum collocata; quodlibet quaque nummus *Byzantis argen-*  
*teis, puncto nigro impressis & in decuſſim diſperſis inuulfum: limbus ſeuti coccineus,* ſeptem caſtellis aureis inſcriptus viſitum. De jure *Philippi* in regnum illud, nec non  
aliorum competitorum agetur capite de Reg. Portugallie. Cæterum noſtrā me-  
moriā *Ioannes D. Bragantinus* hanc coronam ſibi afferuit, eamque filiis transiñit.

**Lusitaniz-** §. xxx. In  
**regnum.**



§. xxx. In scuti umbilico quod cernitur scutulum, bipertitum est, dextrâ parte flandria aurea, inscripto leone nigro, lunzi & falcis rubis: sinistrâ argenteâ impressâ aquila ru-<sup>loco</sup>  
bâ, coronâ, rostro & cruribus aureis, deferente pectori inscriptam lunulam foliatam au-  
ream. Priori teleserâ notatur comitatus Flandriæ, quem Arretia, Hannonia, Brabantia & mare claudunt. In Leone grisei aliquid obseruant nonnulli. Ita ex O. v. de la  
Marche le Labourer de l'orig. des arm. n. 133, & Monest. l'art. du bl. s. justif. c. 13. p. 336.  
moufflé de gris. Confer etiam de hoc leone Ioan. Ferrand. Epinic. pro lib. p. 48. Vidi quo-  
que, nescio an errore chalcoglypta, alicubi leonem pictum, ut ramum Oliva gestaret,  
unde in eam opinionem pene devenisset, Indias aut aliquid noviter repertarum re-  
gionum notari, sed constantes sunt autores in significatione Flandriæ.

§. xxxi. Quod veterum Flandriæ comitum concernit scutum: Priscis Forestariis, <sup>Eius vete-</sup>  
quos vocant, Flandriæ tribuunt scutum quinque lineis ex omni parte in decim conos, <sup>testellata.</sup>  
nero & cyano pictos sectura, scutulo medio rubeo. Hanc parvam ferunt à Liderico de  
Bouc, quem forestarium s. saltuarium constituerit Dagobertus Rex, ascitam, vel potius  
Phinardo Dn. de Bouc, quem propriâ manu occidet, ademtam. Vide M. Gilb. de  
Varenne. R. d'arm. P. I. pag. 110. Quando ascitus hic leo, non satis videtur constare.  
Nam antiquissimum, quod ullibi in sigillo inventum, exemplum leo est, quem Fre-  
dius reperit in sigillo Roberti Frisonis Com. Flandriæ anno 1072. Unde fallam oportet  
esse sententiam vulgarem (quæ Corn. Martin. in geneal. Flandr. Gilb. de Varenne. R.  
d'arm. P. I. pag. 10. & plerisque placuit) Philippum Com. Flandriæ, qui Roberto illo  
integro pene seculo posterior fuit, leonem hunc domum retulisse ex ipso Turce No-  
bilioris R. Albanie, quem cæciderit 1160. De Balduno Hannonio refert Iacob. de Gaij.  
annal. Hann. Vol. 3. c. 78. quod cum Hannonia arma primo scuti loco gestasset & Flandriæ  
sequiori, coactus sit leonem solum, aut tamen potiori gestare loco. Fratri comi-  
tis Philippo Com. Namurensi datus est leo Flandricus cum scipione injecto rubeo. Aliud  
discerniculum in Alfatica linea, limbo adjecto, qui angularibus rubis & argenticis  
constat.

§. xxxii. Flandriæ comitatus plures successive Dominos habuit. Ex familia Fo- <sup>Comitum</sup>  
refariorum primorum, in quibus Baldunus Brachferrus Iuditham Caroli Calvi successio-  
filiam rapuerat, demum socero reconciliatus comitis titulum ascensus est, Baldunus <sup>successio.</sup>  
Dolabra heredem scriptis, præteritis agnatis, Carolum Daniæ regis Canuti filium amiti-  
num suum: hujus filio Guilelmo repudiato alter Balduni amitus electus est Theodori-  
cus Alsatius, qui filium & successorem habuit Philippum cognomento & meritis ma-  
gnum: huic successit gener ex filia Margarita Baldunus IX. Hannoniae comes, ex anti-  
quis Flandriæ comitibus ipse quoque ortus. Is pater fuit Balduni IX. & Henrici, qui  
Imperatores fuere Constantiopolitani. Illi successere in Flandria generi ex Ioanna  
Ferdinandus Lusitanie princeps, & Thomas Sabaudus. Cum ex utroque non suscepta  
esset proles, ad sororem Joannæ Margaretam comitatus delapsus, quæ ex Burchardo  
Avesnuensi habuit Iosuam Hannoniae comitum fatorem, ex Guilelmo Damptetro e Borbo-  
niis Arcibaldis Guilelmum & Guidonem Flandriæ comites, quorum hic reliquæ ex se de-  
dit. Ejus enim abnepos fuit Ludovicus, à loco nativitatis Malanus dictus, Margaretæ  
pater, quæ successione marito Philippo audaci Burgundie duci attulit, ex qua gente ad  
Austriacos quomodo delapsa sit ea, supradidimus. conf. Thuan. L. 40. p. 482. 483.

§. xxxiii. In Flandriam hanc, prætensionem etiam Regi suo Gallie tribuit Iacob. In Flandriam pre-  
Cassano rechers. L. 2. cap. 9. & alii. Videamus pro more argumenta Francica <sup>temporibus Gal-</sup>  
cum responsis Hispanorum. I. Homagia à Comitibus Regi præstare solita, quod ali-  
Arnolfo, cum Hugoni Capeto illud præstare recusarer, armis extortum. Ita investiti Homagia  
etiam à Gallis, qui ex Hannonia, inde Damptrea, & postea Burgundica stirpe prin- <sup>regibus</sup>  
cipatum gestere. Ita in tractatu Atrebateni homagium reservatum regibus Gallie. folia.  
Præstiter ide Philippus & Carolus V. Austriaci. Imò inter Pares regni comes hic re-  
censit. Confer L. Guicciard. de fr. Flandr. p. 371. 404. 415. Cum vero conventu Ca-  
lisensi 1521. jus illud disputari inciperet, repugnantibus Gallis nihil obtentum. Bell. s.  
L. 1. pag. 24. Resp. Hispan. Licit homagio oblitteri fuerint Comites Flandriæ antiqui, Resonabat  
multo tamen majori libertate quam ulli alii proceres Gallie gaudebant. Zp. hist. C. J. Hisp.  
obstr. L. 1. c. 16. p. 111 seqq. Arnolfi exemplum ostendit fidem, quam legitimo Domino Ca-  
rolo Lotharingo præstitit, postquam contraillum Hugo Capetus regnum occupasset.



**Dat*co.*** II. *A regibus date comitibus leges, & controversia, quæ inter ipsos ortæ, ab iis dijudicata.*  
 mutibus *ta.* Ita judicatum inter Robertum & nepotes. *Reſp. Hispan.* judicatum de comitibus,  
*leges.*  
**Reſponſo.** *sed in conuentu Parium;* quale judicium potius arbitrum est quam publica autori-  
*Pacis arbitras.* III. *Pax sancta in Flandria invitis comitibus.* Ita Carolum VII. motum Ganda-  
*trium.* *vensus precibus, Philippum ducem 1452. bello eos castigaturum suā autoritate con-*  
*Reſponſo,* *tinuisse.* *Reſp. Hispan.* Flandrii annales aliquid loquuntur, nec domēstica testimonia  
*Gratia & Gallos juvare postulant.* IV. *A regibus pro arbitrio gratia facta & pene indicte.* Ita  
*pecuniarum* *Theodoricus & Guido ad mortem condemnati, & in gratiam iterum recepti.* *Reſponſo*  
*Iur.*  
*Reſponſo Hispan.* Gratia literas nunquam receperunt Flandrii, & Guido iniquè à rege vexatus.  
**Provoca-** V. *Provocatione ultima ad curiam Parisiensem & curiam Parium solita.* Quod jus etiam in  
*tio ad cu-* *Atrebatesensi tractatu reservatum, & adhuc 1505. à Philippo Duce agnatum.* *Reſp. Hispan.*  
*siam Par- sienem.* Provocationi huic se semper oppoluere Flandrii. 2. Philippus Austriacus in Hispanias  
*reſponſo.* iturus, ne bellum sibi impedimento futurum oriretur, regis schedæ subscribi jussit, sed  
*Defenſo* *secreta facta super vi protestatione.* *Zyp. l. c. p. 122, 123.* VI. *Reges ad defensionem co-*  
*comitum obligati.* Exemplum in Philippo rege Ludovicum adversus suos protegente.  
*Reſponſo.*  
**Judicia re-** *Reſp. Hispan.* Non minus regibus laborantibus auxilio fuere comites. *Zyp. l. c. pag. 123.*  
*gum in* VII. *Comites a regibus judicati, condemnati, comitatus confiscatus.* Exempla in Fer-  
*comites,* dinando & Guidone. Sic & morte Catoli Burgundi ob legem Salicam, quæ feminas  
*inprimis* *Carol. V.* nec intoto regno nec in parte eius admittit, ac ob feloniam vasalli, comitatus ad coro-  
 nam jure relatiplus (vid. *Philip. Comit. L. 5. c. II.*) sed nihilominus Austriacis sub feudi  
 conditione iterum permisus. Carolus V. autem adversus Dominum bellum gerens,  
 ob hoc feudo excidit, & sententia curie, cum non comparuerit, ob feloniam con-  
*Reſponſo* demnatus est. *Reſp. Hispan.* Ferdinandus & Guido non jure damnavi. Nec Carolus  
 reus fuit. 2. Salicam legem ad Flandriam nihil attinere, exempla docent, cum ex una  
 inalteram gentem non semel transiit famellarum jure. 3. Dominus impotenter va-  
 fallum vexans, & que suo jure excidit, acita obligationes vasalli & Domini sunt recipi-  
 procæ. 4. *Federe Confluentino & Peronensi convenit, ut si falleret Ludovicus XI. suo*  
*excederet jure, quod dein factum Zyp. p. 128.* 5. *Carolo V. licuit bellum gerere, quod*  
*vasallo male habito licet etiam Dominum deprædarī, nec bellum inter Carolum &*  
*Hispano-* *Franciscum aliiquid commune habuit cum causa hæc feudali.* Ex *Hispanorum* parte  
*rum fun-* *conceditur, olim Regibus Franciæ aliquam superioritatem & majestatem in comita-*  
*damenta &* *tum competuisse, sed omne illud renunciatione *Francisci I.* in paciis *Madritensis* (art. 9. & 10.) quæ *Cuneracensis* (art. 6.7.16.) & *Crespianensis* (art. 13.) confirmata, ab-  
*prætenſio-* *oltum ad regem suum redire.* Unde hucusque quieta juris possessio est. Itmò cum  
*nis abdi-* *pace 1659. conclusa (art. 35.36.) tota Artefia paucis exceptis & aliqua Flandriæ pars*  
*catio.* *Regi Galliæ cedantur, & Hispani omni suo juri renuncient, diserte autem art. 34. dicatur,*  
*quod hoc d'positiorum controversias terminet, videri etiam potest Rex Galliæ reli-*  
*quis in Belgio litis se abdicasse, cum reliqua restituat.* De iis quæ circa summum im-  
 perium Flandriæ inter Imperatores & Reges acta, vid. *Celeberr. herm. Conring. de Fin.*  
*Imp. Germ. c. 6. p. 45. 46.**

**Belgarum** §. xxxiv. *Brabantinus & Flandricus, qui in scuto Hispanico visuntur, leones in*  
*leones,* *memoriam revocant, quod cum his duobus reliqua Belgicæ provinciæ, quarum suc-*  
*Regnum* *cessio fere ad illas delaplæ, pleraque leonibus in scutis urantur.* Unde *Carolus V. Bel-*  
*leonus.* *gium universum in regni fætigum sub nomine regni Leonum evehere cogitasce, tradit*  
*Mach. Aizinger de Leone Belg.* Ex quo reperit *Linn. Iur. publ. II. 6. 24. & T. IV. add. ad*  
*Tirolis:* *2. 9. p. 245.* Quo forte facit, quod ipsi platum provinciarum tabulam in figura leonis repræ-  
 sentare solent.

§. xxxv. *Aquila, quam levam scutuli bipertiti ornare §. 30. monui, Tirolim notat.*  
*De qua & ratione successionis Austriacæ in illum comitatum supra c. 9. n. 40. egimus,*  
*nece est quod dictis addamus.* Nisi hoc quod Galli hinc inde areolam *auro, aquilam nim-*  
*Antwerpia-* *gro colore tingunt, & Marchionatum S. Imperii. Antwerpia* interpretantur. Verum do-  
*Marchionat-* *mesticis testibus Chiffletio & aliis credere malum, circa colores laterculi & interpretationem:* *Imperi.* *quamvis Paillot scienc. des arm. p. 660. illi Marchionati similem *Tirolensi aquila**

*rubram rostro & membris aureis in solo argenteo tribuat.* In *Desterr. Spiegel der*  
*Chren* L. 5. c. 27. p. 874. *Marchionatus* scutum constituitur transversè sectum, superio-  
 ri parte *auræcum aquila bicipiti imperiali* scutulum Austriacum pectore deterente:  
*inferiori rubra castrum argenteum tribus turribus quas muro conjungunt continente,*  
*additis*



additis duabus abscessis manibus. Quibus fabulam antiquam designati credo ab *Hantverpen*. Quam recte verò hoc scutum assignatum sit, non discerno. *Brianville* parvulam minio & turres s. castrum argento pingit. Cum tamen Marchionatus facta est mentio, eumque in titulis solennibus deinceps etiam numeratur simus, hic de illo paucis agere, non præter rem erit. Ferunt *Utilonem* Theodosius I. Ducus *Bavaria* filium, *Origo*, *Theodosius II.* seu *Magni* fratrem, quod cum Theodoberto Theodorici *Austrasia* regis filio contra *Cochelarecum* *Dania* regem Belgicam oram infestantem, si. fortiter se gessisset, eumque profligasset, interemisset & prædam reduxisset, ob hoc *Marchionem Antwerpensem* creatum esse, & finitima ora inter *Scaldim Mosam Rhenumque amnes* atque *Oceanum* rectorem datum, adversus impetus Danorum piraticam exercentum, acceptâ uxore *Closhilde* Theodeberti illius sorore. Vide *Hir. Henning. Theatr. geneal. T. 3. P. 1. p. 166.* Eiusdem filium *Hugobertum* vel *Sigobertum* dein ab Imperatore axio-*ma Marchionis S. Imperii* in illis partibus obtinuisse. *Nesterr. Spiegel der Ehren.* L. 5. c. 27. p. 861. Abo e familiam *Caroli M.* deducunt, contradicentibus aliis, qui eo-*rum originem in Moesianis principibus querere præferunt.* Unde hi inter Caroli maiores *Ansbertum* nominant, qui ab Imperatore *Zenone Isaurico Imperii Marchiam ad Scaldim accepit, & ad posteros transmisit.* *Henning. p. 18.* Idem perhibet *Carolum Hasbanum Brabantia Ducem*, ut adversus Childebertum & Clotharium Reges Francie auxilio esset, legatione ad *Sufficiendum Augustum* nomine Theodeberti *Austrasia* regis functum, qui hâc causa *Marchiam ad Scaldim Ansberti* committi concesserit. *Henning. p. 120.* Eiusdem *Caroli* proneptis *Bogga Ansgerio* Ansberti pronepoti nupsit, adeò cum *Brabantia* iterum unitus *Marchionatus*. Verum pleraque illa non adeò certis fundamentis nisi, aut ita idoneis autoribus probari videntur, ut non plurimum dubii supersit. Id certius est, hunc *Marchionatum* in *Carolina familia Lotharico regno* comprehensum fuisse, & dein ducatum *Lotharingiae* accensum. Inde eum cum comi-*tatu annexo Ryen Gerberga* *Caroli ex Carolidis Lotharingiae Duci* filia marito *Lamberto Barbaro C. Lovaniensi* attulit. Hujus nepoti *Godefredo Barbaro Walramus D. Limburgius* (cujus parenti *Henrico* eundem *Henticus IV.* concilierat) *Marchionatum* favore *Lotharii I.* obtutum 1126. ademisse, sed cum *Conradum III.* adversum haberet, rursus 1137. à *Godofredo* eo exutus scribitur. Ex eo tempore eum penes *Brabantines* mansisse non dubio; unde cum reliqua *Brabantia* ad *Burgundos & Anstriacos* delapsus est: & nunc quoque nomine *Marchionatus S. Imperii* cluit, & præter caput *Antwerpam* (*Antorff*) celeberrimum ex decreto *Brugarum* temporium quæ vicina sunt comprehendit. Olim à *Valencieno* ad *Scaldis* usque exitum protensus fuisse, & *Nivel-**lam*, *Lovanum*, *Bruxellam*, *Antwerpam* continuisse perhibetur. Certe urbi *Antwerpae* ita affixus non est, ut soli inhäretet. Unde cum *Ludovicus Flandriæ* comes urbem *Antwerpam* à *Wenceslao Brabantiae* Duce teneret, *Marchionatus* tamen titulo caruit, & urbs 1403. ad *Brabantinos* *Duces* reversa est. Confer *Zypeum* hiat. *Caßlan.* obstr. p. 143. seq.

§. xxxvi. Fuit hæc dispositio, quâ ad nos usque Rex Hispaniarum ulus est: non *Scutum* parum autem ab ea differti ista, quæ in *Sibmacheri Wapenb.* P. 1. p. 2. visitur, quam *huc Hispani- etiam transferam*, non quod ab ullo rege usurpatam fuisse credam, sed ut laterculo-*sibmachi* rum aliquorum, qui in priori non occurunt, tesseras explicandi sit occasio. Ceterum dividitur scutum in quatuor majores quadrantes; quorum primus symbola *Castellum & Legionense* quadripertitum repetit. Secundus iterum bipertitus conspicitur, posteriori areola *Siciliam* notante (in *Wapenb.* vitiosè pali argento & minio tinguntur) priori transversè secta, ut superior pars juxta politas tesseras *Aragoniam & Hungaricam* refert, inferior solam *Navarram*. *Hungaricas* fascias vix alio titulo Rex Hispanie clypeo inferuerit suo, nisi quod ex Regibus Neapolis aliqui etiam *Hungariæ reges*, illis vero Hispani successere. *Navarrenum* autem dñyua quod concernit, ex eo *Navarre regnum* sumtum fuetit, quia *Ferdinandus Catholicus* 1512. repentina irruptione regnum occupavit, cuius tamen prætensionem nunc quoque servant Franciæ reges & leuto inservunt. Vide cap. 24. n. 45. & seq. imprimis n. 50. si. 52. ubi utriusque partis in cautâ illius regni fundamenta. Tertius quadrans exhibet quatuor iterum areolas, *Antriacam*, *Burgundiæ recentiorem & veterem*, & aliam quæ *leonem* refert, quem ex aliis schematis mallem esse *Brabantinum*, sed *Sibmacherus* eum *cocco & areolam auro* tingeat, unde fuerit *hollandicus* vel *habspurgius*, nisi quod corona deest. Quarti quadrantis denuo



quadriperi prima quadra *Portugalicum dēyua* resert, cuius tamen quæ pictor exhibet cætella numerum septenarium excedunt, quod erroneum est. Secunda cætella aureum craterem continet, tercia iterum cærulea coronam imperialem auream, quarta aurea nigrā ter repetitam figuram literæ *Iota* majuscūli, ventre distento. Crateris s. cætæcæstis significatio est *Gallicæ*, aliquæ nominis allusione, quamvis Galicia non a cælice sed *Gallæcæ* s. *Callacæ* aut *Callacæ* dicta sit. Solum autem *cruciculus brachiatis & spinulatis* (juxta alios tritolati) *aureis* conferti debet, quod peregrinationi lacræ ad *Compostellam* L.S. Jacobi sepulcrum tribuunt. Cæterum *Gallicæ Legionis*, Asturæ & Lusitanæ regnis atque Oceano clauditur, & pars olim fuit regni Asturum; sed honori *Garciæ* minoris filii à *Ferdinando M.* 1060. regali axiome ornata: dein coronæ Legionensi iterum unita est sibi *Alfonso VII.* Coronæ imperialis nota *Toletum* designat.

Gallicæ.

*Toletum.**Urbis Imperialis.**Jaen s. Gienna.**Scutum Caroli V.**Scuta familiarium ex regum naturalibus.*

**§. xxxvii.** Ab utraque dispositione differt illa, quam in *Caroli I.* sigillo 1524. expresso observavi, & æri incisam exhibeo: Nam aquila Imperialis pectori impositum erat scutum quadripertitum. Primus quadrans laterculos repeatet quadipteritæ divisione *Castellum & Legionensem*. Secundus quatuor numerabat alveos *Aragonum*, *Siculum*, *Hierosolymitanum*, *Navarrenum*. Inter hos duos quadrantes intercipitur triangularis parvula *Granatenis*. Tertius quadrans oblique sectus *Austriam & Burgundiam novam*; quartus simili sectione *Burgundiam veterem & Leonem* (ut puto *Brabantum*) representat. Hisce quadrantibus duobus incumbit parvula bipertita, & leonem atque aquilam continent; quotum illo *Flandriam*, hæc *Tirolim* notari credo.

**§. xxxviii.** Familia ex regum naturalibus deductæ insignia partem solitæ sunt scutate. *Iacobus I.* ex *Therese* & *Ligidii* *Vidaure* genuit *Iacobum ac Petrum*, quorum illum *Exericæ*, hunc *Acyru* domino donavit, unde familiæ *Exericarum & Acyriorum*. Illi utebantur palis Aragoniæ limbo circumdato, quem ornabant octo scutula singulis fasciis exarata, quod signum *Vidauriorum* fuit. *Acyriorum* autem clypeus Aragoniæ palis inducebat crucem fex *Vidauriæ* parvulus ornatam. Alius *Iacobi* filius ex *Berengaria* *Ferdinandi* fuit *Petrus*, quem opido *Iacobi* donavit, autorem *Comitum Belchitensem*; hic usus est scuto quadipterito ex Aragoniæ & Navarreno symbolis. Tum eodem succepimus & *Sancti Antilonis* filia *Ferdinandus* Dominus *Baronia Castræ*: cuius *dēyua* scutum quadrisidum ex Aragoniæ palis, & stellæ caudatæ. Ex *Ferdinandi Aragonie* regis filiis *Humiliæ* militiæ *Jacobiticæ* Magister *Aragonios Segorbia Duxes* propagavit, qui triperito scuto Aragoniæ palos, *Castellanum* castrum subiecto Legionæ s. leone, & *Sicula dēyua* gestarunt. *Ioannes II.* Rex ex *Maria de Escobar* genuit *Alfonsum* *Calatravæ magistrum*, quo natus est *Ioannes Aragonius Luna Dux & Ripacurtii comes*, à quo *Aragonii* *Duces Villahermosa & Ripacurtii* comites: hiusi scuto quadipterito, cuius 1. & 4. area *Aragonios* palos, 2. *Castellum*, 3. *Leonem* referunt. Imposita toti parvula, cum 2. gradientibus lupis, s. qua feræ illa figura est. vide *H. Blanc. Comm. Rer. Arag. p. 653-700. 704.* *Heuriqueziorum* alibi c. 36. vidimus scutum.

*Discerni.*

**§. xxxix.** Distinctionis cœla in regia familia video usui esse fasciolæ trifidas. Ita cœlæ in re apud *Chifflet. inf. Eq. A. F. n. 246. & 322. Philippus III. & IV.* infigne paternum trangunt gladio. segmento trifido argenteo. Ita 350. *Carolus infans Austriæ* additæ segmentum *tripos coccineum*.

**§. xl.** Per



**S.XL.** Per naturam Caroli V. filius erat Joannes *Austriacus*, gestus celebris princeps, Joannis *Austriaci* cuius ille clypeus fuit apud Chifflet. Eq. A. V. n. 241. Ut perpendiculari linea sectus priori parte linea transversa secta superius *Castellam*, inferius *Legionem* notaret, posteriori parte iterum bipertita hinc *Aragoniam* istiunc *Siciliam* referret: Scutulo medio ex symbolis *Austriae* & *Burgundia* bipertito. Ei clypeo imponitur galea coronata cum cauda pavonina.

**S.XLI.** Huic scuto regio imponitur *corona regia*, quam adhuc *Philippus II.* seculi istius *Corona more apertam* initio gestaverat, sed dein *Henrici II. R. Francie* exemplo eam *clausit*, clausa. quod haec tenus reliqui etiam reges fecere. Confer *Menestr. verit. art. du blas. cap. 13.* p. 154. Si vero galea imponenda sit, eam regiam esse oportet. Chifflet. *Philippo II.* dat *Galea*. coronatam, & super illam *Castellum Celtibericum*, *Leone Legionensi*, dextrâ ensem nudum auro instruatum, finistrâ mundi globum aureum tenente fastigiatum. Plurimum ornatum dat aureum & hermionicum. *Philippi III.* leo finistrâ clypeum aureum gestat, quod crediderim esse discerniculi gratia. Ceterum cum hic apex sit Apices regnum *Castellani* & *Legionensis*, addamus aliquia de apibus alii regnum illi scuto comprehenorum. Rex *Aragoniae* *Alfonsus* apud Chifflet. *Insign. Eq. A. V. n. 41.* habuit draconem emergentem aureum, linguâ trifida exerta, & oculis miniatis, finistris falculis pinnatum tenens vexillum argenteum, cruce coccinea insigne, hasta spiculata aurea. *Lusitanicus* apex describitur capite de Portugallia.

**S.XLII.** Quod aliorum etiam principatum attinet apicem. *Austriacus* c. 9. n. 74. Apices *Austriae*. consideratus est. *Burgundiae* Duci Chifflet. Eq. A. V. p. 2. tribuit galeam diademate tortuli *Burgundiae*. argenteo & coccineo ornata, quod antiquorum regum in igne: incubente lilio aureo quadrilatero (*double fleur de lis.*) Florem illum nescio in quam monstruosam figuram transformavit *Sibmachrus* Wapenb. 2. pag. 2. *Brabantia* apex (Wapenb. 2. Brabant. p. 4.) est *sporadica* aurea leonis nigri alati, coronati, & pennis pavonin fastigiati.

**S.XLIII.** *Telamones* adduntur duo *Leones*. Ferdinandus Catholicus autem & Isabella unicâ aquilâ utebantur, cum inscriptione: *Sub umbra alarum tuarum propterea Neanthes.* politano autem scuto telamones dari *Sirenes*, forte ob memoriam Parthenopes Sirenis, que aliquando Neapoli claraibi etiam sepulcrum habet, testatur *Limn. Iur. publ. 6, 6, 10. 4.* *Sirenibus Brianvill. jeu d' arm. p. 61.* dat duo vexilla, alteri veterum Regum *Normannorum*, nempe rubeum, insignitum baltheo teleslato ex argento & cyano, alterum *Suevorum*, nempe aureum tribus leopardis aureis insigne.

**S.XLIV.** *Symbolum s. Ieremia epigraphicum* quod concernit, nullum vidi regibus *Symbolum commune*: nam quod Chifflet. addit *Philippo II. Dieu est mon aide*, & *Philippo III. A. tons deux*, his propria fuerit. Sed nec telieram militarem legi Hispanorum regum. *Burgundorum* vero erat *Montjoye S. Andrieu*.

**S.XLV.** Ordines equestris plures in Hispania sunt, de quibus P. 1. c. 7. pluribus actum est. Præcipuus vero est, cuius etiam torques scuto circumdati solet, qui ab auro vellere cognominatur, institutione tamen *Burgundicus*, non *Hispanicus*. 1429. 10. Febr. à *Philippo D. Burgundiae* institutus est. Equitum ejus ordinis omnia insignia gentilitia edidit 1632. saepem citatus Chiffletius, annalibus ejus concinnandis etiam destinatus. Vide annexum tractatu encodium aurei velleris autore *Godofredo Windeleino*. Breviarium autem historiæ ordinis edidit 1652. Antwerpia *Iulius Chifflet*.

**S.XLVI.** Supereftutum consideremus, reliqua subministraturum, de quibus agendum est. Initium tituli prolixioris factum à *Ferdinando Catholicis & Isabellae Augustinianis* Luc. *Marin. Sic. dreb. Hisp. L. 19. p. 479.* Ioanne Aragonie rege Ferdinandi patre mortuo, & illius regni omniumque suorum principatum posseſſionibus acceptis, quibus titulis & quo ordine uti deberent in literarum & privilegiorum expeditionibus, ad processus consiliariorumque suos retulerunt. Quorūcum cum plures eos Hispania, cuius majorem partem possidabant, principes appellando censuerunt, hoc ambitionis & arrogantia nomen esse exsuscitantes, ne Portugallia Navarraque regibus injuriam facerent, admittere noluerunt, sibiique titulos, quibus honestius ntererentur, hoc modo statuere, ut sc. Castelle nomen Legionis præponeretur, *Legionis Aragonie*, *Aragonia Sicilia*, & *Sicilia reliquis*, hoc modo Ferdinandus & Isabella Dei benignitate rex & regina Castelle, Legionis Aragoniae, Sicilie, Toleti, Valentiae, Gallicæ, Majoricarum, Hispalis, Sardinie, Cordubæ, Corfica, Mursie, Jaenis, Algarbiorum, Algeziræ, Gibraltaris, Comites Barcinonæ, Domini Vizcaiae & Molinæ, Dukes Athenarum & Neupatriæ, Comites Ruslinonis & Cerdaniæ,



daniæ, Duceſ Oristani & Gotiani. Sigilli autem quibus litera privilegia signantur & imp̄imuntur, item clypeos, stratoria, pannosque ceteros, quibus magna pars Asia regia que domus exornari solent, castellis, leonibus, aquilis & baculis insigni jusserunt, in Castelle, Legionis, Aragonie & Sicilia memoriam & honorem. Ex quo etiam forma & dispositio scuti regum clara est.

Alfonſi.

Alfonſus R. Castille vetustiorem titulum anno 1282. in diplomate illum legi: Alfonſus Dei gratia Castille, Legionis, Toleti, Sibilia, Corduba, Murcia, Gienii atque Algarbi Rex. Surit in ind. ter. Aragon. ad ill. ann.

Philippi IV.

Nostro tempore illum Philippo IV. tribuit Chifflet. Philippus IV. D. G. Rex Castilia, Legionis, Aragonie, Siciliarum, Hierosolymorum, Portugallie, Navarra, Granata, Toleti, Valentia, Galicia, Majorica, Sevilia, Sardinia, Corduba, Corsice, Murcia, Iaen, Algarbiarum, Algezira, Gibraltaris, Insularum Canariarum, Indiarum Orientalis & Occidentalis, insularum & continentis Oceanii: Archidux Austriae, Dux Burgundie, Lotharingiae, Brabantie, Limburgi, Lucenburgii, Geldria & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandria, Artesia, Burgundia Palatinus, Tiroli, Hannonia, Hollandie, Zealandia, Namurci & Zutphania, Princeps Sueviae, M. S. Imperii Romani, Dominus Frisiae, Salinarum & Mechlinie, civitatis, urbium & provinciarum Ultrajecti, Transsilvania & Graninga, & Dominator in Asia & Africa, &c. Similem tere tribuit Carolo II. moderno Regi Sammarth. l'Est. de l'Europe. P. 3. pag. 34. Nisi quod Portugalliam & Algarbiam expungat, quod pace facta Lusitania sibi permisla sit: Majoricæ nomini Minoricam addat: Mediolani titulum inter Brabantianis & Limburgum intermixat; Barcinonensi in comitatum interponat Tiroli & Hannoniae: loco Dominatoris in Asia & Africa substituat, Dominus Biscaya & Molina, Dux Athenarum & Neopatria, Marchio Oristani & cotiani.

Caroli V.

§. XLVII. Adhuc prolixior titulus datur nostra lingua Carolo V. in diplomate, quo Simoni Engelhard Camere advocate & procuratori 1524. 15. Octobr. concessa sunt insignia. Carolus V. D. G. Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Rex Germanie, Castilia, Aragonie, Legionis, utriusque Sicilia, Hierosolymorum, Hungarie, Dalmatia, Croatia, &c. Navarra, Granata, Toleti, Valentia, Galicia, Majoricarum, Hispaniæ, Sardinia, Corduba, Corsica, Murcia, ciennis (sue Iaen) Algeron, Algezira, Gibraltaris, Insularum Canariarum, nec non insularum Indiarum & terra continentis, atque Oceani: Archidux Austriae, Dux Burgundie, Lotharingiae, Brabantie, Styrie, Carinthia, Carniola, Limburgi, Lucenburgi, Geldria, Wirtembergia, Calabria, Athenarum, Neopatria, Comes Habsburgi, Flandria, Tiroli, Barcellona, Artesia, Burgundia Palatinus, Hannonia, Hollandia, Zealandia, Pfretarum, Kburgi, Namurci, Ruscinonis, Territanie & Zutphania, Landgravius Alsatia, Marchio Burgoviae, Oristani, Gotiani & S. Rom. Imperii, Princeps Sueviae, Catalonia, Asturia, &c. Dominus Frisiae, Vimidorum Marchia, Portenavia, Biscaya, Monia (an Molina) Salinarum, Tripolis & Mechlinie.

Regna &amp; provinciae de quibus actum.

§. XLVIII. Videamus singula. De Castilla actum §. 5. de Legione §. 6. de Aragonia §. 10. de Sicilia §. 16. de Portugallia §. 28. de Navarra §. 35. de Granata §. 20. de Toleti, Galicia & Iaen §. 35. de Austria §. 21. de Brabantia §. 28. de Flandria §. 30. de Tiroli §. 34. Nunc de reliquis. Cum Siciliarum s. utrinque Sicilia fit mentio, intelligenda est cis Pharam & transPharam, s. insula Siciliæ vel Trinacria, & extima Italix ora, regnum Neapolitanum. Huic speciatim datur tifera, patnula cerulea consita liliis Francicis, cum segmento quinque partium rubeo. Quæ tifera discerniculum fui. Andina primæ familiæ, sed dein regno data est. De vetustis insignibus vide fabulosa apud Haping. de jur. insign. c. 6. P. 3. §. 6. n. 472. hierosolymorum titulus unde sit, alibi vidimus.

Valentia regnum.

§. XLIX. Valentia regnum, Catalonia, Aragonia, Murcia & Mari mediterraneo conclusum designatur scuto rubeo, in quo civitas argentea, opere cementario nigro. Hoc regnum 1085. celebris Cid Ruiſius Diazus Abenacio Mauro eripuit, sed illo mortuo hic recuperavit. Iterum 1238. Iacobus rex Aragonia regnum occupavit, Abenazaeno Mauro extortum, inque civitatem colonias Catalanorum & Aragonum introduxit; dein Iacobus II. rex regnum hoc Aragonia in perpetuum univit, unde cum hoc ad Austriacos devenit.

Baleares, Majorica &amp; Minori-

ca. S. l. Aragonia etiam regno accensentur Baleares insule. Majorica & Minorica, quæ mari vicino, quod circumfunditur & Iberici pars est, nomen dant. Haec olim Carthaginensisibus paruerant, dein à Romanis subiectæ sunt. Quibus ad extremum Saraceni eripuerunt, cumque ex illis piraticam commodissime facerent, sœpe quidem à Barcinonensisibus, Pilatis, Genuenisis & Normannis infestati sunt, non vero ejici potuere.



potuere. Tandem *Jacobus I. R. Aragonie* 1228. expeditione suscepit insulâ majori potiter, & regem *Aboihen* cuim filio capit. Confer *Marian. L. 12. c. 14.* Inde 1231. regnum *Balearicum* accepto comitatu *Vrgelitano* cum *Petro Lusitano* commutat. Sequenti anno *Harum Domini* quæ rebellis fuerat, *Majoricam* recuperat *Jacobus*, & cum eâ minorcm alteram. Iterum verò regnum hoc, cuius ad vitam tantum concessi jura ad hæredes non erat transmissurus, *Aragonio Petrus* 1236. permittit. Unde patre mortuo 1276. filius *se-  
cundus Jacobus* in insulare regnum succedit (ob quod regni symbolum sunt pali *Ara-  
gonici* inductâ rubeâ tenuâ, discerniculo fratris minoris.) Hic 1279. supremum ejus jus fratri concedere, seque & posteros *Aragonie* regibus subjicer cogitur. Sed ob hoc in bello 1285. *Gallis* se jungit. Unde expeditio *Alfonsi regis* eo anno in insulam, quâ *cam* subegit, & in ea se *Regem Aragonium, Majoricensem ex insula nomine & Valentia-  
num comitemque Barcinonensem* nominavit. Verum 1295. pace iterum restituitur *Iaco-  
bus*. Tandem 1343. hictâ causâ *Petrus II. R. Aragonie* agnatum *Iacobum R. Balearum* regno privat, & anno seq. armis illud subigit: qui quicquid etiam pro illius recuperatione tentavit, frustra fuit, cont. *Surit. indic. Arag. ad annos notatos. Marian. L. 12. c. 14.*  
*16. & L. 15. c. 12. Bernard. Gomes de Iacobo I. L. 5. 6. & 7.*

In hoc regnum regi suo jus vindicat *Cassan. rech. des dr. de Fr. L. 1. c. 6. p. 341.*

Fundamenta allegat i. *Ius regis in Magalonensem vel Montpeliensem Episcopatum. Prætenso*  
*Rem ita refert: Iacobus I. rex Aragonie, cum in custodia esset detentus post partus cædem*  
*à Simone Montifortis Com. ex qua autoritate Papæ in regnum inductus est, dicitur vo-  
rum fecisse instituendi ordinem pro redemtione captivorum, & ultramarinam fulci-  
piendi expeditionem. Instituit post hæc ordinem, cui nomen dedit de N. Dame de la*  
*mercede. Inde cum regnum Balearium expugnasset, Episcopatum *Magalone*, qui dein*  
*Monpelium translatus est, ejusque patrono S. Petro, illud obtulit, quod ipse & posteri ab*  
*eo tenerent feudo. Causæ donationis, regis in patriam amor, pietas in locum, in quo*  
*ipse & mater Maria præcipua exercitia devotionis peregerant, nec minus quia aliqua*  
*Pontifici à Petro Com. de Mauquel in comitatum jura. Porro 1285. capitulum & Epi-  
scopus superioritatem regni, quæ ecclesiasticis ob regum, qui debita præstare siue  
negligebant, potentiam honorabilior quam utilior fuerat, regi Galliæ concessere (alle-  
gat *Cassanus Petrum Iacobi*, qui vixit 1290. in practic. de success. reg. Fr. ubi hæc verba:  
*Item non advertunt bene consiliarii, qualiter à paucō tempore rex acquisivit ab Ecclesia*  
*Magalonensis ius vasalli, quod habebat in regem Majoricitarum, quod jus ipsa Ecclesia tene-  
bat a nullo. Allegat etiam Car. de Graſſilio l. Graſſille Carcaſſon, de regal. Franc. qui di-  
ſert dicat, regem Hispaniæ subesse regi Franciæ, ratione feudorum, quale sit regnum*  
*majoricitarum, quod feudum Ecclesia magalonensis rex Franciæ ab ea acquisiverit in*  
*regem Hispan.) Inde cum 1347. *Jacobus Balearicus* vendidisset monpelium Philippo regi*  
*120000. scut. Rex cum Ecclesia commutavit rectoratum Monpeliensem pro feudi de*  
*Pouſſant & de Freſealini. Verum etiam præter hanc acquisitionem Rex Galliæ tan-  
quam patronus Ecclesiæ regni & Dominus temporalium bonorum ad illas perti-  
nentium prætendere potest, sibi deberi, quæ Ecclesiæ sunt. In primis cum ipse Epi-  
scopatus Magalonam feudo Galliæ teneat.**

*Reff. Hisp. I. Votum in captivitate edere Jacobus non potuit, cum enim quadrimus Hispania.*  
esser patre 1213. mortiente *Marian. L. 12. c. 3.* sequenti anno 1214. in regnum adductus est  
à legato Pontificio. Quod ergo votum insantis? *Ordo* verò institui potuit, uti ab eo et-  
iam institutum, sine causa hujus mentione memorat *Hier. Blancain R. Iacobo p. 654. abs-*  
*que vero. 2. Regnum Balearicum Jacobus primi acquisitoris filius apud Surit. ind. rr. Ar-  
rag. ad ann. 1279. immune & nullius imperio potestate addictum suscepisse perhibet.*  
*Ibi verò cogitur submittere lceptrum corona Aragonie. (Quæ ibi Melgoriensis Episcopi jura*  
*excipiuntur, respiciunt monpelium.) Unde jus Magalonenum nullum; saltem ita perdi-  
tum. 3. Quæ Balæticæ à Magalonæ Episcopis tenuere, & hi regibus cedere potuere, fo-  
lum monpelium respiciunt. vid. *Marian. L. 15. c. 12.* Ubi hanc quoq; Episcopi prætentioem,  
cum suo urbem beneficio teneri vellet, Balæticus non agnoscerit, quod non exoleris ve-  
tustate annualium tabulis & exemplis imperia constent, sed recentissimæ consuetudinis  
usu. Itaq; ne hoc quidem jus liquidum ea tempestate fuit. Conf. ap. Surit. ind. rr. Arag.  
*L. 2. ad ann. 1280.* quod Rex Galliæ promittit regi Balearium, quod Monpelieri Dominus  
natus jura integra ei reservare, neque permutationis causâ cum Magalonensi  
Episcopo facta, jus aliquod in eam ditionem querere velit. (Sic & *Mariana L. 14.*  
*cap. 4.*) Ex quo colligeretur, cuius permutatio aut cessio facta inter regem &*



**Magalonensis:** nempe *Monpelerii*. Quin & quod emit Monpelerium à Jacobo Gallus, ut ipse eo pretio reliqua bona ab Aragonio recuperaret, ex quibus potissimum *regnum Balearicum*, argumento est, in hoc jus sibi non arrogasse Gallos. In primis quia, ut est apud *Surit. ad ann. 1349*. Jacobus ille ultimus, si insulam recuperaset è *expeditione* quā cecidit, ipsam auxiliariis *Genuenibus* addixerat. 4. In *controversia* de *Episcopo Majorice* imponendo inter regem & Barcinonenses, non legitur *intervenire* *Magalonensis Episcopus*, quod futurum erat, si totum regnum ab hoc dependeret. Confer *Bern. Comes. histor. Jacobi I. Reg. L.7. f.* 5. Si feudum sit *Magalonensis Ecclesiae Balearicum regnum*, potuit illud (loquendo ex *hypothesibus Pontificis*) *spirituale feendum esse*, quale describit *Ioh. Caram. Lobeoviz in Phil. prud. Lusit. R. demonstr. L. 5. Dif. 1. q. 1. art. 3. & seq.* quod sit *rex spiritualis*, cum quis Ecclesiastica gratia donatur, ut fruatur indulgentiis & spiritualibus privilegiis, quibus alii reges perfici consverere. Quale *spirituale feendum* etiam ab *Episcopis* aut *Abbatibus* dari posse ibidem credit. Confer eundem de *rege monastico*, vel *regno in feudum monasteriorum oblati* *dif. 2. q. unica.*

**Andinum jurex cellione Joannae Balancie March. Montisfer.** 2. Aliustitulus à *Ioanna Montisferratensi* vidua, Jacobi ultimi Balearici sorore, quæ fratri extincti 1375. heres, *Balearicum regnum & ditiones omnes regno attributas* *Ludovico Andegavensi* cālege, ut Aragonios bello aggredieretur, detulit. *Conf. M. rian. L. 17. c. 18. Surit. indic. rer. Arag. ad ann. 1375.* Qui ob hoc *Catalaniam* invasit, sed tandem ob Italit negotia omittere coactus est. Jus verò *Andinum* testamento Caroli Maiorū ad regem Gallie venit.

**Responsio** *Repf. Hispan. I.* Quain frater sorori non transmisit hereditatem, ea aliis relinquere non potuit. 2. Ipsa prius, cum nuberet *Montferratensi*, iure suo in gratiam regis Aragonii celiit, apud *Surit. indic. rev. Aragon. ann. 1358.* 3. *Andina successio* ad *Lotharingos*, non ad regem Francie delata est. 4. Extincto Jacobo agnitorum ultimo adagnatos Aragonios delabili debuit regnorum lege *Balearicum regnum*. Cum hi æque ac Balearici à Jacobo primo acquirentे descendant. 5. Alibi *Cassanus* negat donatione regna transferri posse. vide *Zyp. I. 4. p. 26.*

Præterea in genere quæ his fundamentis opponant *Hispani* habent 1. *prescriptionem*. Nam nunquam possessionem *Hippanorum* hæc tenus turbarunt Franci, sed ex quo occupavit Petrus IV. regnum, successores semper retinuere. 2. *Renunciationem* regis Francisci in pactis *Matritens.* §. 7. & 22. *Crespiac.* §. 12.

Cum superius δῆμα Majoricæ assignaverimus ex Aragonis palis inducta tertia: *Virgilii Solis Norimb.* p. 34. tribuit ei tres argenteas fascias scuto rubeo inductas: *Minoice* autem idem scutum, sed induit baltheo dextro aureo. Quā fide ipse viderit.

**Sevilla s. Hispalis.** 5. II. *Sevilla s. Hispalis* ad Bætim celeberrima civitas metropolis *Andalusiæ* est, & alterius in ea Maurorum regni caput fuit, sub nomine *Sibtilia* (apud *Rod. Sant. histor. Hispan. P. I. c. 17.*) underet regia illi dignitas. Nunc etiam ob mercaturam & clastes, quarum merces in eam transferuntur, famosa est, & Oceani Regina nuncupatur. De ea proverbium Hispanis est, *Cui Deus favet, ei dat domum Hispalis*: nec non

*Quien no ha visto Sevilla, no ha visto maravilla.* Portæ urbis inscriptum:  
*Condidit Alcides, renovavit Iulius urbem,*  
*Restituit Christo Fernandus tertius Heros.*

Factum hoc 1248. Atque ita regnum hoc *unitum Castiliae*, cum cā ad *Austriacos* devenit. **Andalusia tellera.** Peculiarem ejus tessera non vidi, unde hic spectare credo *Andalusiæ* totius hieroglyphicon, quod cā in aurea parma confidens in throno rex auratis vestibus. Olim *Andalusiæ* reges gestasse 2. claves argenteas in scuto *cyaneo*, indicio quod claves *Hispanie* **Corduba.** *Gades* in manu haberent, ex *Thuan. L. 48. p. 867.* videmus. *Corduba* alterum in *Andalusiæ* regnum Maurorum fuit. Cui datur tessera scutum aureum tribus fasciis rubeis exornatum. Hoc regnum idem Ferdinandus R. *Castiliae* 1236. occupavit. *Ioh. Marian. de reb. Hispan. L. 12. c. 18.* ubi addit: *Rex ex eo tempore ad veteres titulos Biatæ & Cordubæ se regum dixit, ut ejus atavista tabula in dicio sunt.* Potro tessera illa fasciata communis est familiae in Hispanis illustri, quæ *Cordubensi* cognomine utitur. Unde *Virgilio Solis* fides non adhibenda, qui *Cordubæ* regno tribuit scutum argento & cyanofasciatum. p. 32.

**Sardinia.** 5. LII. Jam Sardinia sequitur, Insula maris inferi Italiae objecta, quæ post *Carthaginenses Romanis* patuit, dein à *Saracenis* (incolis aliquibus alibi sedes querere coactis **Eius Domini.** Baron. I. 10. ad ann. 852. n. 8.) intestata est, sed iterum à Christianis recuperata. *Pontificis* *authoritate* eam *Pisani*, qui cum *Genuenibus* de ejus imperio contendenter, post hos



hos ex dono Pontificis Bonifacii (vid. *ind. rer. Arag.* ann. 1297.) Aragonii, qui tamen diuturna & gravissima ob insulam cum illis & ipsis incolis factiosis bella gerere coacti, (in primis *Alfonso Benignus Jacobi Regis filius rebellantes* & ad Pitianos deficientes potentia expeditione & magna fortitudine patri iterum subjecit. vid. *Luc. Marin. Sic. de reb. Hispan. L. II. p. 395. Indic. rer. Arag. ad ann. 1311. 1321. 1331. 1369. 1370. 1393. &c.*) tenuere. In horum vero potestate nunc quoque cum Sicilia & Neapolitano regno ea perseverat. Suo tamen regi (dubium an consensu publico.) *Cassanus rech. des dr. de Fr. L. I. c. 9. p. 471.* jus in eam vindicar.

Sunt autem fundamenta Francica apud *Cassanum illa*

*Præfatio  
in eam re-  
giam  
ex Cassan.  
Carol. An-  
dini jus à  
Pontifice.*

1. Non Franci solum fuere *Normanni*, qui præter Neapolitanum regnum *francie* hanc insulam eripuerunt Saracenis: sed & cum *Petrus R. Aragonia* fieret hostis sedis Pontificia, haec feudis eum omnibus, in quibus haec insula, privavit, atque 1282, in *Carolum Andinum* contulit.

*Resp. Hispan. 1. Normannorum facto nihil lucri Francis accedere potuit. Sed & non illis verum Pitianis & Genuensis debetur gloria insulae Saracenis erepta. 2. Pudilis est *in 1509 a Cassani, Jacobum I. & 2. reges Aragonios confundentis. Huic enim Sardiniam demum 1295. concessit Papa*, quomodo ergo Petro hujus patri adimere feudum & Gallis conferre potuit fedes Pontificia, quæ feudum nondum dederat?*

2. *Jacobus Rex Majorice*, à fratre ditionibus injustè exutus 1349. eas, in quibus *Venditio etiam Sardinia*, pretio 12000. scutariorum regi Francia *Philippo addixit. Venditio nem ratam* habuit dein frater *Petrus R. Aragoniae*, cumque nonnisi tertia pars pretii soluta fuissest Jacobo, per legatum *Petr. Fenouillet* residuum libi solvi curavit. Hoc factò succelfores tenentur.

*Resp. Hispan. 1. Venditit tantum Monpelii jura & dominatum apud Surit. in responso dic. Aragon. L. 3. ad ann. 1349. Nulla mentio aliarum ditionum. Ipse Cassan. L. I. cap. 6. p. 352. de hac venditione loquens tantum meminit præter Monpelium baronatum *Paget & Homelas*. confer Marian. L. 16. c. 12. Sed & huic fini illam ditionem vendebat, ut reliqua ab Aragonio erupta recuperaret. Hinc etiam *Petrus*, qui non frater sed agnatus Jacobi, non amplius quid tathibuit, quam de quo prius convenerat inter contrahentes, ubi tantum exprimitur ultra Monpelium *Omeladisia & Carladesia* ditio. vide Surit. ad d. ann. 1350. Ubi utique inter ea, quæ cessit regi Galliæ, non est *Sardinia*, in qua tanquam sua ipso adhuc anno & seqq. bona gratia Francorum gessit bellum. 2. Nec si Balearici omnia vendiderint, Sardinia unquam in regum balearicorum potestate fuit, quæ demum *Jacobo II. erat à Pontifice data*, cuius patruus *Jacobus I. Rex Balearium*, quæ aliunde nepoti concessa, ad suos transmittere nequivit. Vide Surit. indic. rer. Aragon. ad ann. 1279. ubi enumerantur, quæ Balearicæ familiæ bona fuere.*

3. *Joanna March. Montisferrati* hæres fratris Jacobi, omnia jura sua in hanc insulam & alia sua bona 1373. *Ludovico Andino* donavit. Confer Surit. indic. rer. Arag. *concessio. ad ann. 1375.*

*Resp. Hispan. Joanna Baleatica Montisferratensis Marchionissa nulla fuit, sed Responso *Isabella*, & ea demum 1375. fratri defuncto successit. Cæterum non potuit illa alii donec, quod nec ad se nec fratrem nec ullum è majoribus spectavit.*

4. *Sardinia una cum Comitatu Ruscinonensi oppignorata Ludovico XI. regi Franc.* Oppigno- pro 30000. scut. 1462. quæ nunquam redditum, licet in utilitatem regni motibus tum *Ludov. XI.* exagitati evidenter conversa fuerint.

*Resp. Hispan. 1. Remisit debitum Carolus II. & oppignorata reddidit. Ex-Responso cept. (1) Conditiones à Ferdinandō Catholico non impletæ. (2) Non potuit remittere Carolus, quia summa ex Domanio accepta, quod inalienabile. 2. *Ruscino-* nonem oppignoratam dicit *Comin. L. 6. cap. 10. non Sardiniam. Ut & Luc. Marin. Scul. de reb. Hispan. L. 18. qui dicit oppidum *Perpignanum* totamque provinciam *Ruscinonis*, &c. Sic & *Æl. Anton. Nebris. rer. Hispan. Dec. I. L. 3. c. 2. & 10.* Nec alter *P. Æmyl. L. 10. in Ludovit. XI. pr. & Arn. Ferron. L. 1. in Carol. VIII.* Quid ergo iuris Galliæ in insulam ex hoc contractu, qui nullo modo insulam attinebat?**



Hec fundamenta sunt à Cassano adducta, quibus etiam si ullus Franciæ Rex illis usus foret, opponi posset *Franciæ I. renuncatio in pæctis Madrit. §. 7. & 22. Cœssac. §. 12.* Unde mansere in perpetua possessione Hispaniæ, nec eis lis de insula à R. Galliæ est mora. Eam verò 1561. *Antonio Borbonio* loco compensationis pro regno *Navarrense* seruo aut similitudine destinabant apud *Thuan. L. 28. p. 39.*

**Pretensio in Sardiniam Pontificis.** **Donus Imperatoris.** **S. lxxi.** Sed & *Pontifex* aliquod sibi in *Insulam* jus attribuere, & nomen ejus in *Cancellaria Romana* regitris inter eallegrefertur, quæ Ecclesiæ debent homagium. Pro more videamus argumenta.

Fundamenta allegari possunt. (aliqua extant apud *Cassan. recd. des dr. de Fr. I. c. 9.*) **1. Donum Imperatorum.** quod largitur, servato tamen supremo Imperii jure, *Conring. defn. Imp. Germ. c. II. p. 140.* Sed & *Fridericus II.* filium *Enzium* regem Sardinæ constituit. *Bzov. T. 13. ad ann. 1238. n. 1.*

**Ocupatio Genuen- sum & Pi- rent, & hi in investiture ejus nanciserentur. Sed adde ex *Conring. l. c. p. 140. 141. Fri- derici I. legatos, quos insulæ administrandæ miserat, à Genuensis & Pisanis, qui insu- lam occupaverint, exclusos. Pisanis iterum Pontifex eam ademissæ dicitur, quod Fri- dericus II. astitissent. Sed ex *Bzov. T. XIII. ad ann. 1217. n. II. dicas. Honorius III. per le- gatum Pisanos ab invasione insulæ, quæ juris Rom. Ecclesiæ eret, dehortatum, an- tequam eos *Innocentius IV.* anno 1246. (vide ejusm. 16.) ob assidentiam Friderici II. excommunicaret.****

**Pontificis auctoritate factum dicitur, ut *Genuenses & Pisanis* insulam occupa- rent, & hi in investiture ejus nanciserentur. Sed adde ex *Conring. l. c. p. 140. 141. Fri- derici I. legatos, quos insulæ administrandæ miserat, à Genuensis & Pisanis, qui insu- lam occupaverint, exclusos. Pisanis iterum Pontifex eam ademissæ dicitur, quod Fri- dericus II. astitissent. Sed ex *Bzov. T. XIII. ad ann. 1217. n. II. dicas. Honorius III. per le- gatum Pisanos ab invasione insulæ, quæ juris Rom. Ecclesiæ eret, dehortatum, an- tequam eos *Innocentius IV.* anno 1246. (vide ejusm. 16.) ob assidentiam Friderici II. excommunicaret.****

**3. Gregorius VII. apud Baron. T. II. ad ann. 1073. n. 68.** literis monuit judices Sardi- cum alio- nix, ut sanctam Rom. Ecclesiam recognoscerent. Idem Baron. n. 69. alia innumera ait sum affer- ta. extare vetera monumenta, quibus insula sub Ecclesiæ Dominio esse probari posit. Postea *Bzov. T. 13. ad ann. 1203. n. 15.* memorat, quod *Innocentius III. Pontifex* per legatum *juramentum* iterum & censum ab insula exegere, ut quæ in temporalibus & spiritua- libus, tanquam patrimonium Petri, subiecta esse debeat sedi Romanae. In excom- municatione *Friderici II. 1239. Gregorius IX.* eum etiam accusat, quod terras Ecclesiæ, in quibus Sardinia, occupavit. vide *Bzov. add. ann. n. 2.*

**Concessio Boni. III Jacobo II. R. Arag. fida.** **4. Bonifacius IX.** Papa regnum *Jacobo II. R. Aragonie* concedit Ecclesiæ nomine. *Bzov. T. 13. ad 1295. n. 3. Surit. Ind. rer. Arag. ad ann. Chr. 1295. Blanca rer. Arag. in reg. Jacob. II.* qui tamen ob hoc, quod multo sanguine insula occupanda Jacobo & suc- cessoribus constiterit, non gratis datum dicere vult. Conf. *Luc. Marin. Sic. L. II. in Al- fons. IV. Bzov. T. XIV. ad ann. 1323.* narrat, expeditionem in insulam adversus Pisanos su- lceptam contra consilium Cardinalium, qui eum jure adversus Pisanos quam armis experti malebant, sed addit, subacta fere insulâ, lue pestifera exercitum afflictum & insulam deserere coactum. Sic & 1353. *Petrus IV.* Rex per legatos jura Sardinia supre- ma addidit Ecclesiæ apud *Surit. Ind. rer. Arag. ad ann. Chr. 1353. Bzov. T. 14. ad 1353. n. 10.* dicit auro sigillo munitas literas regias Valentiae scriptas pro ejus ligii homagii fide al- latas Papa, nec non censum ex illis regni solutum. conf. *Bodin. I. de rep. 9.* Verba di- plomatica: *Tu & successores tui præstabis homagium ligium, & vasallatum plenum & fidelis- tatis juramentum & 100. equites armatos & insuper censum 2000. marcarum argenti, bonorum & legalium sterlingorum, &c.* Nisi post tertium terminum solvatur tributum, rex regni jure excidere decernitur. Sic apud *Surit. indic. rer. Arag. ad ann. 1378.* re- gem regno Sardinia ab Ecclesiæ multatum Papa dicit. Anno 1583. apud eundem petit remitti *Sardorum tributum* Ecclesiæ debitum ob regna exhausta. Verum his omni- bus, cum non mihi plane liqueat, quid ad singula argumenta pro suo jure Hispani re- spondant, opponi posunt generalia fundamenta Pontificiis reliquis prætentoribus etiam idonea. Symbolum Sardinia refert parma aurea cruce rubea insignita, angulos occupantibus quatuor Maurorum capillis nigris, quæ diademata tortilia argentea cir- cumdant. Quod olim de *çysa* Aragonicum (vid. §. II. nisi quod ibi solum argenteum) Rex insulæ concessisse dicitur.

**Responso Corsica. Genuen- sum do- minium. JustHispa- dicum.** **S. lxxiv.** Supra Sardiniam *Corsica* est in mari *Tyrrheno*, quam etiam Romanis Sa- raceni cripuerunt, ab his vindicarunt sibi duce *Adæmaro Genuensem*: & adhuc eam suo imperio tenent. Unde illius atque supremi in Liguria sua potestatis causa regiam digni- tatem *Respublica* sumit, & inter capita coronata numeratur. Ratio autem cur His- pania reges titulo utantur, est ex dono Pontificis, de quo *Indic. rer. Arag. ad ann. 1297. A. D. 11. Non. Apr. Pontificatus anno III. Roma apud S. Petrum Bonifacius P. M. Iacobus Regi*



*Regi Sardinia & Corsica regnum, & ejus heredibus utriusque sexus legitimis perpetuo condonat, atque attribuit. Præsenti regi donationem eam, crater & aurea pignore, sedere ac fide sancit: supremumque fidelitatis jus & vim summa potestatis sibi & futuri Pontificibus recipit. Quibus temporibus & quo militari, sive terrestri sive navali, auxilio subveniendum Ecclesia sit, ejus donationis causa decuratur: careturque ii. marcharum argenti sterlingorum census atque tributum imponitur. Quà tessera hæc utatur insula, nondum vidisse memini. De bello in illam Francorum 1553. vide Thuan. L. 12. p. 568. seq.*

**§. LV.** *Murcia regnum Hispania est ad mare mediterraneum, conterminum Mutaia, Valentiae, Granatae & Caltiliae novæ, à metropoli Murcia ita dictum. Cum reliqua Hispania in Maurorum fuit potestate, donc Alfonso IX. Rex Castilia eam vindicaret. Designatur sex coronis aureis in caruleo scuto. Eas Brianvill, jen d'arm. p. 89. è victoriis contra Mauros obtentis sumtas esse credit. Aliam rationem allegat ex Rito Thod. Unde ejus Haping. de jur. insign. c. 5. n. 33. quod hæc sola fuerit Alfonso regi fida, cum reducem corona ex Germania, cuius Imperator electus fuerat, reliqua regna, quæ ad Sancium filium defecerant, eum excluderent, sed Murcia susciperet. Ita & Fr. Taraph. de regib. Hisp. in Alfonso X. Murciam recepit ab Arabibus, quæ in ejus side persistit, unde privilegio consecuta est, ut septem (an ita?) coronas insignibus suis imponeret. Algarbia (rationem Algarbias pluralis Algarbiorum seu des Algarbes non satis capio) in titulo sequitur. Hujus ratio, cum pars Lusitanici regni fuerit, videri potest eo capite, quo de Portugallia scuto ageret.*

**§. LXVI.** *Algezira nomen quod in titulo legitur, opido debetur, quod Fournie-Algezira. (Geogr. orbis not. P. 2. L. 8. e. 2. p. 374.) Algariza. De qua ita: Vrbs stet in intimo finu Calpes, ubi ex fauilibus angustis panditur mare, in quo muricos olim & purpura libram 10. à pescatoriibus reperta, quin & Polybio 700. librarum. Carteia ad Oceanum vocat Livius: putatur condita ab Arganthonio rege, quem vix. se 150. annis tradit Anacreon. De ea Ioh. Gerund. Paralip. Hisp. 1. p. 28. Post Bellouem urbem sequitur urbs Melalaria ante fretum (quæ nunc Alzezira nuncupatur) ut placet Plinio L. 3. Ptolomeus v. L. 2. vult, quod Alzezira fuerit Carteia. Carteia primo à Gracis dicta, sub Calpe monte in Oceano Atlantico locata ante fretum. Apud Surit. indic. rer. Arag. ad ann. 1309. vocatur Algezira Albadra in ipso freto sita. Nam alia Algezira in Valentino agro. (De qua conf. Bern. Gomez de reb. ges. Iac. R. Arag. L. 9. p. 462.) De Carteia tamen non consentiunt autores, cum alii illam in Conilio querant, alii alibi. Conf. Bochart Chanaan. L. 1. c. 34. p. 681. 682. Ceterum regni nomen sub imperio Maurorum illi tributum, cum Abomelitus Regis Marocensis filius eam 1333. occupasset, ejusque regem se dixisset. Destr. Ebrei Hisp. 6. 10. p. 1210. Unde cum Hispani recuperasset, titulis insertum hoc quoque vocabulum: cum alioquin obscurus locus nostro sit tempore. Ceterum occupata Algezira à Rege Alfonso XI. Hic enim, cum socio Alfonso R. Portugallie Almohaçezum Mahometum R. Maroci & Granatensem regem Tarifam obdiletes prælio acri superasset, Alcala la real & alia cepisset, tandem etiam Algeziram 22. mentibus obsecram pertinaci constantia ad deditionem 1344. coegit. Rod. Sint. hist. Hisp. P. 4. c. 12. Civitates de las Algeziras, unde iisdem manibus comprehenas duas vel plures civitates oportet, vel diversas urbis partes civitatum nomine nuncupatas, quod & alias non infrequens est. Quo utatur vel usum sit hoc regnum symbolo, nullibi vidi, nisi quod Virgilius Solis Norimb. p. 34. tribuit scutum quadripartitum, in cuius 1. & 4. laterculo caruleo appetat caput fæmineum coronatum: in secundo autem & tertio argenteo singula capita Maurorum nigra diadematis tortilibus ornata. Succedit Gibraltar; quod Gibraltar. nomen opidi est, quod Fournier olim Heracleam ad radices montis Calpes fuisse opinatur. Quod alii synonymon Carteia. Ceterum urbs ea portunobilis fretu suam ap. Quo olim pellationem indidit, ut quod Herculeum Gibraltar etiam dicatur, voce ex Arabicâ Ge-nomiae bal Tarik inflexa. Ita Ioh. Gerund. Paral. Hisp. L. 1. p. 26. Gibel Arabica linguamontem significat, tanquam mons Tarich. Hic itaque Tarich primus Dux Arabum fuit, qui classe instructa Arabibus de Africâ trajecit in Hispaniam. Alii Tarif vocant. Rod. Sanct. histor. Hisp. P. 1. c. 15. de Miramolino Africæ principe, qui evocante Juliano Hispanias invadit. Unde hō. sit: Ille Muzam presidem suum & Tarif virum bellicosum, cum innumera dabus multi-sudine, in Hispaniam transfretare jussit. Iterum Ioh. Vasens Chron. Hisp. ad ann. 713. Alons Calpe & locus à Duce Saracenorum nomen mutuatus ac dictus Gebel Tarif, hoc est mons Tarif.*



Tarif, hodie corrupto vocabulo, Gibraltar dicitur. Idem & Tarifa urbi à se capte nomen dedit, quam ali Cartiam, ali Melliriam prius dictam contendunt. Et etiam à Mauris additum regium axioma, quo jure in titulo locum servat. Virgilius Solis ei tribuit param rubeam inscriptis superius leone, inferius Elephanto, utroque ex argento. Sed quam ei fidem adhibeam, ignoro. Obsedit post Algeziram hanc urbem Alfonso XI. ast in ea obsidione perte interierit: Henricus IV. demum subegit, virtute imprimis Ioannis Guzmani Duxis Medinae Sidoniae, cuius patens quondam in ejus obtidione interierat. Rod. Sant. hist. Hispan. P. 4. c. 38.

**Canaria  
inulz. f.**

**Fortunata**

**Barum  
Dominii.**

§. LVII. Succedit mentio *Insularum Canariarum*: quæ olim *Fortunate* dictæ, egressientibus è freto Gaditano in Atlantico mari ad lœvam sunt, septem potiores vel duodecim omnino, ex quibus primaria magna *Canaria* & *Teneriffa*. Has Clemens VI. Pontifex Ludovico Cerdano Com. Claramontis, Alfonsi cognom. exheredis è Castellæ regibus nepoti, attribuit, cæ lege, ut barbaris gentibus Christianæ religionis lumen inferri curaret. Unde etiam Ludovico illi *Fortuna comitis* cognomen. Nunquam tam in illas trajecit insulas, Gallicâ ad Cressiacum clade impeditus. Inde post 50. circiter annos *Cantabri* & *Bætici* collatis sumitibus ad eam expeditionem excitati in cas insulas classe appulerunt, prede avidiores quam imperii, ferro flammâque minitantes insulanis. Ex Lanceroto prede via magna in Hispaniam advenâ regibus eas insulas subjugandi cupiditatem injecti. Impliciti tamen rebus alius eo conatu desisterunt. Ioannes Bentacourtus (Betancourtius, Normannus,) homo Gallus Henrici eo nomine III. Castellæ regis permisso, cæque lege, ut in corum regum clientela fideque esset, repetitâ navigatione quinque minores insulas imperio subdidit, duas reliquias expugnare non potuit, insulanorum numero & virtute defensas. Episcopus genti datus Mendus nomine. Hunc inter & Menautum Bentacourtis heredem, cum non satis conveniret, & res ad arma spectaret, indignè ferente Episcopo, miseros insulanos preda haberi, nullâ aquitatis curâ, nullâ religiosis reverentia. Petrus Barba rege Castelle è dimissus, earum in insularum imperium sibi afferuit, deindeque Perase homini copioso pretio vendidit. Perase gener Ferrerius in regione etiam invaserit. *Canariam* tamen & *Tenerifam* subjugare non valens, quatuor insulas *Ferdinando R. Catholico* tradidit, acceptâ pecunia, unius *Gomera* principatu, comitisque appellazione contentus. Ab eo rege, ut fuit inter Hispania reges felicissimus, omnes ea insula repetitus navigationibus in ius regium ditionemque redactæ. Ita *Mariana* rer. Hisp. L. 16. c. 14. L. 19. c. 2. Confut. Luc. Marin. Sc. de reb. Hisp. L. 19. p. 478. *Ael. Anton. Nebriss.* Dec. 2. L. 2. c. 1. Ex eo tempore erecto tribunal in *Canaria* majori jure Hispanica recte sunt.

**Indiz, in-  
sula &  
continetas  
Oceani.**

**Philippi-  
nae.**

**America.**

**Terminus  
Lusitan-  
orum & Ca-  
stellano-  
rum.**

§. LVIII. Indemnatio fit *Indiarum Orientalis* & *Occidentalis*, *insularum* & *conti-*  
*nentis Ocean*, seu *insularum Indiarum* & *terra continentis atque Oceani*. Paucis verbis  
magna pars orbis habitabilis exprimitur. Et quidem alia *Castellano* imperio attribuenda,  
alia *Lusitanico*; De his agetur ubi Portugallum scutum lustrabimus: nunc de illis erimus solliciti. Referenda ergo illuc non solum *Philippina* quas vocant insulæ in  
mati, quod *Indiam* & *Chinam* alluit, unde *Indiae* potius annumerandæ essent, sedob  
occasione inventionis attribuuntur *America*. Boter. Relat. 2. 4. p. 133. 139. (Eas enim de-  
texit 1564. Michael Lopez di Legazpe, emissus à Ludovico Velasco prorege Nova Hispanie; In honoremautem *Philippi Regis* nomen illis inditum.) Verum imprimis *Ame-*  
*rica* & *mundus novus* quem vocant. Hanc enim vel potius adjacentes insulas *Hispa-*  
*nolam*, *Cubam* & *lamicam* 1492. *Christopherus Columbus* f. *Colonias Geruenfis* auspicis *Fer-*  
*dinandi Catholici* detexit: inde continentem, sed auspicis *Emmanuelis R. Portugalie*,  
accessit primus 1497. *Americus Vesputius Florentinus*. Ad Hispanos nunc quoque spe-  
ctant ex *America* ptentiora Florida, quam 1512. à *Ioanne Ponto de Leon* detectam,  
dein Galli aliquoties aggressi sunt, *Nova Granata*, *Nova Hispania*, *Mexicana*: quam  
1518. *Ferdinandus Cortesius* genti sua subjecit. Et *Nova Mexicana*, de qua *Thuan.* L. 78.  
In *Meridionalis Castellanae*, *Peruvia* à *Francisco Pizarro* subacta, *Chili* & *Chica*. Ce-  
terum inter Lusitanos & Castellanos, quæ detergerentur, ita divisi Pontifex Ale-  
xander VI. ut quæ à primo meridianu Occidentem versus sita essent, his, quæ Orientem  
respicentes, illis obtingerent. vide diploma apud *Laert. Cherubin. Bullar.* T. 1. p. 392. con-  
fer *Ioan. Polarzan. de jur. Ind.* L. 2. c. 22. Cum verò primus meridianus per naturam fi-  
xus non sit, controversiae sic quidem terminata, licet non semel designatus, iterum-  
que promotus sit. conf. *Albin.* apud *Limn. Not. Franc.* 2. 6. p. 440.



**§.lix.** Hęc regna fuere, jam mentio succedit Archiducatus *Austrie & Ducatus Lotharingie*, de quibus §. 21. seq. Inde Ducatus *Lotharingie*. Miretur quis, unde *Lo-* <sup>gu. loc.</sup> *tharingie* in his insignibus locus. Verumenimverò quæ regni olim nomine venit, in- <sup>terior.</sup> de in duas divisa est, *superiorem & inferiorem, Lotharingia*. Quarum illa hodie <sup>xat tēoxh</sup> nomen hoc servat, *Mosellana* olim cognominata, & jam à pluribus seculis familie *Alsatice* patrimonium est. Quod verò *inferiorem & Ripuarium* attrinet ad *Scal-* <sup>dim</sup> <sup>gu. loc.</sup> *dim* & *Mosam* atque *Ardennam sylvam*, ea magna ex parte *Brabantia* continetur, (conf. §. 28.) & in communi usilius nomini cessit, nisi quod in titulo servatur memo- <sup>ria & dignitas.</sup> Observetur verò, Gallicè non *Lorraine* (quo *Mosellanica* exprimitur) sed *Lothier* vocari. De *Brabantia* item §. 28. actum. *Syria, Carinthia, Crnoile* Du- <sup>catus,</sup> eorumque symbola c. 9. §. 35. 39. 68. explicata sunt in scuto lineæ Germanicæ *Austriaco*.

**§.lx.** *Limburgum* sequitur *Ducatus, Lucenburgico, Juliacensi, Leodiensi* dix. <sup>Limbur-</sup> <sup>guin.</sup> *cesi* inclusus, qui diu peculiari paruit familiæ. Eam *Salmenses* ex sua origine orta <sup>familia ex</sup> perhibent. Nimirum quod *Carolus Theodorici C. Salmensis* filius *Salman* in *Ardenna* <sup>Salmeosi-</sup> <sup>bus vel</sup> obtinuerit, & *Ottone* ex *Carolinis* ultimo *Lotharingia* Duce extinto, hujus successio- <sup>Ardennae-</sup> <sup>nem ab *Henrico II.* nactus sit. Hac cum eum *Gozelo Virdunensis* dejeclisset, volunt <sup>tibus.</sup> tamen *Limburgum* in potestate ipsius remansisse, cuius à *Cæsare* investituram obti- <sup>nuerit</sup>, & castrum *Limburg* ab *Hunnius* devastatum restauraverit. Ei filius assignatur *Walramus vel Henricus Jutæ Lotharingicæ* *Friderico* Duce natæ, patrue lis suæ, mari- <sup>tim.</sup> *tus, in cuius gratiam tradunt ab *Henrico III.* Dominio *Limburgio Comitatus* dignitatem additam. Hic filium habuit *Henricum*, quem *Henricus IV. Ducatus Lotharingicæ* præ- <sup>fecit, filius *Henricus V.* iterum dejectus, verum dein reconciliatus *Limburgum Ducati*</sup> axiome (unde fallit conjectura *Desterr. Ehrensp.* l. 5. c. 27. p. 861. quod *Limburgum* alicuius *Ducis Brabantiae* vel *Lotharingicæ* minori fratri attributum, dein illa di- <sup>gnitate in gentis gratiam auctum sit, insignivit.</sup> Alii verò ex *Ardennensi* familia *Hen-* <sup>ricum</sup> illum *Jutæ Lotharingicæ* conjugem deducunt, & filium faciunt *Theodorici Lim-* <sup>burgii</sup>, nepotem *Friderici*, pronepotem *Sigfridi Lucenborgii*: qui originem ad *Ricu-* <sup>num Ardennæ Comitem</sup>, cuius frater *Raginerus Hannonie & Lovani* comitum, dein *Brabantie* <sup>Ducum</sup> fator fuit, referunt. Quicquid verò sit de *Henrici illius majoribus*, de posteris res certior; in illis *Ducatus* titulus continuatus, successione à patre in filium, ad *Walramum usque III.* (vel IV.) qui cum turbato mortalitatis ordine filiam *Irmgardim* *Reinaldi Com. Geldria* uxorem ante se exulisset, circa 1280. vel 1281. fa- <sup>ctis</sup> concessit, relicto herede ex fratre *Adolpho C. Bergensi* s. *Montano Adolpho II.* Hic <sup>Ad Bra-</sup> <sup>verò 1282.</sup> *Ducatum*, à patruo acceptum, *Iohanni Duci Brabantie* vendidit, contra pro- <sup>bancinos</sup> *pinqutorum* voluntatem, filio autem *Adolpho III.* *Comitatum Montanum* reliquit. Jo- <sup>Ducatus</sup> delatus, anni controversiam movit *Reinaldus bellicosus Geldria Comes Walrami* (quod dixi) gener, & uxoris licet *Annae* jure *Limburgum* sibi bello vindicare studuit, multis in <sup>familia</sup> *societatem militię attractis, sed 1288. prælio ad *Worringam* superatus, cum *Sigfrido Westerburgio, Coloniensi Archiepiscopo, & Adolpho Nasovio*, qui post paucos annos ad Imperium ascendit, captus, nec prius dimissus est, quam iuri suo in *Limburgum* & dynastiam *Wassenbergensem* renunciasset, & ingens solvisset *armas*. Ex eo penes <sup>Ad Au-</sup> <sup>striaos.</sup> *Brabantinos* mansit *Ducatus*, & cum *Brabantia* ad *Austriacos* delatus est. *Limburgi* tessera est in clypeo *argenteo leo rubeus, corona & falculis nigris*, vel juxta *alia aurei*.**</sup>

**§.lxi.** Jam *Lucenborgum* videamus, *Lotharingia, Trevirensi Archiepiscopa-* <sup>Lucen-</sup> *tu Juliacensi & Limburgico Ducatis, Leodiensi diœcesi & Namurco conclūsum du-* <sup>borgum.</sup> *catum. Cæterum Lucenborgum castrum, tum Metingouvre pago annumeratum, à* <sup>Familia</sup> *Wickerio S. Maximini Trevirensi Abbe pro prædio Viulno s. Enilen* in pago *Atduen-* <sup>ongo.</sup> *næ permutationis jure 963. obtinuit Sigfridus ex Ardennensibus, de quo §. præced.* *Vid. rem enarrantem Christ. Browne. antiqu. & annal. Trevir. l. 9. p. 467. Successi filius* *Giselbertus*, inde ejus fratre *Friderici* natus alius *Giselbertus*, qui *Conradum* habuit fi- *lius, 1088. extinctum, patrem *Henrici Guilemi*, (quo *Conradus II. genitus*) & *Ermesindis*. Hac nepos extitit heres, & Alberto Dagsburgio, Berengario Sulzbæensi atque* *Godofredo Namurensi* comitibus nupta, ex hoc *Henricum* suscepit *Lucenborgi* com- *item, patrem *Ermesindis*, quæ 1246. extincta, ex *Walramo II.* Duce *Limburgio* genuit.* *Henricum I. cogn. Blondum* *Lucenborgicæ* gentis novæ fatorem: *Hoec natu *Walramus,** <sup>Dominus</sup>



Dominus de Liney (à quo amplissima progenies Comitum Lineji, Rociaci (Roussy) Pauli fani, Brienne, Conversani, Sveffionum, Ducum Lucenburgi, Pinei, Pentheuria, Dominorum Richeburgi, Fennarum, Vicecom. Martigia, &c. exorta, quæ fortunatum in Gallia sedem quæsivit) & co major Henricus Comes Lucenburgius, qui 1288. prælio Woringano præho ob ducatum Limburgium aduersus Joannem Brabantinum commissio cecidit, pater Henrici & Baldum, quorum hic Moguntino & Trevorensi Archiepiscopatibus præfuit, ille ad Imperiale axioma electus est, VII. nomine: filiumque habuit Ioannem Bohemia regem. Hoc genitus Carolus IV. Imperator & Wenceslaus, quem frater 1354. Ducem Lucenburgi creavit, sed 1383. sine liberis extinctus est. Successorē ergo habuit Carolus IV. statris filium Wenceslaum item Augustum. Hic, ut est apud Zyp. brat. Cassan. obstr. L. i. c. 16. p. 105. Elisabetha nepti ex fratre Ioanne Duce Görlicensi (Lufsatix) anno 1409. Antonio Burgundo Brabantiae Duci nubenti Luxemburgum in dotem dedit, simpliciter quidem, siex eo matrimonio liberi nascerentur, sin minus, in antichresim magnarum summarum, cum certis pactis redimendi ab Antonio: Elisabetha autem superstitio soluto matrimonio usfructuaria manente. Elisabetha grandæva prole non extante jus omne venavit cessisse Philippo bono, qui Antonio fratrueli in Brabantiam aliasq. ditiones successerat; cum regimini per sexum & atatem non satis par esset, populum ad seditionem movente Duce Brunsvicensi proximo cognato. In hoc ultimo labitur cum Bochio & Harco Zypeus. Neque enim Brunsvicensis Dux fuit, sed Wilhelmus Dux Saxoniae, Thuringiae Landgravis, Friderici I. ex Misniis Electoris filius, qui ex Anna Alberti II. Imperatoris filia jus in Lucenburgum, quod Elisabetha illa Görlicensis patruels fucus lux, quæ Elisabetha Sigismundi ex Lucenburgiis ultimi Imperatoris filia fuerat, liberis careret, sibi vindicabat. In primis quod à socero Alberto II. & dein Friderico III. jus illud confirmatum, novumque, si Duxatus ut vacuum feudum ad imperium delatus esset, ab investitura additura esset. Et quidem 1443. jam ducatum aggressus erat Wilhelmus Duce Ernesto Com. Glechio, quem Philippus Burgundus ab Elisabetha dictus protector seu manburnus depulit. Iterum 1453. rem aggressus est Wilhelmus, & Theodonis villam cepit, sed denuō coactus est Philippo cedere. Cum morte Ladislai R. Bohemiæ & Ungariæ jus conjugis auctum esset, sed videret, Philippo extorquere se sibi debita non posse, 1458. Carolo II. R. Gallia ducatum cum dependentiis 50000. scutor, vendidit, hic verðarmis à Burgundo sibi asserere in animo habuit. Successor autem Ludovicus XI. in gratiam Burgundi jure suo cessit, & 1462. acceptis 120000. ducatis ipse Wilhelmus atque Anna Philippo ducatum addixere. Inde etiam ab Elisabetha, Calimiri R. Poloniæ uxore, itidem Alberti II. & Elisabethæ Lucenburgiæ filia, quod juris illa in ducatum prætendere poterat, Carolus audax redemit, ut apud Zypeum Bochius, qui tamen Annam & Elisabetham errore confundit. Idem Zypeus Cagliani figmentum refellit, qui Ludovicum Aurelianensem mentione Lucenburgum acquisivisse communisicitur, nec non aliud jus regi suo querit à Marcanis, aliud à Maria Lucenburgia Caroli Vindocinensis uxore. De Marcanis ne quidem aliquem colorem video prætensionis in ducatum. Sed nec Maria Lucenburgia, non Caroli sed Francisci Vindocinensis uxor, Caroli mater, unquam ducatum sibi asserere poruit: Cum Lucenburgum non in Valtami, à quo Maria oriunda fuit, sed in Henrici fratris posteris jam hæserit ultra duo secula: Nec Valtami linea quicquam juris sibi in illam unquam attribuerit. Forte Cagliani exinde error, quod Mariam heredem patris intellexisset, & ex Lucenburgia gente ortam nosset. Verum enim verò, tam unius Lucenburgici, non ipsius primarii, ultima hereditatem marito attulit, haudquaquam Duxatus vel Comitatus Lucenburgie, qui penes illum nunquam fuerat, sed Comitatus Fani Pauli, Sveffionum, Conversani, Marie. Ita penes Burgundos mansit principatus & cum reliquo Belgio per Mariam ad Austriae devenit. Filio suo Carolo, qui inter Augustos quintus fuit, adhuc infanti ducatum hunc tribui pater Philippus Austriae. Exterum scutum Lucenburgium quinque tantus transversis argenteis & carnulcis exaratum imprimitur leone rubeo, corona, lingua & falculis ex auro. Tantæ illæ ostendunt discerniculum à primogeniti Limburgiis. Portò quod in Gallia Dux Lucenburgi auditur titulus, non hunc ducatum respicit, sed Pineensem, cui illud Lucenburgi nomen superadditum. Nam Franciscus Dux Lucenburgius ex Valtami posteritate 1576. Dux Lucenburgi & Pinei seu de Piney de Luxembourg creatus est: quem titulum deinceps etiam gessit Henricus, qui morte sua 1616. in scelorum progeniem terminavit, reliæ filia Carolæ Margareta herede,

Ad Bur-  
gundos  
venit.

Inde ad  
Austriæ.

Quod sensu  
Dux Lu-  
cenburg-  
in Gallia.

qui



quæ ex Carolo Henrico Claromontio genuit Bonam Theresiam, à qua hodiendum Dux Lucenborgi salutatur maritus Fructus Henricus Montmorencius Bouetvilius: verum sine prætensione, quod sciam, in ducatum ille nomine.

§. LXII. Lucenborgum in titulorum ordine Geldria excipit, quam Frisia & si- Geldria, nus maris Germanici, lacus Flevus dictus ī Suydersee/ inde Clivia, Julianum, Brabantia & Hollandia includunt. De vetutis Geldriæ praefectis, *advocatis* & *Toparchis* lega- Toparcha- tur Wernerus Tischenmacherus. Ultimi praefecti W̄ichardus & W̄ichmannus II. filia Adelheidis nupsit Ottoni Nassoviae comiti, ob quam praetextus Geldriæ, & demum beneficio Lotharii Imperatoris 1079. Comes geldriæ Moguntiæ investitus, & ex altera conjugi W̄ichmanni Com. Zufaniæ filia, hunc quoque comitatum nactus est. Ottone natu- Comites, gerhardus geldriæ & cum consanguineus frater Gerlacus sine liberis defecisset, Zufan- nia Comes, atque Henricus Dominorum Montis & Bergarum, ex quibus dein Comi- tes, fator. In illius posteris continuati sunt Comites. Donec Reinoldus Bellensis, qui ob Ducatum Limburgi cum Brabantino bellum gessit, filius Reinoldus Rufus & niger Duces, à Ludovico Bavaro Imperatore in comitiis Francofurt. 1339. primus Geldriæ Dux crea- tus est. Hujus duo filii Reinoldus III. & Edoardus inter se perpetuo discordes 1371. uterque extinti sunt. Inde factiones Bronchorstia & Heeckerensis resuscitatae, quarum illa Marie Geldrica filium Wilhelmmum Iuliensem Ducem, volebat, hac Mech- tildem (quæ alia Margaretæ) majorem natu Martiæ sororem Ioannis Castilionei Ble- sensium Comitis uxorem asciscabant. Prævaluit vero Wilhelmus, & Ducatum ob- tinuit, nec non post ipsum frater Reinoldus. Cum & hi carerent liberis, sed eo- rum sorore Joanna & Joanne Arculeo seu Herculeo nata esset Maria Ioanni (f. Wil- helmo) Egmondano nupta, hujus filius Arnoldus Egmondanus succedit, licet Adol- phus Montanus, ejusque ex fratre Wilhelmo Ravensburgio Comite nepos Ger- hardus Iulie & Montium Duces vehementer repugnarent. Hic cum à proprio filio Adolpho in octavum annum captivus detentus esset, demum liberatus 1472. Ducatum & Comitatum Zufaniæ Carolo audaci D. Burgundia 92000. aureis vendi- di: cui etiam 1473. Gerardus Iulie & Montium Dux, jus suum in provincias illas Ducatus ad Bur- gundos, cum filiis suis Wilhelmo & Adolpho ad ipsum profectus 80000. florenorum cœlit. In- de Burgundus reluctantibus ordinibus, quod ipsis insciis factum esset, Ducatum vi- occupavit, & Augustæ à Friderico II. de illo investitus est. Eo ad Nanceium occiso, Adolphus in patrem impius Ducatum iterum vindicaturus, & Gandavenibus præsto futurus ad Tornacum cœdit. Filius vero ipsius Carolus varia fortuna Burgundis seu Carol. Eg- mondanus in quibus 1505. Philippus patri Maximiliano Cæsari de Geldriæ & Zutpha- zia clientelare sacramentum dixit Hagenox) restituit, auxiliis Francicis in Duca- tus possessione mansit, & alia damna Austriacis ultro intulit. Demum 1528. pa- tem fecit, eâ conditione, ut non extantibus liberis ad Carolum V. Imperatorem de- ferreteret principatus: cum iterum 1536. in Imperatorem movisset, iisdem fore con- ditionibus pax repetita. Nihilominus moriturus Carolus Wilhelmmum Ducem in Wilhel- liaci, Clivie & Montium 1538. heredem scripsit, eumque ordines evoca- mus D. Ju- lisi & Clivie. runt. Hic quidem se adversus Carolum tutari conatus est, sed demum poten- tiiori cedere coactus. Exhibuerat equidem in Comitiis Francofurtenibus Wilhel- mus rationes scripto, quibus jus suum assertebat: inter quas illa, Reinoldo Duce mortuo devolutum ducatum illum ad Comites Bergenses maiores suos, Dominos autem Egmondanos de facto non de jure in illum irrepliſe. Rationes vero Carolus Quintus in Comitiis Ratishponensibus 1541. refutavit, ducatumque optimo jure sibi alienavit, ordine que imperii decrevere, licere Carolo Quinto jus suum assertere & possesso- nem at. nis vindicare. Allegat, qui de his agit, Zypeus pag. 110. scriptum Antver- piæ 1541. impressum titulo: *Afferto juris Imperatoris Caroli Quinti in Gelaria Ducatu- sum, &c. ubi & late jus Caroli stabilitus & Guilelmi refellitur, additis exemplis tracta- sum, sententiæ, venditionis ac cessionis Gerbardi Duci factæ Carolo Burgundo, ejusque confirmationis factæ à Friderico Imperatore, infudationis Maximiliani & Ma- rie Burgunde, confederationis Maximiliani Imper. & Guilelmi Duci Clivii, con- federationis Wilhelmi Iuliensis & Caroli Burgundi, infudationis Philippi Austriaci & Maximiliano Imper. factæ.* Ut vero Regi Francie jus ex eo nullum esset, quod Carolus Egmondanus imperio renunciasset, & in Franciæ se clientelam dedisset,



quo ipso tamen feudo se privaverat, *Crespiacensi* pace ita sancitum 1544. *non quicquid Rex in Ducatum Geldriae ac Comitatum Zutphania juris pretendere potest, Caesaris ejusque successoribus in perpetuum cedat.* Bellis in Belgio ortis tres tetrarchiae Neomagenensis, Arnhemia & Zutphaniensis sub Ordinum federatorum regimine in libertatem se afferuerunt, Ruremundana autem adhuc regi Hispaniae pareret. Quod insignia attinet, veteri advocatorum familiæ dant *triplicem florem aesculani* *mispilorum rubicundum in area aurea.* Ita *Teschenmachi* *Annal. P. 2. pag. 496.* Cum Otto Nassovius Comes Geldriae factus esset, is verbis ejusdem *Teschenmachi*, pag. 496. *albargenteum leonem suum in ceruleo solo cum flavis apicibus incidentem Geldriae intulit.* Idem de Reinoldo primo Duce pag. 509. *insignia Geldrica à Nassoviis derivata immutavit, & flavis apicibus omisssis, in solo ceruleo aureo leone usus est.* Unde hoc quoque tempore Geldriæ insignia sunt duo in bipertito scuto se recipientes leones, in priori area cerulea aureus coronatus, in altera aurea niger coronatus, quo *luciaeensis* Ducatus designatur: ubi semel in uno scuto isti junctus fuerat, non iterum separatus. Apex Geldriæ est coronata galea impositus orbis ceruleus cum leone scutario, pennis pavoninis undique cinctus. De prætenione Lotharingorum in Geldriam in illo capite agemus.

**Mediolanum.** **Eius dominii.** **Vicecomites.** **Sforzia.** **Gallorum in Ducatu preuenientia.** **Valentine Lud Aurelianensi nuptiæ juxta.**

**S. LXIII.** Ex Belgio in Italiam nos dicit *Mediolani* titulus. A metropoli denominatur ducatus Lombardie amplissimus, Alpibus, Helvetiis, Rhætis, Venetiis, Mantuano, Placentino Ducatis, Genuensi territorio, Monferrato & Pedermonio conclusus. Hunc pulsis *Gothis* Imperatores tenuere: rex vero *Turrianus*, & post hos expulsos 1227. Vicecomitum familia: sed principatum nomine imperii tenuere, cuius iura vindicat *Corring. de fin. Imper. German. cap. 23. pag. 531. seq.* & fateatur *Cominus L. 7. cap. 2.* Ceterum hi Vicecomites ab Imper. Wenceslao, ob idipsum ab Electoribus qui eum deposuere accusato, novum titulum *Ducalem* nati sunt, quem *Iohannes Galeacius* primum gesit. Hic deinceps Wenceslai successorem *Rupertum* hostem præter alios experiri necesse habuit, sed res suas strenue tutatus dignitatem acceptam filii reliquit, qui *Iohannes Maria & Philippus Maria* ordine eam gestere. Hoc extinto *Fridericus III. Imperator* Ducatum tanquam caducum ex teudi lege Imperio, *Aurelianenses* à matre *Valentina*, *Fr. Sforzia*, matitus *Blanca* notha *Philippi*, sibi eo jure & armis vindicare laborant. Quamvis vero ipsi Mediolanenses ad libertatem constitutis gubernatoribus aspirarent, *Sforzia* *arma* prevalent. Ita hic Ducatum etiam ad posteros transmittit, cum *Aurelianenses*, pro quibus tamen aliqua tentarunt copia vivo adhuc *Philippo* in auxilium missæ, sed à Mediolanensibus viæta, ob Burgundicos motus & domesticas calamitates à persequendo ulterius jure impedirentur. Ex his vero tandem *Ludovicus XII.* qui nondum Rex id tentatus, sed à *Carolo VIII.* ob amicitiam *Ludovici Sforzia* prohibitus fuerat, (*Ferron. L. 1. & 2. pr.*) jam Rex, & post eum gener *Franciscus I.* armis avitam hereditatem reposecerat cœperunt; unde bellum non semel variâ fortuna gestum. *Thuan. L. 1. pag. 22. 32. seq.* *Sleid. L. 10. pag. 294.* Ceterum Gallorum in hunc ducatum prætenionem confirmante *Cassan. rech. L. 1. cap. 7. pag. 361. seq.* *Fr. Maced. prop. Lusit. Gall. P. 2. q. 3. pag. 370. seq.* Confer *Blondell. geneal. Franc. Fl. p. XVI. 3.*

Fundamenta allegantur, præter occupationem *Longobardici* regni à *Carolo* ante quam Imperator fieret factam; qui titulus nimium ab hoc tempore remotus est.

1. *Valentine Ludovicus Aurelianensi nuptiæ juxta:* nam cum 1389. nuberet, parent conditionem adjectit, usi si filii masculi deficerent, ea succederet. Tabulas has, quia vacante Imperio conceptæ, *Pontifex*, qui eo casu imperii est vicarius, confirmavit. *Valentinam* autem *Sforzia* ob conjugem, quæ ob natalium vitium in Italia, legibus Romanis utente, incapax successionis, injuria & vi exclusit.

**Responsio Hispan.** Respondent vero qui partes Imperii tuerunt ita: 1. Tabula non confirmata ab Imperatore, feudi Domino. Nec *Vicariatus* Pontifici vacante Imperio conceditur. Sed *Caroli IV.* bullæ sati Imperio circa vicariatum prospicitur. 2. Alibi Galli in dominum principatus posse dari negabunt. *Zypeus I. 4. pag. 21. 23.* 3. *Sforziæ* à populo in Ducem assument, cujus hoc ius erat, *Aurelianensem* ius irritum redditum. 4. Fœmina feudi incapax. *Fr. Maced. p. 378.*



**2. Investitura Imperatoris Maxim. collata Ludovico XII. 1505. quā alterā investitura Ludovico Sforzæ facta, claris verbis (ut *Cassanus ea refert*) revocata. Constitutio ea imperatrici regi 60000. floren. Imò Guilielmus Bellaius Langenus Consiliarius & Legatus Francisci ad ordines Imperii 1516. datis literis ait : Maximilianum pro hac quam vocent investitura supra centum quinquagena numum aureorum millia accepisse à Ludovico. Et *Franciscus I.* semper objicit Imperatori, nullum ei jus superesse, quod vendiderit *Ludovico Sforzæ* apud *Iov. L. 16. p. 268.***

Ad hoc respondet *1.* Eafacta disertè *salvo jure tertii. Conring. d. l. pag. 335.* Ob *Responso* quod dein Sforzæ restituti. *2.* Adiecta conditio, ut Claudia filia regis nuberet Carolo V. quod non factum, ac ita excidit jure suo Franciscus. Habent verò, quæ ad hoc etiam respondeant Galli. *Zyp. 3.7. p. 280. Fr. Maced. pag. 383; Blondell. general. Fr. assert. T. 1. p. III. 3. 4.*

**3. Arma superiori titulo nixa, quibus Ludovicus XII. 1499. & 1500. Ludovico Sforzia primum profugo, dein capto, dein *Franciscus I.* 1516. prelio ad Marinianum viator ducatum sibi afferuere. *Conf. Arnol. Ferron. L. 3. & seq.***

*Responso.* **1.** Armis non novum jus acquiritur, nisi prior titulus legitimus fuerit. *Responso.* **2.** Armis capta à Gallis, contarii armis vindicata sunt. *Maximilianus Sforza ab Helvetiis 1513. restitutus, & Tremollius ad Novaram victus, 1521. à Cælareanis, Pontifice & Sforzæ principatus denuo creptus, tandem Franciscus recuperatus eum 1524. captus.*

**4. Paclum Francisci I. cum Fr. Sforzæ, quo hic ab illo ducatum feudo accipiebat, numeratis 60000. aureorum & promissa pensione 20000. aureorum. Ea conditione, ut Sforzæ sine masculis decedenti corona succederet. Ita *Cassanus*, præter quem hujus historiæ alium non habeo autem, ut de ea dubitare cogar, cum potius cum aliis historiis pugnare videatur. Forte *Cassanus* illud fædus respicit, quo Rex Franciscus jam dimisus cum Papa, Venetis & Sforzæ convenit apud *Ferron.* *L. 8. pag. 163;* ubi Sforzæ relinquitur: *Vt jure quo opimo maximo fruatur principatu, soluta tamen annua pensione, qua Venetus & Pontifici aqua videbitur, modo non sit minor 5000. nummum aureorum: eidem imperata penitus solvenda fratti Maximiliano atque alia.***

*Responso.* **1.** Carolus V. aliam investituram contulit Sforzæ, qua rectius niti potuit. **2.** Si quod jus regis Francisci fuisset, illud amissum bello contra Dominum.

*Zyp. 3.7. p. 280.* **5. Promissa restitutio pact. Crepiac. §. 35. & antea quoque spes facta à Carolo V. restituenda, & cum per Galliam transliterat *Momoratio. Thuan. L. 1. p. 42. 45. Bellaj. L. 4. sub fin.***

**6. Responso.** promissio *Crepiacensis* conditionata, si matrimonium convenisset; quod morte sponsi non fecutum.

**6. Testamentum Maximiliani Sforzæ, filii Ludovici (qui juxta *Trivult.* apud *Iov. L. 16. p. 268.* emit à Maximiliano Ducatum,) qui & celsit, acceptus in Gallia bonis, & postea legavit principatum regi, à quo multis affectus fuerat beneficiis. *Fr. Maced. Stom. pag. 382.***

**Reff.** *Testamentum hominis captivi & extortum est. Unde Mediolanenses habentur nativi Galli, nec albinagio subjecti, verum loco naturalisationis illis declaratio tantum concedi solet. Omnibus illis fundamentis Hispani hodie hoc etiam in genere opponunt, reges modernos Galliæ ab *Aurelianensibus* non descendere.* *Zyp. 3.7. p. 280.*

Fundamenta Hispanorum pro jure in Mediolanum sunt illa.

**1. Philippus Maria testamento Alfonsum Aragonum heredem dixit, à quo ius ad sequentes Hispanos.** *Zyp. 1. 4. p. 21. 22.*

**Reff. Galli.** *1.* Ita injustum hoc testamentum creditum est, ut populus publice tabulas combureret. *2.* Non potuere lege feudorum institui extranei, cum pro-pinqui adessent. *3.* Substitutio paterna Philippi libertatem constrinxit. *4.* Testamentum sine consensu Domini non valet. *Fr. Maced. p. 376. 378.*

**2. Renunciavit iuri suo *Franciscus I.* in pactis *Madrit. n. 8. & 22. Camerac. num. 27. Crepiac. n. 33. 34.* Quæ objiciantur vide alibi.**



**Investitura** 3. *Investitura Caroli V.* ad quem lege feudi *Sfortiarum rebellione*, & tandem masculorum defectu, ac præterea ultimi Francisci testamento, redierat Ducatus collata filio Philippo R. Hispanæ & successoribus. *Zyp. 3. 7. p. 279.*

**Responso.** *Reſp. Gall.* 1. Investitura Gallica anterior, nec potest legitime factam Dominus revocare. 2. Investitura Philippi Bruxellis facta sine ordinum consensu vitiola est. 3. Judicium in propria causa involuntillæ investituræ. *Zyp. 3. 7. p. 280.* 4. Bulla *Bonifacii XI.* apud *Baron. T. M.* prohibet, quo minus idem Neapolitanum regnum & Lombardiam teneat: & si fieret, jure suo exciditè pronuntiat. 5. Ex lege teudorum Imperator Mediolanensis invitò non potuit Hispanis addicere. *Fr. Maced. p. 376.*

4. *A Ludov. Sfortia* jus derivat in Hispanos *Illiſas* apud *Fr. Maced. p. 381.*

**Eventus.** Ha utriusque partis fuere argumenta. Porro morte *Caroli D. Aurelianensis*, per quem Ducatum vigore pactorum Crepiac. recuperare pater *Franciscus Sforzaverat*, ipse fere omnis decollavit. Mantere ex eo aut faltem ab anno 1559. silentio controversia, *Hispani in possessione*, illo titulo directè non amplius bello petiti. Non tamen abdicatam memoriam vide apud *Thuan. L. 12. pag. 658.* Sic & *Henrici IV.* ultimi conatus eò tendere crediti. *Cipriat. L. 1. p. 49.* Cæterum symbolum Mediolani est scutum argenteum *boa carulea*, teruis gyris in palum circumplicata, & auro coronata impressum: erumpente ex fauribus infantula coccineo: Apex est, pennatus anguis prasinus exortiens aurum umbratus & coronatus, puello coccineo ex ore prodeunte: Fascia tortilis & lacinia ex argento & cyano. Ita describit *Ottavio ex Viccomitibus (Visconti) Com. de Gamalerio* insignia *Chifflet. Insign. Eq. A. V. n. 374.* *Brianville* seu d'arm. addit telamonos duos leopardos assidentes & galeam tenentes. Fabulosa origo hujus tessera à quodam *Ottone*, qui *Volumen gigantem* excederit, hoc superbientem symbolo, addenotandam ab *Alexandro M.* originem, ut ita intans ex ore boæ nasci appareat.

**Artesia:** §. LXIV. Inter Comitatus *Habsburgi* primum nomen est. De eo consule c. 9. n. 61. **com. ori-  
go.** Inde *Flandria* sequitur: De qua consulendi §. 29. & sequentes, nec non de *Tiroli*. p. 35. *Artesia* succedit, Belgica iterum provincia, *Flandria*, *Hannonia* & *Picardia* ac *Bononiensibus* & *Caletibus* cincta. Porro pars olim fuit *Flandria*, & doti à *Philippo C.* *Flandria* datuſ, cum eius neptis *Elisabetha s. Isabella Hannonia* *Philippo Augusto Regi Francie* nupisſet. Repugnatrum equidem ordines & *Philippus Comes ipse* retrahit, sed *Franci* tamen retinuerunt, & comitatum fecerunt 1198. Primus eum tenuit regis filius *Ludovicus*, dein rex: Hujus filius *Ludovicus Sanctus* filio *Roberto* eum attribuit. Ab hoc habuit filius *Robertus*, regni Neapolitani regens: cum verò hujus filius *Philippus ante patrem* deceſſisset, reliquo filio *Roberto*, *Mathildis* filia, *Otholimi Com. Burgundiae* uxor, successionem patris tibi aſſeruit, quod gradu propior esset, neque in *Artesia* jus representationis valeret. Cum sententia pro amita lata *Robertus* 1309. cecidiſſet, & postea quoque falla donatione conscripta nihil obtinuiſſet, regi iratus ad Anglicas partes accessit, & bellum aquerubā fuit, & posteri in tenuiori fortuna vixere. A *Mathilde* matre *Artesiam* habuit *Ioanna* filia uxor *Philippi longi regis*: huic succelit *Ioanna* filia & uxor *Eudis s. Odonis D. Burgundiae*, quæ hereditatem transmisit ad nepotem *Philippum cognominem Roborctanum*. Post quem naſta est successionem *Margareta amita magna, Ioanna II. soror Ludovici Com. Flandria* conjuſ; A matre dein *Artesiam* habuit *Ludovicus Alanus*, cuius filia *Margareta omnem hereditatem patris & avice* *Burgundiae* domini, *Philippo audaci* nupta, *Maria* detinuit *Burgundia Maximiliani uxoris* *Austriacæ* intulit. Eum quidem fisco addixit post mortem *Caroli Ludovicus XI.* (confit *Comin. L. 5. c. 11. & 15.*) Sed *Carolus IX.* 1490. *Maximiliano* reddidit. Juri quod in illam esse posset, renunciavit *Franciscus I.* in pactis *Madritensis* art. 9. *Camerac. art. 10. 11.*

**Ad Bur-  
gundos.** *Major pars Crepiacensibus.* art. 16. Demum pace 1659. paucis exceptis tota *Artesia* Regi Gallie permissa est. Symbolum Artesiae est scutum *lilis temere sparsum* (vetus Francorum regum *de rysus*) impositi: fasciola trifida rubra novem castellis aureis impressa; alii segmenta fasciola quatuor faciunt, & castellarum numerum duodenarium. Cæterum fuit primitus non Artesia sed *Roberti Artesii* primi Comitis, utpote regium scutum cum discerniculo. Dein, quod alibi etiam usuvenerit, principis tessera comitatui adhæſit: Novem Castellis designari aſſunt totidem Castellianas Artesias. Qui duodecim faciunt, Blanca Castellanæ matris castella addita opinantur. conf. c. 24. n. 33.

**Burgundie** §. LXV. *Burgundia Comitatus*, cuius in titulo proximus ordo, (alias *Liber Comitatus suis* dicitur, *Franchise Comitè*, quod licet majestatem imperii coleret, multatamen liberratae



bertate ei obediret) *vetus Sequanorum sedes*, inter Helvetios, Alsatiā, Lotharingiam, Campaniam, Burgundiam Ducatum & Bressiam sita est. Celebris eam rex circa 1000. Comites *Dux & Comes Otto Guilelmus*, ex Italia regibus *Adelberus filius, Berengarii II. nepos*, ex Ott. Huic successere indirecte linea filius *Raynaldus*, isti *Wilhelmus*, huius *Raynaldus & post Guidelmi* cum *Stephanus*, frater *Guidonis Archipiscopi Viennensis*, qui deinde Papa *Calixtus II.* postteris. appellatus est, & *Raymundi Comitis Galliae*, patris *Alfonsi Imper. Hispaniarum*, qui non Ex Svevia. væbi stirpis sator. *Raynaldo II.* successit filius *Guilelmus cognomine puer*, quem *Ligurinus* dicit: *antiqua veniens ab originē regum*, qui totum fere Burgundie regnum possedit, & 1126. à familiaribus occisus est. Successorem habuit patruum *Stephanum*, & hic filium *Raynaldum III.* qui etiam *Arclatis regem* se dixit, & adversus Conradum III. Imperatorem, qui super eum supremam sibi autoritatem arrogabat, fortiter defendit. Hic filiam solum reliquit *Beatricem*, sub tutore *Guilelmo Com. Auxona*, qui eam uxorem conciliavit *Friderico Barbarossa Imperatori*: Hoc (non vero ut *Zypens*, Henrico V. Imperatore) genitus post alios *Otto*, quem pater Comitem Burgundie fecit. Hic filiam habuit iterum *Beatricem*, *Ottoni D. Merante* nuptam, qui tamen non tam Burgundiam, sed aliqua solum circa Vesontionem & Germania vicina possedit: cum reliqua *Stephanus*, *Stephani C. Auxona* & in Burgundia filius, *Guilemi C. Matisonensis*, qui Raynaldi supra dicti frater fuit, nepos occupasiet, & ab uxore *Cabillo-nensi Cabillonis f. Challonii* nomen suæ stirpi intulit: Eius ex filio *Ioanne* nepos *Hugo Cabillonensis* duxit *Othonis illius Meranii filiam Alisan*, quam ei nubere plures a statibus agre ferebant, sed res demum composita, atque ita controversie terminata: portò ille tirulum & arma Burgundie propriis depositis alsumit. Filius eius fuit *Otho f. Othelinus*, quia ab uxore *Mathilde Artefie* comitatus obtinuit. Unde per eosdem hic Burgundie comitatus & Artefius ad Austriacos delapsus est. Vocatur Comitatus *Pala-Antinicus*. Legio autem primum *Comitatus Palatinus* & regentem Arelatis fuisse *Othonem*, Friderici I. Imperatoris filium, à quo haec dignitas collata videri potest. Alibitamen illum titulum etiam *Raynaldo III.* Comiti tributum vidi. Ceterum insignia Burgundie quod concernit, lego antiquum scutum fuisse *rubeum impressum aquila argentea*. Indignia comitatus liberi. In eo vero labitur *Pailot*, quod id insigne domus *Svevia f. Hohenstaufa* fuerit; id enim leones tres nigros gradientes in solo auro co constituant. Inde cum Alix comitissa *Hugoni Cabillonio* nuberet, ordinis provinciae legem huic tulisse dicuntur, ut prater leonem *schedis* vel *plinibidibus aureis ceruleam* partiam consereret. Quod nunc etiam symbolum comitatus servat.

§. LXVI. Interjecto *Trolis* nomine post Burgundiam sequitur *Hannonia*, in Belgio inter Brabantiam, Flandriam, Artefiam, Picardiam, Namurcum, Luxemburgum & Leodium interceptus Comitatus. Ejus olim Domini ex *Ardennatum* familia, ex Arden- & legi *Giselberti Com. Mansuarie* atque *Ermingarde Lothario Augusto* natae filium *Raginerum* Ducem *Hasbania* & *Hainaci f. Hannone* nominari, cui succedit in Com. *Hannonei Raginerus II.* huic tertius, quem *Bruno Archiepiscopus Coloniae*, *D. Lotharingiae*, expulit, sed filius *Raginerus IV.* comitatum recuperavit: hic pater fuit *Raginerus V. avus Richildis*, quæ *Baldinno VI. seu pacifice Comiti Flandrie* nupsit, & ictum comitatum *Flandrii* ex Flan-dris. co junxit. Filiī à matre comitatum accepere *Araulfus simplex* & *Baldinus I.* quos Flandria per injuriam exclusit patruus *Robertus Frisius*. Balduno succedit eodem nomine *secundus*, huic tertius, isti *quartus cognomine animosus*, qui à *Margareta, Theodori-ci Alsatii* filia, uxore *Flandriam Hannonia* iterum junxit. Hoc natus *Baldinus*, qui ut & frater *Henricus Constantinopoleos Imperatores* fuere. Balduno quinto nata est *Margareta*, ex Avenea genita demum sororis *Joannae* aucta de heres, quæ initio *Buchardo Avenensi* Canonico libus. Insulano nupsit, quod pro legitimo matrimonio non agnitus, dein uxor fuit *Guilelmi Borbonii*, *Dom. Damperrai*. Qui ex hoc conjugio nati liberi *Guilelmus & Guido Flandriae* Comites fuere, & reliquos prosevere Comites. Qui vero ex *Buchardo* suscepit, licet illegitimū haberentur, in successionem tamen *Hannonei* motibus vitandis admitti sunt *Ioannes & Baldinus*. Illo genitus *Ioannes II.* à marre etiam *Hollandie* atque *Zeelandiae* comes: Hoc *Guilelmus bonus*, pater *Guilelmi*, qui 1345. à *Frisis caesus*, & *Margareta*, quæ *Ludovicus Bavaro Imperator* nupsit, & *Hannonię*, *Hollandiam* atque *Zeelandiam* ex Bavaria atulit. Illa geniti *Wilhelmus & Albertus*, hoc *Wilhelmus, Albertus & Ioannes, Wilhelmo Jacoba*. Inter hanc & patruum *Ioannem* pridem *Leodiensem Episcopum* contentiones



tiones ortæ. *Ioannes etiam Hannoniam, Hollandiam & Seelandiam tanquam ad Imperium devolutas à Sigismundo Imp. feudo accepit. Sed ordines regionum repugnacunt, quod nec feuda imperii sint, nec ad solos masculos restricta. Inde 1419. pace Worcum inita nepti Hannoniam reliquit, reliqua servavit sibi. Jacoba quater nupta, (sed ultimum connubiale feodus cum Francone Borsetio nullum declaratum) non nisi ex hoc liberos genuit. Unde à Philippo bono D. Burgundie amito, qui Margaretam Alberti Bavariam matrem habuerat, in potestatem redacta, eique servata annua pensione ditiones omnes cedere est coacta. Ad Burgundicam femele delatus domum comitatus, in ea & Austria hacenus hæsit. Porro eum à DEO duntaxat & Sole habet iactatur: unde apud Zyp. hiat. Caff. obſtr. p. 138. ex Bonzio distichon:*

*Solus ab hac tellure Deus, nunc astra gubernans,*

*Lucidus & Titan jus sibi jure petunt.*

**Styptac.** *Vetus symbolum comitatus dicitur tuisse scutum ternis aureis & fabuleis cantheris exaratum: veljuxta alias aureum tribus cantheris atris interstinctum. Dein assutus clypeus ex Flandrica & Hollandica tessera quadripertitus: Si tamen quod comitum fuit, scutum ipsi comitatui alterare licet. Sibmachers Wapenb. P. 1. p. 6. simpliciter attribuit Hannonia leonem nigrum in scuto aureo. Apex est coronata galea impositus pileus acuminatus minio & argento fasciatus & pennis galli gallinaci nigris fastigatus.*

**Hollandia.** *§. LXVII. Hollandia comitatus ex regni Frisici ruina natus, Zeelandia, Brabantia, Geldria, Ultrajecto, Frisia & Mari includitur, olim non incelebris, hodie verò celeberimus. Comites ejus derivant à Theodorico, cui Ludovicus frater Caroli Calvi 874.*

**Eius Comites.** *Wasdam concesserit. Ab eo quarto gradu distat Arnulfus, Ottone II. Imperatoris gen-*

**Ex quibus** *ter, Theodorici IV. Ducus Frisia & Hollandiae atque Sigfridi I. Sicconis, à quo Brederodii*

*& veteres* *descendunt, pater: ab illo Theodorico IV. iterum quarto gradu descendit Theodori-*

*Bentheimi* *cus VI. comes: a cuius filio Ottone comites veteres Bentheimi derivantur, ex majori au-*

*tem Florentio & Ada Scotica nati Theodoricus VII. cuius filia, Adelheidis Henrico Gel-*

*rico nupsit, Adalbertus Loffensi, sed invitis ordinibus, unde à patruo 1203. ex-*

*clusa est, & Guilelmus prius Frisia, dein nepte ejēcta Hollandia comes, hoc Florentius IV.*

*Successio* *natus est, pater Adelheidis Joannii C. Hannonia nuptæ, atque Guilelmus, qui ad Romani*

*ad Hanno-* *imperii axioma electus sed 1256. cœsus est, pater Florentii V. & Ioannis avus, quorum*

*mortibus 1296. & 1299. stirps mascula defecit: & successio delata est ad Ioannem II. C. Han-*

*Bavaro-* *nonie, Adelheidis filium, manxit etiam in filio & nepote, quo mortuo soror Margareta*

*Burgun-* *una cum Hannonia Hollandiam marito Ludovico Bavarico Imperatori attulit. Qua ratione*

*dein ad Burgundos devenerit tota illa Bavarica successio, vidimus §. præced. Quæ enim*

*de Hannonia dicta, de Hollandia pariter accipienda sunt. Demum superiori seculo cum*

*pluribus provinciis tyrannide Albani & bellis secutis irritata obsequium Hispanicum*

*excusit, & Reipublica novæ, licer non prima, potentissima tamen, provincia est, & li-*

*bertate sua fructuatur. Symbolum Hollandiæ fuit ab antiquo, in parma aurea leo rubens,*

*lingua & falculis caruleis, aliqui addunt coronam nigram. Apex estemmens ex coro-*

*natæ galea cauda pavonia. Quod de Hollandia dictum, idem de Seelandia, quam vicinæ*

*insulæ constituent, intelligendum est, eosdem enim cum ista Dominos habuit. Deli-*

*gnatur clypeo bipertito, in cuius superiori parte aurea leorubens emergit, ex inferiori*

*fluctibus argenteis & caruleis distincta. Apicem constitutum ex galea coronata ex-*

*panse ala nigra, quarum utraque scuto Zeelandico imprimitur. vide Sibmachi Wapenb. 2. p. 15.*

**Namur-** *§. LXVIII. Jam Namurcum in titulo nos vocat, provincia non adeo ampla, inter*

*comum. Hannoniam, Lucenburgo, Leodium & Brabantiam sita, & à capitali urbe nomen*

*sortita. Comitem ejus primum lego Berengarium, cui uxor fuit Rainierii ex Albrada Caro-*

*linna filia; Nephos horum Albertus Ermengardam duxit, Caroli ex Carolinis Ducis Lothar-*

*ringiae filiam, quæ marito Thenense Dominum attulit: his natus Albertus II. hoc ter-*

*sus, isto Godfredius, qui præter alios liberos genuit Henricum cacum & Aleidem dictam*

*Ermeindim. Hæc nupsit Baldum III. Hannonia Comiti ex Flandris. Unde vivo ad-*

*huc Hentrico filius ejus Baldum IV. Namurcum invasit. Henricus, qui 1191. decessit, fi-*

*liam reliquit Ermeindim Theobaldo Barrensi, & dein Walramo C. Limburgensi nuptam:*

*quæ de comitatu cum Baldum V. Hannonio 1199. transfegit, ut & altera vice 1222. &*

*1246. mortua est. Philippus etiam & Ioannes fratres Balduni V. titulum Namurci*

*comitum*



comitum usuerunt. Inde cum *Margareta Balduini V. filia nupsisset Guilemo Damptereo cum Flandria etiam Namurcum attulit; ejus filius autem *Gundo secundo Flandris, matrimonio duxit Isabellam f. Henrici C. Lucenborgii*: ut ita sanguis *Aleidis & Henrici ceci etiam jungerentur*. Inde natus *Ioannes C. Namurci*, hoc post alios *Guilelmus, Guilemo demum Guilelmus II. & Philippus*, qui comitatum *Philippo bono D. Burgundie* <sup>Burgundia</sup> didit, & 1428. vita excessit. Namurei testera est scutum aureum insignitum leone nigro, falculis & lingua rubeis (quod δέηγα Flandriæ est) inducto scipione rubeo, quod discerniculum esse reor Joannis Flandrii, ad distinctionem majorum natu fratum. Albi vidi clypeum argento tingi, & loco inducti scipionis, plinibus rubeas circulo-nem spargi. Apex est galeæ impositum jugum alarum cum typo scutario.*

§. LXXI. *Zutphanie* comitatus Geldria quidem jam diu insertus est, sed mereri <sup>Zutphania</sup> visus, ut peculiariter exprimeretur intitulo. Eum Isala terminat, & Frisia, Transfalania, Velavia, Clivia atque Monasteriensis diœcesis includunt. Habuit verò suos peculiares comites, in quibus primum recenset *Teschenmach. Hermannum*, cuius filius *Reinherus* torneamentis Magdeburgensisibus interfuerit, pater *Ottonis*, qui *Atahildem* genuit, quæ *Ehrenfrido Com. Palatino* nupluit, & *Ludolphum* genuit, qui 1031. excelsit, reliquo filio *Henrico*. Demum *VVichmannus ultimus Sophiam* genuit herede, secundam uxorem *Ottonis Nassovici*, qui ex primo matrimonio Geldriam jam habebat. Eo conjugio natus *Gerlacus avi* in comitatu successor, qui 1076. in bello *Theodorici Hollandi* ad *Iselemondam* prostratus, heredem patrem *Ottонem* habuit, à quo hunc comitatum <sup>Conjunctio cum Geldria.</sup> *Gerhardus* filius una cum *Geldria* accepit, & ad posteros transmisit: à quo tempore *Geldria* junctus mansit, & nunc quoque cum duabus partibus Ducatus illius in Republica Batavorum locum habet. Testera datur Zutphanie in solo aureo leo caruleus. Haping, verò de jure, insign. num. 1299. alter pingit, sed quod videtur per errorem. Tum *Guid. Coquill.* dicit esse leonem rubeum auro coronatum in scuto argenteo.

§. LXX. De *Sveria* principatu peculiariter agere necesse non est, quando <sup>Sveria.</sup> c. 9. n. §. actum, quomodo jus illud ad *Austriacos* delaplum sit. Unde transiremus ad *Marchionatum S. Imperii Romani*, nisi §. 34. de illo actum jam esset. Itaque proxima <sup>Marchionatum S.</sup> provincia est *Frisia*, videlicet quæ ratione Embdane f. Ostfrisia, Westfrisia f. Occidentalis cognominatur, Hollandia, Transfalania, Westfalia, Ostfalia & mari incluta. Eius regna. Porro habuit olim *Frisia*, sed longe ampliori ambitu, reges suos, ex quibus nonum *Radbodus Carolus M.* regno exiit, unde primus *Egmonde Dominus & Egmondanorum* reliquorum sator perhabetur. Ex Hollandis comitibus primus *Theodoricus III.* <sup>Dominus</sup> *Frisiorum Dominum* se dixit, cuius filius *Arnulfus* à Frisia rebellibus cæsus est. Inde pars à *Cælarec vicarius*, qui potestate dicti, recta, pars in potestate comitum mansit, & cum Hollandia ad *Austriacos* delata est. In his Maximilianus Imp. *Albertum Saxonem Frisia prefectus*, qui eam *hereditarius Imperii vicarius* regeret, ut ita labotibus & aliquando sumtibus proprio factis præmium daret. Restitere Frissi, & bello petiti non semel se concilia. opposuere. Unde rædio filii *Georgius & Henricus* eam iterum Carolo V. acceptis 20000. aureis permisere. Nunc Frisia in Ordinum federatorum potestate est, & peculiarem constituit provinciam. Denotant verò Frisiam leopardi f. leones duo auric in clypeo carnleo ejusdem metalli schedulis (aliqui septenarium numerum extinxunt) sparrow.

§. LXXI. Jam *Salinarum* succedit nomen, Dominii in Sequanis, à salinis & ap-pellationem & celebritatem nati. Primum ex Burgundis Dominum ejus lego *Gebhardum Com. Viennensem & Auticonensem* ab uxore *Vigora Moretta Gualtheri Du. Salinensis* filia: à parentibus accepit Dominium *Gualtherus filius f. Gaucherus*, pater *Altagareta*, quæ cum marito *le gros Dn. Brancionis Salinas Hugoni D. Burgundie vendidit*: ab hoc permutatio pro *Auxona* (Auxonne) eas & alia loca accepit *Stephanus L. Estevanon* frater Joannis Com. Cabillonensis, qui fratri sine liberis defuncto succedit. Inde in hujus posteris *Burgundie* comitatui accrevit, & cum hoc demum ad *Abstrios* delatum est.

§. LXXII. *Mechlinia* post *Salinas* sequitur, Dominium *Brabantie* ambitu inclu-Mechlinia, sum, cuius & urbis historiam *Ioh. Baptista Grammayus* edidit. Fuit hoc à multo tempo-A. Bertholdorum Grimbergensum ditione, nuptiis ut creditur acquisitum. Inde ad *Leodienses Episcopos* delatum est. In his *Adolphus Marcanus*, Episcopus, consentiente dis ad Leon-Capitulo, Comiti *Flandriae Ludovico* *Mechliniam vendidit* 10000. florenis auri regalis, dianies, Flandriæ, <sup>dis ad Leon-</sup> <sup>dianies,</sup> <sup>quod</sup>



**Brabantos.** quod Duci Brabantiae quam Leodiensibus plus faveret. Inde Dux Brabantiae eam acquisivit. Demum ad Burgundos & Austracos delata est. In illis Philippus Bonus eam separatis posse atque titulis interierit, ut in eundem statum rediret, quo fuerat ante Bertholdorum familiam, Brabantiae vicina non subdita, siveque potestatis. In his Dominium Maximilianus I. anno 1494. in comitatum perpetuum atque nobilem erexit. Ast ut videmus non comites sed Domini Mechlinia Reges vocati amant. Rationem Zyp. hist. Cassan. obijr. pag. 154. conjicit: *Quod postquam Mechlinia in manus Duci Brabantie redit, & summo jure possidericeps, in ista Brabantiae, etiam ab Imperio tacite subducta est: id quo minus viderentur principes agnoscere, existimem non usque beneficium Imperatorum urbi concessum mutato titulo ostendare. Nunc Archiepiscopatu & supremo Belgii Hispanici senatu incluta urbs est. Insignis fuerit scutum aureum tribus palis rubris exaratum, (verbis Maximil. apud Zypeum scutum divisionibus citimis, lege cirinis, & ruboris secundum longum interjectis) sed beneficio Imperatoris accessit scutulum cum aquila imperiali, palis impositum. Pali ab antiquis Dominis asciti adhæsere Dominio. Loco auri argento solum pingit Oesterr. Spiegel der Ehren.* p. 874.

**Utrageum. Episcopi.** §.LXXXIII. *Vlrajectum Mechliniam excipit, & quæ Belgicarum provinciarum titulos claudunt Transjalania atque Græninga. Vlrajectum Episcopatus titulo inclusa fuit à Caroli Martelli astate. Primus numeratur Willebrodus Batavorum, Frisiorum, Saxonum, & Slavorum Apostolus habitus. Inde Episcoporum opes & potentia multorum Imperatorum aliorumque principum liberalitate, & regionum, unde barbaros & tyrannos expulerant, acceleratione eusque excrevit, ut Dominum Traiectensem Bochius (hyperbolice, judice Zypeo, nisi ad veteres regulos respiciatur) regni haud exigui amplitudinem exquaque crederet: in primis vero Transjalania & Græninga in potestate Episcoporum fuisse. Demum Henricus Palatinus I. Bavarus Philippi Electoris filius, cum adversus Carolum Geldrum sui tuendi impos esset, Carolo V. Imperatori ditiones conciluit. Verba diplomatis ex Zypeo pag. 158. ita habent: *Quoniam Carolus Geldria Dux nullo jure nullaque legitima de causa urbem Vlrajectinam occupavit, ac ex ea bellum antisiti Henrico Bavarо intulit, occupatoque oppido Rhena, arce Horstia, ac Ema universam Vlrajectinam ad gravissimarum exactionum solutionem coegerit, nullo in recusantes, sive profani, sive facri Ordinis, homines securita nec calamitatis genere omisso, adiutori ut universam tandem provinciam subegisset, nisi Carolo V. Cesarii Duce obstessent, ac pedite equiteque abducto, Geldrum represserint: ne rursum in casadem recideremus calamitates ac aliqua ratione Cesari de factis hujus belli causa sumptibus satisficerent, communis consilio liberaque voluntate consenserint, ac tenore presentium consentimus, Henricus Bavarus Antistes noster Cesari Carolo tanquam Brabantia Duci, & Hollandia Comiti, pro se suisque successoribus utrinque sexus legitimis liberis cedat, inque perpetuam possessionem tradat urbem Vlrajectum, Amersfortium, Rhenam, Wicam, reliquaque oppida, arcas, castella ac munitiones, provincias, agriques Vlrajectini, cum omni apparatu bellico, pagis, villis, preventibus, cum jurisdictione summa, media, infima, mixta, ac denique universum absolutumque profane jurisdictionis Imperium, caratione a modo, quo id præcedentes Antistites supra nongentos possedere, rexereque annos, ac ut absolutum decet Dominum Principemque cum universo Nederficht (nempe Overtfichtii, id est, Transjalani dudum ante in Ianuario se tradiderant) nihil inde excipientes, præter sacram jurisdictionem, ac annuos ejus preventus, qui Antistiti ejusque successoribus in semipermanentem partem teclimanebunt: quemadmodum Curia Episcopalis, quæ est in urbe Vlrajecto, ac altera Antistite digna in hac provincia quam elegit. Adhuc Cesari Carolus Antistiti Henrico Bavarо singulis numerabit ad vitam annis duo millia florinorum, donec tot ei sacerdotia procurarit, quæ dictam in singulos annos summam conficiant, eaq. in perpetuum Episcopatus redditibus adjungi curarit. Supplicantes & orantes Romanum Pontificem, hac omnia sua auctoritate approbare, confirmare, rataghabere dignetur. Hac primum à quinq. Canonorum collegiis, deinde ab Abbatibus, sum ab urbis Senatu, ac nobilibus fuere sub signata, sigillisq. manuatis, ac tandem anno sequenti à Papa Clemente VII. 13. Kal. Sepeemb. confirmata. Antistes ergo, inquit Hartæus, sive renunciationis literas 12. Octob. hujus anni consignavit, & Cesari legato Antonio Lalaino Comiti Hochstratano die 13. Kal. Novembr. solemniter tradidit, ac postero die populus Vlrajectinus Cesari sacramentum dixit, hinc 3. Nonas Novemb. Amersforii, & non multo post etiam Wicani,**



*Wicani & Rhenani.* Ante hos seorsim *Transsalani* à Carolo V. stipulati sunt, ut iis pri-  
vilegia ac immunitates veteres sartæ teste manerent, judiciis consuetis uteren-  
tur, bellum illis à quoconque illatum Cæsar ejusque successores suis sumitibus pro-  
pulsarent. *Græningam* cum Frisia *Alberto Saxoni Maximilianus* regendam concilie-  
rat, in primis quia factionibus *Schieringerorum & Vercooperorum* scindi cœpisset: Ve-  
rum restitere Alberto, & licet aliquoties fracti jugum subite detrectarunt. De-  
mum maluere *Ezardo Frisia Orientalis* seu *Embaldus Comiti* 1506. imperium ur-  
bis committere, ut in *Saxonum* potestatem non delabi pataretur. Ezardus ob  
hoc proscriptus & armis petitus, urbis patrocinium desertere coactus est. Itaque cum  
conditiones deditiois probate nollent *Saxones*, *Græningenses* alium patronum  
sumere *Carolum Eymondanum Geldria Ducem* satis potentem, à quo in fidem co-  
ronæ *Francie* impulsi sunt. Demum 1521. cum crescentem viderent potentiam Au-  
striorum, ad *Caroli I.* obsequium redierunt. (confer *Thuan. L. 109. p. 1393.*) Ceterum *Carolus V.*  
omnes hæ tres provincæ nostro tempore *Rempublicam Batavicam* cum reliquis con-  
stituunt, subtractæ potestati *Hispanicæ*. Quod teñeras scutarias attinet, *Brianville* jen  
d'arm. Ultrajecto tribuit clypeum diagonaliter sectum ex minio & argento. *Sibmich.*  
*P. I. p. 10.* veritilius clypeum transversè fecat auro & coco, atque inscribit erucem  
variatis ad illam sectionem coloribus. Sed rectius *Nesterr. Ehrensp.* cui numisma-  
ta convenient, partam quadripertitam constituit, cuius arcola prima & quarta cruce,  
duæ reliquæ singulis leonibus insigniuntur. Galeæ autem diadema tortile & ex the-  
ca cruce insignita cauda pavonina imponitur. *Transsalania* autem leoni rubro in par-  
ma aurea inducit aut supponit fasciam undosam cyaneam; quod discerniculum putant  
leoni Hollandico adjectum. *Græninga* scutum imperiale aquila, pectori parvula Au-  
striaca imposita, gestat.

**§. LXXIV.** Titulos claudit ille, qui *Dominatorum in Asia & Africa regem nominat*,  
qui ex *Lusitanico* adhuc videtur, unde de eo agetur in capite de *Portugallia*. Quod  
concernit, quos à *Sammarthano* in præsentis regis elogio additos notavimus, *Bar-*  
*cinonis* comitatus notari meretur. De hoc jam occupavimus dicere §. 10. unde non  
nisi pauca addimus: Videlicet comites *Barcinonis* (quæ *Catalonia* metropolis est)  
derivati à *Godefredo & Giffredo pilosò* *Balduini Flandri* genero, qui primus paulatim  
præfecturam in proprietatem mutavit, & 914. obiit: successere posteri initio ex *Mi-*  
*rone & Giffredo*, dem ex altero filio *Seniofredo & Suiero Com. Bergitanus* minori filio,  
nam hoc natus *Borellus*, *Mitonis* filio *Seniofredo* 967. extincto, in *Barcinonis* comitatu  
successit, excluso istius fratre *Oliva cogn. Capreto C. Besaluni & Ceritanie*, quod in horum  
comitatum gubernatione male se gessisset. *Borellus* transmitit successionem ad po-  
steros, in quibus quod audivimus *Raymundus Berengarius* ab uxore *Petronella* regnum *comitum*,  
*Aragonie* familie intulit, palos autem suos clypeo regio inseruit. Quod à rege recen-  
tius reliquis insertus hic titulus, forte ex eo est, quia *Catalonia* ad *Francos* recipiente *jus Titulus*,  
in dubium vocari ceperat, cui asserendo titulis solennibus restitui videbatur, nam §.  
46. & 47. vidimus, *Ferdinando Catholico & Carolo V.* ubi prolixiori formula uti lu-  
buit, vocabulum illud etiam solenne fuisse. De prætensione Francorum in *Barcino-*  
*nem & Catalonia* §. 13. auctum est.

**§. LXXV.** *Biscaie & Vizcaya* succedit nomen, quod etiam in *Ferdinandi Catho-*  
*lici* elegiis legitur. Hæc *Cantabrorum* veterum sedes fuit, qui bellicosissimi habiti, &  
demum ab *Augusto Agrippe* ope subacti sunt. Unde nunc quoque præ aliis *Hispanis*  
majori gaudent liberaute & immunitate. Conf. *Hub. Thom. Leod. vit. Frid. II. Pal. L. 2.*  
*p. 26.* Eam ab anno circiter 870. rexere peculiares Domini, *Lups & Lopez* *de Haro*, do-  
nec circa 1298. *Didaco Lups* filio *Haro* extincto *Biscaia*, eousque magnis motibus jactata,  
ad *Sanctum Regem* devoluta. *Marian. L. 14. c. 12.* Sed iterum principio seculi decimi  
quarti controversia nata de illo principatu inter *Didacum Harum & Joannem regis*, qui  
tum vivebat, *Ferdinandi IV.* patruum, cui rex istum promiserat. Vallisoleti pro *Joanne*  
pronunciatum, sed executio in aliud dilata tempus. Demum ita transactum, ut  
penes *Didacum Harum* esset principatus dum viveret, inde *Joanni* redderetur. *Didac-*  
*eus* in bello *Granateni* extinctus est, atque ita ad *Mariam* *Joannis* uxorem successio de-  
lata. vid. *Marian. L. 15. cap. 7. 8. 9.* Ea natus *Ioannes Curvus & Coles Biscaie Comes*  
patet *Mariae*, que *Ioanni Munioni & Nugnez de Lara* agnato ex *Cerdanis* nupst, & filiam  
atque



atque heredem habuit *Ioannam*, Tello Alfonsi XI. filio nuptam. *Tellus* 1370. Idib. Octobr. vita excessit. Unde defuncti principatus *Lara* atque *Biscaye* Joanni Regis filio à patre Henrico datus, in regum ditione stabili possessione hucusque mansit. *Marian.* L. 17. c. 15. Scuto *Biscaya* utitur argenteo, insignito arbore viridi, quam transunt duo lupi gradientes rubei. Luporum figura alludere videtur ad dynastas *Lupos* s. *Lopez*: arbor forte saltuosa provinciam designat. *Biscaya* aliqui annumerant *Gurpiscoam* s. *Ipuscoam* provinciam, cuius tesseræ est scutum *carulcum* 12. machinis bellicis aureis insigne, ob Engolismensem Ducem obsidione Pompelonensi depulsum. vide *Lam. Jur. publ.* 6, 6, 19.

**Molina.** §. LXXVI. Sequitur *Molina* mentio. Hujus (quæ civitas est Castiliæ versus Aragoniam, unde tractui montano nomen *Serra Molina*) titulum lego attributum *Alfonsi IX. R. Legionis & Berengaria reginæ* Castiliæ filio *Alfonso*, inde dicto *Infanti Molinae*. Hujus filia *Maria Sancio IV. Regi Castiliae* nupsit 1282. Inde *Isabella* Joannis Late senioris uxore defuncta *Molina* principatus jure propinquitatis ad regem redit, ob quod tamen *Ioannes Lara* tumultuari caput. Confer *Marian.* L. 14. cap. 16. Post hæc *Molina* cum *Soria* celeberrimo Francie Conestabili *Bertrando Guesclino* ab *Henrico II. Rege* 1371. sub nomine *Ducatus*, loco comitatuum *Tristamaræ & Sarriae*, 1366. concessionum, præmio virtutis & meritorum in *Henricum* bello adversus fratrem *Petrum* crudeliter prestitorum, concessa est: Sed cum in Franciam *Bertrandus* rediret, vendidit iterum *Molinam* eidem regi 15000. scatatorum. Inde *Ioannes I. Castiliae Rex Molinam* filio *Henrico III.* concessit, qui cum patri in regno successisset, hic ducatus sub nomine dominii ad regnum rediit. Confer *Sammarth. l'Est. de l'Esp.* pag. 224. 225.

**Athenarum & Neopatriæ duca-tum.** §. LXXVII. Videamus jam titulum *Ducum Athenarum & Neopatriæ*. Hunc principatum lego primum in familia *Villeharduina*, ex qua *Guilhelmus marescallus Campaniae expeditionis Constantinopolitane* historiam scripsit, ejusque ex fratre *Joanne* nepos *Godofredus Morea & Achaja princeps* fuit. Inde *Hugo Comites Brenne*, qui Joannem regem Hierosolymorum patrum habuit, uxorem duxit *Helena* *Guilmi Villeharduni* *Ducis Athenarum & princeps Achaja* filiam, unde natus *Gualtherus Dux Athenarum*, pater *Gualtheri Ducis & Isabellæ*, ille 1356. sine prole Pictaviensi prælio periret. Hæc heres fratis *Gualtheri Dn. Engiano* nupsit, & titulum *Ducis* attulit, unde natus *Sigerus Dux*, qui 1368. decessit: Fratre eius *Ludovico* nata *Margareta Ioanni Lucenburgenburgio* nupta, prætentiones illius domus attulit. Sed jam à seculo fere non nisi in titulo & prætentione jus constabat illorum, qui *Athenarum Duces* vocari amabant. Nam 1282. vespere *Siculis* sub *Aragoniorum* potestatem ille etiam principatus delapsus erat. Cæterum primus è *Siculis* regibus *Fridericus II. Rex titulum* usurpavit, atque posteri tradidit; Eo autem donatus erat 1355. à *Ludovico* Rege fratre, postquam *Fridericus Dux Joannis Ducis* filius eo anno vivis excessisset. *Joannes* autem à fratre *Wilhelmo* ducatus obtinuerat, qui 1338. vivis excessit, & fratrem successorem habuit. Confer *indic. rer. Arag.* ad ann. 1338. 1348. 1355. Inde 1377. cum *Fridericus Rex* filiam *Atariam* reliquisset heredem, præfici arcium *Athenarum & Neopatriæ* ducesque, arg. earum ditionum procuratores militaresque manus *Friderico Sicilia R. vita functo & feminavacue regni possessionis herede*, cum de principatu inter *Mariam & Aragonia regem* ejus avum *controversia orta* esset, à *Maria & ejus regni Procuratoribus* deficiunt, & regis addicunt: vexilla insignia regia Aragonum principum *Athenarum* are extolluntur. Uti Surit. *indic. R. Arag.* ann. 1377. In *Journal des Scav.* de 25. Febr. 1675. ex *Guilletierii Athen. reffetur Comitissa Stampensis*, quæ 1489. Senis mortua hunc titulum gesserit. Credo aut errorem aut *misiua typographi* subesse: & intelligi *Ioannam f. Rudolphi Com. Eufisi & Guinesii*, uxorem primam *Gualtheri Brennensis*, & dein *Ludovici Eburovici Comitis Stampensis*, quæ 1389. mortua est, & à priori marito titulo illo uti potuit. Cæterum *Athenarum* urbs 1455. à *Mahometo II.* subacta & in Turcicam servitatem redacta est, sub qua nunc etiam gemit.

**Oristani & Gothiani Marchion.** §. LXXVIII. Jam *Oristani & Gotiani* in *Sardinia* *Marchionatus* lustrandi. Memorant vero indices *R. Arag.* ad ann. 1338. à Rege Aragonie *Petri Arborensis* judicis fratrem *Gothiani* comitatus titulo cohonestatum. 1377. Cum *Valor Ligi* *Arborensis* propinquitate conjunctus regi se addixisset, *Gothianum & alia opida* *Arborensis* ditionis illi attribuuntur. *Indic. R. Arag.* illo anno. Inde 1410. *Petrus Torrellias Oristani* urbem

**Guipa-sco.**

**Qgomodo ad regem ali-quoties redit.**



urbem & ejus urbis ditionem *Marchionatus cognomine, & Gothiani comitatum Leo-*  
*nardo Cubello posterisque ejus regio mandato ingenti pretio addixit (indic. rer. Arag.)*  
*demum cum Leonardus Alagona M. Orystani 1478. res turbasset in Sardinia, Ferdinandus*  
*hunc principatum & Gothianum ei ademit, atque regii titulis intererit. Destr.*  
*Spiegel der Ehren. 6, 10. p. 1220.*

§. LXXXIX. In titulis Ferdinandi & Isabellæ nihil reperitur, cuius non in prioribus *Rufino s.*  
*essent vestigia, præter *Rufinonem* & *Cerdaniam*. Sed de *Rufinonensi* comitatu seu *Rouffilosa**  
**Rouffilosa* jam supra §. 14. egimus, tanquam Aragoniæ coronæ membro. Quod *Cerdaniam* attinet, (*unde adhuc Puigcerda nomen,*) à *Ceritanis* veteribus nomen haberet. *Cerdania f.*  
*Primum legi, quí titulo *Comitis Balsalum & Ceritanie* usus est, *Olivam cogn. Capretam* *Ceritania,**  
*Myronis Comitis Barcinoneñis filium, quo nati *Bernardus Taliiferreus* Comes *Befaluni*, & *Guifredus Comes Ceritanie*, iator reliquorum, in quibus *Wilhelmus Iordanus* & *Bernhardus Wilhelmu*s Comites, cum ille ad Tripolim 1103. cecidisset, hic 1117. sine liberis defecisset, *Raymundum Bareinonensem* magnatum habuere heredem. Confer *Æl.*  
*Ant. Nebriss. rer. Hisp. Dec. 2. l. 3. c. 1. 2.***

§. LXXX. Supereft ut, quos prolixior illa titulorum *Caroli V. farrago* prioribus ad-  
*dit, examinemus. Imperatoris Romani & Germanie regis elogium perlonale fuit, & *V. caroli**  
*ex dignitate electitia. Hungaria, Dalmatia, Croatia regna frater Caroli Quinti*  
*Ferdinandus uxorio titulo tenuit, & ad posteros transmisit: Carolus vero non *Croatia**  
*allo jure illis titulis usus est, quam ab successionem *Siculam*. Ex quo enim à *Maria* *regna*  
*uxore, Stephani Regis Ungariæ filia, Carolus II. Andinus Rex Siciliæ regni*  
*istius jus familia intulerat, licet illud in alias dein inigraverit familias electio-*  
*ne & suffragiis, à Neapolitanis tamen regibus, atque adeo etiam à *Ioanna II.* à qua*  
*adoptatus Alfonsus Aragonius, tituli retenti sunt. *Algeron* vitiosè scriptum cre-*  
*do pro *Algarbia*, cum non solum locus nullus isto nomine mihi sit notus, verum*  
*etiam ordo titulorum pro illa faciat. Ita & qua infra legitur *Territania*, *Cerita-*  
*mia* videtur legenda: & Molina pro *Monia*. *Syria*, *Carinthia*, *Carniola*, *Wirtzen-*  
*bergia* *Ducatus*, *Comitatus Pfretarum & Kyburgi*, *Landgraviatus Alsacia*, *Marchio-*  
*natus Burgovia*, *Dominita Vinidorum Marchia & Portenavia* ex *Austria* sunt *vinoſe vi-*  
*successione: sed quia Ferdinandus & ejus posteris concessi, à Caroli posteris *jam* *dentur* *scripta*.*  
*omittuntur; seu malis ea *Austria*, *Habsburgi*, *Tiroli* & *Svevia* nominibus simul com-*  
*prehendi.***

§. LXXXI. *Calabria*, *Catalonia*, *Asturia*, *Trípolis* nomina restant. Secundum *Catalonia*  
**Barbinonæ* nomine poterat comprehensum videri: de quo §. 10. & 74. Primum deli- *Calabria*,  
*gnat provinciam extremam Italie atque ita Neapolitani regni, quam Carolus Andi-*  
*nus cum reliquo regno occupavit, cumque dein ea cum Apulia & Sicilia pro Con- *Ejus Do-**  
*radino se declarasset, hoc capto & supplicio affecto in potestate retinuit. Inde eam*  
*habuit *Robertus* filius, & vivo patre filius *Carolus* pater *Ioannes*, qui ex primo marito*  
**Andrea* *Ungaro* *Carolus Robertum* Duxem Calabria genuit, sed brevis ævi. Inde cum*  
**Ludovicum* *Andinum* adoptasset, ad hunc *Calabria* titulus delaplus est, & ad posteros*  
*transmissus. Unde *Renati* regis filius *Ioannes* & nepotes *Ioannes* atque *Nicolaus* illo*  
*uti titulo. Vicisim ex *Aragoniis* Friderici regis regno pulsi filius *Ferdinandus* eodem*  
*elogiosus est. Ferdinandus autem Catholicus universum regnum in potestatem rede-*  
*git. *Calabriæ* ipsi δύο assignant in *argentea* patma *crucem* *pæribulstam ni-*  
*gram*. *Asturia* *Hispania* provincia est ad mare sita, *Gallæcia*, *Biscaia* & *Ca-*  
*stilia inclusa, in *Ovetanam* & *Santillanensem* distincta. Hæc vero reliqua Hi-*  
*spania fere à *Mauris* occupata receptaculum reliquiarum fuit, & ibi primum re-*  
*gnum *Ovetanum* conditum est, unde dein Legionense & ex hoc *Castellanum* ora*  
*sunt. Verum filiarum splendor matrem pene obscuravit, ut ne nomine quidem re-*  
*giām dignat tueatur.***

§. LXXXII. *Tripolis* sola supereft, quæ titulum claudit. Ea *Barbarica* ad distinctio-

Tripolis.

nen alterius *Syriacæ* (*di Soria*) appellari solet. Qua ratione ad *Hispanos* delata fit *ad His-*  
*Thuani* verbis exprimere malo. L. 7. p. 356. Ab eo tempore, quo videlicet veteri urbe di-

*Quomo-*  
*ruta Afri aliam condidere, *Tripolis* sub *Tunetanis* regibus semper fuit, aut eorum prefe-*  
*ctus aliquando, ut sit, rebellantibus; donec *Petrus Navarrus*, qui postea signa nostra secutus*  
*est, *Bugia* capta anno hujus seculi x. pestilentia in urbe graffante, ut suorum salutis conser-*  
*veret,*



leret, Didacum Valentiniu[m] Neapolim misit cum duobus navigiis, quibus 1000 milite's portabantur; ipse cum exercitu, qui erat xvci. hominum Casaram venit, & ibi accepto Valentino commatu ac munitionibus in Africam transmittit, atque auctore Vionello Veneto, qui quod frequens Venetiis cum Tripolitanis commercium intercedebat, situs in loci valde peritus erat, urbem aggreditur, repulsiisque oppidanis ac militi in terram expisto, eam tandem expugnat, occisis vi c. Ataurorum & captis amplius xv c. in iisque urbis regulo cum conjugiis & liberis, qui in Siciliam sub custodia ablegatus est, ac postea Caesaris beneficio libertati restitutus. Cappa urbe ac magna ex parte destructa castellum vetus servatum est, & aliud novum juxta portum institutum, utrumque a Caesare presidio imposito eo usque custoditum, donec Rhodo a Solimanno ante xxviii. annos captata, & inde Hierosolymitanis equitibus ejus est, Caesar eis Melitam attribuit, & Tripolim, que ab ea hanc amplius ccv. p[ro]sum millibus abest, una tuendam commisit. Ibidem recent-set, quatare[re] à Turcis recepta sit 1551.

Prætensio

Hispanica  
in Britan-  
niā.Hiujus qui  
omni tem-  
pori re-  
fores.

§. LXXXIII. Satis diu nostenuere tituli, & quidem hic subsistere possemus, nisi unicum nos remoraretur, quod videlet Britannie Are[n]orica etiam prætensionem Hispania sibi asseruerit, licet nec insignibus nec titulis solennibus addere lubuerit. De ea verò, qua lectori scitu jucunda credimus, age exponamus. Necessarium autem est, ut quibus semper rectoribus paruerit paucis repeatamus. Eam ergo olim regibus propriis paruisse fama est. Eandem in potestatem regum Francie venisse victoriā Clodovoi traditur, quamvis post h[oc] etiam alii regum faciant mentionem, quos, nisi quod aliqui rebellestitulum hunc rapuere, rectius Comites dicas, autoritate regum sua regentes. Inter comites Redonenses & Nannetenses de principatu diu fuit contentio, armis etiam acta, donec tandem Bertha Nannetensis Alano nigro ex Redonensibus Richmondiæ Comiti eum adserret: horum neptis fuit Constantia Godofredo Com. Andino, Ranulfo Ceftrio, ac decumum Guidoni Thoarsio nupta. Primus ex primo matrimonio succedit Arturus Andinus: sed huic patrui fraude extincto, foror uterina Aliis Thoarsia Petri Comitis Drocensis, ex regio languine, uxor. Ita in regia domo per Petri posteros, cum primum promiscue Comitum & Ducum titulus adhiberetur, ex quibus posterior tandem manit, continuata est successio; non tamen sine controversia inter Carolum Blesensem Guidonis Britanni Pentheuri generum favore regis Gallie subnixum, & Ioannem Britannum Monfortium Guidonis fratrem ejusque filium, ab Anglis adjutos. Vicer Montfortii, & ducatum retinuere, donec ultimus Franciscus II. morte suâ 1488. masculum totani progeniem terminaret. Hæres fuit filia Anna, quæ Carolo IX. & dein Ludovico XII. hiujus verò filia Claudia Franciso I. nupta iterum regnatrix linea regis principatum doti intulerunt, in qua hucusque ille hæsit. Confer August. du Pas hist. Britann. Argentré. Sammarth. hist. geneal. Dom. reg. L. 35. Prætentit verò Ducatum sibi deberi Rev. Hispaniæ, apud Chifflet. Vindic. Hispan. c. 8. p. 74. 75. Zypeum hiat. Cif. obstr. L. 1. c. 17. p. 175. & L. 2. c. 11. p. 215. (quitamen Isabellæ morte ad Savaudum jus relapsum fatetur.)

Funda-  
menta Hi-  
spanoru[m]  
Anna Bri-  
tanica  
Maximi-  
liani I.  
sponsa per  
injuria-  
cepta à  
Car. VIII.  
Reponso[n]o  
Galloru[m]

Allegari possent fundamenta: 1. Anna heres Francisci II. Maximiliano I. Imper. legitime deponata, per Ioh. Cabillonum princ. Arausonis & W olfg. Polheimium, sed per injuriam dein à Carolo IX. qui eam duxit, erupta. Conf. Comin. L. 7. c. 3. Ferron. L. 1. ubi tamen quia ratione puellæ, ut à data fide resiliret, pertivisum, nec minus de procerum, certum Duxem defiderantium, fremitu[re] legi potest.

Reff. Galli. 1. Saltem jus ex matrimonio non completo, nullum nancisci potuere Austraci. 2. Matrimonium contra leges regni, quæ regum consensum requirunt, factum, non subsistere potuit. Confer Limn. Not. Fr. 1, 8. pag. 224. seq. 3. Pace facta, quicquid ratione Anna prætendi poterat juris, extinctum est. 4. Si etiam prius matrimonium cum Carolo VII. illegitimum fuisset, Ludovico XII. deinceps nupta, jus principatus integrum attulit, & ad posteros transmisit.

Jus Isabel-  
la Clare  
Eugenia,  
à matre  
Isabella  
Francisa.

2. A Claudia matre jus principatus ad filium Henricum II. devenit, ab hoc ad litteros iterum transmissum, in quibus, cum masculi extinti, saltem post Margarete mortem, quæ Britanniam tenuit (Zyp. 1, 10. pag. 70.) major filia Isabella regi Hispaniæ Philippo II. nupta, aut ejus liberis, jus merito sibi vindicarunt: in primis Isabella Clara Eugenia, Isabellæ filia, & representationis jure in Britannia recepto ejus vices sustinens, quæ ob hoc cum marito Alberto in curia Parisiensi litem movit Ludovico XIII. Sed hæc quoque



quoque sine liberis mortua, heredem vel ex testamento *Philippum IV.* vel ab intestato *Sabaudos* habere debuit. Sic jam 1596. per *Mercurianam* factionem infanti principatus destinabatur apud *Thuan.* L. 117. p. 353. Refutatur in *Anonymi Memores & instructions pour servir dans les negotiat. concernant les droits du Roy de Fr.* p. 105 seq.

Huic iterum obvertitur. 1. *Vnde Britannia facta 1332. à Franciscō I.* tanquam <sup>Responso</sup> tore consensu statuum, ut nunquam postea à corona alienaretur. *Thuan.* L. 16. p. 754. Confer de ea *Argentré hist. Britann.* L. 12. c. 70. Eandem unionem multis actibus confirmavit *Henricus II.* electo Parlamento & officialibus Ducalibus suppressis, unde *Henricus II.* & successores nunquam usi titulo *Ducum Britanniae* etiam in literis provinciam respicientibus. Adeò *Henricus* nunquam possedit Britanniam ut privatum, sed ut corona Domanium. 2. *Elisabetha & Isabella* omni successioni paternæ renunciavat in pace *Castell. Camerac.* 1559. n. 29. Sed & filia tanquam extranca successionis incapax est, lege (*albinagii*) regni eam excludente. vide *Linn. Not. Franc.* 2. 7. p. 493.

3. *Margareta* sola *Henrico III.* superstes soror non tenuit principatum: cum tamen ob vitium peregrinitatis exclusa Hispanica infante, si successio in Britannia ulterius habuisset locum, *Margareta* ducatum obtinere debuisset. Ab ea verò lapsus erat ad regem ex testamento.

4. Ex lege regni, que regi obtinguit, regno uniuertuntur. *Linn. Not. Franc.* 1. 8. pag. 173. 216. 221. Et saltem *Henricus II.* quod jure materno habebat, tenebatur regno jungere.

Excipitor ad hæc. 1. Legibus his præjudicium tertio creari nequit. 2. Sunt ex-<sup>ceptio</sup> empla contraria, Navarræ, Burgundie comitatus, & alia. Certe eam legem ne reges quidem semper agnoscere voluete.

5. Domus Pentheuriæ jura, nixa *Philippi Valesii* sententia 1341. Confluentibus <sup>Status</sup> pro Blesensis contra Montfortios data, à *Joh. Broffio Pentheurius*, *Ludovico XI.* regi, <sup>Praesidia</sup> cum is timeret, ne Anna Britannia extero nuberet, cessa sunt 1479. Eadem nunc quoque valide militant.

Exc. Transactum de illis iuribus matrimonio Annæ Britannæ & Caroli VIII. ubi uter sine liberis præmoreretur, alteri parti suas prætensiones cedebat.

6. *Isabella* morte cum ius ad *Sabaudos* de lapsum esset, hi prætensionem non persecuti.

Hæc fundamenta partium: manit verò hactenus in possessione rex Gallie; non tamen videtur Rex Hispaniæ abdicasse prætensionem; unde §. 21. in pace *Veron.* cum Infantia *Isabelle* servatur ius suum, in primis Britanniam respici existimo. Eadem reservatio ultima illa pace 1659. repetita est §. 89. 90.

## CAPUT XXXIX. Comites de Hofkirch.

### ARGUMENTUM

1. *Familia. Linea.*

3. *Galea.*

4. *Timbu.*

2. *Schemma.*

### §. I.

**I**llustrissimi Hofkirchii Comites & Barones teste *Bucel. germ. stemmatogr.* P. 3. p. 85. <sup>Familia</sup> referuntur ad *Vdalricum ab Hofkirchen*, qui claruerit anno 1380. Quo eodem etiam vixit *Iodocus l. loßl* *Hofkircher*. 1411. *loßl der Hoffkircher* à Duce Aultria *Leopoldo* mutationem *Colmiz* emit. 1454. *Ioannes Hofkircher* Regis Ladislai consiliarius annuo stipendio 200. aureorum fuit. Qui primus 1464. ob merita in *Dominorum clalem* à *Friderico IV.* Imp. relatus est. In *Wilhelmi I.* qui superiori seculo senatus bellici præs fuerat, filiis *Wolfgango & Georgio Andrea* dux lineæ ortæ. Ille iterum ex *Wilhelmo & Laurentio* posteros habet. Ita enim *Wenceslaus Wilhelmus Episcopus Seccavicensis* & *Carolus Ludovicus* vigilarium supremus magister, hoc generali campi marescalli locum tenente *Wolfgangus Laurentius & Georgius Laurentius* nati sunt, omnes Comitum ornati dignitate

§. II. Vetera tessera familia fuit *herma virilis caruleo amictu aurea crine & barba*, <sup>Scutum</sup> in scuto rubente. Cum verò illos nova dignitate ornaret *Fridericus IV. Augustus*, addidit coronam auream & volitantes fasciolas aureas atq. coccineas. Cum autem sphaerule, quibus



connectitur vestis nec non ora superius reducta auro similiter pingatur: Non satis novi, utrum decus antiquum, vel pariter Augusti donum fuerit.

**Galea.** §. III. Scuto insistit corona aurea, ex qua herma scutarius coronatus exsurgit.

Laciniae dependent ex auro & coco.

**Titulus.** §. IV. Titulus est: *Comites in Hofkirch, Barones in Colmiz & Tiefiedel, &c.*

## CAPUT XL. Barones Hofmanni.

### ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum.

3. Apex.

### §. I.

**Familia.** Prerogatives *Hofmanni* Barones incrementa sua Friderico IV. Imp. debent, & in Styria imprimis floruere, cujus sunt hereditaria curia provincialis magistrorum & hereditaria marescalli, Erblandhofmeister und Erbmarschallen. Sub Ferdinando I. in Austria concessere, & Sausenburg, Oberwölz, Steyer, Wels, Franckeburg & alia acquisivere. Familiari Bucelinus Stemmatogr. Germ. P. 3. p. 86. refert ad Fridericum Hofmann, Domum in Griespühel & Strechan in Styria, Ioannis avum qui Ferdinandi I. consiliarius intimus fuit.

**Scutum.** §. II. Eorum arma exhibet Sibmach. Armor. P. I. p. 22. quod sint quadripartita: Prima & quarta area aurea continet hircum nigrum auro coronatum: secunda & tertia rubea emergetes singulas aureas: toti que incumbit parvula carulea leonem refert coronatum aureum. Caper gentile symbolum est, ceteri laterculi ex gratia ob varia merita concessa. Exultimo tamen aliarum prius stirpium & dynastie fuisse, quibus forte extintis donum hoc Hofmanni obtinuere ab Imperatore.

**Aper.** §. III. Cassides clypeo apud Sibmacherum tres insistunt coronatae, ex quatuor terris exsurgit, scutarii capri coronati, ex media adversus leo coronatus affurgit, utrinque tenuis pennis pavoninis ornatus. Priori autem insistit merges aurea. Laciniae omnes auro tinguntur, reflexae autem sunt ad primam nigro colore, ad secundam cæruleo, ad ultimam rubeo. Quod conjecturam mihi facit, galeatum ordinem transpositum, & que caprum refert primum locum debere occupare, huic enim aurea & nigrae convenire possunt phaleræ: aureæ autem & rubæ illam decent, que merite ornatur.

## CAPUT XLI. Com. & Baron. ab Hohenfeld.

### ARGUMENTUM.

1. Familia. Linea.

2. Scutum. Hohenfeld. Simoning.

3. Apex.

### §. I.

**Familia.** Inter vetustas Austriæ superioris familias illustris fuit *Hohenfeldia*, ex qua Otto vi. exiit 1349. Hujus filius Rudolphus fuit, pater *Georgii* & *Ieannis*. Ille aliquot ex se lineas dedit, & ejus nepos *Christophorus* à Friderico IV. Imp. Baronum ordini ascriptus est. Hujus verò posteri sub Ferdinando I. denuo defecere. Qui à Ioanne descenderunt, *Equitum* conditione vivere, usque ad *Wolfgangum*, qui cum fratribus *Baro* dictus est, pater *Achatii*, qui restaurator familia tuis, prater *Wolfgangum*, genitis *Ludovico*, *Ottone*, *Marcus* & *Christophoro*, à quibus lineæ novæ exortæ sunt, *Comitum* & *Baronum*, qui nunc etiam superant.

**Scutum.** §. II. Antiquum gentis symbolum creditur fuisse parvula carulea cum fascia argentea, rosarubea impressa. Hujus loco olim quidam usi parvula nigra impressis dnoibus cornibus venatoris argenteis, coco (vel auro) ligatis & armillatis adverso situ locatis, que creditur testera fuisse familie de *Simoning*, neccio quo titulo ad hanc gentem translata. Sed hujus loco iterum ascita areola cum fascia & rosa à posteris, qui usus fuit Baronum priorum. Quod lineas, que nunc supersunt, attinet, utrumque & dynastia *Hohenfeldium* & *Simoni-*

**Hohenfeld.**



& Simoningiam quadripartito inservere scuto. vide Sibmach. Wapenb. P. I. p. 34. Sed Simoning modo hoc modo illud priori sede locantes.

§. IIII. Apex duas galeas continent coronatas, quarum prior duo cornua venato- Apex.  
ria scutaria sustinet, lacinis nigris & aureis: posteriore ornat jugum alarum complicitum impresso scutario fascie & rosa typo, dependentibus lacinis argenteis & celestini. Et quidem ista priori galea sola utebantur nonnunquam illi, in quorum scuto non apparuere venatoria cornua.

## C A P U T   X L I I .

### Com. de Hohenlohe.

#### A R G U M E N T U M .

stein, Langenburg. Pfedelbach. Walden-  
burg. Schillingsfürst.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Familia Ramii. Langenburg. Waldenburg.  | 4. Dominum Langenburg.   |
| 2. Scutum.   | 5. Galea. Hohenloca, Langenburgia.   |
| 3. Com. Hohenlohe. Ortu. Linea Weickers-<br>heimia. Com. Italicae alta flamma. Linea<br>à Branneck, Uffenheim. Pretensio in Zie-<br>genhain. Linea in Weickersheim, Neuen- | 6. Leo Gleichenius linea Langenburgia.<br>7. Gleichenii Comites.<br>8. Apex Gleichenius.<br>9. Tituli. |

#### §. I.

IN Franconia Comitibus Illustrissimi Hohenloici nulli alii familiae cedunt. Hodie familia  
verò in duos captales ramos stirps dispescitur, in Georgii, qui 1551. decesit, filiis Lu- Ramii.  
dovico Casimiro & Eberardo factō divergō, quorum ille Langenburgium, hic Wal- Langen-  
denburgium tamum ex se dedit.

§. II. Insignia, quæ Sibmacheri Wapenb. P. I. p. 14. representat, linea Walden- Walden-  
burgica, quæque ex hac orta sunt Pfedelbaciensi atque Schillingsfürstæ conveniunt,  
superiori autem tempore, universæ genti fuere communia: & in scuto quadripartito Scutum.  
Hohenloicam cum Langenburgia tesseras quadris disponunt.

§. IIII. Hohenloicum dæma gentile est laterculus *argenteus*, *duobus leopardis* C. Hohen- feles Sibmacherus vocat, Leones Spangenb. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 35. p. 322. qui oculos lobet.  
& linguam rubeo colore tingit) *nigris exornatus*. Cæterum Hohenloicus hic comi-  
tatus in familia à pluribus jam feculis hæsit. Nam 897. Crato aliquis s. Craft, Comes Ortu.  
Hohenloicus legitur; & ex ejus filiis in Magdeburgio ludo equestri Erastus & Wolf-  
gangus, in secundo Adolphus recensentur: frater verò horum Crato appellatur, qui  
Henrico aduersus Vandalo bellanti adfuit, & familiam propagavit. Ejus ex Conrado  
nepos Hermannus Adelheidem uxorem habuit, matrem ex Henrico priori marito Con-  
radi II. Imperatoris & Gebhardi Episcopi Ratiponensis, fundatorum Ecclesia Oeringen-  
sis. Hoc Hermanno, quillo matrimonio splendorem familie auxit, ea genuit Crato-  
nem & (quialijs hujus Cratonis nepos est) Sigfridum; hoc Weickersheimia linea sata linea  
est, quam terminavit Godfridus Episcopus Heribolensis 1198. vel ejus ex fratre nepotes Weickers-  
henricus & Conradus. Ille (Sigfridus) cum Henrico IV. in Italiā profectus est: Unde  
filius Ado s. Otto de alta flamma dictus, comes Italiæ fuit; ita & posteri Marchionum Ita- C. Italia  
de aliis  
Hammar.  
lia & Romaniala nomen geldere. Rediit in majorum patriam pronepos Ottonis Goto-  
fredus, quem 1180. Italiæ odio Pontificis pulsum Fridericus I. Imperator, cuius proavia  
Hohenloica fuerat, ditione aliqua iterum donavit, ipse autem pecuniâ Italicâ reliqua ad  
Cocharam sibi comparavit. Filius Godfredus junior, inter executores testamenti ab  
Henrico VI. Imperatore nuncupatus est: & præter alios Godfredum atque Conradum fi-  
lios habuit, qui avitum nomen Hohenloicum resumisse dicuntur. Conradus linea Linea 3  
prosevit, quæ à Brauneck dicta est, & 1390. in fratribus Conradus & Godfredo deficit, Gv. Brauneck.  
Godfredus reliquorum sator fuit. Hujus pronepos Crato Ludovicus D. Bavariæ Imperato-  
ris marecallus, & frater Godfredi Magistri Ord. Teutonie in Borussia atque pater Cra-  
tonis atque Vlrici fuit: Ab illo Uffenherma linea fuit, quæ Brauneccia succedit, & in Uffen-  
ioanne Domino Speckfeldia 1412. detectit, Speckfeldia ad Limpurgium sotorum hemi-  
transmissa. Vlricus Cratonem genuit, patrem Friderici Bambergensis, Alberti Heribol-  
ensis Episcoporum, & Cratonis, quo iterum plutes nati, Georgius Episcopus Pataviensis,  
Archiepiscopus Strigoniensis atque Sigismundi Augusti Cancellarius, Crato Henricæ  
Mompœ-



Mompelicardensis viduæ Ducis Wirtenbergici, *Vtrius Elisabethæ Friderico R. Siciliæ natæ, Ioannes Elisabetha Leuchtenbergica, & Albertus Elisabetha Hanoicæ mariæ*. Cum omnes eatussile prole, *Albertus ex Elisabetha genuit, & illis prætensionem in Ziegenhainensem comitatum, unde diuturna contentio, transiit. Eo natus Cratogenuit Godfridum, cuius posteritas 1546. in Wolfgango nepote defecit, & Cratonem, quo natus Georgius communis omnium qui hodie vivunt pater: nam ex eo Ludovicus Castrensis & Everhardus nati: Ille præter Albertum, Philippum celebrem Batavorum Ducem & Principis Arausionenis generum, nec non Fridericum Elisabetha Brunivicensis conjugem, Wolfgangum genuit, patrem Georgii Friderici, Cratonis & Philipi Ernesti; primus in Weckersheim habitavit, magna autoritate & rebus gestis patrum memoria clarus, sed non nisi filium habuit, à secundo Neuensteinu, à tertio Langenburgu moderni descendunt. Eberhardus Georgium Fridericum habuit filium, & ex hoc nepotes Ludovicus Eberhardum, Philippum Henricum atque Georgium Fridericum, à quibus totidem lineæ Pfædelbaccensis, Waldenburgica & Schillingsfürstensis.*

§. iv. Secunda & tertia area transversum secatur. Ita ut superior pars nigra aureo gradiente leone coronato insigniat: inferior aurea octo nigris rhombis impletatur. Hoc symbolo dynastia Langenburg notatur. Conf. Wapenb. 2. p. 36.

§. v. Huic scuto imponuntur galeæ dux. Ex quarum priori interflammas rubentes expansis alis argentea aquila, seu potius phœnix, ut Sibmacherus enunciat, prospicit. Alludi illis flamnis ad nomen Hohenlohe vix dubium esse potest. Confer P. 1. c. 9. Lacinia, nisi fallit chalcographus, argento & minio tinguntur. Altera galea Langenburgia coronata inter duo cornua nigra sustinet exortentem leonem scutarium coronatum. Phaleræ circumvolitant nigrae & aureæ.

§. vi. Huic avito scuto suo, quod alteri lineæ adhuc servari diximus, Langenburgia & Neuensteinia linea scutulum imponit medium ceruleum, intigne leone argenteo, cuius corona auro fulget. Designatio gleichium comitatum (conf. Wapenb. 1. p. 17.) in Thuringia dubium non est. Cum enim Ioannes Ludovicus comitum illorum ultimus 1629. vel 1630. extinctus esset, Hohenloca familia aliquam partem comitatus acquisivit, unde nunc quoque Ordorf & alia penes candem sunt.

§. vii. Fuit ille leo vetus *deyus gleichenium*, quos à Walpero vel Ludovico fratre Witikindi, satoris Schwartzburgicorum comitum, deducere solent. Unde eadem fuerit utrotumque comitum familia. Sicuti nec differunt tesseræ, nisi leonis metallo. Ab illo Walpero descendere reliqui Gleichenses, non semel in lineas distincti. Inprimis circa decimiquinti seculi initium in Ernesti filiis Henrico & Ernesto duo rami exiere. Prior Blanckenhemius, iterum in duos divisus est, cum Henrici filius Ernestus genuisset Ernestum & Ludovicum; ab illo orta linea Dominorum de Rhemba, de Krakendorf & de Schonenfurz, quæ 1596. defecit in Georgio Rudolpho: Ab hoc Domini de Blanckenhem & Cramichfeld sati sunt, qui in Valrabo, Vörlatho, Dorothea Hanoica marito, hoc seculo invenire videntur defecisse. Alter ramus Dominorum de Thonna ad prefatum Ioannem Ludovicum usque duravit. De successione Waldecciorum in Dominium Thonna infra agetur.

§. viii. Ob medium hoc scutulum nova etiam galea prioribus interponitur coronata, ex qua protumpt *mouu leonis argentei coronata*, capite ferens plumas cretæas ceruleas. Lacinia dependent argenteæ & cyanææ.

§. ix. Tituli sunt, lineæ Langenburgiae: Comites in Hohenlohe & Gleichen, Domini in Langenburg & Cramichfeld: Lineæ Waldenburgiae, Comites in Hohenlohe, Domini in Langenburg, &c.

### CAPUT XLIII. Comites ab Hoyos.

#### ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum.

3. Parmula media gentiliæ.

4. Apex.

§. i.

Familia. Hispanicæ originis sunt Illustrissimi Comites ab Hoyos, qui sub Ferdinando I. in Austria venere, & dynastias Stüchsenstein, Rotengrüb, Bisenpung & alia bona acquisive-



acquisiverunt. Primus in Germania substitutus *Ioannes senior*, *Ioannis Martini de Hoyos* atq; *Agnetis f. Ines de las Huelgas filius*, cuius major filius *Antonius Episcopus Gurkenensis* fuit, *Ioannes junior* verò gentem propagavit; Ab ejus filiis *Ludovico Gomez & Ferdinandio Alberto* duæ ortæ lineæ, quarum hanc extictam suspicor.

§. II. Scutum eorum videre est in *Sibmachi Wapenb.* P. I. p. 23. in Baronum ordine, *Scutum*, quæ prior eorum dignitas fuit. Quadripartitum illud est, prima & quarta area rubra, *palo ceruleo* distincta: Palo inscribitur supra undam argenteam anchora ex eodem metallo, eidemq; ex utroqq; latere comites adduntur catena argute & fragmina ad areæ longitudinem pendentia. Secunda & tertia area rubra binos gy: lentes leones argenteos representant. Horum laterculorum priores forte ex Hispanica aliqua cognatione, posteriores ex dynastia aliqua ad illos spectante *Ferdinandus Augustus*, cum ob servitia fidelia insignia 1555. ornaret, ascivit.

§. III. Toti imponitur *cerulea parma*, in qua *balteum diagonalem argenteum ex pita aurea draconum*, quæ ex angulis superiori & inferiori prodeunt, mordent vel emitunt; *limbo parvula argentea, novem maculis hermioricis ornato* (weiß Rütsch mit neun schwärzen Hermelin schwänzen.) Hæc gentilis parvula fuit, antequam Imperiali gratia istæ accessiones ficerent.

§. IV. Scuto insistunt duæ galeæ coronatæ, è quartum prima caput aquilinum, vel *Apex*, quæ avis species est, protenditur, ex ceruleo & argento bipartitum: Posterior *nebula* sustinet leonis argentei. Lacinia argenteæ hinc cyaneo colore, isthinc rubeo reducuntur.

## CAPUT XLIV.

## Com. &amp; Bar. de Kühnburg.

## ARGUMENTUM.

1. Familia, Lineæ.

2. Scutum, Kühnburg, Steyersberg.

3. Apex.

## §. I.

**I**llustrissimorum Comitum & Baronum à *Kühnburg* familia ex *Carinthia* ortum trahit, in qua atx hujus nominis adhuc 1600. in gentis fuit patrimonio. Inde per Styriam in *Austriam* penetrarunt, ubi sub *Friderico IV. Kettigenbrunn* acquisiverunt à *Creuzerii*, ob matrimonium; forte Ursula Creuerin & Gundolphi Khunburgii. Centem *Gabri. Bucel. germ. Stemmatogr.* P. 2. deducit ad *Fridericum à Kühnburg*, qui claruerit 1400. maritus N. *Keyerbergia f. Heirspergia*. A *Gandolpho* supra memorato & fratre ejus *Christophoro* diversæ ortæ lineæ. Hoc natus *Michaël Archiepiscopus Salisburgensis*, cui & fratribus *Georgio* atque *Ioanni Iacobu* Baronum axioma obtigit, & ab his novi emissari. Alia *Khünburgiorum* linea à *Friderici* supra memorati nepote *Chrysophoro* orta est, cujus fratrem *Gandolphum* reliqui, quod dixi, fatorem habent.

§. II. Scutum ferunt quadripartitura, cuius prima & extrema quadra iterum bipartita est ex argento & minio inscripto orbe s. globulo, pars *scutum* scutum, *area coloribus trinco*. (weiß und roth in der mittten, abwerts oder nachlangs von einander getheilte Hugel in umgewechseltem feld.) Quod dēsigna gentile eit. Secunda verò & tertia quadra transversim secatur & nigro colore atque argento inficitur. Ei quæ inscribitur figura ferramentum osu (Thorband oder Thürangel) representat, pale situ inscriptum scuto, & oppositos ejus colores recipiens. Figuram hanc *Sibmachi Wapenb.* P. I. p. 8. in Equitibus Bavar. alterius pingit, vocat tamen simili nomine band. Tum superiorem ferramenti partem auro, non argento tingit, inferiorem verò plane ut hic nigrum permittit. In *Furst. Wapenb.* P. V. append. p. 8. figura ferramenti recte representatur, sed primo & extremo quadranti intercurrit, quod nolle, cum gentile symbolum posteriori sede dignum sit. Ferramentum hoc est ex familia *Steyersberg* extincta, cuius tesserae Khünburgii nacti ob conjugem ex ea ascitam. Quam ipsam berg, illam puto, quam §. I. *Bucelinus an Keyerbergiam vel Heirspergiā diceret*, dubitaverat. Forte rectius Steyerbergia dicetur.

§. III. Premunt clypeum duæ galeæ coronatæ, quarum priori insistit globus scutarius *Apex*, bipartitus & nigris sex pennis fastigiatus: ex altera expanditur jugum alatum cum typo



Steyersbergio. Laciniae sunt argenteæ & coccineæ, hinc nigrae & argenteæ vel aureæ: hoc vult Pars I. armorialis, illud ratio mallet, & confirmat appendix partis quinta.

## CAPUT XLV.

## Com. &amp; Bar. Khuonii de Belasy.

## ARGUMENTUM.

1. Familia. Linea de Avur & de Belasy.
2. Scutum. Khuoniorum symbolum.
3. Fam. Niderthor.
4. Galeæ.

§. 1.

**Familia.** **K**huoniorum de Belasy Illustissimorum Comitum & Baronum gentem Gabr. Bucelin. Germ. Stemmatograp. P. 2. deducit à quadam Egone dicto der kühne Ritter/ (Eques animosus: le Chevalier hardy) qui Habitpurgiorum Comitum vallass 1250. floruerit. Ejus filio Henrico idem nomen, & uxor Iascallina de Trammya, gentis suæ heres, tribuitur. His nati Arnolfsus & Ego Khuonii: Ab hoc linea Khuoniorum ab Avur. Arnolfsus Elisabetha de Belasy in maritus alterum ramum ex se dedit Khuonorum de Belasy. In his fratres Iacobus & Matthias, filii Pancratius, ille Caesaris & Archid. Maximiliani atque Ferdinandi consiliarius Cameræque praefectus, hic Cesareus praefectus superioris Austriae fuit: Itius filius fuit Iacobus Baro de Neuen-Lembach. Quæ dignitas dein etiam continuata, & Comitum in Liechtenberg & Neuen-Lembach axiomate aucta est.

**Scutum. Khuoniorum symbolum.** §. II. Scuto utuntur quadripartito apud Sibmacher. Wapenb. t. p. 26. Prima quadrata transversè scaturit argento & minio, inscripto leone, quem eadem sectio afficit, & alternato colores tingunt. Hoc symbolum est gentile.

**Familia Niderthor.** §. III. Quadra secunda & tertia coco tingitur, & portam bipatensem vel potius castrum pinnatum porta aperta & valvis patentibus ex argento continet. Quæ telera est familia Niderthor, ad nomen alludens. Jus hujus laterculi est à Dorothaea de Niderthor, Mattheia Khuonii de Belasy uxore, quibus Pancratius natus est, Iacobi, Matthiae, aliorumque fratum pater.

**Galeæ.** §. IV. Galeæ premunt clypeum tres. Primam tegit culcitrarubea, oris argenteis, cui infidet leo Khuonorum, cujus luperior pars cum caudarubet, inferior corporis cander: Media coronam sustinet auream, pinnis argenteis ornatam, super quam conspicuita rubea Castro bipateni scutatio exarata; Tertia iterum corona pinnata ornatur, & sustinet hermanni, rubeo amictu, pileo Orientali ex coco & argento, pinnis argenteis exculto. Quæ duæ galeæ sunt ex familia Niderthor. Laciniae omnes argenteæ & rubæ circumvolitant.

CAPUT XLVI.  
Burggravii de Kirchberg.

## ARGUMENTUM.

1. Familia. Linea.
2. Titulus. Kirchberga. Farnroda.
3. Kranichfelda.
4. Jura Saynensis.
5. Kirchbergerensia in Svevia Comites. Item in Bavaria. Domini in Austria.

§. 1.

**Familia.** **I**llustissimorum Burggraviorum kirchbergiorum familiam Celeb. Gabr. Bucelin. Germ. Topo-Chrono-Stemmatograph. P. 2. ordit ab aliquo anonymo Burggravio de Kirchberg, arcis & dominii ad Salam Thuringie fluvium domino circa m. 8. Eique filios duos dat, Eunicenam Burggravium hereditarium Dom. Kirchberg & Conradum stemmatis propagatorem. Hujus nepos Theodoricus II. Burggrav. monasterium virginum in Cappendorf fundavit 1203. Hujus etiam filius alter Theodoricus IV. linea Altenbergia satoytuit, ex qua nepos eius Theodoricus V. Magnus Borussiae Magister fuit 1333; alter Otto son. dictus à Paul. Langi in Chron. Citzensis ad ann. 1292. eximus & devotissimus benefactor canoniae Poraviensis appellatur. Ejus nepos fuit Albertus Burggravius, cui à Altagareta kranichfeldia Dominium illud obtigit. Eo nati Theodoricus & Hartmannus, illius linea 1528. defecit in Hartmanno nepote, Abate Fuldense & administratore Hirschfeldensi,

**Lince.**



densi, ab hoc descendit modernus Illustrissimus Comes *Georgius Ludovicus Burggrave Kirchbergæ*, cuius gratiosa communicationi quædam eorum quæ hic scribo debeo. Cæterum illis, quos tabula Buceliniana recentet, addendi etiam *Fridericus Burggravius*, qui *Halberstadiensis* Episcopus electus est 1209. & 1231. mortuus: nec non 1373. *Conradus Episcopus Misniae*. Ex *Cyr. Spangenb. Adelsp. P. I. L. 10. c. 20. p. 320.* Addit idem alius *Albertus Archicopum Magdeburgum* 1206. Sed ipse suspicatur errorem esse pro comite *Kevernburg*.

§. ii. Quod originem gentis altiore attinet, studiorum horum peritoribus exti-  
mandum relinquo, annon ea ex *Nassovia*: Nam *Texior* & ex eo *Afledius* *Philippo Nassoviæ*  
Comiti ex *Imaginæ* Comiti *Hanoviae* filium dant *Philippum Burggravium Kirchbergæ*, quam utrum de *Kirchbergæ* Thuringia interpretatiliceat, non satis discerno. *Philippum* eum circa seculum decimuna vixisse oportet.

§. iii. Insignia quod concernit gentis, quæ nunc in usu, constant ea non decessit *scutum*  
(quam figuram nescio unde *Bucelinus* habeat) sed scuto quadripartito; cuius area prima & quarta *argentea* lumen continent *nigrum*, corona aurea ornatum: secunda vero & tertia itidem *argentea* palos tenuis (non *cæruleos*, uti *Sibmachi* *Wapenb. P. i. p. 18. sed*) *nigros*.

§. iv. Quæ utriusque areole significatio sit, vix bene discreverim: Apparet enim olim non usus esse semper eodem deignum. Ex *Nobiliss. & Magnis. Dn. Zach. Pruschenckio de Lindenholz* edictus sum, *Ottone sen.* cuius §. i. mentio, tantum usum esse tr. bus *palis*, quod sigilla doceant literarum cœnob. *Jenensis & Capellendorfii*. In alio monu-  
mento, quod *Capellendorfii* visitur, *Otonis nepos Albertus* circa 1427. solo leone uius  
est cauda multiplicitate contorta. Eius iterum *filii palis* 1435. uis. Unde conjectura est *V. Kirchber-*  
*ti Magni*, quod *pali* propria *Kirchbergensis* sint tessera, leo autem forte ob *Burggravium* <sup>pa.</sup>  
*Thuringia* asslumtus fuerit. *Porröli Theodoricus*, qui Magister Ord. Teutonici in Bo-  
varia Thuri-  
ussia fuit, de quo §. i. omnino ex hac gente descendit, & non fallit *ðeyua*, quod ei sub <sup>pa.</sup> *ringis*  
nomine *Theodorici Burggravii Altenburgici* in *Wapenb. P. 5. pag. 26.* tribuitur,  
familia huic, saltem linea illi *Altenburgæ*, usitatas etiam fuisse oportet in area rubra  
*argenteas duas fascias*.

§. v. Scuto duæ imponuntur galeæ: quatuor priori imponitur *speculum* suo *Galea*  
*colore fulgens*, *pennis pavoninis* circumdatum: illi imponitur *circulus auratus*, cuius  
medius *orbis argenteus*, quinque *pennis pavoninis*, *radiorum* *instar* *circulo* *conjugantur*. Alteri insit *theacula palis* (*argenteis & cæruleis* uti *Sibmachi*). sed videntur esse debere  
*nigrae* & distincta eique *inserta* *pennæ pavoninae*. *Laciniae* utrinque videntur pingenda  
*argento & nigro colore*, *Sibmachi*. verò alterolatere caruleum pro nigro mavult.

§. vi. Titulus est: *Burggravius Kirchbergæ, Dominus Farnroda, Kirchbergam au-*  
*tore Spangeb. l. c. cum Greiffenberga, Windberga & Leistena bello ab Erfurtenib[us] <sup>1523.</sup> *Kirchber-*  
*petuio* 304. amissive dicuntur. *Farnrodam* cum illis, que inde dependent, patrimonium *Farnoda*  
olim stirpis nobilis, quæ inde nomen gestit, à *Kerfano de Keidel* equite Hailo 1462. *Hart-*  
*mannus Kirchbergius* emit.*

§. vii. Aliquandiu *Krauchfeldam* possedere *Burggravii*, *Alberto* à conjugè *Mari-*  
*Kranichgareta* allatam: & quidem superiore illo nomine dynastiam prius propriam non *alber-*  
*tu* <sup>1508.</sup> idem & uxor 1398. *Baltasar Landgravio*, feudo obtulere. *Inferius* autem Domini-  
num 1469. *Theodoricus Burggravius Ruthenus* vendidit. Nunquam tamen hujus dyna-  
stia *ðeyua* inferuerit *Burggravii* suis scutis.

§. viii. Secundis nuptiis supra memoratus Illustrissimus *Burggravius Georgius Ju-*  
*ludovicus* sibi copulavit *Magdalena* *Christinam Manderscheidiam Ernestina Saynen-*  
*acelia*. Comitenatam, unde fratre illius Maximiliano Joanne Ferdinando 1675. exuncto, suis  
etiam quos ex ea gigneret liberis partem successionis Saynenensis vindicavit.

§. ix. Nomen *Kirchbergæ* aliarum me commonefacit familiarum; quarum ea-  
dem appellatio est. Ita *Kirchbergensis* comites in *Svevia* celebres fuere: ex quibus *Otto* &  
*Hermannus* fratres 1099. Benedicatum cœnobium in *Wiblingen* non procul ab *Ulmam* <sup>comites</sup>  
ad *Ulmum* amnum situm fundatunt & liberalissime dorarunt. Ultimus verò extinctus  
est *Philippus*. Hodie *Fuggeri* comitatus illus & *ðeyua* & titulum servant. vid. *Furj. item in Ba-*  
*Wap. P. 2. p. 21.* Vide c. 25. n. 3. 4. Alios *Kirchbergensis* comites in *Bavaria* allegat *Henning. vania*.  
*Theatr. Gener. Tom. 3. P. 1. p. 516.* ex quibus *Ernestus* cum patre *Henrico* 1109. cœnobium  
in *Mallerstorf* condidit. Ultimum allegat *Chalochrum* 1207. 1224. Ad eam forte fa-  
miliam spectat scutum, quod sub nomine *Kirchberg* *Wapenb. P. 2. p. 8.* videre est, vario  
vellere



**Dominii in Austria.** vellere ex argento & ceruleo, & capite scutario rubeo insigne. Austriaci etiam Barones sunt Kirchbergi, quorum tesseram gentilitiam exhibet Wapenb. P. 1. p. 35. duis clavis decussatis locatas (Fausfolben) aureas in clypeo rubeo: & cum augmento, P. 4. p. 15. Sed præter solum nomen omnes isti cum his Burggraviis nihil, quod sciām, habuere commune. De eo non æque disceptaverim, an hi Kirchbergi cum *Bavaria* familia convenient, cum l. c. P. 4. p. 15. areola secunda & tertia scuti, inscite quidem, videatur reprobata vellus illud varium, priori stirpi gentile.

## CAPUT XLVII. Com. de Kollonitsch.

### ARGUMENTUM.

1. *Familia.*

2. *Scutum.*

3. *Apex.*

### §. I.

**Familia.** **I**llustrissimi Comites de Chollonitsch s. Kollonitsch ex Croatia per Stytiā in Austriae penetrarunt, & in utraque bona comparaverunt, in primis sub Ferdinando I. variisque munieribus, præsertim bellicis, Austriae domus servitio inclatuere. Baronum dignitatem deinceps Comitum axioma auxit. Gabr. Bucel. Germ. Stemmatogr. P. 2. tabulam genealogicam ordit ab Iano vel Stephano de Kollonitsch, Georgii patre, à cuius filiis Seffrido & Martino dux lineæ, illus filii Georgius Seffridus, Gabriel & Ferdinandus totidem ex se ramos dedere, in alios denuo successu temporis distinctos.

**Scutum.** **§. II.** Horum vetus clypeus transverse leitus in superiori parte argentea ~~tegulae~~ lupi naturali colore reprobata, in inferiori rubea rotam sex radiorum auram representavit. Inde aucta haec insignis decora, & scutum attributum est quadrifidum. In cuius prima & extrema area argentea lupus integer ad prædam pedes divaricat, suo colore tinctus: in secunda & tertia rubris rotas aureas conspicitur. Ut videre est in Sibmach. Wapenb. P. 1. p. 21. Quod Bucelinus d. l. lupum in equum ferocientem commutat, errori chalcoglypta tribuere licet.

**Aper.** **§. III.** Scuto insistunt duæ galeæ coronatae: prior jugum alarum complicatum & scutaria rota insignitum sustinet: ex altera inter alas, quarum altera superiori auto, inferius coco tingitur, altera superiori argento candet, interior minio rubet, proficit lupus scutarius. Laciniae hinc rubæ & aureæ, isthinc argenteæ & rubæ dependent.

## CAPUT XLVIII. Com. de Kuoffstein.

### ARGUMENTUM.

1. *Familia.*

2. *Scutum.*

3. *Apex.*

### §. I.

**Familia.** **I**llustrissimi Comites de Kuoffstein, ex vetusta Austria nobilitate apud Bucelinum Germ. Stemmatogr. P. 3. referuntur ad Jacobum Kuoffsteiner de Fainfeld, Wilhelmi patrem, Georgii avum, Laurentii proavum: cuius filius Joannes Georgius Baronis nomine ornatus est filius Joanne Iacobo, Joanne Laurentio, & Joanne Ludovico totidem lineas dedit. Inde Comitum dignitas priori accessit. Cum sub Maximiliano I. Fainfeld vel obtinuerint, vel prius jam possederint, dein sub Ferdinando Greillenstein naucti sunt, inde Spiz, Zaffung, Hartheim, Weidenholz, & alia bona prioribus adiecere.

**Scutum.** **§. II.** Vetus eorum tessera est in Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 33. in scuto rubeo Æthiops nudus coronatus dextra nudum ensim gerens, & colliculo tricipitiauro insistens.

**Apex.** **§. III.** Scuto imponitur cassis coronata, cui insistit scutarius Æthiops inter alas duas expensas, quarum alterius superior pars minio, inferior argento tingitur, alterius tinctura oppositum ordinem servat. Laciniae vero argento & coco ornantur.



CAPUT XLIX.  
Com. & Baron. de Lamberg.

## ARGUMENTUM.

1. *Familia. Lazius de ea.*  
 2. *Bucolini deductio. Linea de Gutenberg,*  
*Schneeburg, Rothenpuebel.*  
 3. *Scutum. Lambreg.*  
 4. *Pödvein s. Pottuvein.*  
 5. *Wappenberg.*  
 6. *Joh. Maximiliani Comitis media parmula.*  
*Scaligeri s. de Scala.*  
 7. *Apex linea Saenfeine.*  
 8. *Comitis Joh. Maximiliani galea.*  
 9. *Titulus.*

§. I.

Illusterrissimam familiam *Lambertiam* Wolfgang. *Laz.* de *migr.* *gent.* l. 6. p. 209. ex Austria *Familia.*  
in Carnos transgressam existimat, & allegat *oltradum ac Waltherum* ex privilegio fun. *Lazius de-*  
*dationis cenobii S. Andreæ ad flumen Draßamam in Austria à Walthero advocate*<sup>ca.</sup>  
*Ratipponenii, ejus monasterii fundatore 1161.* Nec non *Berengerum & Rudolphum*, qui  
ut Austria reguli citentur in exordiis Academie *Vienensis* 1322. Primum verò reperit  
*Wilhelnum*, qui in *Carnis Waldenburg* castrum tenuerit 1397. Tum notat *Ioannem*  
cum fratre sub Maximiliano Baronis accepisse titulum, & in *Austriam* iterum transgrel-  
sum, ibidem *Garsum, Idunsprugam* (credo *eseltdungspueg* vel *Idolzberg*, quorum utrum-  
que ad familiam spectavit) comparasse, fratri *Schanenstein* Dominio in *Carnio-*  
*la* rehæto.

§. 11. *Bucelinus Germ. Stemmatograph. P. 3. p. 114. seq.* ab eodem *Volcardo*, quem  
Volradum Laziū nominaverat 1261. gentem dedit, & aliquibus de *Ritterſperg* di-  
ctam notat. Tum *Hermannum* nominat heroem summa apud summos principes au-  
toritatem & gratia clarum à 1260. ad 1300. & ulterius, Rudolphi & Alberti I. Imp. su-  
pernum aule marescallum; qui ab Alberto Rudolfi filii Archiducis boni regiminis  
arbiter & primarius director 1296. principes & provincias omnes optimis contihiis im-  
mortaliter demeruerit. A *Wilhelmo* verò, quem seniorem *Toparcham de Lambreg & Vels* & heroem magna inter Austriacā familias dignitatis nuncupat 1330. justam gentis  
deductionem operi inserit. Eo enim natus est *Wilhelmus junior*, qui claruit circa  
1355. hocque prater *Diethmudum* Alberti I. Regis Ungaria & Bohemiae aule prate-  
tum, nati sunt *Georgius*, *Baltasar*, *Iacobus*. Ab his tres linea, ab illo *Gutenbergia*, ab isto  
*Schneepergia*, ab hoc *Rothenpöhela*. A *Georgio*, qui *Gutenberg* emerat, prater alios,  
in quibus *Sigismundus* primus *Labacensis* Episcopus fuit & 1488. obiit, nati sunt triū de-  
nuo linearum autore: *Henricus*, *Georgius*, *Ioannes*. Ab *Henrico*, qui *Pottendorf* (al. *Pop-*  
*pendorf* s. *Paxendorf*) emit, descendit linea, qua in ejus pronepote *Gaius* defecit.  
*Georgius* arcem *Stein* (al. *Steyer*) emit, & ab eo descendunt *Barones in Stein & Guten-*  
*berg*. *Ioannes* autor est rami de *Sauenſtein*. Altera linea capitalis *Schneepergia* à *Baltijs* *Schnee-*  
*faro* orta est, patre *Andrea & Georgi*, ab isto Domini de *Willergchein*, qui etiam Domini 1263  
de *Sauenſtein* facti, ab hoc *Barenes de Orteneck & Ottenstein*, in quibus *Ioannes*, *Taxi-*  
*milianus* Eques A. V. *Cesarex* Majestatis consiliarius intimus & supremus cubiculi, & ex-  
fectus *Comes* creati meruit. Tertia linea *Rothenpöhela*, *Jacobo* autore orta, majori *Rothen-*  
*pöhela* ex parte in *Styria* atque *Carniola* substituit. *Jacobi* nepos *Sigismundus* junior genuit *pöhela*,  
prater alios *Andream*, *Georgium*, *Ioannem*, qui condidere arces *Habach*, *Steinpöhela*,  
*Eck*, à quibus item linea.

§. III. Scutum alignat *Sibmachi*. *Wapenb.* I.p.22. & *Fürst.* P.3 p. 19. quadriperi- scutum. Quadra prima & quarta bipertita iterum est, latere sinistro rubeo, dextro vero *Lamberg* binis fasciis carmineis & argenteis exarato, quæ tessera gentilis est *Lambergiorum*.

§. IV. Secunda & tertia arcola aurea continent canem nigrum diversatis pedibus, millo aureo. In Sibmachi Wapenb. d. l. canis pingitur argento: in explicatione scripsa lingua eius nullus assignatur ruber coloris. Hoc cane designatur familia Pottwein. Podwain Postwain, à Demutha f. Nicola de Pottwein, qua V Vilhelmi junioris Dn. à Lambberg <sup>l.</sup> Pottwein, uxor, & communis parens Lamberti jorum fuit.

§.v. Toti imposuit linea Sauenſtīmīa rubeam parmulam, in qua ad volatum se patrat grus argentea auro coronata, quæ tessera fuit Dominorum de Kranichberg, extincto-  
rum. De successionis titulo s. iure mihi non constat.



Joh. Maximiliani  
Comitis media par-  
mula.  
Scaligeri f.  
de Scala.

§. vi. Illustrissimo Comiti Lambbergio Equiti Aurei Velleris Sammarth. l.est. de l'Ep. p. 151. tribuit scutulum toti impositum cœruleum cum scala argentea inter duos leones obversos argenteos, quod dāya sit familiæ Scaligeri & Scalanae. Simile in Fürst. Wapenb. P. 5. pag. 4. scutulum toti imponitur clypeo, sed non cœruleum verum rubrum. Hoc ascitum oportet à Comitis matre Ioannae de Scala tertia georgii Sigismundi B. Lambbergii uxore, ex antiquissima & celeberrima Scaligerorum gente. Cum enim Canis Facinus cogn. Signorius, filius Martini Scaligeri principi Veronæ, & frater Beatricis, quæ Barnabæ Vicecomiti principi Mediolani nupsit, atq; decem filias genuit Illustrissimis in Europa familis elocatas, ex Elsibetha Brandenburgica, genuiſſet Bartholomeum, Antonium, Brunorium, Philippum. Ab hoc humida descendenterunt, in quibus Matthias Ungaris Rex imperavit; à Bartholomeo Scaligeri, qui literis claruere, derivari amarunt; Brunorius Bavarus cognominatus in Germaniam fortunas transtulit, cuius posteritatem in Ioanna hac Ioannis Waremundi Scaligeri filia desuisse credo. Scaligerorum vero horum sub nomine von der Leiter zu Behn (Bern, hoc est, Dieterichsbern/Verona.) scutum Sibmach. Wapenb. P. i. minio tingit, scalam argento, eique ascendentium situ addit duos canes argenteos flavis maculis interstinctorum, millis aculeatis nigris. Apicem etiam imponit ex coronata galea inter duas alas aureas emergens caput molossi scutarii coronatum. An vero à Fürstio & Sammarthano per errorem canes in leones, aut à Sibmachero leones in canes mutati sint, an variaverint ipsi Scaligeri dāya, non definire possum. Pro canibus faceret frequens in majoribus Canis nomen.

Apex li-  
neæ Sauen-  
steinae.

§. vii. Huic scuto in Wapenb. imponuntur tres galeæ coronatae, prima Lambertia, sustinens caudam pavoninam, inter cornua alterum fasciis cœruleis & argenteis interstinctorum, alterum rubrum: secunda Kranichpergia insistentem gruem scutariam coronatam, ad volatum expansalis, ostentat. Quo apice usia est linea Sauensteinia. Tertiæ insidet canis Pottuverinorum. Laciinittinguntur circa easdem medium argento & coco, circa priorem sunt argenteæ & cyanæ, circa posteriorem aureæ & nigrae.

Comitis  
Joh. Maxi-  
miliani  
galez.

§. viii. Comitis Joannis Maximiliani scuto Fürstius l. alleg. itidem imponit tres galeas coronatas, quarum prior ipsa Lambertia vetus est, nisi quod cornu utrumque quinis pavoninis pennis exornatur; ex ultima canis scutarius emergit. Media sustinet inter alas expansas aureas adversam faciem coronati argentei nescio an canis an leonis: illi favet sculptura & analogia §. 6. adducta, huic leonum in scuto ratio: unde nihil definiō.

Titulus.

§. ix. Ioannis Maximiliani titulum l. c. ita Sammarthanus enumerat: Comes de Lambberg, Dn. de Ortenegg & Ottenschein, Burgravius Styria, Consiliarius intimus & primus cubicularius Cœsare Majestatis, nec non Augustæ & Imperatricis aule magister. Nec est quod in eo mutare sciām. In eo labitur, quod parentes ipsi assignat Guilelmum Lambgerum Baronem de Rostenuhle & Habac atque Sabinam Auerßbergiam, qui Guilelmus ex alia omnino linea ortus est. vide §. 6.

## CAPUT L.

### Landgravii de Leuchtenberg.

#### ARGUMENTUM.

- 1. Familia. Lineæ.
- 2. Henning. confundit cum Liechtenbergicis.
- 3. Scutum. Leuchtenberg.
- 4. Com. Hals.
- 5. Apex.
- 6. Successio ad famil. Bavanicam.

#### §. I.

Familia.

**L**Andgraviorum Leuchtenbergensium familia in superioris Palatinatus & Bohemicæ confiniis à pluribus seculis floruit, sed nostra memoria 1646. in Maximiliano Adamo defecit. Primum, à quo certa successio, memorati vidi Gebhardum, qui anno 1223. defunctus esse perhibetur. Ea in duos ramos divisa est, quod Ulricus, qui 1324. mortuus, Ulricum & Ioannem genuiſſet, quorum hic Carolo IV. in primis chartus & à consilio fuit, qui ei etiam Bohemicas fodinas metallicas contulit & confirmavit: Sed ejus

Lineæ.



tus posteritas in nepotibus defecit. Ab *Vlrico* reliqui prosati, qui hoc seculo quod dixi extinti sunt.

§. II. *Hier. Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 1. p. 347.* cum Leuchtenbergios enuntia-  
merat, plures per errorem inserit, qui non Leuchtenbergicae prolapice sed Liechtenbergi-  
ca in Alsatia gentis fuere, quales in primis tres Argentoratenfis Episcopi, *Conradus, Fridericus & Ioannes* emtor Landgraviatus Alsatiae, quem alio errore *Henniges Fridericum V. appellat*. Unde in reliquis etiam non satis discerno, qui verè ad Leuchtenber-  
gensem familiam spectent, vel Liechtenbergicae debeantur.

§. III. Scutum Leuchtenbergente simplex argenteum fuit inscripta fascia c. ceru-  
lea: Aliquando vero additum est lymbolum comitatus *Hals* in bipertiti clypei parte  
posteriori; quod est arcæ caruleæ inducta fascia argentea, atque ita oppositus Leuch-  
tenbergicis tincturarum situs. Ita in *Wapenb. P. 1. p. 8.* Unde etiam *Chifflet. Eg. A.V.*  
*inf. 320.* ita scutum describit, ab summo bipertitum, & argento & cyano alternis trans-  
versè tertiatum. Quod nempe non posset distinguere in eundem scutum compa-  
etas duas tesseras.

§. IV. Ceterum quod dixi argentea solo cæruleo inducta fascia comitatum *Hals* C. Hals.  
designat *Wapenb. P. 2. p. 13.* Qui comites peculiares habuit, ex quibus iam 1124. & 1146.  
(vide *Henning. p. 514.*) fratres numerantur *Paderamus & Theodoricus*. Duravit vero stirps  
ad *Leopoldum* qui 1575. annis decepit, & heredem avunculum *Ioannem Landgravium*  
Leuchtenbergium habuit, cui *Wenceslaus* Imperator comitatum in feudum contulit.  
Sicut etiam alias plurimum Joanni illi familia debet, qui bona à majoribus oppignora-  
ta patim dilicta acque ditiones omnes recuperavit & auxit.

§. V. Galeæ scutum premunt duæ coronatae. Prioris apex est *herma virilis* Apex  
argentea, globulis aureis adstricata, collari cæruleo, pilo testudinato argenteo, cyanea ora  
sursum reducta, coronula in cacumine aurea, & penas tribus, media carulca, alijs duabus  
hinc inde argenteis. (enunciante *Chiffletio.*) Altera sustinet jugum alarum cænlearum  
complicatum, inducta fascia scutaria. Laciniae utrinque sunt ex argento & cyano.

§. VI. Familia extinta 1646. *Albertus Bavariae Dux*, qui conjugem habebat Succes-  
*Mechtildem Landgraviam*, Maximiliani Adami ultimi amitam, successionem impe-  
travit, sed acceptis aliis in Bavaria bonis Electori eam iterum cessit: à quo patre Land-  
graviatum tenet filius *Maximilianus Philippus*. ad famili. Bavariae

## CAPUT LI.

### Dom. *Levia. Duc. Ventadurii.*

#### ARGUMENTUM

- |   |                               |
|---|-------------------------------|
| 1. <i>Familia. Linea. Domini de Mirepoix. Ma-</i> | 4. <i>Anduse. la Voute.</i>   |
| <i>refallsi fidei.</i>                            | 5. <i>Ventadour. Ducatus.</i> |
| 2. <i>Scutum. Thoire-Villars. Prætenso.</i>       | 6. <i>Apex.</i>               |
| 3. <i>Levis.</i>                                  | 7. <i>Linea Mirapicensis.</i> |
|   | 8. <i>Titulus Duciis.</i>     |

#### §. I.

Illiustissimus *Dux Ventadurius* ex antiquissima familia *de Levis* (unde etiam *Domini* *familia de Cofan.*) descendit. Inter maiores illius celeberrimus fuit *Guido de Levis, Dn. de Mi-*  
*repoix marecallus fidei* dictus, qui sub *Simone Montfortio* incurrivit adversus *Albigenses*, *Linea.*  
illa seculi superstitione in mileros hos armatus. Hoc & *Isabellæ Montmorancie* (*Linea* *Dn. de Mi-*  
*de Marly*) geniti *Ioannes de Levis*, à quo *Domini & Marchionis de Mirepoix*, qui *Ma-*  
*refallorum fidei* retinuere cognomen, & *Eustachius Dom. de Florensac*, à quo *Duces* *Marecalli*  
descendunt.

§. II. *Ducis scutum quadripartitum* est: Prima quadra aurea tres baltheos rubeos Scutum.  
continet: symbolum familie de *Thoire-Villars*. Ratio vero gestaminis illa est, quod *Thoire-*  
*Villars.* *Philippe Eustachii* nepoti, *Domino de Roche en Renier & Vicecom. de Lautrec* nu-  
psis *Elconora Humberti VI. Dn. de Thoire & Villars* filia, septimi fotor, octavi qui 1400.  
obiit amita. His parentibus natus *Philippus II. Baroniam de Villars à Sabado feudo*  
obtinuit, & sc̄epe *Comitis* usus est titulo, & 1439. testatus. Eo geniti *Antonius & Bernar-*  
*dus Dominus de la Voute*, ille *comes Villarii & Lautreci* Vicecomes filios habuit *Ioannem*  
*& Anto-*



& Antonium II. Ille Villarsum vendidit 1469. Duci, hic post fratrem eundem titulum comitatus usurpavit, ast demum Joanni Borbonio jus suum vendidit. Hoc verò mercato patruelis Bernardi filius Ludovicus Villarum sibi arrogavit, tanquam Leviorum primus, sed à Sabaudia Duce, licet in ipsius gratiam Carolus IX. Rex scripterit, nihil pretensione obtinere potuit. Posteri ramen pretensionem non semel uslere.

**Levis.** §. IIII. Secunda quadra aurea tres cantherios nigros continent, quod gentile Leviorum signum est.

**Andufe la Voute.** §. IV. Tertia rubea tres stellas aureas: & extrema iterum coccinea leonem argenteum representat. Illud Andufse gentinotande, hoc Voltes (la Voute.) Quæ accessio à Philippi II. Comitis de Villars uxore Antonia d' Andufse, Dn. de la Voute oritur.

**Ventadour.** §. V. Toti imponitur scutulum ex auro & coco & cœffatum. Ita Ventadurum designatur in Lemovicibus. Hoc in familia Combornia fuit, ex qua Archenbaldus Vicecomes de Comborn Sulptiam duxit Vicecomitatus Turennii heredem. Unde Ebalus Vicecomes Turennes, pater Archenbaldi & Guilelmus, quorum hic Vicecomitatum Turennium, ille Combornium & Ventadurum retinuit, in filiis Ebalo & Bernardo iterum continuati sunt, per hunc Combornii, per istum Ventaduri. Hi duravere in seculum decimum quintum, quo 1445. Catharina Bellofortia Carolo Ventadurio nuplit, mater Ludovici sed & matris & Blance, quæ Ludovico de Levis Dn. de la Voute nuplit, & Giberatum atque Ioannem genuit, hunc satorem Comitum de Charles, illum Ventadurorum ceterorum. Ceterum Ventadurio ab Henrico III. dignitatem Ducalem obtinuit Gilbertus 1578. Cui accessit axioma Paratus 1589. & confirmatio 1609.

**Aper.** §. VI. Apicem huic scuto debitum nondum videre licuit: lacinia verò galea auro & nigro colore tincte sint. Ertelamones forte iidem sunt, quos M. Mirapicensi tribuit Sammarthanus, videlicet inde à dextra Draco suo nativo colore, hinc à lava leo aureus.

**Linea Mirapicensis.** §. VII. Quod Mirapicensi attinet lineam, illa dispositio apud laudatum autorem (l'Est. de la Fr. p. 251.) legitur: ut areolarum series sit 1. Levis. 2. Villars in Bressia. 3. Andufse. 4. Voltes la Voute; Tori imposito scutulo Ventadurio; Quod si ira sit, ex aliquo familiæ pacto areolas has usurpari necesse esset, neque enim à quibus illæ areole, in Mirapicensi linea reperiuntur, sed in altero Eustachii ramo.

**Titulus Ducis.** §. VIII. Ducis ille titulus legitur: *Ludovicus Carolus de Levis, Dux de Ventadour, Par Francia, M. d' Annonay, Com. de la Voute, de Tournon & de Roussillon, B. de Douan, de Donzenac, de Mesillas & de Montagne.*

## CAPUT LII.

### Barones Leyfferi.

#### ARGUMENTUM.

1. Scutum.

2. Apex.

3. Nova accessio.

1. Familia origo. Bona,

#### §. I.

**Familia origo.** ILLUSTRIS Leyfferia familia à Gabr. Bucelino Germ. Stemmatograph. P. 3. p. 122. refertur ad aliquem Io. inueniens Leyffcr, qui claruerit 1340. Ceterum gens haec ex Styria & Cariinthia in Austria venit; sed & aliquando in Cilejensi comitatu commorata est. Cum verò à tribus seculis nomen in Austria reperiatur, non improbabilis conjectura est, eos à Leiss. Leyff in hac regione id accepisse, & inde in interiores ditiones penetrasse. Sub Ferdinando I. Neunzen, Cammer, Idolzberg, dein etiam Schiltern, Kransegg, Pyrha, Michelbach, Donnerskirchen & alia bona acquisivere. In celebri obliudione, qua Viennam Solimannus 1529. affixit, quinque hujus gentis virtutis edidere specimina, tres centuriones, chiliarcha (Sigismundus) & rei tormentariae præfetus Udalricus. Linearum distinctio mihi non latit nota est.

**Scutum.** §. II. Scuto utuntur nigro, in quo due luna falcatæ dorsis obversis, latera respicientes ex auro fulgent. Conf. Sibmachi. Wapenb. P. i. p. 48.

**Apex.** §. III. Galea coronata sustinet tres erectas struthionicas plumas nigras inscriptis duabus lunis falcatis scutariis. Lacinia sunt atræ & aureæ.

§. IV. In



§. iv. In Fürst. armor. P. 4. p. 15. Leifferorum de & in Kranzeggs scutum describitur, No. 220.  
quod toti familiae commune, anuni lineæ proprium sit, ignoro. In eo primam & celli...  
quartam aream Lefserite lunæ occupant: in secunda & tertia arcola carulea, aureo  
collis tricipititali sit (si benefiguram discerno) vitis ex eodem metallo, palmitibus duobus  
in decussim trajectis cum singulis uvis. Hujus laterculi significationem & ratio-  
nem non capio. Apex ei debitus est, ex galea coronata protenia ala cum scutario ty-  
po. Phaleræ autem sunt ex auro & cyano.

## CAPUT LIII.

## Domini &amp; Pincernæ de Limpurg.

## ARGUMENTUM

- |   |   |
|---|---|
| 1. <i>Varia familia ejusdem aut affinis nominis.</i>  | 5. <i>Crater. Pincernatus imperii hereditarius.</i> |
| 2. <i>Pincerna de Limpurg. An ex Duciens Lim-<br/>burgis. Potius ex Ducibus Franconia. Li-<br/>nea Speckfeld &amp; Galdorf.</i> | 6. <i>Cassides.</i>                                 |
| 3. <i>Ab Henning. attributa insignia erronea.<br/>quo Limpurg nomen gerant.</i>   | 7. <i>Titulus.</i>                                  |
| 4. <i>Scutum. Cuffides Franconici. Clava Tro-<br/>jana.</i>   | 8. <i>Domini de Limpurg ad Lanum.</i>               |
|   | 9. <i>Trevirensibus se addicunt.</i>                |
|   | 10. <i>Adhuc tandem plena successio.</i>            |
|   | 11. <i>Gerhardi Kirbergenfis arma.</i>              |
|   | 12. <i>Limpurgiorum ad Lanum insignia.</i>          |


## §. I.

**A** Pluribus seculis quatuor in Imperio nostro floruerunt familiae ejusdem vel pecunie variæ fa-  
miliae ejusdem nominis, in eo nempe unica litera variata, & quidem cum alia ejus-  
dem instrumenti commutata. Fuere haec, Limburgensium Comitum deinde Ducum, dictorum à Limburgo ad Vesam in Ardenna, Limburgensium, qui vulgo Styrumii appellebantur, Comitum à Limburgo ad Lanam Westfalia, Limburgensium Dominorum, quibus appellatio à Limpurgo ad Lanum fluivum, & quorum nunc insignia imprimis consideratur sumus Limburgensium illorum, qui in Franconico circulo dictiones & inter illos proceres locum cum dignitate obtinent. Ut jam nihil de Limpurgo Brisgovie dicam, à qua arce Hermannus I. Zeringensis Marchionum Baden-  
sator, antequam uxorio nomine Badensem ditionem nanciceretur, Marchio de Limpurg vocitari solebat.

§. II. Quod ergo Illustrissimorum Limpurgiorum in Franconia gentem con-  
certnit, de ejus origine non eadem sentiunt omnes. Christoph. Fraschnus Secretarius de Lim-  
purgius, qui magna industria totam stirpem delineare aggrebus est, à Walramo Purg.  
mo aliquo Limburgio Duce derivare eam tentavit. Quinimo altius ascendit, ad tem-  
pora Valentini Imperatoris, & gentem hanc inventisse credit eo tempore, quo An ex du-  
Romani 372. in Nemetibus cum Germanis acti decertarunt prælio. Ioannem Du-  
cem ait interfuisse 933. vel 935. celeberrimo ad Mersburgum adversus Hunnos prælio,  
& ex Richardo Guidone illos versus allegat:

Dixerat illustri quandam de stirpe creatus,  
qui vehemens ipsum Mariis amabat opus.  
Quem Limpurgus suo genuit de stemmate proles,  
Cuius in Hunnorum cognita strage manus.  
Talus enim miles, quem neque viderat unquam  
Francia, qui patriæ finibus effet honor.

Quicquid verò de reliquis sit, quo minus ei circa deductionem ex familia Ducum Lim-  
burgiorum in Ardenna sylva calculum absque dubitatione adjiciam, non unum me  
moveat. Cum enim Franconice origini familiam traditio communis (cui ab insigni-  
bus aliquod robur) alias transcribat, huic cum Limburgica non convenit: constat  
enim s. à Salmenfibus s. alii Ardennatisbus Limburgios Duces derivemus, saltem Fran-  
coniam gentem non fuisse. Accedit quod anno 1180. iam mentio fiat  
eiusdem Godofredi Domini Limpurgici, & Sacri Rom. Imperii hereditarii pincerne, at-  
que ita non diu post mortem Walrami I. Ducis Limpurgici, qui 1139. vel 1140:  
peribea.



perhibetur fatis concessisse. Oporteret ergo *Godofredum* hunc vel filium vel nepotem *Walrami* fuisse, cum autem filios pariter & nepotes reliquos diligenter fatis notatos nominet *Limburgensis* historia, *Wabrandi* cuiusquam non meminit, quem (cum *Henriciduo* filius & nepos *Walramo* in ducatu successerint, nec alii locum relinquant) *Fraeschlinus* & qui se quuntur *Ducem Limpurgensem* vocant, & *Ioannis Dom. Limburgi* patrem constituunt, nec alium designant, cui vel per conjecturam hic *Godofredus* dari posset filius. Unde non dubito, eodem tempore, vel forte prius etiam, quam *Limburgenses* Duces inclauerunt, hosce *Limpurgios Dominos* inter illustris numeratos fuisse. Neque ipsi agent, ut quem à se habent, ab illis mutuo petant splendorem. Unde si quid ex conjectura dicendum sit, & meliora ex Illustrissimorum horum procerum tabulario non edoceamur, fidem potius adhibendam crediderim communi traditioni, qua ex veterum *Franconia Ducum* prosapia arcessuntur. Quantvis enim, ex quo *Franconiae Duce* ortum suum trahant, definite difficile fuerit, insignia tamen traditioni fidem faciunt: & ipse *Fraeschlinus*, alterius de *Limburgensi* deductio ne sententiae autor, *Conradum II. Imperatorem*, qui *Franconiae Dux* fuit, huic stirpi allestit, ignarus, quod eo ipso priorem suam opinionem convellat. Unde ex agnatis *Conradi II.* illos qui de luxerit, mea sententia non errabit: Licet injuria temporis graduum, per quos Augustis illis conjungantur hi dynastæ, numerum oblitteraverit. Porro à praefato *Ioanne Limpurgensi Godofredi* (cujus loco alii *Wabrandum* nominant) filio familia satis exacte ad nostra usque tempora deducta reperitur. Divisa datur vero in duas lineas *Gaildoriam* & *Speckfeldiam*; illius qui sunt dynastæ *Gaildorii* & *Schmidelselde* sedem habent, hac linea autem *Suntheimum* & *Speckfeld* possident. Utriusque tamen linea idem est scutum & insignia.

*Lineæ Speckfeld & Gaildorff.*

*Ab Henning. attribuntur in P. I. p. 434. illa nostris adscribat: quod forte ex illa conjectura factum, quia fuere qui signacretuæ.* credenter hos Dynastas nomen suum non à *Limpurgo*, quod prope *Halam Sveviae* situm & ab *Eralmo Domino Limpurgio* 1340. civitati *Halensi* venditum est, sed alio *Limpurgo* infra *Francofurtianum* situm, obtinuisse. Ita apud *Crus. Annal. Sver. P. 3. L. 2. c. 13. pag. 93.* *Castro Limpurgi nomen Liberi hi Barones, non arx hac ipsi, dedisse feruntur.* Nomen ipsi habere perhibentur ab alia arce ejusdem nominis infra *Francofurtianum* situm; quod repetitur *P. 3. L. 11. c. 15. p. 643.* ubi de venditione. Cum tamen longe probabilius sit, uti insignibus dux haec familiæ distinguuntur, ita non ab eodem castro nominatam esse utramque. Alia mens est *Fraeschlini*, qui olim eos in veteri castro hujus nominis prope *Spiram* situm, quod dein in cœnobium commutatum sit, habuisse, & inde nomen sumisse, dein vero arcem hanc *Limpurgensem* neben dem *Wirngrund* extruxisse, & eodem sedem suam translatuisse perhibet. Cœstri nomen scribitur alibi *Limpurc* ex quadam transactione inter *Waltherum* pincernam & abbatem *Lorchensem* apud *Crus. P. 3. L. 2. c. 16. p. 1091.* Idem *Crus. Annal. Sveric. in Paralip. pag. 41. 96.* aliam *Limpurgi* veteribus partim dat, nempe argenteam, inscripta aquila coerulea, & galeam, quam premit pila argentea in faro nivis. Dubium vero esse potest, an illa *Limpurgensem* (à *Limpurgo* prope *Weilhaim in Wittenbergia* super monte *S. Michaëlis* sito castro) Comitum familia eadem cum nostra fuerit.

*Scutum. Cuspides. Franconici.* S. iv. Hodie quo clypeo utantur, videre est in *Sibmachi. Wapenb. P. I. p. 19.* Ille vero quadrupertitus est: Area prima & quarta rubea quatuor cuspides ascendentes argenteos continent. Hoc symbolum alioqui *Franconie* est, unde *Episcopatus Heripolitanus* ob ducatum *Franconiae* isto deignum utitur, uti apparer *Wapenb. P. I. pag. 9.* Et *Conradum II.* ex Duce *Franconia Imperatoris* scutum hos cuspides defert *Wapenb. P. III. p. 1.* Hoc solum interest, quod in *Franconico* scuto cuspides pingi soleant tres, qui in *Limpurgico* quatuor representantur. Sed forte pictorum cuspia, uti alibi, hic aliquid potuit, nam ipsi in suis quoque insignibus tres cuspides pingere nonnunquam solent, & ante 130. annos ita solebant: si vero constant quatuor pingentur, posset haec quoque nota esse discretiva, qua ex *Franconiae Ducibus* aliquis minor natu suam à Ducali partam distinxerit. Istam ergo aream indicio originis gestari nemo non vider.

Hanc



Hanc figuram esse puto, de qua *Crus. Ann. Suev. P. 3. L. 6. c. 16. p. 360. Barones Limpurgenses führen die weissen Simcken hujus ducatus ex Widemann.* Quod verò secundam & tertiam areas concernit, ex carinæ sunt, & quinque argenteas clavas Trojanas (vetus instrumenti bellici genus, *Heerfolben*) referunt. Hujus symboli sentum, & cui Dominio notando serviat, quod non assequar, confiteri, quam, nisi ipsum dominium Limpurg notetur, conjecturis indulgere malo. Quando verò *Conrado II. Imperatori* eadem tribuuntur clavae, ob quod etiam ab ipso fundatum cœnobium Limpurg illis aliquamdiu usum sit, ut ex lapidis documento allegatur, non admodum improbabile fuerit, ipsius dominium Limpurg illo symbolo intelligere.

**§. v.** Media pars, qua coeunt areolæ quartæ, *scyphus aureus* imponitur. Utrum crater, verò hunc locum frequenter occupant notæ dignitatum, ita infolens fere est, illud fieri figura nuda posita, cum alioquin ordinarie scutulo inseri & hac statione locari soleant. De quo *P. 1. c. 3. dictum est.* Portò hujus hieroglyphici explicatio difficultis non est. Quivis enim videt designati axioma, quo Domini hi gaudent, cum *Pincer* <sup>Pincerna-</sup> <sub>tus imper-</sub> <sup>heredita-</sup> <sub>rius</sub> *ne imperii* sunt hereditarii. Non novam esse illam dignitatem testimonium est apud *Crus. annal. Suevic. P. 3. L. 2. C. 12. p. 90.* ubi insignatio aliqua describitur in gratiam claustra- lium dominorum de Lorch, an 1260, confignata, in qua appellatur *V.* (in margine exprimitur nomen Ulrici) *dictus de Limpurg Imperialis aula pincerna.* Observat tamen *Linn. ad A. B. c. 27. §. 6. obf. 11.* non semper fuisse hoc officium penes Limpurgios, quia *1213. tempore Friderici II. Walterum de Sepf* pincernam fuisse Imperii, ex subscriptio- ne alicuius A. B. patet, & postea etiam quandam *Wernerum de Bolandia.* Portò officium hoc nomine *Regis Bohemia*, qui Archipincerna est Imperii, gerunt Limpur- genses, adeoque ejus sunt *Vicepincerna*, ut appellantur in *A. B. l. c.* ubi sancitur: *vt Vicepincerna de Limpurg equum & scyphum Regis Bohemia pro se recipiat.* Qui verò hic Vicepincerna appellatur *c. 29. §. 6.* etiam *Pincerna* nomen gestat. Scyphum hunc, quem sine scutulo toti videmus imponi, aliquando infernum observare licet parvula peculiari, qua figura eos usi sunt Godofredus Heribopolitanus, Erasmus Argentoratenlis, Georgius Bambergensis Episcopi: forte quia non aliter commode incerti potuit cly- peo alii.

**§. vi.** Scuto huic incumbunt cassides duæ, quarum altera coronata sustinet pars <sup>Casside-</sup> *cornuum, coloribus scuti per cuspides sectorum: ex utriusque autem hiatu vexillum de-* penderet iisdem coloribus pictum: posteriori galea scuti impositus cernit. Pha- letæ circumfluentes altero latere argento & minio, altero argento & cyano tin- guntur.

**§. vii.** Titulus familiaris communis ille est: *Domini Limpurgi, S. Romani Imp. Pin-* <sup>Titulus.</sup> *cerna & Semper liberi (Semperfrey).* De quo cogitandum aliis relinquo, an in sub- scriptione *Waltheri*, de qua n. s. *Sepf* abbreviate scriptum sit pro *Semperfrey.*

**§. viii.** Occasio invitat, ut extintorum etiam Dominorum *Limpurgensium* ad <sup>Domini de</sup> *Lanum* faciam mentionem, à *Limpurgo auf der Lohn* (quod apud *Christoph. Brower* <sup>Limpurg</sup> <sub>ad Lanum</sub> *annal. & antiqu. Trevir. l. 9. p. 445.* in monte est *Lintburg*, forte à *l'inter* aut *l'interbach*, qui rupem allambit, in *Loganaho* (i. *Loganogouwe*, *Lohingow*) dictorum. Et extant qui- dem *Fausti Limpurgenses* ex *Masco à Joanne Friderico Fausto ab Aschaffenburg* patritio *Fran-* *courtenensi* 1617. editi, sed illi non nisi à 1336 ad 1398. pertingunt. Neque alibi plenam dy- nastiarum vidi genealogiam. Primum lego *Gerlacum Imagina*, quæ *Adolphum C.N. Iffovie* & dein ad *Augustalem* thronum evectum habuit maritum, fratrem & *Elisabeth Fal-* *kensteinie* conjugem, qui circa 1288. vixerit. Ab hoc reliqui deducuntur, ex quibus in- ter ultimos *Gerlacus senior & junior*, pater & filius vixisse perhibentur 1457. Verum si Browero, quem mox §. 10. audiemus, fides, ante hos Limpurgum ad *Trevirensim Ar-* *chiepiscopatum* delapsum est, cui nunc quoque annumeratur.

**§. ix.** De modo quo ad *Trevirenses* primum ius *Limpurgensis* Dominii deve- <sup>Trevire-</sup> *nit, audire licet Christoph. Brower. annal. Trevir. l. 17. p. 215. Balduin, Archip. Trevirensis* <sub>fibus se adducunt</sub> *1334. prædicti atque feudi prope infinitis, ante id tempus etiam emitis, & longe circum pro-* *pagatus Ecclesiæ sue finibus, vi regalum nobilem agri portionem diaconiæ adiicit, Limpur-* *gensis trans Rhenum domini, castrique l. burgi & opidi primarii sumissim,* *Gerlaco loci Dominio, Cunigundæque Wertheimia uxori solitus duo de tringita florino-* *rum millibus & Henrico Hassae Landgravio, cui triens cesserat, emisionem probante.*



*Opidum verò Limburgense quondam imperii & clerici fundus, per id tempus ab advocatis tenebatur, ea nobilitatis & incolarum frequentia, ut expeditos bis mille ostenderet in armis. At tribus hac ètate, per non magni intervallo temporum, repetitis afflictionum incendiis, ignis atrocitate depastum sic elanguit, ut ad pristinam s. bellicae glorie seu pulchritudinis speciem non convulnererit, uia tamen operis rarissimum basilica inter eum tractus opida longe spectatum. Neque verò parum etiam multipli cum viciniis ob siuum & pacis otioque de ferefactionem controversia, præliorumque contentione suscepta, status opidi convulsus & accisus, donec tandem fractis rebus, stirpe Dynastiarum s. advocatorum morte sublata dominum ex esse in nomen ditionemque Trevirensis antistitis concessit.*

*Ad hos  
modem  
plena suc-  
cessio.*

§. x. Ex eodem Brouvero cognoscere licet, quomodo morte ultimi plene ad Trevirensem diœcesin delapsa sit successio L. 18. p. 262. ad ann. 1404. Ad hoc omnino tempus Limburgensis dominii integræ quoque ad diœcesin accessio referenda; quod Ioannes loci Dominus vir prudentia, morum comitatem, formamque corporis egregia spectatus, nullo superste herede vivere jam tum desifit; atque ita Werner & Ecclesia Treverice dominium cum fructu & vectigalibus vi pactionis olim inita relinquisset. Etsi verò Ioannes ante biennium vita decepsisse traditur, reperio tamen pro Werner regimèn istuc attinuisse Ioannis fratrem Goralcum Trevirensis Ecclesie decanum & Gerardum Kirchpirgi Hundesruhi Comitem, qui Ioannis sororem Vdamsib[us] thalamo junxerat, Revensbergiam à doce appellatam; qui locus prope Kirchpirgo distans, inde Clericu s. Canonicus Windesheimensis congregationis aatributus. Porro Gerardum Comitem sine prole Limpurgi humana deseruisse, argumento clypeo sit in S. Georgii basilica suspensus: in quo leones erexit & infestis ungibus tres interjecti oblongis crucibus.

*Gerhardi  
Kirburgi  
genius ar-  
ma.*

§. xi. Que insignia hic attribuit Gerhardo Kirchpirgi, ut vocat, Comiti, puto esse insignia Wildgraviorum Kirburgensium (Sibmachi. Wapenb. P. 2. p. 7. confer caput de Comitibus Sylvarum & Rheni) utpote quætribus constant leonibus, Crucium verò interpretationem, non fatis capio. Ceterum ille Gerhardus ultimæ Adetherdis, quæ hereditatem Kirburgianam suo coniugio Rhingravis attulit, avus fuisse perhibetur.

*Limpur-  
giorum ad  
Lanum in-  
signia.*

§. xii. Familia hujus Limpurgensis sanguis proprium, quod in Sibmachi. Wap. P. 2. p. 17. reperitur; exhibet in cæruleo scuto fasciam tessellatum rubeatum & argenteum duplice ordine constantem, superior & inferior adjectis plinthidibus aureis ternis. (Alibi vidi pingi jacentes, & quidem superiorius 7. inferiorius 6.) Galea alarum scutario symbolo exornatarum jugo expanso superbit, & circumfluas phaleras altera parte minio, altera cyano pingit, utrinque addito argento.

## CAPUT LIV.

### Comites Lippie.

#### ARGUMENTUM

- |   |   |
|---|---|
| 1. Familia origo. Successio. Lineæ.               | 6. Apex.                                    |
| 2. Laterculi Rietbergici, de Essens & Stedendorf. | 7. Bückenburg.                              |
| 3. Dispositio hodierna.                           | 8. Nobilium Dominorum titulus Edler Herren. |
| 4. Rosa Lippie. An ob hoc Lippie ab Ursinis?      | 9. Ditiones familie.                        |
| 5. Stella. An notes Sternberg? Notas Svalenberg.  | 10. Tituli de Falkenburg. Eberstein.        |
|   | 11. Carmen de insignibus Lippiensibus.      |

#### §. I.

*Familiz  
origo.*

**A**ntiquitate in Westfalis nulli facile cedit Illustrissima Lippie Comitum familia, ex qua Eberhardum Dominum Lippie in bello adversus Hungaros 933. Henrico Aucipi meruisse proditum est. Inde Bernardus sub Ottonem I. & II. atque Conrado II. inclatuit. Alius Bernardus Lotharii Imp. Dux bellicus, à quo denum certa graduum successio à Pederio neicitur, Lemgoviam ab Episcopo Paderbornensi, vel apud alios comitatuum Anholt, quem Imperio vacuefactum 1010. Henricus II. Paderbornensi Ecclesiæ igne devastata concesserat (conf. de eo H. Hamelman. l. 2. de fam. emort. p. 37.) in quo Lemgovia, Detmold & alia, cum Sassenburg, feudo ab Imperatore Lothario impetrasse legitur. Filius Bernardus Lippiam urbem condidit, quod Hentici Leonis partes tutatus esset, sua avita bona, necnon Sassenburg 1282. amisit, à Colonensi & Monaste-



Monasteriensis atque aliis Episcopis vicinis erepta: sed vicissim à Leone regiam dominum & dynastiam Engerni. Angriae (in quo Brake, Blomberg, alia) accepit, & 1150. cum cunctum induit, atque ex Abbatie in Livonia Episcopus Lealensis à filio Ottone ordinatus est 1190. (cont. Bzov. annal. T. 13. ad ann. 1227. n. 23.) Ex filiis ejus Gerhardus post patrum Gerhardum Archiepiscopus Bremensis (cui Comitatum Stedensem Henricus Saxo contulisse dicitur.) Bernardus Paderbornensis, Otto Traiectensis Episcopi fure, Hermannus autem gentem propagavit. In hujus filiis denuo Simon ante Coadjutor patrui in Ecclesia Bremensi diecepsin Paderbornensem, Otto Monasteriensis (cui Vechtam acquisivit) rexere, Gerhardus in dissidio à Bremensis electus est, sed pacis amore cessit. Bernardus vero reliquorum comitum sator est; ex quibus sequentiam etiam tempore duo Paderbornensem Ecclesiam administrarunt, extinti Bernardus 1340. Simon 1498. Hoc seculo ineunte vixit, & 1614. mortuus est Simon, communis trium linearum, Linee. que hodie superant, ex totidem filiis autor ex Simone Detmoldiae, ex Ottone Brakenfis, ex Philippo Buckenburgice.

§. II. Quod insignia attinet, Sibmachi Wapenb. P. I. pag. 17. illa exhibet, quæ Simonis hoc seculo ineunte fuisse oportet, nec ex eo tempore à posteris continuata. Fuit autem scutum quadripartitum cum interjecto palo medio. Palus ille medius rubeus aquilam Rietbergiam auream referebat, quæ scutulum Eßensis & Stedendorfis symbolis pictum pectore gerebat. Hæc testera afflumta ab Irmgardis Simonis priori conjugi, Erici C. Hojenensis vidua. Cum enim Joannes Rietbergæ ultimus comes 1562. extinctus duas reliquias filias, Irmgardim & Walpurgim, hæc marito Emoni Com. Frisiae, cui nupta est 1581. dominia Eßens & Stedendorf attulit, illa 1578. Simonii Comitatum Rietbergium. Cum vero 1584. Irmgardis sine liberis extinta esset, ad sororem hereditas relapsa, & ad ejus posteros in hunc diem propagata est, quod cap. de Frisicis insignibus videbimus, & testeras illas explicabimus. Unde Simonis ex altero matrimonio Elisabethæ Schauenburgice filii palum hume medium omisere.

Laterculi  
Rietber-  
gici, de  
Eßens &  
Stedes-  
dorf.

§. III. Reliquæ scuti quadræ, quæ nunc etiam servantur sole à lineis Detmoldia Dispositio atque Brakenfjille sunt, prima & quarta argenteæ singulis rosis pentaphyllis rubeis auro gemmati insignitæ: secunda & tertia rubrae, cum stella quinque radiorum aurea, cui hi rundo ipsius ex argento & nigro variegata. Alibi laterculi transpositi apparent.

§. IV. Rosa significatio Lippensis comitatus est, in Westphalia siti, atque Colonia Lipsiensis, Monasteriensis, Paderbornensis, Osnabrugensis, Mindenii diecepsibus, Marcano piz. atque aliis comitatibus sere inclusus. Hanc rosam & ob eam gentem ab Ursinis aliqui (autore Bernhard. Witio Lippensis monacho Lisbornensi) derivare amant, quos re-fellit Theod. Haping. de juri. insigni. c. 6. P. 6. n. 887. pag. 372. Erudita & elegancia, ut alia ipsius, suntilla Aeg. Gelenii de Col. Agr. Magn. I. 2. l. 33. pag. 193. 194. Carolus M. dicitur Lippensis comitum genus in veterum Ubiorum inter anno ad Lupiam fluvium transplantasse, & habet unicum in argenteo camporubente rosam. Tertiarumque nobilis & sagax scriptor Joannes à Betsworde in Huften in MS. fragmentis familiarium Westphalarum; Lippenses à quibusdam ad Manliorum, ab aliis ad Ursinorum stirpem, ad Romanam verò originem a plerisque referri. Ego Altenanam familiam ex armorum cognatione puto propagatam codem cum Lippensis sanguine, quia ante eadem S. Engelberti Altenæ & Marca ac Montium comites unam in scuto rosim gestarunt. Et communis fabula habet, tempore Ottonis III. duos fratres Ursinos ob discordias ex Italia in hanc provinciam immigrasse: in historia autem S. Engelberti p. 306. demonstrari ex Archivis, Altenanam stirpem in his partibus vetustorem esse Ottone III. ex advocatis Thuringiis s. Ubiensibus Comitibus ortam. Itaque dum veterum fabula derivantur ex historiis rudi seculo ignorantia veri corruptis, puto ad Romanos colonos & Ubio-Romanam nobilitatem revocandos. Ubienses s. Altenanos & Lippiacos Comites, quia præsertim mox a tempore deductæ Colonia Agrippinensis &c. in ea Vitellius existens & Imperator salutatus, Othonem Imperium affectantem initium habuit, quia de causa porrerunt Ubii fratres, Othonis & Senatus partibus faventes, in Transrhenanis sedes refugisse, ut sic & Othonis Caesaris (sed non ex tribus illis Saxoniciis) & intestini belli commemoratio optime quadret in originem Altenani & Lippensis sanguinis. Quæ autem de Ursinorum s. Rosinorum nominibus dicuntur (cum teste Cranzio Ursinorum nomen recentius sit) ad homonymiam Ursinorum refer, quæ commendo occasione dederit hujus cognominis. Ursos enim & Ursinos appellant frequentissimè Transrhennani, qui parta tueruntur, & ea omnino non vel agre sibi cripi patiuntur,

An ob hoe  
Lippia ab  
Ursinis.



exemplum ursi, qui infantem vel hominem complexans nullumodo vel difficulter dimittit. Unde Saxones, qui Martem sub Hermanni nomine colebant, ejus statua Armisfilio instar heros sculpa, cum vexillo rosa insigni supra pectus figuram ursi addiderunt. Dum ergo hos duos fratres Ubio-Romanos ab edificatione castrorum Altenani & veteris montis removere aut in eorum consummatione impeditre vicini Reguli & Proceres non possent, ab ipsis Ursinorum existima appellantur. Ioan. Pideritius pastor Blombergensis, qui 1627. Chronicon Comitatus Lippensis (ante illum verò seculo 13. quidam M. Iustinus Lippensis carmen, quod Lippiorum dixit, tum præmemoratus Bernardus Wittius item Lippensis monachus Lisbornensis Chronicon Lippiae, nec non Gerhardus Kleinsorg Lemgoviensis Licentiatus, & Colon. consil. bericht von der herkunft und Historien der Graffen von der Lippe scripterant) edidit, non tantum eorum sententiam refellit, qui originem Romanam his comitibus adicunt, utpote qui credere nolit, locum adeo periculosem placuisse Romano nobili, quem sibi sedem fumeret, verum etiam illis contradicit, qui autore Cranzio non antiquiore Lotharii tempore comitum putant memoriam, & Brontiffo in primis autore contra hos pugnat. Credit verò Caroli M tempore huic & aliis stirpibus nomen & axioma Comitum concessum. A comitibus utraque civitas Lemgoviensis sua insignia, vetus rosam pentaphylon caruleam, astantibus hinc leone isthinc gryphe, Neapolis item rosam, imprestâ interius facie feminina oblongo poplo, accepere.

*Stella.*  
An notet  
Sternberg.

§. v. Quod stellam cum avicula concernit, videri posset ex notare Comitatum Sternbergium, quem Henrico ultimo Comite 1399. cujus tutore Simon Com. Lippensis fuerat ejus avunculus, extinto, contra Lippientes jure proximi sanguinis eum prætententes, sibi Adolphus Comes Schauenburgius addixerat: unde utriusque domus longæ contentiones, donec circa finem seculi decimiquinti Bernardo Lippa Comiti 0:10 Comes Schauenburgus filiam Annam uxorem daret, atque comitatum Sternbergensem concederet. vid. Piderit. Chron. P. 2. p. 532. 581. Verum cum Sternbergii comitatus insignia taurum stellam continuerint, certum est designari comitatum Svalenburg (quasi Schwabenburg: unde ratio figuræ) satis olim amplum, sub quo Steinheim & Nieheim opida. Habuit ille suos comites, de quibus vide Henr. Hamelmann. L. 1. de fam. emort. p. 77. Ultimum Widekindum adulterum uxoris suæ trucidavit quidam auratus eques de Rollerike. Inde Paderbornensis Episcopus & Lippensis comites inter se partiti ditionem; in castro tamen Svalenburg Episcopus nonnulli quartam patrem polsideret. Confer Haping. de Iur. inf. L. 6. P. 6. n. 890. & c. 22. n. 231.

*Aper*

§. vi. Huic clypeo in Salmacherio insitunt tres galeæ coronatae, quarum media inter duas alas expansas argenteam & rubcam (aliutramque argento tingunt) rosam scutariam sustinet: prima inter duas alas rubeas aquilam surgentem auream testef: sinistra liture caruleum inter duo vexilla aurea ostentat. Laciniæ circumvolant medium, argenteæ & coccineæ, dextram aureæ & rubræ, extream aureæ & cyaneæ. Cum verò dextra & sinistra Rietbergiam ac Eisseniam hereditatem designaverint, hac iterum aliorum translatâ, nunc sola media, qua gentilis est, Lippientes contenti sunt.

*Bücken-  
burg.*

§. vii. Quod Philippam attinet comitem, quandoquidem ille Schauenburgici comitatus quædam, in quibus Buckenburg quod inhabitat nactus est, clypeo huic Lippensi scutulm medium urtica Holzato-Schauenburgica insigne imposuit. Cum in instrumento pacis Osuabrig. art. 14. Landgraviis Hassia linea Cassellanæ, jus directi & utilis dominii in praetectorias Schaumburg, Bückenburg, Sachenhausen & Statt-hagen conceditur, excipitur verbis disertis: Salvatamen transactione inter Christianum Ludovicum Duce in Brunsvico-Lunenburgensem & Hassia Landgraviam, Philippumque Com. de Lippe iusta firma etiam manente, que inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita est conventione.

*Nobilium  
Domino-  
rum circu-  
lit.*

§. viii. Tituli sunt: Comites & Nobiles Domini de Lippia. Quod attinet Domini rum nobilium (Edle Herren) titulum, Pideritii sententia est, illos usos hoc nomine, Edle Herren, quos, cum prius ex Saxonum vetutis dynastis nobilibus tuissent, comites Carolus M. fecerit, & priorem simul titulum servare passus sit. P. 2. p. 228.

*Ditiones  
familia-*

§. ix. Ditiones eorum quod concernit, quæ tamen non omnes exprimitur titulo, vel etiam in ipsorum hodie non amplius sunt potestate, ita à Pideritio P. 2. p. 231. enumerantur. Ipse comitatus Lippius, qui olim late parebat ad flumen Lupia, sed n. 182. ob studium Henrici Leonis Bernardus illam regionem (dictam Überwald) perdidit, à Colo-



à Colonensi & Paderbornensi in potestatem redactam, excepta Lippia civitate s. Lippeadio & Lipperade. 2. Rheda Dominium, de quo c. ii. n. 8. in scuto Bentheimio actum. 3. Sassenburg Dominium, quod Bernardus à Lothario ad coercendos Monasteries conditum obtinuit, filius in causa Leonis perdidit. conf. H. Hamelmann. L. i. de famili. emort. p. 67. 4. Engern castrum & dynastia. Hæc Hentricus Leo Bernardo I. contulit. Sed cum Simon I. Comes, qui in eo castro habitabat, 1299. bellum intulisset Osnabrugensi Episcopo ex Ravenspurgi, captus nec dimissus est 1305. alia conditione, quam ut Engern di- tueretur, nec restaurari permetteretur, maneretque aliquandiu in potestate Ravenspurgiorum. Unde sedes Blomberg translatæ est. 5. Com. Aboltz s. habolz i. habolti, de qua §. i. 6. Com. Sternberg, & 7. Svalenberg, de quibus §. 4. 8. Dimidius Comita- tus Stoppelberg inter Endorf & Rudensick siti, quem cum arce Aldenburg marito Bernardo C. Lippiæ uxori attulit, confer Hamelmann. L. i. de famili. emort. p. 73. 9. Pre- fectura Blomberg, Brake & vicina, quæ tamen Anglia pars sunt. 10. Castrum Fornholz, quod ex parte fortibus factis comitum, partim emitione acquisitum.

§. x. Aliquando etiam titulis insertum Falckenburg (Piderit. P. 2. p. 237.) cuius Tituli de ruderæ in confiniis Detmoldie; In hoc condendo Bernardus III. plurimum opere Falcken- posuit, sed Simon I. absolvit: ut Comes Svalenberga è fenestræ castri sui prospexe- burg. rit structuram. Addit ibi ex traditione veteri Pideriti, cum aliquando comes cum conjugi illam oppositam arcem intueretur, hanc illi dixisse: Eh E. L. schaute die venien Falckenburg / ich befürchte mich sehr / der junge Falcke werde der alten Schwalben das auge aufhicken. Sed tantum ab habitatione in hoc castro putat titulum ortum. Ceterum Falckenburgum & Hornam civitatem & alia, ut feudo a se aciperent, Comites Lippenses coegerit Episcopus Paderbornius Wilhelmus 1448. (Piderit. p. 524.) Alia ratio tituli Eberstein apud eundem P. 2. p. 55. ex confederatio- Eberstein, ne: verba integra scribam. Die von Eberstein (intelliguntur Ebersteinii in Bruns- vicensiagro) hatten ansprach an der Herrschaft Blumberg: Die Antecessori Graffen zur Lipp und Eberstein drenges offst einer den andern mit gewalt und kriegesmacht. Aber alter untried und rechtsforderung wird aufgehaben / da Graf Simon zur Lipp sich vereinbart mit Fräulein Elisabeth / und wiederumb Graf Herman von Eberstein mit Graf Simons Fräulein Schwestern. Auf solche Gräfliche Ehe der zur Lipp und Eberstein / fangen die Herren eine beständige confederatio an / daß einer dem andern in lieb und leid befreun- gen solte/wie auch geschehen ist. Dann der bund und die vereinbarung ist so fest worden/ zwischen den Graffen zur Lipp und Eberstein / daß sie sich auch ei- nes jeden tituls unternommen. Dann der zu Eberstein hat sich genannt Graf zu Eberstein/ und Herr zur Lippe: dagegen hat der Graf zur Lipp sich gebrau- chet des titulus/ daß er sich einen Graffen zur Lipp und Herrn zu Eberstein ge- nannt hat.

§. xi. In insignia hæc Lippiaca ludit Herm. Pideritus in Ioh. Pider. Chron.

Ecce insignie ferunt aër, cælumque solumque,  
stemmati antiqui Lippiacæque domus.  
Terra rosæ præsto est, properant cælestia stelle  
Lumina, Lippiadum condecorare genus.  
Æstifex volucres glomerantur in aëre pennis,  
& faciunt varios garrulitate modos.  
Horecat virtute genus, splendescat honore,  
det sonitus factis secula multa piis.

Citem  
de insigniis  
bus Lip-  
piacibus

## CAPUT L V. Barones Læbl.

### ARGUMENTUM

1. Familia.

2. Scutum.

3. Apex.

### S. I.

CUM aliqui ex Silesia hos illustres deducant, ex Svevia vel Alfatia allii eos arcesse. Familia Tremalunt. Ita Gabr. Bucelinus Germ. Stemmatograph. P. 3. pag. 127. Ioannem Læbl. Ferdinan-



Ferdinandi I. Imp. Consiliarium, atque rei nummariae prefectum sub annum 1560. natum ait Iacobo Læbl ex Alsacia oriundo. Sub Ferdinando I. opidum & arcem Greinburg ad Danubium acquisivit familia.

**Sectum.** §. 11. Scuto utuntur apud Sibmachi. *Wapenb.* P. i. p. 22. quadripartito. Laterculus primus & quartus bipertitus sunt, hinc *auro isthinc nigro colore tinteti*, inscripto *truncu* *cum radicibus & ramorum abscissorum vestigis*, simili sectione & contrariis coloribus affecto: ejus aliquis ramus niger in dextrum latus protenditur, ex sinistro stella aurea adponitur. Area vero secunda & tertia rubea continet columbam argenteam cum ramulo aureo foliato. Hæc gentilis eorum tessera fuit. Illa ex gratia Imperiali concessa videtur.

**Aper.** §. 111. Galea duæ sunt coronatae, ex quarum utraque duo protendunt cornua, ex priori nigro colore & auto festa, inter quæ stella aurea fulget, ex posteriore rubeum & argenteum, intermedia columba scutaria cum ramulo. Laciniae hinc aureæ & nigrae, isthinc argenteæ & rubeæ pinguntur.

## C A P U T   L V I .

### Com. de Lævvenstein & Wertheim.

#### A R G U M E N T U M .

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>Familia ex Palatinis. Comitatus Lævvenstein.</i>   | 6. <i>Errore Sibmacherianitypi. Dominium Schaffeneck.</i>   |
| <i>Veteres comites ex Wirtenbergica gente. Quomodo comitatus ad Palatinos. Wirtenbergios.</i>    | 7. <i>Galea.</i>  |
| 2. <i>Com. Wertheim. Quomodo per Stolbergiam ad Lævvensteinos.</i>                               | 8. <i>Scutum modernum. Linea Lævvensteinia. Nunc Virnenburgia &amp; Rupifortia.</i>                 |
| 3. <i>Dominium Montagu.</i>  | 9. <i>Dispositio linea Virnenburgica. Rupifortia. Tituli. Herbimont. Neufchastel. Chassepierre.</i> |
| 4. <i>Rhombi Bavariæ ob originem. Friderici VII. Horis matrimonium legitimum sed in aequali.</i> | 10. <i>Comit. Rochefort. Ad Marcanos. Eppsteinos. S. olbergenses. Lævvensteinos.</i>                |
| 5. <i>Dominum Breuberg. ad Wertheimios. Inde Lævvensteinos &amp; Erpachios.</i>                  | 11. <i>Com. Virnenbergicus. Ad Manderscheidios. Inde Lævvensteinos.</i>                             |
|  | 12. <i>Com. Marcanus. Unde haec tessera.</i>  |
|  | 13. <i>Galea.</i>   |

#### S. I.

**Familia ex Palatinis.** EX Friderici Victoriensi Comitis Palatini Electoris conjugio legitimo quidem sed inæquali sata est illustrissima gens *Comitum Lævvensteinorum & Wertheimorum*, quorum scutum nunc lustrare convenit. Extat illud, quo faculi hujus prioribus annis usi sunt in *Sibmachi Wap.* P. i. p. 16. & quidem in quadrantes sectum; primo & quarto argenteo representant leonem coccinum auro coronatum super quatuor rapibus, naturali suo colore pictis. Hoc hieroglyphico notatur comitatus *Leonsteinius & Lævvenstein*,

**Comitatus Lævvenstein.** à castro ita dictus, quod trihoro Hailbronna Sverorum distat. Cæterum antiqui Leonsteini comites ejusdem omnino stirpis fuere cum *Calvvensibus* (quorum etiam insignia non multum à Leonsteiniis differunt, nempe in area argentea tricipiti collis cœruleo infistentem leonem rubrum cerulea corona ornatum exhibentia *Wapenb.* 2. p. 10.)

**Veteres comites ex Wirtenbergica gente.** & Beutelspachis Scrutinum Wirtenbergicæ autoribus. Memoratur quidam *Albertus Com. Lævvensteinus* in torneamentis Rothenburgicis 942, & 948. Constantienibus Erlafredi Com. Cibvensis filius. Iterum *Albertus Com. Wirtenbergius & Lævvensteinus* recentetur 1088. qui dotator Monasterii S. Blasii in sylva Hercynia s. nigra genuerit præter alios *Conradum Beutelspacensem* Dominum, à quo reliqui Beutelspacenies Domini & ex his Wirtenbergici Comites, dein Duces, atque *Bertholdum Lævvensteinensem* Comitem. Familiam, qua multis affinitatibus illustris fuit, clausisse dicuntur *Ludovicus & Henricus*, quorum ille *Episcopus Bambergensis*, hic ex Elisabetha Montfortia uxore filii *Wolfgangi* pater fuit, sed hoc præmaturis fatis rapto comitarum 1441.

**Quomodo comitatus ad Palatinos.** *Friderico Com. Palatino* 1400. aut. Rhen. vendidisse dicitur (confer *Valz. Wirtenbergische Stammbuch-Namens-Quell/*) Dein *Philippus Elector Palatinus* loco *Scharffeneccia* & aliorum, que Fridericus filius suis assignaverat, permutationis nomine hunc comitatum substituit, atque illum concessit. Dein proscripto ob causam Bavricam Palatino Electore, quem *Ludovicus Com. Lævvensteinus* cliens & patruelis atque uxoris *Ruperti Palatini* curator sequebatur, *Ulrichus Wirtenbergie Dux* præter

alia



alia Palatinæ ditionis hunc etiam comitatum occupavit. Exclusæ comitem dicitur Imperator, cuius diploma 1510. scriptum allegant: Dein etiam comitatus, sed aliqua mutilatus portione, restitutus est eidem Ludovico, sed ut certa ratione ob eum W<sup>t</sup>tenbergiæ ducibus comites sint obnoxii. De quo tamen jure in camera Imperiali hoc seculo adhuc duravit disceptatio.

§. 11. Secunda area iterum transversè secta est: ita ut superior pars *aurea dimidiata* s. exoriente aquilam nigrum referat, *inferior carulea tres rosas aureas*; alii ajunt *argenteas* sed *auro gemmas*, alii *rubeas* malunt. Hic notari comitatum Wertheimium, à cognomine urbe Mæno adhuc dictum, ex Wapenb. P. 2. pag. 20. liquet. Habuit hic suos peculiares comites, ex quibus in primo ludo equestris Magdeburgico 935. jam Wilhelmi Comitis mentio extat. Ultimus è matculis gentem clausit Michael 1556. cumque filia Barbara brevi secura est. Porro Michaelis ficer Ludovicus Stolbergensis comes, qua valebat in Imperiali aula autoritate & gratia, trium Augustorum Caroli Quinti, Ferdinandi Primi & Maximiliani Secundi Contiliarius, pro se & filiabus feuda imperii, Bohemia & Heripolensi comparaverat, & h.e.c ad Lœquidem tantum pro duabus natu majoribus, priora verò pro omnibus tribus: nihil minus transactio etiam Herbipolensiæ jus acquisivit tercia filia, que Annam fuit Ludovicus Com. Lœwensteinio nupta. Demum cum majores, Catharina post Michaelis Wertheimii excessum, Philippo Com. Ebersteinionupta, & Elisabetha Theodorici C. Manderscheidii, dein Wilhelmi Dom. Criechingensis uxor, sine liberis dececesserunt, omne ad Annam jus est devolutum. Verum res controversia non caruit, nam non tantum Lœwensteini cum Criechingensi res fuit, sed & cum Episcopo Heribopolitano. De bello quod ex ea lite ortum est, legi potest Thuan. L. 138. p. 125t. Prostet etiam actorum integrum volumen, typis exscriptum.

§. 111. Tertia area *argentea* (male in Wapenb. P. 1. p. 16. auro tingitur) *aquilam rubram* continet. Designat hoc Montacutum comitatum. Titulum hujus dynastiz (à castro Montagu, cuius vix rudera extant, denominatæ, & feudali titulo à Leodiensi tagu. Episcopatu atque Lünenburgio Ducatu dependentis, & vicissim alios vasallos illustres sub se habentis) reperio in domo Novicabrensi. Neufchastel, ubi legitur Joannes & Ferdinandus de Neufchastel Dom. de Montagu, & quidem sub eodem aquile, gentilitio baltheo quadrifaria sectione additæ, signo. Qua verò ratione obtigerit Lœwensteini illa successio, aliunde discere, quam conjecturis investigate malo.

§. iv. Totius medio imponitur parvula *Bavaricis rhombis argenteis & carnis repleta*. Hæc originis servit memorie. De qua illud sciendum, quod Fridericus cognomento Victoriosus Comes Palatinus initio tutoris nomine electoratum administravit pro nepote Philippo, sed postquam 1454. istum adoptasset, proprio nomine gesit, celibatus perpetuo promisso, ne præjudicium nepoti faceret. Demùtamen Fridericus celibatus per se, nepotis & agnitorū consensu, procerumq; conscientia, cum æquales nuptias matrimonio ob conventionem contrahere non posset, fratibus Philippo Episcopo Wormittensi, dum legit Georgio Episcopo Spirensi & aliis 1462. nobilem virginem duxit Clariam à Tettigen. Ex qua duo filii nati, quibus Philippo Electore consentiente assignavit dynastias Wemperg, Neuenstatt, Mockmül, Scharfeneck, Imbstatt, Izberg. Unde injurii in Illustrissimā familiā sunt, qui naturales tantum Friderico liberos fuisse perhibent. Cum quibus recentius errare miratus sum W. alijum Würtenb. Stamm und Namens Quell p. 161. Hiverò refutantur Heidelberg ipso Epitaphio Friderici, qui ex filii alter, & Canonicus Wormatiensis atque Spirensis fuit, & legitimus Friderici Electoris filius diserte nuncupatur. Huic ergo origini testande, quod ex Bajoaro-Palatina gente ortum trahant, licet materno genere impares, rhombos his gentilitios nemine contradicente usurpant.

§. v. Aliud adhuc scutum superest, quod inter tertiam & quartam aream inter jacet, & *argentum duas fiscas transversas coccineas* defert. (vitium sculptoris reor, cum in Wapenb. P. 20. pinguntur falsæ argenteæ in solo coccineo. Tit. Wertheim. De signatur hac parvula dominium Breuberg in sylva Ottonia, quod nonnulli Wertheimis obtigile ajunt, conjugio Elisabethæ filiae Michaelis Dn. Breubergensis & Rudolphi C. Wertheimii. Ex quo tempore semper in VWertheimia gente mantit, atque cum hujs successione ad Leonsteini delata est hereditas; ita tamen ut cum Errachia familia inde Lœ communis sit ejus possessio. Ex ea verò communione aliquoties inter saralias ortæ W. confitentes & Etachios. Et publica de argumento hoc extant utrinque scripta.



**Erores** S. VI. Explicavimus ita scutum, quod ex armoriali Sibmacheri allegavimus. Sicuti verò in primo quadrante leo non pingitur uti oportebat, nempe expansis ad prædam pedibus, qui situs ferè ordinarius, cum pingi deberet omnino *consitens*: ita in quarto etiam errorem suspicor, & loco repetiti leonis Læwensteinii, pingi debere in solo rubro leonem argenteum coronatum: quod symbolum est dynastia Schaffenecker: quam inter eas audivimus tuisse, quas filius Fredericus Elector concessit: quam solam etiam Philippus dein reliquit, cum reliquias sibi iterum vindicaret, permutationis titulo, uti audivimus, Læwensteinio comitatu illis assignato.

**Galeæ.** S. VII. Scuto huic insunt tres galeæ, quarum media Lævensteinia est, & repræsentat leonem coccineum coronatum fronte adversa rupibus incidentem: Lacinia quæ dependent cyanæ & aureæ dicuntur. Rationem eatum non capio. Ex prima casside coronata exsurgit aquila argentea coronata, expansis a. i. rubris. Hæc responderet Montacutio Dominio, & phaleras tintæ habet argento & minio. Adlxam quæ est galea coronata Wertherium & Breubergam notat. Ex ea surgit aquila aurea expansis alis, cum vexillis quatnor, quarum pertice aurea, Breubergensis fasces deferentibus, binis in utrumque latus conversis. Hanc etiam circumvolitant laciniæ argenteæ & coccineæ.

**Scutum moder- num.** S. VIII. Ita repræsentantur insignia, quæ primis hujus specie annis in usu fuere: Nunc paulo auctiora sunt. Scienda verò est linearum in h. c. stirpe differencia. *Ludovico*, quem *Frederico* Electore natum diximus, genitus est *Fridrixi*. Hic præter alios pater *Wolfgangi* & *Ludovici* fuit. Ab illo linea orta est, quæ scuto, quod modo explicavimus, vix usæ fuerit, sed siuum non alii, præter Bavarios: gentiles rhombos, symbolis impleverit, quam *Leonsteini* & *Schaffenecker*: nam & titulis non usæ est alii, quam *Corn. Lævensteini*, *Domini de Schaffeneck*, &c. Cæterum hæc linea jam defecit. *Ludovici* verò, matrimonio quod audivimus *Anna Stolbergica*, *Wertheriam* hereditatem familie intulit: Eo nati sunt præter alios *Christopherus Ludovicus* & *Iohannes Theodoricus*: à quibus iterum dux lineæ, quam *Virnenburgicam*, & *Rupifortiam* appellant. Porrò illa divisio instituta fuerat 1611. Ut *Christopherus Ludovicus* cum fratre alio *Ludovico Lævensteinum* comitatum, cum *Wolfgango Ernesto*, *Iohannes Theodoricus* dynastæ *Breubergensis* medianam partem & *Belgicas* ditiones sibi haberent, *Wertheria* verò indivisa remanerent. Duobus autem fratribus sine prole extintis, inter eos quos nominavi, & horum qui nunc sunt posteri eandem divisionem adhuc obtinere existimo.

**Dispositio lineæ Vir- neburgicæ.** S. IX. Ut diximus duas esse jam lineas, ita variat insignium dispositio. *Virneburgica* lineæ scutum hunc in modum disponit, ut duæ transversæ & totidem perpendiculares clypeum in novem areolas distinguant, ex quibus media loco est parvula peculiaris *Bavaricorum rhomborum*, tum *Wertheria* area, ahoqui bipartita, ut vidimus, duarum vicem hic gerit, superiori parte in primo arearum ordine tertium, inferiori verò in secundo eundem locum occupante. Sunt ergo in superiori serie area *Lævensteinia*, *Montacutia*, *Wertheria* pars superior cum aquila exortaria, in secunda parvula media *Bavarica* adjectæ hinc *Rupifortia*, isthinc *Wertheria* inferior pars cum rosis: demuni in pede scuti *Breubergensis*, *Virneburgica*, *Schaffenecka*. Illustrant hoc scuto tituli, quibus utitur ista linea: *Comes de Lævenstein*, *Wertheim*, *Rochefort* (s. *Rupifortii*) *Virneburg* & *Montagu* seu *Montisacuti* (*Montacutii*) *suprem. Dom. (Oberher)* in *Chassépierre* *Dom. in Schaffeneck*, *Breuberg*, *Herbimont* & *Neuschafsel*, &c. Altera vero quam *Rupifortiam* (*Rochefort*) appellare amant, eadem utitur dispositione areolarum, nisi quod loco *Virneburgica* (qua non utitur) *Marcianam* (quæ vicissim penes alteram non est) substituit. In titulo etiam hæc non nisi *Virnenburgum* omittit: an aliiquid addat, non mihi liquet. Porrò ad tituli explicationem spectat: dynastias *Chassépierre*, *Herbimont* & *Neuschafsel* partem esse *Rupifortia* & *Montacutia* successionis, & ob hoc sub symbolis istorum comitatuum simul comprehendendi, licet seorsim non exprimantur. Ex illis *Herbimont* arx satis valida est, & feudum habetur *Lucenborgicum*, reliqua ditio allodium est. *Neuschafsel* s. *Velich Neuenburg* (ex media parte ad *Arburgios* spectans) feudum est l.



est *Lucenbargium*, arce & pluribus pagis constans. Illud dominium matrimonio *Mariae filiae Ludovici Loßensis Domini de Neufchâtel & Eberhardi Marcani de Arenberg* (qui 1387. mortuus est) familia *Marcani* obtinisse reor, ex qua demum per alias intermedias ad nostram devolutum est. *Chasspierre* proprio jure tenetur.

§. x. Tres laterculos jam nominavi, qui aliqua egent explicatione. Primus *Rupifortius*, qui in secunda serie obtinet primum locum. Ille *argenteus* continet *cingulifibulam* (eine Degen-schnall) quo cingulum ornatur vel partes ejus connectuntur, ex auto. Porro quod *Rupifortium* (Rochefort) comitatum in *Ardennas*, atque partim *Leodenisi* diocesis partim *Lucenbargia* ducatu, sicutum concernit, lego *Annam* filiam *Ioannis Comitis de Rochefort & Margarete de Eltern* filiam nupstile *Eberhardo Marcano Domino Arenberge*: his parentibus natus est *Ludovicus Al. Ad Marcā. canus Dominus de Rochefort*, pater *Ludovici Domini de Neufchâtel* (quo natus *Ludovicus Dominus de Herbimont* posteritatem non habuit. Alii hoc omisso *Ludovicus II.* jam prole caruisse perhibent.) *Philippi Domini de Rochefort*, atque *Ludovicus f. Luise*, quæ nupta *Philippo de Eppstein Dom. de Kængstein*, mater exstitit *Anne, Eppstei.* quæ paternam & maternam (atque ita in hac Rupifortiam) hereditatem attulit *nosc. I marito Botoni Comiti Stolbergensi*: Botone natus est *Ludovicus*, *Ludovico Anna, Stolber-* quam uxorem habuit *Ludovicus Comes Lœwensteinius*, atque ab ea non tan-*gentes.* *Lœwen-* tum *Wertheimia bona*, sed & ab ejus avia inter alia *Rupifortia affec-*  
tus est.

§. xi. Alter qui in prioris linea scuto pedis medium occupat *Virnenburgi-* C. Vimen-  
tus est, *aureus septem coccinis rhombis* (*Rauten*) scutellis lirigulatis impreclus. burgius.  
Confer *Sibmachi Wapenb.* P. 2. pag. 20. Comitatus *Virnenburgius* ita designatus in  
confiniis *Trevirensis* & *Colonensis* diocesos peculiari familie, cui inde no-  
men, paruit. Totius familia deductionem nullibi vidi, sed fragmenta tantum.  
Porro ex ea orta est *Metta f. Mechtildis Philippi* vel juxta alios *Wilhelmi Virnen-*  
*burgici* filia, quæ nupta *Cunoni Comiti Manderscheidio*, hujus stirpis linea *Slet-*  
*denſi* jus & titulum novum, intulit. Et quidem hæc in Manderscheidis serva-  
ta sunt, donec ultimus linea Joachimus decederet: inter plures hujus filias *E. ſibe-*  
*sha* 1592. nupta *Christophoro Ludovico C. Lœwensteinio* successionem hujus comitatus  
attulit: ut tamen ejus causa haec tenus disceptandum fuerit, nec dum lis omnino  
decisa sit.

§. xii. In altera linea eundem locum obtinet laterculus *aureus*, inducta fa- C. Marcā.  
scia triplici ductu ex argento & minio tessellata. Designatur eo symbolo *Comitatus nus.*  
*Marcanus*, quod cap. 13. num. 20. in *Brandenburgicis insignibus* docuimus. Causa Unde hæc  
hujus areolæ insignibus illata est *Iosina Philippi Comitis Marcani* filia, *Ioanni Theodo-*  
*rico Com. Lœwensteinio* nupta: ob quam successio linea hujus ex *Marcanis Lumea-*  
*nae*, quæ tamen Clivensibus extintis totum *Marcae* comitatum sibi debeti præten-  
debat, vel expectatur, vel jam impetrata est.

§. xiii. Utrum hodie prioribus *galeis* aliæ additæ sint, vel retentæ tantum prio- Galæ.  
res, aliunde adhuc discere necesse est.

## CAPUT LVII.

## Com. de Losenstein.

## ARGUMENTUM

1. *Familia ergo, Principes Styria, Marchiones, Comites, Dux, Pernecki, Hohenbergii, Schabrenburgi, Losensteinii.*

2. *Losenstein. Olim in matricula imperii.*

3. *Schallaburg Domini.*

4. *Gala, Losensteinia, Schallaburgia.*

## §. I.

**I**llusterrimorum Comitum *Losensteiniorum* origo ex vetustis *Marchionibus Sty-* Familia  
*ria* derivatur: quos ipsos deducunt à quidam *Finulpho* (ut est apud *G. Euse. Germ. or. go.*  
*Stemmato gr. P. 2.*) ex genere *Hunonis Welphi* princi, qui circa 408. *Styria* praefectus  
fuerit: avus *Ottocaril. Odoacri*, qui Augustulum imperio dejecterit. Hujus præcepore  
vocant *Ottocarum & Odoacrum II. ex Styria principi Episcopum Laureacensem* 624.  
cujus



**Principes Styriae** & **Marchionates.** cuius frater *Rudigerus Styriae princeps Dietmarum* genuit, patrem *Alberti & Ottocarii* III. qui monasterium *Tigernensis* condidere, & *Marchiones Styriae* creati sunt, ille demum monachus factus est, hic *Marchiones* reliquos prosevit. In quibus ultimus *Ottocarus X. vel XI. Dux Styriae* 1167. claruit, sed *Leopoldum Austriae Marchionem* heredem scriptis. Porrò *Ottocarus VI. Styriae* primus *Comes dictus Ottocarum VI. Alberonem* s. *Albertum*, & *Bernardum* generat: quorum ille reliquos *Marchiones* exice dedit, proavus dicti *Ottocarii* primi & ultimi *Styriae Ducis*: hic *Bernardus* per duos filios *Gundaccarum Comites & Dominos Pernecti*, *Othonem* autem *Dominos Hohenbergae* servit: (Unde hi quoque panthera uti, si fides *Lazio de migr. gent.* l. 6. p. 177. illi nigra in clypeo argenteo, hi candidainato, quod superius cap. 9. n. 38. addendum fuerit.) *Iste (Albertus s. Albero)* cogn. *Waldgau* occubuit 1072. pater *Gundaccari*, quo alius *Gundaccarus* natus est, conditor arcis *Stahrenbergi* 1176. Hoc geniti sunt *Gundaccarus* & *Dietmarus*, quorum illo *Stahrenbergi* sati, hic *Losensteinorum* pater fuit, qui in diversas lineas abivere: In primis in *Rudolphi*, qui 1449. obiit, filii *Georgio & Wilhelmo*. Ex illo descendit *Georgius Achatius Comes & Dominus de Losenstein*, matrificallus provincialis inferioris Austriae & Venationum supremus *prefectus*, *Ferdinandi III. supremus stabuli magister & confiliarius intimus*.

**S. 11. Scutum** quod attinet, illud *Sibmachi Wapenb.* P. 1. p. 22. representat quadrupitem. In primo & ultimo laterculo conspicitur *panthera* (aliu gryphem aliis destitutum nominant) ex *auro*, ignes ore & auribus evomens, corniculus *nigrus*. Alii qui primitus *duumia* tantum fera utebantur, quam *Stahrenbergi* servarunt, alii integræ delectati sunt. Solum *Sibmacherus atro* colore pingit, alibi *carniculum* colorem attribui lego. *Laz. de migrat. gent.* l. 6. p. 177. *Pantheram* hanc *auro*, *parmam minio* tingit. Hoc symbolo gentilis origo denotatur. *Panthera enim talis Styriae* dœvua est, quod vidimus c. 9. n. 35. 38. Ceterum *Losenstein*, unde nomen sumfere, arcem prope *Steyr Austriae*, *Odoacer Bohemicus Rex Austriae* Dominus 1252. huic linea concessit. (In diplomatico vocatur *Loffstein*.) Inde arcem *Losenstein leontem* condidere. Porro *Losensteinii* in matricula Imperii quandam legebantur. Ut videre est apud *Linn. Jur. publ. I. 7. n. 30. & 4. 7. n. 67.* Et illis assignati erant tres, & ex moderamine Wormatiensi duo equites, pedites vero 13. qui dein ad duos reducti. Sed deinceps ab Austria domo extinti sunt.

**S. 11. Area secunda & tertia** *rubea* est, & *leonem coronatum* continet diagonaliter *ne scutum* (nach der schrems abgetheister Lviv) *superiori corporis parte aurea, inferiori carnnea*: quod dœvus etiam *Zelckingu Domini*, vide *Wapenb.* P. 1. p. 20. gesse ob dominium de *Schallaburg*, quod titulis suis gestabant. Cum vero illud dominium ad *Losensteinios* pervenisset, hanc etiam quadram ipsi ascivere. Fuere vero veteres Domini, qui illo symbolo usi, de *Schallaburg*, quos ex *Scalanis* & *Scaligeria* detinare conantur.

**S. IV. Galæ** scuto insistunt duas, utraque coronata: ex priori inter duo cornua nigra foliolis s. corculis consperta auris *et solapè* feræ scutariae ignivomæ cornuta & coronata eminet: ex altera protenditur jugum complicatum alarum rubentium, foliis item aureis consperlarum. Alteram *Losensteiniis* laterculis, alteram *Schallaburgus* respondere in prolixi est agnoscere. Laciniae aureæ sunt, cui metallo altero latere niger color, altero rubeus adduntur.

## CAPUT LVIII. Domus Lotharingica.

### ARGUMENTUM.

1. *Domus Lotharingica.*
2. *Scutum & ejus arcule.*
3. *Polonia Andine maiores.*
4. *Hungaria regnum. Reges. Titulus ad Andinos.*
5. *Andinum symbolum. Neapolitanum regnum. Regum successio. Jus Andinum.*
6. *Hierosolymorum regnum. Unde jus.*
7. *Aragonie. Polonia prætensio ad Andinos. An Provincianotetur?*
8. *Andina secunda familia. An prætensio in Provinciam?*
9. *Barrum. Comites. Duces. Successio ad Andinos. Lotharingos. An Imperialis vel Francie juris? Francia incorporatum.*
10. *Geldria. Ejus Comites. Duces. Unde prætensio ad Lotharingos?*



11. *Juliacum*. Quando Geldriti jungi ceperit.  
Unde tessera ad Lotharingos?
12. *Lotharingia*. Duplex. Duxes. Ex Alfatica  
familia C. Valdimontu. C. Egesheimu. Dn.  
Florentii. Linea Francica. Mercuriani.  
Caroli Dux sata. Successio.
13. *Aquilarum origo*. An a Godofredo Bulioneo.  
Balthemis Alfonsum.
14. *Apex*. Telamones. Lemma. Quae ex aquilis  
dignitas? *Crus Hungarica*.
15. *Palkum ducale*. Ejus significatio.
16. *Militaris tessera*. clamor. Princ. Princ.
17. *Vetera Lotharingia insignia*. Scutum Renati  
Andini. Renati II.
18. *Discernicula Duxum Mercurii*. Guifisi. Me-  
dranii. Caprisi. Jonsani. Engolismensis  
tessera. Iosifana. Iosifana familia.
19. *Discernicula Duxis Aumalii*. Elleborii. C.  
Riuifi. Com. Atoniorii. Symbolum Orna-  
mentum. C. Harcurii.
20. *Titulus*. Lotharingia quomodo sub imperio?
- Calabria. Pontamousson March. Nomen-  
num. An tantum ratione hujus Duci locus  
incomitus? Provincia. Ejus Domini. Ius  
Lotharingorum. Valdimontium. Blamone  
s. Albimontium. Zutphania Com. Servver-  
da Com. Salmensis Com.
21. *Ti tili Guifisorum*. Aten orum. Guifa. Huius  
Dominis & successo. Ionvalla. Ejus Domini.  
Successio ad Lotharingos. Alesia. Pontivis  
Com. Ejus Domini.
22. *Elleborvalneae tituli Elleborium*. Harcurium  
Rusifum. Rupis fortis Com. Bavaricum.
23. *Tituli linea Harcuria Carnis C.* Brion. C.
24. *Prætensiones in regnum Hierosolymitanum*.  
Prætensio Pontificis. Fundamenta. Præten-  
sio regum Francie & Hispania, exjurere regni  
Sicili. Fundamenta. Prætensio domus Lo-  
tharingiae. Prætensio domus Sabaudice.  
Cruces Hierosolymitanæ usitata. Montofer-  
ratensis & Urbinatebus & Badensi  
March.

## §. I.

**S**erenissimæ Lotharingicæ domus, cum Augustis & regiis familiis multiplici affinitate. **Domus Lotharingica.**  
Ste conjuncte, insignia, explicare ordo jubet. *Quæ Sibmachi. Wapenb. P. 1. pag. 6.*

exhibit.

§. II. Scutum ter in longum & semel transverse secatur: Prima arcola *trabes* l. f. scutis & argenteas & rubeas Hungaricas exhibit: altera *carulea* liliis Francicis spargitur, adiecta lambella trifida (al. quadrifida) coccinea, qua Andina prior regia familia notatur, & ejus causa, quod tenuit, regnum Neapolitanum: tercia argentea Hierosolymitanas cruces, auream nimurum majorem patibulatam & minores quatuor, exhibit: quarta aurea quatuor palis rubis Aragonicis exatur. Quinta qua inferioris ordinis prima est, carulea floribus liliis aureis conseruit, & limbo circumdatur rubro, designanda Andine familia posteriori. Sexta carola continet leonem in lavam conversum aurum, cauda duplice, f. fissili, corona, falculis & lingua aureis, & septima aurea leonem nigrum falculis & lingua rubens. (Alii dentes & falculas argento tingunt, sola lingua sanguinea.) De quorum leonum significatione deinceps dicetur. Extrema carulea crucibus brachialis & inimo spiculis aureis consistit a duos mullos barbatos obversos ejusdem metalli dentibus & oculis argenteis exhibit, Barrense symbolum. Toti incumbit parvula aurea cum baltico rubeo tribus alerionibus seu aquilulis rostro & cruribus miniatis, (aliu columbas, aliu alaudas vocant) argenteis impresto, *Lotharingicum* dicitur.

§. III. Scuti majoris quod concernit arcolas, excepta sexta & septima, omnes *Jolanda* acceptum fert familia *Jolanda* *Andina* *Fridericis Lotharingicis* *C. Valdimontu uxori*. Cu- *Andina* *majoris* jus maiores hic enumerare opere pretium fuerit, ut exinde ratio dicendorum ex parte constet.

Jolanda Andina uxor Fri- derici Lo- tharingi.	Renatus An- dinus Rex Neapol. f. Siciliæ. † 1480.	Ludovicus I. An- dinus R. Siciliæ. † 1417.	Ludovicus I. Dux Andinus: ex adoptio- ne Joannæ I. Rex Siciliæ f. Neapolita- nus † 1385.
		Jolanda Arago- nia. † 1442.	Maria f. Catoli Blesensis D. Britanniæ. † 1404.
Isabella Du- cissa Lo- tharingia. † 1453.	Carolus Dux Lo- tharingia. † 1430.	Joannes Rex Aragoniæ. † 1395.	Joannes Dux Lotharingia. † 1382.
		Margareta Pala- tina. †	Sophia f. Eberhardi Com. Wirtenber- gix. †
	Rupertus Com. Palatinus Rheni, Impe- rator. † 1414.	Rupertus Com. Palatinus Rheni, Impe- rator. † 1414.	Rupertus Com. Palatinus Rheni, Impe- rator. † 1414.
		Elisabetha f. Friderici Burggravii Norim- bergici. † 1409.	Elisabetha f. Friderici Burggravii Norim- bergici. † 1409.



Hungaria  
regnum.

§. iv. Primus laterculus *Hungariam* notat, amplissimum antequam à Turcis discepere cur regnum, utpote quod ab Hadriatico mari ad montes Carpatios, Polonorum & Russorum terminum, inde à Germania confiniis ad Walachiam, Bulgaria et Macedoniam protendebatur. Habuit hoc regnum ab *Attila* famigeratissimo *Dei flagello* reges suos *Hunnicæ* profapiæ, donec hæc in Andrea III. vel Veneto 1301. deficeret. Ceterum Stephanus V. regis filia *Maria* 1277. nups erat *Carolo II. Andino R. Neapolitano*, & ex eo generat *Carolum Martellum*, qui avunculo *Ladislao* mortuo heres regni declaratus, & coronatus est à Papa 1290. cum verò ei Hungari præfatum *Andream Vincetum* oppoluissent, non nisi hoc 1301. mortuo & ne sic quidem plene eo potitus, sed breviter extinxetus est. Succedit filius *Carolus Robertus I. Robertus*: huic quoque oppositiæ factio Wenceslaus Rex Bohemicus & Otto D. Bavariae: tandem à Legato Pontificis eo persuasi Hungari, ut post vicennale civile bellum cum recipenter: unde à legato coronatus est 1310. Filium hic habuit *Ludovicum Andinum*, qui *Poloniæ* etiam Rex, moriens 1382. reliquit *Mariam & Hedwigem* filias: ab hac *Iagello Lithuaniae* vel Christiana religione imbutus *Vladislaus Poloniæ* regnum, ab illa *Ungariam Sigismundus*, qui dein Imperator, non tamen sine difficultate obtinuit; ex Sigismundo nata *Elisabetha Alberti Austræ* uxor, qui ob eam Rex, & post eum, in contentione tamen cum *Vladislao Polono*, ejus posthumus *Ladislau*. Inde *Matthias Hunniades* electus est: deinceps *Vladislau Polonus Ladislai* ex sorore nepos, post hunc filius *Ludovicus*, & demum ejus sororius *Ferdinandus Austracus*: post quem non nisi ex eadem familia sunt reges. Ceterum post Ludovici mortem adversus *Mariam* filiam ab aliquibus Hungariæ proceribus vocatus & Rex coronatus erat *Carolus Dyrrhachius cogn. parvus, Rex Neapolitanus, ex Andinis*, 1385. verum paulo post intercessus. Ex eo filius quoque *Ladislau* non modo titulum *Hungaria* servavit, sed & 1403. adversus *Sigismundum* à procerum aliquibus rex coronatus est: Verum *Sigismundus* prævaluuit, eumque regno denuo ejecit. Manit tamen ut fieri solet *titulus*, atque ita ad sororem *Ioannam II.* translatus est, qua moriens 1435. *Renatum* agnatum, *Jolande* patrem, heredem scripsit. Ita *memoria* potius quam *jus* regni Hungarici (utpote elecione conferri soliti) ad *Renatum* & ab hujus filia ad Lotharingos venit, atque nunc quoque servatur.

*Titulus ad*  
*Andinos*.

§. v. Proxima areola *liliis* *consta* & *lambella* *distincta* (quam *Wapensb.* perpetram omittit) absque dubio *Andinum* *familiam priorem* initio notavit: Quæ iniunctum sumit à *Carolo Ludovici VIII. & IX.* regum filio & fratre. Cum verò hæc familiæ, mox dicam, *Neapolitanum* regnum obtainuerit, inde factum videtur, ut ipsi *rgno Neapolitano* hoc hæcerit *δῆμος*. Nisi quod *Brianvill. jen d'arm. pag. 61.* lambellam scuti *Neapolitani* quinque partium constituit. (Sed *Chriffl. Ins. Eq. A. V. n. 72. tristidam* esse patitur.) In scuto tamen Hispanico, ut in titulo *Neapolitani regni* non sit mentio, sed illud sub *utraque Sicilia* intelligitur, ita nec hujus symboli est vestigium, ut pariter in eo *δῆμος*, quod *Sculum* esse perhibetur, *Neapolitanum* timul sit: conf. c. 38. n. 16. 17. Porro præfatus ille *Carolus Andinus*, cum *Manfredus Sicilie* regnum à Pontifice tene-re nollet, contra eum 1263. al. *Urbano IV. Papa Rex* declaratus, & à successore *Clemen-tie VI.* 1266. coronatus est, ea lege, ut annum tributum solveret. Inde *Manfredum* prælio vicit & excedit, & *Conradinum* captum extremo affecit supplicio. *Siciliam* tamen insulam denuo amisit, de qua successoribus ejus, qui continentem s. *Neapolitanum regnum* retinuerunt, cum Aragonis successoribus continuas contentiones & varia pæcta. Ceterum mascula progenies Caroli in una linea defecit in *Ioanna I.* abnepte. Hanc cum *Urbanus VI. Pont. fex* 1380. excommunicasset, ejusque regnum *Cirolo Dyrrhachio* agnato concessisset, ea *Ludovicum Andinum*, secunda Andinæ familie autorem, *Joannis R. Francie* fratrem, adoptavit eodem anno: Sed 1382. in adversatii manus incidit, & qua morte priuum maritum sustulisse dicebatur, ejus jussu strangulata est. *Ludovicum* autem 1382. Papa Avenione coronavit, sed adversus *Carolum*, quod regnum occupaverat, frustra fuit. Patri dein successit *Ludovicus II.* à Pontifice coronatus Avenione 1387. Hic *Neapolin* cepit, cum verò recessisset, *Ladislau* & urbem & regnum recuperavit. Hujus filium *Ludovicum III. Ioanna II.* Ladislai soror adoptavit consensu Pontificis *Martini V.* Demum hic & *Joanna II.* testamento reliquerunt heredem *Renatum*, illius fratrem: qui tamen ab *Alfonso Aragonio* expulsus non nisi *jus* retinuit. Moriens 1480. in regno heredem scripsit fratris filium *Carolus IV.* qui tamen non nisi

*Regum*  
*successio.*

*Jus Andi-ni-*  
*num.*

autem 1382. Papa Avenione coronavit, sed adversus *Carolum*, quod regnum occupaverat, frustra fuit. Patri dein successit *Ludovicus II.* à Pontifice coronatus Avenione 1387. Hic *Neapolin* cepit, cum verò recessisset, *Ladislau* & urbem & regnum recuperavit. Hujus filium *Ludovicum III. Ioanna II.* Ladislai soror adoptavit consensu Pontificis *Martini V.* Demum hic & *Joanna II.* testamento reliquerunt heredem *Renatum*, illius fratrem: qui tamen ab *Alfonso Aragonio* expulsus non nisi *jus* retinuit. Moriens 1480. in regno heredem scripsit fratris filium *Carolus IV.* qui tamen non nisi




non nisi titulo Rex fuit, & 1481. heredem *Ludovicum XI.* regem nuncupavit. *Iolanda* tamen Renati regis filia *regina Siciliae* nomen summis, à qua ad posteros illa areola propagata. Unde *Bzov. T. XIX.* ad ann. 1527. n. 5. refert: Expeditioni Pontificis in regnum Neapolitanum interfuisse Com. Valdimontium Loutharingum: *Qui ob antiqua Renati Regis iura ejus regni successionem ad se spētare oebat, & quem Pontifex Vicarii sui honore ornaverat.* Ob hoc etiam apud *Lima. Inv. publ. T. V.* ad 3, 6. p. 186. ex *Sixto Sommero* allegatum legitur de sessione *Lotharingi* Ducus in comitatu: *So ein Herzog von Lothringen in eigener Person entgegen / soll er in mitten der Session hunder dem Erzbischoffen von Trier gesetz werden / als ein König von Sizilien.*

§. vi. Contiguus illi laterculus est *Hierosolymitanus*: de quo illicet obseruandum, <sup>Hierosolymorum regnum.</sup> quod *Carolo Andino* primo stirpis auctor 1276. *Maria Antiochia Princeps Rupini vel Raymundi & Melisende Amalrico R.* Hierosolymano natu filia, vidua Friderici, qui *Fidei* r. Imperatoris filius, princeps *Antiochiae & Tusciae* fuerat, jus quod in *Hierosolymorum* regnum haberet, cesserat, ob quod se *regem coronari curavit*, & *Rogerium Sanseverinum* in Syriam gubernatorem misit. Ex eo titulus & pretensio ad posteritatem transmissa, atque cum Neapolitanis ad Renatum devenerat, inde ad Lotharingos. Sed de hac vide infra n. 24.

§. vii. Extrema superioris ordinis quadra *Aragonie* regnum designat. Nam *Aragonie Iolanda Aragonia* Joannis Regis filia erat. Defuncto autem Joanne frater *Martinus & fraternali testamento & statuum declaratione regnum nactus*, atque adversus *Matthiam C. Foxium*, qui *Iolanda* majorem natu sororem *Joannam* uxorem habebat, <sup>Jolande</sup> <sup>prætentio ad Andinos.</sup> mis tuitus est. Martino autem 1410. extinto, plures competitores erant, & contituti ad dirimendam controversiam judices reliquis, in quibus *Ludovicus II. Andinus* & *uxor eius Iolanda*, exclusi, regnum *Ferdinando C. Castellano* Eleonorae (qua Martini soror) & Joannis R. Castellari filio adjudicarunt. Unde illa etiam quadra *memoriam prætentioi* solani servari existimo: Ex eo enim nemine turbante Ferdinandi posteri & ab his ad hunc diem *Austriaci* regnum tenuerunt atque adhuc tenent. Renatus autem Lotharingus *Jolandæ* filius titulum non tantum *Neapolitanus & Hierosolymitanus* sed & *Aragonie* regis sumis. Porro quam nos hic tesseram Aragoniam diximus, miror <sup>An Provin-</sup> unde *Provinciales* dicat *Chifflet*, cum *Antonii* Ducus laterculos superiores ita enumi- <sup>vincia regis</sup> rat: primus Hungaticus: secundus Neapolitanus: tertius Jerololymitanus: quartus <sup>secundus</sup> *Provincialis*. Quamvis in Provinciam jus sibi aliquod vindicant Lotharingi, à Renato tamen Andino, non ab Aragonis immediate, qui olim eam tenuerant, illud detinabant. Tum insigne *Provincie* est, non uti olim sub illa gente, palis Aragonis exarata, sed *lilio aureo & fasciola trifida rubea* (*Andinorum causa*) imprecta carulea parma.

§. viii. Inferioris ordinis prima area *Andinam* secundam familiam à *Ludovico Joannis* regis filio & *Carol V.* fratre ceptam designat, cuius successor ad Lotharingos <sup>Andinam secundam familiam.</sup> per *Iolandam* delata est. Ex *Thuano* etiam patet, superiori seculo Lotharingorum potestitia in aula Francica crescente, querelas ab his motas esse, *Andegavensium* libi <sup>Appren-</sup> *cipatum & Provincia comitatum* inuite erexit L. 23. p. 1037. Unde *Cardinalis Lotharingus* Romam profectus etiam *Andini* nomen aillumferat, paulatim scilicet in regiam tam- <sup>tentio in Provin-</sup> liam inserere cogitans. Sed addit *Thuano* L. 24. p. 1095. *Momorantius*, quo consilia ambitio- <sup>comitiam.</sup> se gentis tenderent, subdoratus regi auctor fuit, ut Lotharingos moueret, *Andegavensium* plus insignibus contenti essent, nomine abstinerent: tunc & à *Guisianis* schedula redditu, quoniam ab *Henrico*, cum *Delfinus* esset, blanditiis & pravis artibus extorserant, qua princeps facilius de restituendo *Provincia principatu*, cum primum ad regnum venisset, fidem interposuerat. Ceterum *Andegavensium* principatum Renato mortuo Rex tanquam apennagium ad se revocavit: *Carolo* ejus nepoti vero, pro iure quod in eum preten- debat, Comitatum *Bellofortum* dedit. *Provinciam* vero ab eodem *Carolo* Rex heres scriptus obtinuit.

§. ix. Ultimus laterculus *Barrensem* ducatum notat. Primum *Barrensem* comitem lego ex Ardennatis *Fridericum* comitem 951. quidein 959 *superioris Lotharin- Comites Ducces-* gie Dux fuit: hujus proneptis *Sophia Ludovicus Comiti Montispellicardi & Moncionis* comitatum avitum attulit, à quo filius eum habuit *Theodoricus*, & (cuius fratres *Theodoricus C. Montispellicardi*, *Ludovicus Moncionis*, *Fridericus Pireensis* & horum sator) nepos *Reinaldus*, qui distinctionis gratia *cruciculis* scutum confecit, & tristis in mullos



*mullos barbatos nominis causa mutavit. Brianvill, seu d'arm. p. 52. Ab hoc reliqua comitum familia: ex quibus Robertus primus Marchio Pontamensis & dein Dux Barri (ad huc incertum, ab Imperatore an Rege Gallie?) creatus est: ei succedit filius Eduardus III. & post hunc frater Ludovicus prius Cardinalis, qui 1419. Renato Andegaventii, sororis sue nepoti 1419. Ducatum legavit, & 1430. vita functus est marium genitum ultimus. Renatus vero Andinus Renato Lotharingo nepoti suo 1479. cundem transcripsit. Unde ex eo in familiæ potestate fuit. Ceterum Barri ducatus in Imperii potestate, an ob Campaniam Francicum feudum sit, præter alios in primis inter celeberrimos vitos Ioh. Jacobum Chiffletum & Davidem Blondellum disceptatum est. Confer post eos Herm.*

*An Imperialis vel Francicæ juris? Francicæ incorporatur.* *Conring, de finib. Imp. c. 7. p. 56. seq. c. 27. p. 688. seq. Cum diu Barrensis ducatus in familiæ potestate fuisset, illa demum occasione amissus est: cum Pyrenaæ pace 1660. Carolus Dux nuper mortuus ditionibus quidem Lotharingicis restitueretur, sed excipetur Ducatus Barrensis, adeo ut hujus regio, opida & loca omnia, tam ea quæ palam à corona Francica dependerent, quam quæ aliunde dependere contulerentur, simpli- citer, cum quibusdam aliis quæ eodem tractatu denominantur, corona Franciae intellici- gerentur unita perpetuo & incorporata: Qui tenor est articulorum epus pacis 63. 64. Ceterum aureas has crux in spicula mucronata aliquis terminatas cruciculis à Rainaldo comite Barrensi in Syriam profecto 1147. adjectas, autor est Ioh. Iac. Chifflet. Comm. Loth. c. 23. Porro apud Haping. de jur. inf. c. 13. n. 151. aliqui collegunt, Comitatum de Chiny feudum esse Barrense, quod duos pisces in solo aureo crucibus confito gemit. Sed trutias esse alii perhibebant, cum Barrensum pisces sint barbiones in solo ceru- leo. Porro in ipsa familia Barrensi Domini de Pierrepont junioribus prognati discer- niculum addebat lambellam rubream.*

*Geldria.* S. x. Superiunt areole sexta & septima, duobus leonibus insignes, quorū prior *Geldricus*, alter *Zutfanus*. *Geldriam* quod attinet, ex provinciis Belgicis, ad Mosam & Rhenum porrectam, eam Otto *Nassovius* obtinuit, & 1079. à Lothario II. Imperatore primus dicitur *Geldrie* & *Zutfanie* comes investitus, cum prius jam 18. annis *Geldria* praefectus fuisset; quod ei obtigerat ab uxore *Adelheide* Wichardi de Ponte advocati vel vicarii *Geldrie* filia. Altera verò conjux *Sophia* f. *Wichmanni* Com. *Zutfanie*, istum attulisse fertur comitatum. Ex hoc facilis conjectura, unde *Geldria* hoc dñeux, nimirum à *Nassovius*, qui nunc quoque illo symbolo utitur, nisi quod area plinthidi- bus spargitur, quod discerniculum credere possumus. Olim verò *Geldris* in usu fuisse tres flores aureos esculinos (*Mespilblumen*) apud *Haping. jur.* inf. c. 6. n. 1282. seq. legi. Forte hi *Nassovii* etiam *Zutfanie* eadem insignia oppositis tantum colori- bus dederint. Porro ab Ottone illo reliqui descenderunt comites. Demum *Rinal- dus II.* à Ludovico Imperatore 1329. Francofurti ad Moenum *Ducali* axiomate orna- tus, & leoni scutario *corona* addita est. Ejus filii *Reinoldus* & *Eduardus* particidibus inter se conflictati sunt odisi. Unde factiores *Heckerorum* & *Bronchorstiorum*. Cura uterque sine liberis decepsisset, successit ex Maria forore nepos *Wilhelmus Dux Julia- tensis*, & post hunc frater *Reinoldus*. Cum hi etiam prole carerent ducatum *Ioanna* so- rot nacta est Ioh. *Arculci* uxor, mater *Mariae*, cuius maritus *Ioannes Egmondanus Gel- driam* occupavit. Ejus filius *Arnoldus Dux*, ducatum adversus *Rupertum*, qui *Rainoldi* vidua duxa *Geldriam* sibi vindicare conabatur, sibi asseruit: à filio *Adolpho* autem cap- tus & dein liberatus, ducatum *Carolo Duci Burgundie* vendidit, iterumque, moriturus, ob filii impiciatem transcriptis. *Adolfus* tamen *Carolo*, qui cum captivum tenebat, ad *Nanceium* casu iterum in libertatem assulitus paulo post cecidit. Demum ultimus *Egmondanorum* principatum tenuit, & varia fortuna te adversus *Burgundiam* domum tuitus est *Carolus Adolfi* filius. Tandem 1527. ita cum hac translegit, ut sine liberis decedens *Carolum V. Imperator* successorem haberet. Verum 1538. sub mortem ejusipius consensu & ordinum voluntate ad ducatum capessendum *Guilelmus Dux Juliaci, Cliviae & Montium* evocatus est, quem tamen *Carolus V.* ad cedendam *Geldriam* & ut suis regionibus contentus esset cogit. Ex eo *Geldria* in manu *Hispanorum* fuit, nisi quantum ejus cum aliis Belgicis provinciis in fedus coaluit, & nunc uniti Belgii primam provinciam constituit. Confer c. 38. n. 62. Porro præfati *Caroli Egmondani* soror *Phi- lippa Renata Lotharingia* Duci nupserat, ob quam *Geldriam* istius morte ad se specta- go. re Duces assumto hoc symbolo contendebant: ast potentiori cedere coacti sunt.

Inde



Inde est, quod apud Ren. Franc. *ess. de merveill. c. 42. p. 371.* sine his areolis clypeus pingitur, nempe non prius illis ornatus, quam Carolus mortuus esset.

§. xi. Leo qui sequitur, aliquorum sententia Flandriam notat. Ita Varenne, Sammarthan. & alii. Reete autem contradicit huic sententiae Labourer. orig. num. 41. quia in Flandriam nullum unquam jus Lotharingis. Prior ratio, que etiam a Geloto adducitur, quod Leo in hac areola coronatus sit, Flandricus corona caret, non militabit: nam In-  
Juliacum.  
liacensis etiam leo corona destituitur (*Wapenb. 2.p.4.*) & sine ea hic quoque pingi debet. Ceterum huic leoni locum istum tribui ex eo opinor, quia à Carolo Renati toro-  
& majoribus ita geri solebat: ex quo *Gulelmus dux Juliacensis* avunculo Geldrico sic Quando  
cessit, atque ita Geldriae Juliacum junxit, quo tempore etiam leonem Geldricum, ut *jungi ce-*  
*more Germanorum alterum contueretur, conversum* esse arbitror, cui prius situs ordi-  
narius in more quod fuerit, non est ut dubitem. Quamvis verò Guilelmo & fratri eius  
Reinoldo in Julia non successerit *Maria neptis*, sed agnatus Adolphus Bergensis dux,  
cum successione Geldriae tamen conjuncti manse leones: quod magnatibus solenne  
est, ut semel juncta ornamenta ægre divellant, etiam cum prætensionem ornare. Ita  
Lotharingi etiam servarunt, licet nullum quod sciam in Juliacum jus prætendent. Unde ref.  
fera ad Lo-  
tharingos?  
Lotharia-  
gia.

§. xii. Sequitur partula media toti impensa Lotharingica, que Geldrico & Julia-  
tensi symbolis nondum insertis aliquando locum obtinebat medium inter An-  
dina & Barrensa *disjuncta*. Hac Lotharingia notatur, Burgundia comitatu, Alsatia, Au-  
strasia, Lucenburgo, Barrensi ducatu & Campania concluia. Veteris Regni, initio Au-  
strasiæ, deinceps Lothario dicti Lotharingici *interregna*. De ducibus Lotharingie tracta-  
tio fere incertior est quam de aliis, ea in primis causa, quia duplex Lotharingia fuit: qua-  
rum altera inferior Brabantiam & confinia complectebatur, unde nunc quoq; nomen  
Lotharingia, de Lothier, in Hispanicis titulis ob Brabantiam legitur, vid. c. 38. n. 59.) altera  
Mosaellana dicta in primis quam nunc ita vocamus regionem continet. Unde que de  
illis principibus dicuntur, in quibus Godofredi aliquot celebres, pluries ad superiorem  
etiam trahuntur a plurimis scriptoribus: ut sèpe difficile sit discernere, qui cui Lotharin-  
giae imperant. Neq; nobis hic vacat rem pluribus excutere. Superiori inter alios pre-  
fuisse lego ex Ardennatibus *Fridericum C. Barrensem* 959. eusq; filium *Theodoricum* 984.  
& nepotem *Fridericum II.* alios. Inde *Ducale* axioma ad *Albertum* pervenit, qui 1047. cc.  
cedit successore *gerardo*, qui 1070. vita excessit. Hic ex comitatu *Alsatia* familia proga-  
ta, atq; *gerhardi* comitis filii erant: cuius frater *Albertus Metensis* comites prolevit. In-  
de ejusdem cum *Dagsburgicis*, *habspurgicis*, & qui ex his sati *Anfractis* & *Badensibus*, que  
nunc quoq; florent, familiis fuere originis. Nec video quid illi deductioni, postquam à  
*Vigniero* ei facta fides, solide opponi valeat. Gerhardo natus est *Theodoricus* & alius  
*gerhardus*, à quorum hoc descendunt *Comites Valdimontis* s. *Valdimontii*. Ex quibus  
Henrici IV. soror *Margareta* comitatu marito attulit *Ansclmo Dom. de Tonville*, cuius ne-  
ptis item *Margareta* hereditatem retulit in familiam avitam nupta *Friderico Lotharingo*.  
Theodoricus vero ille est, à quo plerique hujus gentis duces ordini solent. Sed aliam ei  
originem tribuunt. Hic pater fuit *Simonis Crassi*, *Theodoricis* & *gerhardi*: ab hoc *Egeshei-*  
*mi* comites, quorum hereditas deinceps ad *Hohenbergios* & ex eo ad *Habspurgos* dela-  
pli est: iste à matre *Flandria* comes fuit, & præter *Philippum* & *Matthaeum* post patrem  
comites *Margaretam* genuit, cui matitus *Baldunus* animosus *annone* comes de-  
buit successionem: ille vero (*Simoz*) dux Lotharingia ex *Roberto* filio Dominos de *Flo-*  
*rensis*, quorum hereditas ad *Lenonciarios*, inde *Marlaos*, demum *Alarcanos* delapsa est,  
*ex* majori autem filio *Matthaeo*, Duces Lotharingia propagavit: hoc enim & *Inditha*  
*Svevica* *Friderici Barbaros* Imperatoris sorore natus *Simon Dux*, & *Fridericus Co-*  
*mtes Bitzsch*, pater *Friderici*, qui post patrum ducatum tenuit, *Theobaldi* & *Matthaei II.*  
ducum pater. Hoc genitus *Fridericus*, & *Friderico Theobaldus II.* cui ab uxore he-  
reditas dominiorum de *Rumigny* & de *Fleurines*. Is pater *Friderici*, avus *Rudol-*  
*phi*, proavus *Ioannis* & abavus fuit *Caroli Audaci* ducum. Carolo superfuere non  
nisi filia, inque ns *Isabella Renato Andino*, de quo jam aliquoties diximus, nupta.  
Hic ob eam *Ducatum* tibi asseruit: repugnante uxoris patruei *Antonio Lotha-*  
*ringio*, *Friderici*, cui *Valdimontia* successio ab uxore, filio. Hic *Antonus Lo-*  
*tharingiam* *masculinam* perhibens *feminam* succedere noluit, licet *Sigismundus*  
*Imperator* 1434. Balilex pro *Renato* pronunciasset: ipse vero favore subnoxus  
*Philippi Burgundie* *Ducis* 1431. *Renatum* superatum cepit, nec dimisit, nisi pactis *Lineæ*  
*Francie*, *nuptiis*.



nuptius *Iolandae Renati filiae & Friderici*, qui Antonii filius erat. Porrò eidem Antonio ab uxore *Maria Harcourtia* hereditas allata est *Aumaliam, Meduanam, Elleborvum*. Ad filium *Fridericum*, quod modo dixi, ab uxore redit *Lotharingia*, nec non *Andina*, de qua tractavimus, successio. Natus est his parentibus *Renatus*, qui regum à matre titulum asumpsit, pater *Antonii atque Claudi*. Hic sator est *Lotharingiorum*, qui in *Gallia* fortunæ sue sedem posuere: de quibus §. 18. Ille Dux cum *Ferdinando R. Rom. 1542.* ut ducatus liber esset, pactus est (de quo consulatur *Celeb. Corring. de finib. Imp. Germ. c. 27.*) *Francisci*

*& Nicolai* pater: ab hoc *Mercuriani, Chaligni, & Moriaci*: ille pater *Caroli Ducis* fuit: quo geniti *Henricus Dux & Franciscus Com. Valdimonis*. Henricus sine trasculis existens, ex *Nicolaia* filia *Carolum* fratris filium generum ascivit. Hic initio uxorio nomine ducatum tenere visus, dein proprio eum servare voluit, cum pater ejus *Franciscus Henrico* mortuo successionem ducalem ex quadam *Renatis* sanctione familiariter, quam prius

*Carolus* ignoraverit, arrogaret, & mox filio transcriberet. Inde gravissimi motus: *Nicolaia* a marito deserta patrocinium suscepit *Francia*: unde *Carolus* non simplici vice *Lotharingiae* ejectus, apud *Hilpanos* perfugium habuit. Post plures tractatus, quos enumerare longum esset, pace *Pyrenæa* certis conditionibus in ducatum *Lotharingiæ*, cuius jus 1657. Nicolaia mortuus regi *Francie* cestrat, restitutus est 1662. novo tractatu sua Regi cestit, cui contradixit ex fratre nepos. Demum suo ducatu ejectus in Germaniam se recepit, & ito bello federatis adversus Gallos sociatus hos ad mortem usque infestavit. Eiusuper est ex *Beatrice Cusancia* durante primo matrimonio suscepitus *Carolus Henricus princeps Valdimonii*. Successionem autem ex fratre *Francisco Nicolao* (qui pridem *Cardinalis*) nepos *Carolus*, sibi vindicat, & armis vel pactis restituat.

*Successio.* S. xiii. Hec, cuius moderatores modo recensuimus, *Lotharingia* symbolo praefato insignitur. De ejus ortu illa communis traditio est, *Godofredum Bulionem*, celeberrimam in Palestinam expeditionis Duce captis Hierosolymis, cum in turrim Davidicam sagittam jacularetur, tres alites transfixisse: qui ob hoc illatis sint scuto, cum symbolo (apud *Vulson*). *Casus ne Deuse*. Ceterum de hac ratione vel origine, mea quidem opinione, recte judicat *Laboureux l'orig. n.64.* *La mienne* (lc. opinion) est, que c'est une pureable, fondée sur la figure de ces armoiries, qui est un argument trop foible, pour nous persuader, que les Ducs de Lorraine successeurs de Godefroy ayant laissé en arrière plusieurs actions heroiques de cet homme incomparable, pour conserver la mémoire d'une galanterie, où la vertu a moins de part que la fortune; ny qu'ils ayent mesprisé le jugeement de la plus florissante & chevaleresque noblesse de la Chrétienté, qui d'un consentement unanime decerna au prince Godefroy les célèbres armes de Hiernsalem, pour s'attacher à cellescy, qui ne convienne aussi bien à un chefit gibayeur, comme à Godefroy de Buillon. Sententia mea est, meram hanc esse fabellam, nixam figura insignium, quod argumentum nimis quam debile est, ut nobis persuadeatur, Duces Lotharingia Godofredi successores plurimis actis heroicis Viri incomparabilis omisssis studuisse conservationis facti aliquibus lepidi, in quo fortuna quam virtuti potior locus; vel aspernatos esse judicium floridissimum & equestrium decorum studiissima nobilitatis ex toto Christiano orbe, qua communis consenſu Godefredo decreverat arma celeberrima: Hierosolymitana, ut bullis inhärent, que nihil repräsentant, quod non aequen sello aucipi quam Godefredo Bulioneo convenire posset. Addi potest *Godofredum Bulionem* non *Mosellanica Lotharingia*, de qua hic item, imperasse, utpote quam eo tempore *Theodoricus ex Alsatis* regebat, sed *inferiori*; quomodo ergo istius insignia ad hujus posteros delata forent? Cur non malimus dicere, *Alsatice genti baltheum illum placuisse ab antiquo?*

*Baltheus  
Alsatorum*

Ita enim baltheum rubrum in aurea parma *Badenses* quoque gerunt, ex Alsatis & que ac *Lotharingi* prosat. Ita ipse *Landgraviatus Alsatia* baltheo auroeo (præter alia ornamenta) in clypeo rubeo notatur. Sic *Lazius* baltheum ab antiquis *Aufbraisi* derivat, sed ut parvula argento & coco fulgeat. Ast tincturæ diversitatem, etiam cum eadem origo est, frequentissime observare licet. Alites quod attinet, allegat *Ioh. Jacob. Chifflet. Comm. Lothar. ex Guilb. Britone*, quod illis instructus *Theobaldus Dux Lotharingia in Bovinensi* prælio pro Ottone IV. Cisare strenue dimicavit:

*Excitat ex alia Lotharingos parte bilingues  
Dux suis, aurivolis replicantes agmina signis.*

Addit:



Addit: Signa Theobaldi Duci aurivola vocat à piëtis aquilulis, qua vento agitate, expansis alis per auras videbantur volitare. Examinat hoc Blondell. Barr. Camp. Frane. pag. 95.

§. XIV. Scuto hunc in modum disposito imponitur cassis diademata tortili ex <sup>Apx</sup> ~~ex~~ auro & coco testa, & coronata, cui insistit aquila expansa argentea aurocoronata. <sup>Apx</sup> Duci Guisso vidi dari aquilam ex orientem. (vitio sculptoris, an distinctionis gratia?) Prius Renatus II. dux pro apice Barrensem gestabat draconem, uti comites Lucenburgii & alii. Sed & veteribus in usu signum draconis fuisse passim legitur: quod de Ottone IV. in Bovinensi prælio allegat Chifflet.

Erigit in caro palum, paloque draconem  
implicat, ut possit procul hinc atque inde videri.

Phaleræ dependentes utroque metallo & coco tinguntur. Telamones verò assistunt item <sup>Telamo-</sup> ~~de~~ <sup>du-</sup> aquile litu naturali, coronatae, quibus ex collo dependet rosarium, cum duplice s. Patriarchali vel Hungarica cruce, <sup>Lemma.</sup> qua vulgo Lotharingia appellatur: cum lemmate, quod alicubi addividi; <sup>Q. ex</sup> Devot ly suis Ex his aquilis insignis decus ducum colligit Chifflet. l. all. Lotharingia Duces jure optimo se ferunt Imperii principes majores, <sup>Q. ex</sup> <sup>ag. q. d.</sup> quorum insignis gentilium tot aquilis veluti signi præfulget, in scutis baltheo, in galeo co-<sup>gnatus</sup> no, in telamonibus. Quocirca Petrus de Blarrorivo Parisiensis Renatum II. Lotharingia & Barri ducem vocat Aquile pullum; additque ad sui carminis marginem, Pr. n. c. pos. qui sub Imperio degunt aut de feudo imperu tenent, pulli aquilæ dicuntur, id est, Imperii, n. cuius insigni aquila piëta est. Sed examinat hanc prærogativam, si qua inde colligatur, D. Blondell. Barr. Camp. Frane. p. 95. Idem Chifflet ita de Hungaricæ cruce: Crux isti re- <sup>Crux Hen-</sup> gria Hungarica: Priscenim Pannonia reges, à quibus Andegavi se ortos prædicabant, prius <sup>Bascia</sup> quam præserunt parvam octonis ex argento & minto tauris transversis exaratas, scuto uebantur argenteo, bifida cruce coccinea impresso. At rubrū geminata & crucis colorē Renatus I. Dux Andegavia immutavit: ejus enim scutum (quod prostat in facilio sancti Mauriti Andegavensis, cum aliis Procerum ordinis Lanæ crescentis, ab eo instituti) à sinistra parte sustentatum cernitur aureo arboris trunco, qui virentibus surculis reviviscit: à dextra autem auro corvo, ejusdem metalli corona collum redimito, cum apicata cruce nigra; quæ à globolorum fertulo in corvi pectus propendet. Renati I. filius Iohannes Dux Calabria, eodem usus est crucis colore nigro. Observavit enim Iohannes de Hayn, Eques Hannonius, in pugna montis Hericu, cu: præfens aderat, anno M CD LXV. Dux: Calabria capistratis equites gestasse Bandas, seu tamias albas, nigris crucibus geminatis acupictas. Lotharingi porro sanguinis Duces, Iolandæ Andegavia, Renati I. filia, Ioannis fratre, progeniti, servata Hungarica crucis forma, atrum colorem in aureum commutaranit; ut unius turque etiamnum tessera illa, quam vocant Lotharingia crucem.

§. XV. Tegere solent clypeum pallio ducali, quod recentioris inventionis est: in patrum eo acu piëta viuntur areolæ scuri, veluti Sammarth. aquilulae & barbiones: interius <sup>ducali.</sup> verò fartum conspicitur pelle muris pontici, non verò uti S. b. mach. trifoliis, in quam speciem maculas nigras transformavit. De hoc pallio ita philosophatur Chifflet. l. c. I. i. f. ita est aurea chlamyde, Lotharicis aquilulis Barrenibusque nullis exterrim: piëta, & instus <sup>fus. sign.</sup> pellita; sed nulla supereminente umbella. Cum enim Augustale tentorum duabus coniunctis auo partibus, culmine nemp. l. r. degrediuntur & prætentis sifariis, que pallium componunt, duces quantumvis excelsi & prærogativis aucti, non usque eorum alterutro scuta sua adornant. Ex causa, Atchiduces Austris solo pileo coccineo, acuminibus ex pont. co. vellere cochlearium reducito utuntur: Britannæ olim duces galero item solo, macchiois pellibus intus obdulto, & equaliter reducito: Lotharingie & Savaduæ duces, pallio tantum, nulla superstans umbella s. petaso; scilicet ut palam fiat, principes illos à majori altera & excelsiori potestate jura supremis accepisse, atque adeo papulor. i. dignitate p. virtuti duntur, & conspicuos esse, qui integer & ad instar sacrarii, tholo veisque corstant, ad solos attinet imperatores & reges, qui nullum in terris aliam sufficiunt potestatem.

§. XVI. Militarem clamorem Ducibus assignant Prini Prini. Ita Chifflet. loc. numer. Prineum castris nomen ad Mosellam, Metas inter & Pontem Moncenis, in cuius excelsiore turre suspension erat as campanum, vulgo dictum Mandeguerre, hoc est, <sup>Militaria</sup> clamer imperans bellum; quia imminentis belli publicam nunciabat tropidationem, atque nobilitatis ordinem ad tuitionem patriæ velut editio princeps convocabat: unde prisi Lotharingie Duces usurparunt ipsius castris nomen pro congregentis acies vociferatione.



**Allegat etiam Jacobum Bretexium de tornamento s. equestri ludo habito Chauveniacum.**  
**Prinij Pri. 1285.** qui faciales, qui praesentes erant, sic inclamantes induxit: *Ils esfrent Prinj, Prinj, benseigne au riche Duc Ferry, Marchis entre les trois Royaumes.* Ast hoc quoque in adversatio suo examinat sepe memoratus Blondell. p. 96.

**Vetera Lo-**  
**tharingia p. 50. 51. jam videamus.** Primum ex Archidiac. Virdunensi allegatur scutum argenteum  
**in signis.** cruce rubra in signe, cui sceptra aurea octo nodata & liliata ex annulo prodeuntia impo-  
nuntur. Inde ex Coquille historiâ Nivernensi adfertur clypeus rubens cum fascia argen-  
tea, Austriae modernorum symbolo. Tunc ex Ferono refertur parma argentea,  
impressa cervo graduente rubeo cornibus aureis, quod alii etiam dêgus Lotharingia ve-  
tus existimant. Verum donec certioribus illa probentur documentis, vix fidem ad-  
hibuero. Ex Favinio mentio fit alius clypei ternis caruleis & auricis balthis exaratus,  
ut cum Burgundico conveniat, limbo excepto. Reliqua certiora sunt, nimurum Re-  
nati Andini Lotharingia Ducis scutum sex areolis representansse Pagaram, Hierosoly-  
ma, Neapolim, Andes, Barrum & Lotharingiam. Alias Lotharingiam omisit, & toti  
Aragonum imposuisse scutulum, teste Favino refertur. *Paradinus Aragonium latercu-*  
*lum primo ordini inserit, & Lotharingiam toti imponit.* Renati II. scutum Chifflet.  
*L. c. ita describit: Primus quadrans & ultimus mero Lotharingico symbolo est conspicuus,*  
*secundus & tertius transverse est diffictus: pars superior ab summo tririarum differt:*  
*prior laterculus est Hungaricus, alter Siculus, tertius Jerosolymitanus: pars inferior*  
*Andegavice & Barti tessera in longum est divisa: medium quadrans is occupat Provin-  
cialis parvula. Apposite ad mentem nostram Guido Coquilleus in historia Nivernensi:*  
*Quadrans tessera Jerosolymitanæ, quem in scuto suo præferunt principes Lotharingi, ori-  
tur ex jure, quod eorum decessores Andegavorum Duces obtendebant ad regnum Siciliae.*  
*Et idcirco in exequis Francisci I. Ducus anno 1546. Dominus de Bazoilles, atque in funebri  
pompa Caroli II. Ducus anno 1608. Dominus de Savigny Andegavense gestabant vexillum,*  
*Jerosolymitanæ præfulgens symbolo, propter Jolandam Andegavam (inquit Boul-  
layus & Ruellius, primarii Lotharingia faciales) filiam Renati Andegavorum Ducus, Je-  
susalem & Siciliæ regis, è qua Duces illi præsipiam ducebant. Reciteigitur Sammarthani*  
*de posteris Renati II. Ducus: Iolanda filii sumserunt symbolum Jerosolymitanum, Sicutum*  
*citra Pharam s. Neapolis, Hungaricum, Aragonium, Barrense & alia, una cum Lothariensi,*  
*quod ab antiquo sunt Alesiones. Evidem Dux Renatus II. Lothariensi patre Frederico VI.*  
*Duce & Andegavensi matre Iolanda genitus pura Lotharingia tessera scutum describere*  
*decreverat; sed ab avo materno Renato Andegavo prater rationem invitatus, ut An-  
degavense nomen & arma sola præferret, cordate respondit, sè paternum Lothariense*  
*nomen & arma non posse relinquere, quippe quæ vetustæ essent & præcessæ nobilitatis; sè*  
*porro una cum illis Andegavæ gentis symbola lubenter gestaturum; ut & fecit, atque in*  
*ejusdem Iolanda matris gratiam figilli sui majoris aream liliis conspersit. Ex quo ve-  
rò Geldrica & Iuliensis areola inserta scuto, aliquam mutationem contigisse*  
*non legi.*

**S. xviii.** Videamus jam variarum linearum discernicula varia, quorum mentio-  
nem reperire memini. *Atercuriane linea legi placuisse lambellan caruleam.* Clau-  
dius Gufus Dux lambellam s. fasciolam trifidam imposuit, & ad omnes posteros trans-  
misit rubream: *Eo nati sunt Franciscus, Claudius & Renatus:* Franciso autem Henricus  
Guisius & Carolus Meduanus Dux. Hunc scuto suo Ferrarensi symbolum à matre An-  
na Alesiina, quod subdivisitioni serviteret, adjecisse lego. Henricus Carolus genuit  
& Claudium Caprusie s. Chevrefresia Ducem: *Huic à matre subdivisitionem placuisse*  
*reperi, ut Lotharingicis symbolis materna, quæ ex Clivense & Marcano atq. Burgundicis*  
*dêgus quadripertitis componuntur, 2. & 3. loco adderet.* Carolo fatus est Ludovicus  
Joufan. & hoc Iosephus Ludovicus Guisie, Joufan & Engolismæ Dux 1671. mortuus. Huic vidi  
Engolis- tribui scutum quadripertitum, ut 1. & 4. quadram Lotharingica parma omnibus suis  
menis tesseræ. areolis constans sed lambella distincta impleat: secundam Engolismensis, tertiam Jou-  
fanus laterculus. Porro Engolismensis est idem cum Francico, nisi quod veste aureo li-  
lia distinguitur. vide c. 24. n. 35. Ratio hujus symboli est à matre Francisca Maria Va-  
lecia, quæ Ludovici Emanuelis Valesii Ducus Engolismensis filia, Caroli autem Valesii  
Carolo IX. rege nati neptis erat. *Quod Ioufanum attinet dêgus, quadripertitum est:*  
*prima & quarta areola palis ternis aureis & caruleis exaratur, imposito tubeo cephalo, cu*  
*tres*



tres hydrae septicipites auree inscribuntur: secunda & tertia carulea deferente leonem argenteum, limbo inducto rubeo, impresso octo lilio aureo, qua notatur S. Didier. Por-  
rò Jousana locofana familia à Guidone seniori Barone Jousano, qui 1255. vixit, deduci solet: Ejus atnepos fuit Ludovicus, qui heredem de S. Didier & la Masche duxit. Ho-  
rum pronepos Tanquil Vicecomes Jousc, genuit Guilelmum & Ludovicum, quorum hic comitatum Grandipratensem acquisivit, & illorum comitum sator fuit: ille Vicco-  
mites Jousanos propagavit: ex quibus annis admiralis Franciae & apud Henricum III.  
gratiosus 1581. Jousano Dominio axioma Ducale obtinuit: & successorem habuit ger-  
manum Henricum, pridem monachum: dein patrem Heinricha Catharinae, qua here-  
ditatem familie adiit, & uxor fuit Heinrich Borbonii Montpensier Ducis, atque post  
hunc Caroli Guifredi Dux, ex quo Ludovicum suscepit, patrem pretati Josephi  
Ludovici.

**S. xix.** Diximus de subdistinctionibus Guisiorum, qui ex majori Claudi filio  
Francisco descenderunt. Secundus fuit *Claudius Aumale* Dux, cuius linea, qua ta-  
men mox in filio defecit, Lotharingicis symbolis junxit *Borbonia*, à matre *Claudia An-*  
*tonia Borbonia*. Tertius autem *Renatus Elleboru* Dux, *margine coccineum* circum-  
dedit scuto Lotharingio: cæterum filius ejus *Carolus Carolum & Henricum* genuit, quo-  
rum ille *Dux Elleboru*, hic *Harcuria* Comes fuit. Illius filius *Carolus* iterum Dux avitam  
distinctionem iervavit: frater autem *Franciscus Comes Ruius* adjecte oram ru-  
beam, & à matre *Catharina heirena* Henrici IV. filia naturali *Borbonio-Vindocium* sy-  
bolum, vide c. 24. n. 36. Filius hujus *Alphonsus Henricus Carolus Com. de Montlor* & de  
*S. Romaise M. de Maubec*, Lotharingicæ quadræ 1. & 4. loco repetitæ, 2. & 3. addit  
*Ornani* insigne, quod quadripartitum est, prima & quarta areola *carulea* & turrim  
auream continent, secunda autem & tertia aurea leonem deferente rubeum, imposito  
capite scutario caruleo, cum lilio auro. Præterea toti clypeo imponit patimulam  
quadripartitam *Montlori* symbolis, nimis 1. & 4. areola *argentea* leones duos gra-  
duentes (vel leopardos) 2. & 3. *carulea* leonem aureum representantibus. Hec interca-  
clypeo matre, Francisco uxore, *Anna Oraniana*, nepte *Marscalli*, filia *Henrici Fran-*  
*cisi Alphonsi Ornani & Margaretæ de Montlor*. Cum enim bona insignia ex hoc con-  
jugio allata sint domui, inter conditions fuit, ut insignia Otrana quadripartita dispo-  
sitione miscentur Lotharingicis. Demum qui ab Henrico est *harenus* ramus lun-  
bo Ellebovo inscribit octo *Byzantinos* nummos aureos. (conf. n. 25.)

**S. xx.** Titulum Ducis Lotharingie illum vidi; *Dux Lotharingie, Marchio C. Mar-*  
*chisius, Dux Calabria, Barri & Geldria, Marchio Muffipontis, & Nomenit, Com. Provin-*  
*cia, Valdimontii, Blamontii, Zutphanie, Sarvverde & Salme*. De Lotharingia (qua Letharin-  
liber Ducatus, sed intutela imperii, & ad certa prætanda imperio, ex transacione in-  
ter Ferdinandum R. Rom. nomine Caroli V. & Antonium Ducem Norimberge 1542. imp. 1542.  
facta, obstricta est, conf. *Conring, de finib. Imp. Germ. c. 27.*) diximus n. 12. de *Barro. n. 9.*  
de *Geldria. n. 10.* Quod verò *Marchisius* nomen attinet, aliqua ejus mentio fuit num. 16.  
*Calabria* ducatus ex Neapolitanis successione est: unde Joannes & Nicolaus Renati *Calabria*.  
Andini tories dicti filius & nepos, quibus ille supervixit, *Calabria* Duces ex paterno &  
avito regno salutari sunt, cujus illa provincia extrema est. Dicitur verò tellera Cala-  
briæ olim fuisse in parma *argentea* *crux patibulata nigra*: Dein sub Andini ipsum ge-  
stamen *Andinum* cum limbo *argenteo*, confer etiam c. 38. n. 81. Quod *Muffipontanum* Ponti-  
moulo Marchio  
attinet Marchionatum, *Carolus IV. Imperator* eum favore consanguinei *Robertii Bar-*  
*rensis* Comitis (dein Ducis) 1354. instituit. Unde eo tempore in Barrensi ditione eum  
fuisse oportet. Ast in allegata *transacione Norimbergense* *Muffipons* diserte recen-  
setur inter ea, qua spectant ad illum, ut ad ducatum. De cætero hucusque fuit inter  
feuda, qua ab Imperio Dux tenuit: ut videre est ex literis investituræ *Rudolphi II. apud*  
*Conring, de fin. Imp. Germ. cap. 27. pag. 730.* Ceterum Marchionatum hunc *Pont. secundum*  
*Nomenium* ad Sellam situm concernit, plures in ea sententia sunt, hujus solius Mar-  
chionatus (qui olim *Metensis* Episcopi fuit, sed deinceps certis conditionibus comitibus *Annonum*  
*Valdimontii* concessus, confer *Linn. Iur. publ. Tom. V. 4. 5. II. p. 416.*) nomine locuni esse ratione  
Lotharingie Duci in comitiis: quod adversus *Zeilerum* impugnat *Linn. Iur. publ.* locus in  
*T. IV. add. ad V. II. p. 886.* Quod verò attinet allegatum exemplum, observandum est, *comitiis*



illud fuisse *Philippi Emanuelis Lotharingii Dux Mercuriani*, non verò Lotharingia. Unde in ejus potestate non aliud fuisse oportet, ratione ejus in comitiis locum obtineret, quam istum comitatum: nam *Ducatus Mercurianus & Pentheurius* in Francia sunt. Id verò nihil prohibet, ut non ipsi Duces plurium feudorum ratione sessiōnem habeant. Et ex eo forte est, quod in prefata investitura *Rudolfi II. Henrico Duci concessa Nomen* non fieret mentio, quia in altera linea hæc apparet, una cum comitatu *Valdi montis*. Ipse verò Lotharingia Dux aliorum, quæ ab imperio haberet, feudorum & ditionum gratia in comitiis & Rhenano circulo locum habet. *Provincie*, cui à Romanis prisca, qui eam partem Gallie primum in *provinciam* redegerant, nomen, inter Rhodanum, Delfinates & Liguriam medie peculiares fuere comites a *Ratboldo Bosonis regis Arelaten sis*, cuius ista pars est, *genro*. Nepos hujus *Boso Arelaten sis*. *Provinciae* *comes Gulhelnum I. & Ratboldum* genuit: hoc sati sunt *Forcalquerii* comites, quorum hereditas, cum tertia vice per femellas in aliam gentem translata fuisse, quartum per *Garsendem Sabranam Alfonso II. C. Provincie* nuptam redit ad reliquam Provinciam. *Guilmi I.* qui Roberti I. I. Francie regis sacer, posteri Arelatensem *Provinciam* tenuere ad *Giselbertum usque, Dulciæ, Aldonciæ & Fuidiæ* patrem, quorum illa *Raymundi Berengarii Barcinonensis* comitis, hæc *Alfonsi Com. Tolose* conjuges fuere, & hereditatem patris macitis attulere: inter quos bellum ortum, sed 1125. compositum est. Raymundi Berengarii filius junior *Berengarius* comitatum tenuisse dicitur, & ex eo nepos *Berengarius* & pronepos *Alfonsi*: sed his nulla soboles. Redit ergo ad Raymundi Berengarii & Dulciæ ex majori filio Raymundo Berengario posteritatem. Unde *Alfonsi Alfonsi* Casti Aragonie regis filius comitatum hunc, & quem ab uxore natus erat, *Forcalquerium* transmisit ad filium *Raymundum Berengarum*, qui cum filias haberet *Margaretam Ludovico IX. Francie regi, Eleonoram Henrico III. Angliae regi, Sanciam Richardo Cornubiae Ducis*, qui *Imperator electus est, & Beatrixem Carolo Andinio* comiti nupcas, hanc solam heredem instituit; ex quo etiam in *Andina familia prima* mansit, donec *Ioanna I. Ludovicum Andinum* alterius lineæ principem adoptaret: qui *Provinciales armis ad obsequium adegit*. *Renatus* eius nepos hereditatem transmisit ad nepotem *Carolum Andinum*, qui confilio *Palamedis Forbinii Ludovicum XI.* scripsit heredem. Verum enim verò *Lotharingia* ad se successione spectare ferebant, confer §. 8. *Valdimonti* us comitatus vetus familia possesso, qua ratione ad Joinvilleos abierit, sed ad dominorum stirpes redierit §. 12. vidimus. *Valdimonti* testicaram legoclypeum pluribus tentolis transversis argenteis & nigris exaratum. *Blamonti* s. *Blamontii* s. *Albianonti* s. *Blanckenberge* (idem nomen est) comitatus in ducatu, qua *Allatiam* respicit, situs, suos habuit Dominos, non una cum principibus junctos affinitate: quo verò jure demum ad hos delapsa sit successio, non legis memini. Porrò in investitura à Rudolpho II. Imperatore data diferte comitatus hic inter feuda imperii refertur, de quibus investit *Henticum ducem*. *Gentilis* comitum parma *rubea* duos mullos barbatos argenteos doris obversis continet. *Zutphania* comitatus ad *Islam* s. illo nomine Rheni orientalem alvenum, ex quo primum (uti vidimus §. 10.) cum *Geldriæ* comitatu junctus est, matrimonio duplici *Ortonis Nassovii*, ei semper coniunctus mansit, atque etiam nunc illi parti *Geldritæ* connexus est, quæ inter foederatas provincias Belgicas primum locum tenet. Ejus dærus peculiare fuit *leoceruleus* in scuto aureo. Alii *rubeum auro coronatum* in parma *argentea* fingunt. *Sarverdensis* comitatus in Austrasia ad *Saramannem*, item suos comites olim habuit, qui dein successores *Marsios* habuere. Ceterum de his & *Nassovio* jure, quo aream hanc suo scuto inserunt, agitur cap. de *Nassovio*. Ubi dictum, quod *Lotharingia* Dux tanquam feudum *Altensem* masculinum sibi comitatum vindicaverit, & quid in *Osnabrugensi pace* desuper sit statutum. Ultimus in titulo numeratur comitatus *Salmenis*, sed de *Salmenibus* peculiari capite agetur. Hic id unum observare licet, quod *Christina Pauli Com. Salmenis* ultimi, in illis partibus, comitis filia nupta 1597. *Francisco Lotharingo* omnia quæ supererant genti bona marito attulerit.

*Tituli Guisborum* §. xxii. Quod ducem *Guisumattinet*, ultimo detunctus *Josephi Ludovici* filius nominabatur *Dux Alensonii, Guisia, totiæ & Engolismæ, Princeps Ionville, Comes Alesiæ & Pontivii* (*Ponthieu*) *Alensonii* titulus à matre est, *Isabellæ Aurelianensis* filia *Gastonis Joannis Baptista*, cui inter alios principatus *Alensonius* etiam assignatus erat. *Guisia* in Tierraßia sita ad *Æsiam* dynastiæ veteris caput fuit, & legitur aliquis *Godofredus Dominus cuius,*

*Alenso- dium, Guisa.*



*Guisæ*, qui uxorem habuit Adam Hilduini Com. Roceii f. Roucii filiam, quibus natus est *Guido*, cui Adelheidis Buchardi Montmorencii nupsit, avus *Adelvidis* f. Amelinæ, quæ hereditatem *Iacobo Avennense* attulit: à nepti hujus *Maria* cum aliis bonis eadem hereditas domui *Castilionea* illata est, cum *Maria Hugoni* Castilioneo nupsisset. Cum hujus filius Joannes successisset matti, non nisi filiam *Ioannam* reliquit: cui mortuæ successit inter alios *Hugo* patruelis, à quo iterum filius *Guilam* habuit. Ut verò deinceps *Castilionea* bona in variis dispersa, non satis distinguo, ad quos *Guilia* veniret. Primum *Guilam* comitem inter Lotharingos video nominati à *Fr. Anselmo Fridericu Valdimontii Comitem*, Caroli Ducis fratrem: alibi lego regem *Isabellæ Lucenburgo*, cum nuberet *Carolo Andino Com. Mediana*, donatæ *Guifam & Ligneum*: qua ratione ex *Andina* successione *Guilia* Lotharingia obtinisset. Quicquid verò huius sit, comitatus dein attributus est *Antoniu fratri Claudio*, qui in Francia Lotharingorum lator est, in cuius gratia 1527. *Franciscus Ducale* axioma attribuit. Ex eo in eus primogenitis manuit. De *louino* titulo dictum §. 18. Nec non de *Engolismensi*. *Ionville* titulus, qui ple-  
rumque, dum *Guili* duces viverent, primogenitorum eis solebat, originem habet à *Margareta Ionvillea* *Friderici Lotharingi* uxore. Ea aviam habuerat *Margaretam Valdimontii* comitatus heredem: ex malculis autem descendebat à *Stephano de Vallibus*, qui in Campania ad Matronam *Ionvillam* seculo undecimo condidit, &c ab uxore comitatum *Ionvilliacum* (*Joigny*) obtinuit. Nephos fuit *Godfridus II.* pater *Reinhardi*, à quo reliqui *Ionvillaci* comites, & *Rogerius*, à quo *Ionville Domini cæteri*, *Senecall Campania*. *Rogerii* pronepos fuit *Simon*, pater *Ioannis & Simonis*: ab hoc *Domini de Gex* f. *Eius Dæda* cœsi descendant, ab illo, qui vitam *Ludovici IX.* regis scripsit, reliqui *Ionville*: ejus vero nepos *Henricus* à matre *Valdimontii* comes filiam genuit *Margaretam*, per quam dimicimus delatam esse successionem ad Lotharingos. *Principatus* dignitas 1527. beneficio *regio accessit*. Comitatum *Aleſium* itidem attulit *Francisca Maria Valesia* uxor *Ludo-*  
*vici Lotharingi* *D.Joufani*. *Eius* autem avia *Carola f. Henrici Montmorencii* cum *Carolo Valesio* nupsisset 1591. dotalem eum attulit. Demum *Pontivum* f. *Pontivii* comita-  
tus, cui à *Pontibus*, quibus *Somonam*, *Altheiam* & *Quantiam* straverant Romani, nomen est, varios Dominos habuit. Quidam *Angilbertus* memoratur f. *Engelbertus Dux l'On-*  
*tivi ex Beriba* *Carol M. gener*. Ex ea creditur decendisse *godefrinus Comes Bononiae*, man.  
*Pontivii & Pauli* fani, qui tribus filiis *Ernoaldo f. Erniculo*, *Hilduno*, & *Hugoni* tres comi-  
tatus reliquit, huic *Teronæ* f. *S. Pauli*, illi *Bononiae*, isti (*Hilduno*) *Pontivii* f. *abbatisville*:  
hujus nepos fuit *Hugo* genet *Hugonis Capeti* regis: demum heres comitatus *Agnes* nupsit *Roberto Mongomerio*, à quo nova comitum proslapia, terminata in *Ioanne II.* cui sucessit soror *Alaria*, initio *Simonis Dammartini*, dein *Matthæi Momorantii* uxor. Ex illo nata *Ioanna*, uxor *Ferdinandi III. R. Castiliae*, & dein *Ioannis Ngellani*. Peperit quidem illa *Ioanna* etiam filium *Ferdinandum*, ast quod ante matris fata decessisset, non successit, sed ejus soror *Eleonora Edoardi I. Regis Angliae* uxor: unde etiam nepos *E. Jordani III.* juramentum de hoc comitatu *Philippo Regi* prestitit 1529. Inde frequentes, dum *Anglicæ* turbe durarent, de eo contentiones: *Carolus VI.* comitatui, ut non iterum à corona alienari posset, privilegium 1411. dedit: denuo 1424. coronæ cum univit *Henricus Angliarex*, cum rerum in *Francia* potiretur. 1435. eum cum aliis *Carolus VII.* puci *Burgundie* concedit. Demum regno iterum assertus est. *Ludovicus autem XIII. Rex Carolum Valesium* supra dictum *Ducem Engolismia*, & *Pontivii* comitem creavit, ab hoc ad posteros transmissus est. Ceterum scutum *Pontivense* pingitur aureum, impletis *tribus diagonalibus baltheis caruleis*, quibus tres dictos fluvios, quibus aurei agri inter-  
secentur, notari volunt.

§. xxii. *Aumalia* linea extincta, & illa ad *Nemorios Sabaudos* delata successio-  
ne, superest *Elleborvia*. In ea *Caroli II.* illos lego titulos: *Dux Elleborus*, *par Francia*, *Com. Harcuriae*, *Lislebonnae*, *Riufi* & *Busanci*, *Dom. Rupisfortis*. Quod *Elleborum* con-  
certuit ad *Sequanam* in Normannia opidum; in potestate illud familiae Harcuriae erat: *Elleborus*  
ex qua seculo decimo quarto *Joannes Comes Harcuriae* marescallus & admirals Francæ  
fuit, qui *Ioannem II.* genuit, cui ab uxore *Blanca f. Johannis* (ex *Castellanis*) *Pontivensis*, comitatus *Aumala*, item in Normannia situs, obtigit. Horum nepos *Joannes IV.*  
præter filium *Joannem*, qui præho ad *Vernolum* cecidit, *Ioannem & Marianam* genuit:  
illa nupsit *Ioannem IV. Da. Riufi & Rupisfortis*, heres *Harcuriae*: haec comitissa *Aumala*,  
*Domina Mediana* (cui deinceps in gratiam *Caroli Lotharingi* 1573. *Ducatus* dignitas  
collata)



**Harcuriū.** collata) & Elleborii Antonio Lotharingo C. Valdimontii nupsit. Ita cum in Lotharingiam familiam delaplum esset *Ellborium*, minimo natu filio *Renato* Claudio cum reliquit: ei verò *Ducatus* & *Pariatus* dignitatem 1581. Henticus III. addidit. De *Harcuria* item dictum est, qua ratione ad *Rufios* devenerit: ex illis *Claudius Rufius Harcuria* comes præter alias filias & filium *Claudium Lufsam* genuit *Renati Lotharingi* uxorem, qui ab ea *Harcuriam* nactus est. Portò *Harcuriorum* tessera gentilicia est parma rubra duabus fasces aureis insignis. Ita etiam de *Rufio* patet: quam familiam à quo dñi *Guitrenco* *Dix.* de *Rieux*, qui 1071. mortuus est, deducunt. Ceterum illud dominium *Rufi* initio *Claudii* filia *Lufsa* soror *Colinie* domini intulit, nupta *Francisco* *Domino Andeloti*, in cuius liberis *Franciscus* titulum quoque gessit. Sed *Claudia* prospæctiæ extincta ad *Elleborius* venit successio. *Rufi* gentile symbolum constat scuto *eruleo*, in quo 10. numi byzantini aurei: quæ forte ratio numorum, quos in limbo *Harcurio* videamus sub distinctioni exhibitos. vidēn. 19. *Rupisfortis* eidem *Rufi* hereditati debetur Dominum. *Rufi* autem hoc nacti erant ex Joannis conjugio cum *Ioanna f. Theobaldi* *Du.* de *Rochefort*, *Vicecom.* de *Donges*. *Buſanci* comitatum *Philippus Cabotius* admiralis *Francie* superioris seculo tenuit: Deinde filius ejus *Leonorus*: hoc genita est *Margareta Caroli Duciis Elleborii* uxor.

**Tiuli linea Harcuriae Carnii.** §. XXII. In *Harcurio* ramo illos lego titulos: *Com. Harcuriae, Armaniaci, Carnii, Brione, Vicecom. ac Marsin, Nigubland, Coulige, Binand, &c. Magnus Seneschalus Bngundiae, &c.* In his rationem quorundam investigare non valeo. *Carnium* (*Charny*) comitatum *Philippo Cabotio* modo memorato donavit principissa *Arauisionensis*, *Cabillonix* genti allatum ex *Lucenborgia* stirpe: nam *Philiberta Lucenborgia*, *Joanni Cabillonio Arauisionensi* principi nupicrat, *Philippi* autem illius neptis erat *Margareta Caroli Elleborii* uxor. Ceterum *Charny* gestat in leuto rubeo tres parvulas argenteas. *Briona* (*Brione*) si eadem est cum *Brion*, itidem debetur *Margareta Cabotia* cum *Carolo Elleborio* matrimonio: ceterum *Brion* allatum *Cabotis*, conjugio *Isabelle Rupichovartiae* Domine *Alpermontis* & *Brioni* atque *Renaldi Cabotii* Domini *Jarnaci*.

**Prætentio-nes in re-enum Hiero-  
solymitanum.** §. XXIV. Cum *Hierosolymani* symboli aliquoties hòc capite facta sit mentio, appendix loco exhibebimus uno conspectu, qui regni illius prætentione sibi attribuerunt. Ut verò rectius id intelligatur, historia prämittenda est. Postquam *Hierosolyma* à Christianis expugnata fuerant, *Godofredo Buloneo* 1099. regnum delatum est, quod post eum frater *Baldwinus*, hocque mortuo *Baldwinus de Burgo* dictus, è *Reslensium* comitum sanguine gessere. Inde ei successit *Fulco Andegavensis* ex *Milesia* filia gener, atque huic filiu *Baldwinus III. & Almericus*. Hunc patrem exceptit *Baldwinus IV.* leprosus, & hunc, qui sorore *Sibylla* atq. *Guillelmo Montisferratensi* prognatus fuerat, *Baldwinus V.* qui brevi post vitrico *Guidone Lusiniano* veneno sublatus est. Ita *Guidonithronus* quem invaderet putauit, brevi tamen usura, quia eodem anno 1186. à *Saladino* præter ipsum regem *Hierosolyma*, *Aſalon*, *Ptolemai* capta. Cum dimissus *Guido* regnum qualicunque vi iterum repeateret, amulius obstitit *Conradus Montisferrati* princeps, qui *Balduni* & *Sibylla* sororem *Sibellam* in matrimonio habebat. A *Conrado*, qui Tyri sedem fixerat, filia nata *Maria*, quæ *Ioanni Brennei* nupsit, sed hic postquam aliquandiu felicia arna gessisset, in *Egyptum* usque victor procedens, tamen conatus omittere coactus est, & frustra *Eutopæoruim* auxilia solicitavit, tandem mortuus 1237. Eius filia *Iolanda Friderici II. Imperatoris & Siciliæ regis* uxor fuit. Ex altera parte *Guido Lusitanus Ptolemaidi* & dem *Cypro* imperavit: post eum sceptrum idem frater *Almericus*, ipse etiam *Isabelle Hierosolymitanæ* ultimus maritus, gessit, & successione ad posteros *Lusitanos* transmisit. Inde varii tituli regni ejusdem oriuntur, à *Brennei* aut *Lusitanis* arellisti.

**Prætentio-  
Pontificis  
fundamen-** Sunt ergo competitori regni hujus: 1. *Pontifex*, apud *Spreng.* p. 166.  
1. Quia *Friderici II. Imp.* nuptiis cum *Iolanda Brennei*, *Hierosolymitanum* regnum junctum *Sculo*, quod feudale Pontifici in eandem naturam mutat accessio-nem. (Ait accessio non facta regno *Siciliæ*, sed *Friderico ipsi*.) 2. Quod *Manfredus* à Pontifici exutus regnis. (Verum de *Hierosolymitan* nulla mentio.) 3. *Nicolaus IV. Carolus II.* coronavit *Siciliæ & Hierosolymorum* regem. apud *Bzov.* T. 13. ad ann. 1289. n. 15. *Sic* & *Joannam* & maritum *Ludovicum*. anno 1352. *Bzov.* T. 14. ad 1352. n. 5. Nec aliter puto *Carolus Dyrrachium* à *Papa Urbano* 1381. coronatum. (Verum coronatio non inducit



Inducit superioritatem. Quid argumentum ad rem faciat apud Spreng. cum *Mariae Friderici III. filia regnum Siciliae adjudicatum scribit*, non capio. Ut enim ipse Siciliae regnum exprimit, ita ut apud *Serit. rer. Arag. ad ann. 1377. testamentum Friderici parti, tantum Sicilia regnum, ditiones alienarum, Neopatriae & insulas Siciliae adjacentes exprimit.*

2. *Reges Gallie & reges Hispanie*, quorum hi etiam in titulo mentionem faciunt, utrique ob regnum Neapolitanum, quod qua ratione ab illis vindicetur, alibi videndum. (confer c. 38. n. 18.) Regno autem Neapolitano juncatum Hierosolymitanum intelligi posset, illis fundamentis.

Prætensio.  
regum  
Francie &  
Hispanie,  
ex iure re-  
gni Siculi.

1. *Matrimonio Iolande s. Ioles Brennensis & Friderici II.* qui ipse etiam ob-  
tinuit Hierosolyma, & confortem regni filium Conradum ex Jola natum constituit. Funda-  
menta.  
vide *Bzov. Tom. 13. ann. 1229. num. 1. conf. ann. 1235. num. 8. & 1250. n. 13.* 2. *Cassione*,  
qua *Maria Rupini vel Raimundi Principis Antiocheni ex Melisendi Hierosolymitanæ*  
filia, vidua Friderici Svevi nothi, principis Antiocheni, ius suum cessit *Carolo Adino*  
*R. Neapol. 1276.* Qui ob hoc illam coronam sumvit. vid. *Sanmarthan. hist. genest.*  
*Franc. L. 30. c. 1.* Unde postea, cum Templarii reddidissent regi Cyprio coronam sa-  
cram regni, *Carolus II. R. Neapolitanus ordinis bona in regno suo fisco adlixit apud*  
*Bzov. annal. T. 13. ann. 1289. n. 15.* 3. *Sæpius repetita coronatione*, cum præter Siculi  
regni titulum, etiam Hierosolymitanum in inaugurations assumerent. Opponi  
multa possent, si quis genealogiam Lusinianam consideret, ut & Friderici II. suc-  
cessionem.

3. *Domus Lotharingica*, quæ scuto areolam Hierosolymitanam inserit, non  
tam ob *Godofredum Bullionem R. Hierosolymitanum, Lotharingicæ stirpi haec tenus* Prætensio  
falso inseri solitum, quam ob successionem *Andegavensem*, quæ jura Neapolita-  
na complectitur. confer num. 17. Huc illa *Cassani*, *qui rebus. des dr. de France. L. 1. Bzca.*  
*cap. 8. pag. 444.* peribet, quod loco reliquarum *Andinarum prætensionum suc-*  
*cessio Hierosolymitanæ Lotharingis* sit concessa: *Attendu aussi, que pour toutes les*  
*pretensions, qu'ils pouvoient avoir tant sur l' Aragon, Provence, que autres Seigneu-*  
*ries de la maison d' Anjou, le Royaume de Hierusalem leur a esté baillé, qui appartenenoit*  
*aux Rois de France: comme temoigne Bartole in id ab hostibus. de legat. 1. quoy que*  
*occupé par les Sarrazins. in Clement. plerisque de Elect. Petr. Jacob, in Prat. de*  
*succ. leg.*

4. *Domus Sabaudica*, ex successione Cyptia Lusinianorum, prætensionem  
arcesseret Hierosolymorum, cum Lusiniani jura Hierosolymitana tanquam sibi de-  
bita in titulis asservant. Nec tamen titulum Sabaudi haec tenus assumere, con-  
tenti symbolum in scuto deferre. Præter hos *Montisferratenes* (quorum scutum *Prætensio*  
*suo nunc inserunt Mantuanii*) Hierosolymitanæ cruces insignibus ascripserunt pro-  
priis, forte tamen memorix potius, quod ex familia aliquot reges regno illi præ-  
fuerint, quam quod prætensionem ad se spectare crederent. Pari modo etiam *Ir-Montis-*  
*bines*, cum Neapolitanis reliquis symbolis cruces has scuto inseruerunt. In fa-  
milia *Badeni*, quod filio Ludovico Wilhelmo principi patens Ferdinandus Maxi-  
milianus destinatar, sigillum *Hierosolymitanæ* cruces etiam defert, quod *Maria & Badenæ*  
*Sabaudica* fotor Caroli Bellicosi Ducus Sabaudiae nupta *Philippe M. Hochberg-*  
*sius Cypri & Hierosolymorum intulerit Hochbergiis, à quibus illud ad Badenes.*  
Verum quicquid de omnibus illis prætensionibus & titulis sit, à pluribus iam secu-  
lis cum urbe illa Palæstinam totam Mahometani tenent; nec inani gloria veterum  
titularum moyentur.

Prætensio  
dormit  
Sjude  
Montis  
Bzca.  
Hierosol  
lytanæ  
utrius  
Montis  
ferraten  
Lusinian  
March.



## CAPUT LIX.

## Com. Manderscheidii.

## ARGUMENTUM.

1. *Familie origo ex Austrasia regibus. Comites Manderscheidii. Domini. Kayl. Kerpen. Dom. à Kerpen. Wartenstein. Dhaun.*
2. *Comitum titulus refutatus. Sleida. Blanckenheim. Linea.*
3. *Linea Sleidenes.*
4. *Manderscheid. Arx demum ad Kaylenes.*
5. *Virnenburg Com. ad Manderscheidios. ad Lævensteinos.*
6. *Blanckenheim. ad Sleidenes. Manderscheidios.*
7. *Roucy ad Arceiens. Wassenadios. Sarapontos. Lucenburrios. Nassovios. Alander-scheidios?*
8. *Dominum Dhaun. Quomodo ad Manderscheidios.*
9. *Dominium Cronenburg.*
10. *Bettingen Dom. ad Blanckenheimios. Sleidenes. Manderscheidios.*
11. *Sleida. ad Manderscheidios. Marcanos.*
12. *Kerpen Dom. ad Sombrevios. Manderscheidios. Marcanos.*
13. *Alia dispositio.*
14. *Galea. Virnenburgia. Manderscheidia. Blanckenhemia.*
15. *Linea Geroldsteinia.*
16. *Galea.*
17. *Linea Blanckenheimia Dom. Junckerath.*
18. *Galea.*
19. *Saynenis successio & insignia.*
20. *Linea Kaylenes. Com. Feltkenstein. Dom. Reipolzreb. ad Lævenhauptos. Manderscheidios.*
21. *Dispositiones ex Sibmacherio.*
22. *Titulus.*

## §. I.

**I**ntra Comites, qui Westfalia circulo in Rheni sinistra ripa annumerantur, in primis est illustrissima Manderscheidiorum familia, cuius ditiones fere Trevirensi ac Coloniensi dicecibus, Lucenburgo & Juliacensi Ducatibus concluduntur. Primum comitem *Wilhelmum Schuvenusboldi* cuiuspiam (an forte Svantipolci?) ultimi *Austrasie* regis filium suisse, & *Manderscheidum* Dominum obtinuisse, perhibet domestica traditio: & tornamentorum indicibus eundem *Wilhelmum* comitem in primis equestribus ludis 934. *Magdeburgi* celebratis enumerat. Hic ex *Cunigunda* filia Comitis *Hannoniae* & *Namurci* dicitur genuisse *Wilhelmum II.* Comitem, qui sub *Conrado II.* 1019. *Trevirensibus* ludis equitibus interfuerit. A quo contigua serie ad nos usque stirpem enumerant. Ei enim ex *Cunigunda Iuliacensi* filios dant *Henricum & Richardum*, quorum ille *Comitis* hic *Domini Manderscheidii* titulofus est; ab illo reliqui comites, in quibus *Henricus* abnepos *Wilhelmus* seculo decimo tertio sine prole, s. potius filio jam extinto pater *henricus* orbus, defecit. *Richardus Domines Manderscheidii* in castello *Nidermanderscheid* circa 1133. vixit, & ex *Helvige Iuliacensi* *Richardum* genuit, cuius uxor *Agnes* filia *Robini Domini in Esch* in valle *Wittlichia* & *Irmgardis de Maienberg* *Kaiiam* marito atulisse videtur. His nati *Theodorus & Foltardus*, illius fili *Wilhelmus & Henricus Colonensis Canonicus* sive decessere, hic qui primus *Kayl* et titulo ulsu *Winnemarum* genuit, qui *Henrici Comitis agnati* hereditatem adivit, & cui *Irmgardis* uxor dynastiam *Kerpen* in *Eiffelia* attulit. Hujus nepos *henricus* ex *Irmgardis* C. de *Bettingen* præter *Americum* equitem & *Idalricum Colonensem* *Colonensem* genuit *Wilkinnum* atque *Richardum*, quorum hic *Kerpenses* dynastiam in partitione nactus in lignia & nomen *Kerpe* assumpsit, *Manderscheidio* omisso, autor novæ lineæ, cuius heres demum in familiam *Sombrevianos* elocata, ad hanc, sed iterum alia foemina ad *Manderscheidios* reduxit successionem. *Wilkinus Manderscheidios* prolevit. Ejus atepos *Theodoricus* uxorem habuit *Elisabetham* filiam & heredem *Tilemanni de Stein-Callenfels* ex *Franciscade Rodemachern*, heredem dominii *Wartenstein*; eorum filius *Theodoricus Irmgardis* heredem & filiam *Theodori Domini in Dhaun*. His præter alios natu *Utricis*, qui in diffensione *Archiepiscopus Trevirensis* electus, sed in Romano, ut pallium peteter, itinere 1435. morte oppressus est, & *Theodoricus* linearum trium communis pater.

**S. II.** *Theodoricus* hic titulum *Comitum*, quem ab aliquot seculis gens in vulgari usu intermisserat, nisi quod *Theodoricus* aliquis, qui seculi decimi tertii prioribus decadibus vixit, in ludis equestribus *Comes* & *comitibus* mistus legitur, recepit beneficio *Friderici III. Imperatoris*, idemque ab uxore *Elisabetha* herede *Sleideni*, quam 1443. duxit, *Sleidam*, *Junckerath* & *Neuenstein*, tum post mortem *Wilhelmi Lonensis* s. *Loffensis* Comitatum *Blanckenheimi*, *Dominia Casselberg*, *Geroldstein*, *Bettingen*, s. u. familiæ junxit, atque

Familia  
ongo ex  
Austrasie  
regibus.

Comites  
Mander-  
scheidii.

Domini.

Kayl.


Kerpen.

Domini à  
Kerpen.

Warten-  
stein.  
Dhaun.

Comitum  
titulus re-  
sumtus.

Sleida.  
Blancken-  
heim.



**15**  
arque ex tribus filiis quatuor lineas, ex *Cunone Steidensem*, *Virnenburgiam*, ex *Iohanne per Liner,* *Gerhardum nepotem Geroldi Steiniam*, per alterum nepotem *Arnoldum Blanckenheimiam*, ex *Wilhelmo Kaylensem* proles vixit: quæ singulæ alia insignia dispositione usæ sunt, & tres superstites adhuc utuntur.

§.iii.Que in Cunone cæpit Sleidensis s. Virnenburgia linea per Theodoricum senio-rem continuata est, patrem Theodorici inedi & Franciscus, quorum hictantum duas filias genuit, ille Theodoricum juniores & Iacobimum, in cuius filiabus, que inter se hereditatem paritas sunt, defecit linea. Cæterum clypeus, quo haec usitata sunt, duabus perpendicularibus lineis & totidem transversis in novem quadras distinctus fuerat, quas ordine lustrabimus.

§. iv. Prima areola aurea fasciam tortuosam s. sinuosam coccineam continet, quod Mander-  
gentile *Manderscheidiorum* dēryua est, adeoque omnibus lineis commune, & ante-  
quam alia accederent, solum scutio ornamentum. Hoc *Manderscheid* aliqui dictū pu-  
tant, quasi *viri discedentes* aut solum vertentes, aut qui viros dissidentes conciliarent,  
sed ab aliis probabilis dicitur *Mangerichscheid*, *Mangerici limes*, vel *Manfridscheid*, *li-  
mes Manfridi*. *Æg. Gelen.* de Col. Agr. magn. l. 2. t. 18. p. 171. qui ex Liskirchiorum  
archivo hanc gentem ex *Clematio-Vbia* deduci asserit. Porto *Manderscheidiam* aream,  
à qua stirpi nomen, *Magdalena Iosachini filia*, attulit marito *Stenoni Lævenhaupcio* C. <sup>Aix de</sup>  
<sup>mumad</sup> Rasburgio : à cuius filia *Elisabetha Amelia Philippus Theodoricus Manderſcheldius* ex *Kaylen-*  
*Kaylenibus* eam obtinuit: Unde nunc quoque *Kaylenses* eam possident.

§. v. Areola proxima aurea septem dispositis duobus ordinibus (4,3.) rhombos vimen-  
coccineos refert, notando *Virnenburg* comitatui. Conf. *Wapenb.* P. 2. p. 20. 3. p. 25. <sup>burgCom.</sup>  
Hunc dictioribus suis vicinum, iisdem junxit Cuno matrimonio mechtildis f. Mette Co-  
mitis *Virnenburgicae*, Wilhelmo & Francisca Rodemacherana natae: adeoque rhom-  
bos istos scuti quadripartitos (cujus primum & quartum valvulum Manderscheidia tel-<sup>ad Alexander-  
schiedia.</sup>  
fera implebat, medium vero toti incumbentem parinulum *Blanckenheimus leo*) areæ secundæ & tertiae primus inseruit. Continuatus est ille comitatus in descendenti-  
bus, donec deficientibus his jugis illis *Elsabeta Joachimi filia matito Christoph. Lui-  
wicus C. Wertheimio & Lærensteinio afferret. Unde quæ ex eo conjugio orta est linea, <sup>a II. or even-</sup>  
*Virnenburgum* adhuc tenuerat, & tesseram clypeo suo inseruit, quod supra c. 56. vidimus.  
*Heim.**

**S. vi.** In laterculo proxima **aureo** conspicitur **leo niger**, **sanguineus** **linguam** **pro-**  
**tendens**, **incumbente** **superiori** **corporis** **parti** **fasciola quadrifida** (alibi quinque segmen-  
ta vidi) **rubea**. Hoc symbolo Dominum s. Comitatus **Blanckenheim** lignificatur. **Wa-**  
**penb.** P. 2. p. 29. conf. **Wapenb.** P. 3. p. 25. Hic comitatus Blanckenheimius in Eifelie.  
situs, tribus horis à Monasterio Eifelie distans morte **Gerhardi** ultimi Com. Blancken-  
heimii ad filiam primogenitam **Lineam** delatus est, nuptam **Gerhardo Com. Lænensi &**  
**Domino Iuliaci**, cum verò hujus filius **Wilhelmus** 1480. (al. 1467.) sine prole interiuler,   
successio delapsa est ad **Gerhardi** alteram filiam **Annam** **Iohann Dn. Slerdensis** uxorem: ad Sleiden-  
ses.  
Hi parentes fuere **Elisabetha**, que marito Theodoricu Manderteidio præter Slei-  
dam, etiam Blanckenheim, Geroldstein, Calsburg & alia attulit. Ratio **fasciola** rubet  
leoni incumbentis ex eo duci videtur, quia cum **Loßinsium** tellera fuerit leo niger in  
aureo clypeo, linea hac junior, quæ Blanckenheimium tenuit, & ex Loßensisibus. Læ-  
nensisibus forte ipsa quoque descendit, ex seculi more discerniculum illud allusimst.

**S. vii.** Quarta area, quæ secundi ordinis prima est, aureo leonem rubrum Roucy. (qui alicubi vidi lambellam caruleam in primis) representat, comitatus Roncy seu Rocci (German. Rüttich) in agro Lucenburgio tesseram, qui ex originaria roccen-  
se gente, quæ ex Veromanus adeoque Caroli Magni nepotibus orta, matrimonio Adelheidis s. Aliis t. Ebali Comitis, Hilduno IV. Com. Arceiensi (d'Arce) nuptæ, ad Atel-  
enæ. ad hanc stirpem venit. Hæc terminata est in Eustachiam Roberti Giscardi filiam, Ro-  
berti de Wajnadio Dn. de Pierrepont uxorem, unde Joannis II. Comes roceiensis natus: Wajenat-  
dios. novæ stirpis sator, ex qua Joannis Comitis filia Joanna heres comitatum attulit marito Sa. apon-  
Roberto Sarapontano Dn. de Commerce. Inde delatus est in familiam Lucenburgiam: in taos.  
qua Antonius C. roceiensis & Brienensis vocatus filium Carolum habuit, nepotum LU-  
dovicum Comitem de roucy. Quisorem habuit Franciscam (alii Antonii filian vo-  
lunt) initio Bernardo M. Badensi, dein Adolfo Com. Nassovio nuptam, matrem ex hoc Nasio-  
Magdalene, quæ Joachimo Manderscheidio comiti hereditatem attulit, plurium filiarum  
Lucen-  
burgios.  
vios.



**mater.** In divisione hereditaria *Roceius* comitatus initio *Wilhelmo Leuchtenbergio Landgratio Erico ex ictis filiabus Manderscheidii marito attributus; Parentibus luciscescit *Maximilianus Adamus* gentis ultimus. Hoc ergo 1646. extinto, hereditatem crevit matrterta *Anna Salome Manderscheidia*, conjux *Caroli C. Manderscheidii*, atque ita ad *Geroldsteinos* ille delatus est comitatus.*

**Dominium Dhaun.** §. viii. Quæ juxta hanc est areæ clathris rubeis distinguitur, notando *Dauhnius Dominio*, in Archiepiscopatu Trevirensi sito. Cum 1421. *Dietericus Dn. de Dhaun, Dn. n. Broich & Clussart* sine maleulis decesserit, Otto Archiepiscopus Trevirensis successione natus est: sotioribus vero illius *Irmaria Theodorico Manderscheidio*, vid. n. i. nuptæ hic Otto arcem vicerem *D. sunt am. Altendauhus Altenburg*, cum omnibus quæ inde dependebant, alteri *Catharinae Ioannis Nobilis Dn. de Reineck* uxori *Broich & Clussart* feudo contulit. *Dauhnius* illius familia duo adhuc superant ramu*Dauhnius & Falckensteinus*, in quorum scutis iidem clathri rubent.

**Dominium Cronenburg.** §. ix. Areola secundi ordinis extrema argentea aquilam rubeam representant, designando *Dominio Cronenburg* in Eifelia sito: quod varius Dominus habuit, demum ad *Manderscheidios* delatum est, & quidem matrimonio *Anna Salomes ex Virnenburgicis* ad *Geroldsteinos* delapsum. Dominio huic propria galea est, cui insitit corona nigra, & super eam fasciculus pennarum vel foliorum nigrorum conservatus.

**Bettingen Dom.** §. x. Quæ infimam feriem orditur, areola argentea flumine cyaneo ex angulo superiori dextro in sinistrum inferiorem perluit, appicit utrinque ensibus s. pugionibus ceruleis (*Sibmach. cruciculas miniatas* facit.) Notatur haec tessera dominium *Bettingen*, in Eifelia ad fluv. Kyll, horæ spatio *Geroldsteinio* distans. Habuit illud suos dynastas, ex quibus 1285. *Cuno* cum *Gerhardo C. Blanckenheimio* bellum habuit, quo per arbitrios composto, *Cuno* *Gerhardo* dominium suum feudo obtulit. Unde cum fine heredibus extingueretur, manit *Blanckenheimio* conjunctum, & cum eo per *Sleidenes*, denses ad *Manderscheidios* delatum est, nunc in potestate *Geroldsteinie* linea. Huic areola debetur galea cum imposita ala, scutaria impressa figura.

**Sleida.** §. xi. Proxima quadra cerulea leonem vuln' obverso. *leopardum* erectum argenteum defert, notanda *Sleida*, quam *Theodorico* comitiæ conjugè allatam diximus. Inde *Virneburgia* linea extincta *Philippus Com. Marca* ob conjugem *Catharinam Manderscheidiam Sledam, Kerpen & alia Manderscheidia bona occupavit*, & ad posterum transmisit. Unde nunc possidet *Antonius Marcanus*: Sed ob hoc *Manderscheidii* & alii coheredes in jus Marcanos vocarunt, & adhuc sub judice lis est.

**Kerpen Dom.** §. xii. Extremus laterculus argenteus fasciam sinuosam s. tortuosa rubeam continet, notanda *Kerpeni* in Eifelia dynastæ. Solo parma metallo à *Manderscheidia* tessera hanc differe aspectus docet. Nisi fallor, illa ratio fuerit, quod *Richardus* (de quo §. i.) cum *Kerpeni* dominium è fraterna divisione nanciseretur, & *Manderscheidium* nomen omitteret, patrum tamen *Regia* non omnino deposuerit, sed ex more illius seculi (de quo P. i. c. 8.) tintura diversa ulis sit, quæ discerniuli species fuit. Unde vel *Kerpa* prius tessera peculiarem non fuisse, vel eam nova hac adicita abolutam, probabile est. Manit haec tessera penes *Kerpenses* illius *Richardi* posteros, qui circa 1400. in *Margareta* defecere, *Wilhelmi Sombrevii Dn. de Reckum & Grandez uxore*, unde natus *Wilhemus Sombrevius Dn. Kerpensis, Reckumius & Grandelius*, pater *Friderici*, qui *Fridericum* alium genuit, & hujus demum heredem *Margareta Henrico Dom. de Reichenstein*, & altera vice *Theodorico Com. Manderscheidio* nuptram. Quo conjugio ad familiam istam *Kerpeni* ditio rediit. Extincta linea *Virneburgia, Marcani* hoc quoque dominium sibi assertuere: sed sententiam Cameræ viduæ ducissa *Artschorana* & filio addicatum, ab illis nunc quoque possidetur. *Nobilium de Kerpen* in Rhenano tractu eadem tessera est apud *Sibmach. Wapenb.* P. i. p. 127.

**Alia dispositio.** §. xiii. Alibi aliam dispositionem vidi, ut videlicet loco leonis *Roceiensis* quartam areolam *nigram aurea aquila ornaret*, septimam aream occuparet fascia *Kerpenis*, in octava leonem *Sleidensem* coronatum stipatent lilia, ultimus laterculus *rubes* scutulo *argenteo* impressus *balteo diagonaliter carnleo* induceretur. Sed ut & haec quadra & aquila illa ignota mili sunt explicationis, ita priori malo adhibere fidem dispositioni.



§. xiv. Huic clypeo imposita galeæ tres: quarum media inter duo cornua ni-  
gra (aliquis extremo margini globulos adjungit aureos.) *Virneburgium* tonum scutu-  
lum sustentat. Prima *Manderscheidia* tegitur pileolo lato rubeo, cuius ora re-  
ducitur, impositis duabus caudis pavoninis. Similis illi est tertia cassis, nisi quod inter  
duas caudas visitur scutulum *Blanckenheimium*.

§. xv. Priori hac linea extincta superant hodienum tres relique: ex quibus <sup>Galeæ.</sup>  
*Geroldsteinia* perpendiculari linea una & duabus transversis in sex arcas parvam di-  
vidit: ex quibus prima *Manderscheidiam* sinuatam fasciam, altera capitis leonem cum  
fasciola incumbente *Blanckenheimi* & *ayua*, tertia leonem rubrum *Roccensem*, quarta  
aquilam *Cronenburgiam*, quinta fluvium diagonalem *Bettingensem*, extrema clathros  
*Dauhnios* representat. Hac dispositione primum video ulum esse *Carolum* comi-  
tem. Eius enim patri & avo illam placuisse vidi, ut parva ex *Manderscheidio* bis re-  
petito, *Blanckenheimo* & *Dauhnius* symbolis, quadripertite, alia media parvula impo-  
netur, quadris dupli *Bettingensi*, & dupli *Roccensi* constans.

§. xvi. Huic galeæ insunt tres: quarum prima tecta pileolo lato rubeo, cuius <sup>Galeæ.</sup>  
ora auro reduceitur, cauda pavonina superbit s. duabus juxta politis, secunda coronata  
inter duas alas aureas adversum canem nigrum cordatum fedentem, exserta lingua  
rubea sustinet, tertiam itidem pileolo lato tectam ornant duæ caudæ pavoninae, inter-  
posito scutulo *Blanckenheimio*. Laciniae utrinque aureæ & coccineæ.

§. xvii. *Blanckenheimia* linea in hac gente proximum locum occupat, quæ scu-  
tum gentilitium quatuor laterculis distinguit, quorum primus *Manderscheid* notat, <sup>Dom Jun.</sup>  
proximus *Blanckenheim* & qui ultimus est *Dauhn*. Tertius denum norante Baronie <sup>ckerath,</sup>  
*sunckerath*, caruleus aureis liliis spargitur impresso leone argenteo, cuius pectori incumbit  
fasciola quadrifida coccinea. Cum verò Sleidensis successionis illa pars fuerit, ut spu-  
cio esse potest, lilia illa & fasciolam discerniculi causa apponita. Forte quod dynastia  
illa juniori alcui ex Sleidensibus fratri, qui illo discerniculo utebatur, attributa ab eo  
illud signum accepit, & ad alio transtulerit.

§. xviii. Cassetes huic scuto imponuntur tres: quarum prima & tertia cum <sup>Galeæ.</sup>  
*Geroldsteinia* communes: media coronata inter duas alas nigras sustinet confiden-  
tem canem argenteum adversum exsertalingua sanguinea. Laciniae hinc aureæ & ru-  
beæ, isthinc nigrae & aureæ.

§. xix. Ex hac linea *Salentinus Ernestus* Comes primo matrimonio sibi junxit <sup>Saxensis</sup>  
*Ernestinam* f. *Ernesti Comitis Saynensis* & *Witgensteini*, heredem d:midii comit. <sup>successio</sup>  
*Sayni*; ex qua *Maximilianum Ioannem Ferdinandum*, qui 1675. Romæ ubi exercitiis  
vacabat, extinctus est, *Annam Luisam*, *Franciscam Eleonoram Claram*, *Magdalynam*  
*Christianam* & *Salomen Sophiam* *Ypsilonam* genuit: ex quibus prima *Mauritio Henrico*  
principi *Nassovie*, tertia *Georgio Ludovico Burzgr. Kirchbergio*, quarta *Ludovico Fride-  
rico C. Wiedensi* nuptæ successionis *Saynensis* aliquod jus suis atrulere. *Maximilianus*  
*Ioannes Ferdinandus*, paterno quadripertito scuto, medianam parvam *Saynensem* qua-  
dris leopardum *Saynensem*, palos *Witgensteinos*, baltheum diagonalem cum aptugnis  
capitus *Freiskirchium*, & castrum *Homburgum* referentibus imponere solebat. Cas-  
setes etiam tribus paternis inter cerebat duas coronatas, secundo loco *Saynensem* pi-  
leum acuminatum & inflexum, quarto *Homburgum* castrum sustinentes. Quæ  
haud dubie dispositio à sororibus servatur.

§. xx. A Theodorici minimo natu filio *Wilhelmo* terra linea *Kayensis* profata <sup>Lineæ</sup>  
est. Cui illa dispositio placuit. Ut quadripertito scuto media incumberet parvula,  
cum tessera *Blanckenheimia*. Majoris scuti primam quadram ornat fascia tortuosa  
gentilis, secundam clathri *Dauhnii*. Tertia carula argenteam rotam continet. Quarta  
viridis aureis plinthidibus tessellis sparla anchoram argenteam complectitur. Rota illa c. *Falcken-*  
*Falckensteinum* comitatum notat, anchora *Repolzkirchiam* dynastiam, ut videre huc <sup>ein.</sup>  
ex *Sibmachi*. *Wapenb.* t. 18. & 30. Jus verò hatum tessellatum familie attuuit *Elisabetha* <sup>Dom. Rei-</sup>  
*tha Amalia* f. *Stenonis Com. Rasburgii*. Cum enim *Ioannes Dauhnus* *C. Falckensteinus*  
prater *Sebastianum* & *Emiconem* filios, qui sobole caruere, *Sidoniam* filiam genuisset,  
ea *Sveco Axelio Larvenhauptio* Comiti *Rasburgio* nupsit, & *Ioannem Casinum* at- ad Lee-  
que *Stenonem* genuit. *Stenone* & *Magdalena* *Manderscheidia* nata est *Elisabetha* <sup>rebus.</sup>  
*Amalia* *Philippo Theodorico Com. Manderscheidio* ex *Kayensis* nupta. Quamvis *Mander-*  
ergo *Sidoniam Falckensteinia* 1579. successioni paternæ renunciasset, & fratre superstito *Scheidio*,



*morta* *ta* *es*: *filii* *ta* *men* *in* *E**st**o**k**e**n**s**t**e**n**i**a**m* & *R**e**ip**o**l**z**k**i**r**c**h**i**m**a**m* *su**cc**e**ss**o**n**e**m* *j**u**s* *f**ib**i* *e**s* *se* *cre**d**id**e**r**u**n**t*: & *ut* *in* *p**a**c**i**f**o**c**h**o**n**e* *O**s**n**a**b**r**u**g**e**n**s**i* *j**u**s* *f**u**u**m* *in* *p**r**a**f**e**c**u**r**a**m* *B**r**o**z**e**h**e**m* & *B**a**r**o**n**a**t**u**m* *R**e**ip**o**l**z**k**i**r**c**h**i**m**a**m* *se* *rv**at**e**t*, *im**p**et**ra**t**u**n**t*. *A**b**il**is* *ergo* *ad* *K**a**y**l**e**n**s**es* *idem* *translat**u**m* *est*.

Disposi-  
tiones ex  
Sibmachi.

§. XXI. In *Sibmachi. Wapenb.* P. i. p. 17. duo *Manderscheidia* scuta conspicuntur, quorum prius quadripartitum est ex symbolis *Atanderfcheidio* & *Junckerathio*, imposita alia parvula media, *Blanckenheimio* atque *Bettingensi* & *un* *in* *signita*: quam dispositionem *Geroldsteinie* linea competere ex prioribus patet: Alterum quadripartitum *Manderscheidiam* fasciam atque clathros *Dauhnos* reperit, incumbente in media parvula leone *Blanckenheimio*: quic ipsa dispositio *Kaylensis* ramam superiori seculo fuit. Priori scuto imponuntur galeæ tres, prior *Manderfcheidia* tecta pileolo rubeo ora reducta aurea: ex quo sursum protenduntur duo fasciculi pennatum pavoninarum: Ex secunda coronata exurgit species adverla canis coronata argentei nitris alis instructa: (Paulo alter *Wap.* p. 29. in representatione *Blanckenheimiæ galæ*, ubi alæ sunt aureæ.) Tertia pileolo nigro regitur, cuius ora reducta auro fulget, super quo inter duos fasciculos pavoninatum pennatum *Blanckenheimius* leo, octangulari, cuius anguli pavoninis pennis iterum ornantur, figuræ aureæ inscriptus appetet. Primum casulis laciniæ pinguntur argento (an aurum dici debebat?) & minio, secundæ sunt cœruleæ & argenteæ, tertiam quæ circumvolitant nigra auro ornantur. Secundo clypeo insistit galea *Manderfcheidia*; & alia, ex qua cyclus candidus nigris alis expansis exsurgit. Qui apex est *Dauhnius*. Laciniæ hinc sparguntur aureæ & coccineæ, isthinc nigrae atque argenteæ.

Tituli.

§. XXII. Titulos illos vidi. *Lineæ Sleidenis*: Comites in *Manderscheid* & *Vitnenburg*, Dn. in *Sleiden*, *Cronenburg*, *Saffenburg*, *Neuerburg* & *Kerpen*. *Lineæ Geroldsteinie*, Comites in *Manderscheid*, *Geroldstein*, *Dauhn*, *Bettingen* & *Roucy*, Dn. in *Cronenburg*. *Lineæ Blanckenheimie*, Comites in *Manderscheid* & *Blanckenheim*, Baron. in *Junckerath*, Domini in *Dauhn* & *Erp*, hereditarii aulæ magistri Archidiæceseos *Colonienis*. Addidit *Maximiliani Joannes Ferdinandus* ob matrem *jus aliqua*, hac serie, Com. *Manderfcheid*, *Sayn* & *Blanckenheim*, Baro in *Junckerath*, Dom. in *Hachenburg*, *Dauhn* & *Erp*, hered. aulæ mag. archidiæcesef. *Colonienis*. Demum *Kaylensis* Comites in *Manderfcheid*, *Blanckenheim*, *Kayl* & *Falckenstein*, Dn. in *Dauhn*, *Reipolzkirch*, *Neuerburg* & *Dollendorf*.

## CAPUT LIX. *Com. Mansfeldii.*

### ARGUMENTUM

- |  |  |
|--|--|
| 2. <i>Familia. Scutum. Lotharius II. Imp. Quer-</i><br><i>fort. Islebia. Lutherus.</i> | 3. <i>Ardnaim. Heldrungen.</i><br>4. <i>Galeæ.</i><br>5. <i>Altadiffusio.</i><br>6. <i>Tituli.</i><br>7. <i>Budlizii ex Mansfeldius.</i> |
|--|--|
2. *Arneſtein Comte*

### §. I.

**Familia. Scutum.** Illusterrima *Mansfeldia* comitum familia ditiones *Magdeburgica* & *Mæſeburgensis* diæcæſibus, *Anhaltino* principatu, *Saxonia*, *Thuringia* & *Schwarzeburgio* atque *Stolbergio* comitatibus inclusas posuiderat, & scuto, ut *Wapenb.* i. p. 14. videtur est, quadripartito utitur: primus & quartus quadrans iterum in quatuor areolas dispeſicitur, quarum prima & quarta ternis ex argento & coco fasciis exaratur, seunda & tercia argentea sex rhombos rubeos dupli ci ordine dispositos continent. Fasciæ illæ *Querfortensem* dynastiam designant, quod antiquum familie patrimonium est. Unde jam 850. quidam *Bruno nobilis Dominus de Querfort* nuncupatur. Ex eadem gente, si genealogis credamus, oriundus fuit *Lotharius* etiam *Suppinburgensem Comes*, dein *Sixonta Dux* & demum *Augusto* folio impositus. Duravit vero *Querfortensem* Dominorum progenies ad *Brinonem*, qui 1496. postquam turbato mortalitatis ordine filios & nepotes ante se extulisset, vivis exemptus est, & gentem vel potius illam lineam clausit. Dicitur vero ad *Archiepiscopatum Magdeburgicum* delaplæa est, inde Pace *Pragensi* 1635. Elektor *Saxonico* data, & *Osnabrugensi* 1648. confirmata est. Non tamen minus per-

texere



rexere symbolo hoc uti Mansfeldii comites Brunonis agnati , atque adeo ipsi etiam ex Querfortiorum sanguine. In his enim *Burchardus VI. Magdeburgensium Burgravius*, qui 1242. vivendi finem fecit, uxorem duxit *Sophiam Burchardi ultimi Mansfeldensem* comitis filiam: à quo deinceps reliqui Mansfeldii ad hunc usque diem. Hunc verò Mansfeldium comitatum rhombi hi designant. In eo *Istebia* est sita, quae patria *Istebia*, fulgidissimum Ecclesia lumen & veritatis vindicem Doct. Martinum Lutherum *Lutherus*, 1483; in lucem edidisse meritò jactat: habitura etiam, cum ibidem 1546. animam ad Salvatorem emisisset , defuncti exuvias, nisi Serenissimorum Ducum Saxonie in Doctorem suum jus prævaluisset , ob quod Wittebergam devectæ ibidem quietescunt.

§. II. Secunda quadra nigra aquilam continet argenteam, rostro & cruribus <sup>Arnstein</sup> Com. reis. *Chifflet. inf. E. A.V.n. 205.* addit coronam auream , quam tamen nostri libri non agnoscent: tum interpretatur *Heldrungam*, cum tamen *Arnsteinus* designetur comitatus, vel ipso nomine indice. confer *Wapenib.* P. 2 pag. 18. ubi ramen perperam folium pingitur rubrum, quod atrum esse debebat. Porro comitatum hunc ad Hercyniam (qni *Hart*) quinunc etiam penes familiam est, vendidisse dicitur 1387. *Frater Reinsteinius Gunthero & Busso* fratribus *Com. Mansfeldis*: quod autore *Hieron. Henning. Theatr. Germ. I.3. f.2. p. 107.* didici: nec non Cyr. Spangeb. *Adelsp. P.1. L.10. c.15.* p.277. qualiquem *Heinrich Com. Arnsteinum* memorat 934. in tornacem, Magdeburg. & credit ultimum comitem cecidisse 1277. prælio ad Fross. nescit verò quo nomine ad Reinsteinius delatus sit comitatus.

§. III. Tertius laterculus *ceruleus* defert leonem aureum coronatum lingua exerta rubea, & qui toti arcæ inducitur baltheum , duplice serie ex argento & mano testellatum. Alicubi baltheus ille, ut *Wap. P.1. p.14.* dexter pingitur, alibi *Wapenib. P.2. p.30.* sinistralis. In illo verò discrimine veteres non aequæ tuile curiosos, alibi jam notavi. *Chifflet. l.c.* leone hoc notari *Ardaam* dicit: quod monstrum vocis quidlibi velit, non intelligo. Forte *Arnstein* dicere volebat: qui tamen comitatus aquilam ipso nomine teste libi depositi, ut vidimus §. præced. Notatur autem hoc leone Dominium *Heldrungen*, quod lego *Henrico Com. Hensteino* feudo concessum esse à Friderico M. Misniæ, qui eiadversus Heldrungios auxilio fuerit, quod illi à patreli istius instincti patrem ipsius Theodoricum cepissent. Dein lego, Joannem C. Honsteinum, ex altera verò linea, sed *anno circa 1480.* Heldrungam vitrico *Gebhardo Mansfeldia* comiti vendidisse. Porro ab aliquo tempore in Saxoniorum principum potestate est. Cum verò leo hic cum Schwarzenburgico convenerat, historiarum gnaris inquietum relinquendo, an forte veteres Heldrungii cum Schwarzenburgicis comitibus ejusdem fuerint originis , ut baltheus ille discerniculi officium habuisse credendus sit.

§. IV. Galeæ hunc clypeum duæ premunt, utraque *coronata*. Prima *Mansfeld*-Galeæ, & *Querfortensis* laterculis responderet, & octo vexilla, ex utroque latere quaterna, rubris & argenteis lineis fasciata, & è lanceis aureis suspensa sustinet, laciniis utrinque dependentibus argenteis & coccineis: Super alteram inter jugum alatum, quarum illa nigra est, hæc argentea, leo exoritur aureus coronatus, eminentibus ex corona plumis struthionis aurea, argentea & rubra. Phaleræ verò circumfusa atræ sunt & argenteæ. *Arnsteinum & Heldrungium* symbola in hac casside conjungi dubium non est. Apud *Chifflet. inf. E. A.V.n. 130.* Hojerus Comes Mansfeldius corona galeam non tegebatur, sed ejus loco petalum rubrum, vellere Pontico antrorsum reductum, imponebat.

§. V. In moneta alicubi à Comitibus Mansfeldii *Petro Ernesto, Christophoro & Joh. Hojero* usurpatas vidi illas dispositiones : hinc plane eam quara explicavimus, impoita galea Arnsteinio - Heldrungia: isthinc ut non nisi *Querfortensis* & *Arnsteinia* arcœ quadraturam constituerent, & clypeo imponeretur galea Mansfeldio-Querfortia.

§. VI. Titulus ita habet: *Com. & Domini in Mansfeld, Nobil. Domini in Heldrung-Tituli*, gen. Nequem mihi constat, an huic titulo noviter alius accepterit.

§. VII. Cyr. Spangeb. *Adelsp. P.2. L.12. c.29. p.311. b.* refert à *Lothario Duce Bodilii ex Saxonie* captum in prælio ad Welfesholz *Gebhardum Com. Mansfeldum* juvenem, quem cum in ejus aula in duodecimum annum mansisset, atque obsequis principem sibi



sibi devinxisset, factus Imperator creaverit *Nobilem Dominum de Putliz s. Pottlyß*, data parte Prignicia & regionis Vinidorum (der Brühower Wenden,) nec non loco insigniū dederit in rubro scuto anterem volantem argenteum coronatum. Similia tradit in Chro. Querfurt. his verbis: Als Kaiser Luther auf dem großen Reichstag zu Bardewig einen Grafen Gebhard von Mansfeld wegen seiner meriten zum Herrn zu Buditz gemacht / und ihm ein stück der Prignitz / und das alte Vaterland der Brühauer und Wilzer-Wenden zum erbe zugeeignet / daß er demselben zugleich eine fliegende weisse Gans in einem blurothten Feld zum Wapen geben / und auf dem Helm in der Cron em Gans / über deren zween rothe Adler drey Kronen übereinander halten/ welches gewiß ohne bedeutung nicht geschehen. Hoc scutum etiam sub titulo *Gans zu Buditz*, in Batonum serie refert *Sibmacherus Wapenb.* P. p. 27. sed ut anser non voler, verum telluri virenti insitat. Tum apex solum anterem habet, aquilarum nulla mentione. Lacinia ex argento & coco circumvoltant.

## CAPUT LXI. Duxes Mecklenburgii.

### ARGUMENTUM

1. Scutum ex Sibmacherio.
2. Caput Bubalum. An Bucephali? Anthyrinus  
*Alexandri M. miles. Bucephalus Alexandri equus. Unde nomen?*
3. Cornua. Corona.
4. Henetorum symbolum. Obotriti. Mecklenburgi. Ducatus. Regius solit titulus. Linea. Inter principes admissio.
5. Gryphus. Roßschädelum. ad Danos. Iterum Mecklenburgios. Controversia civitatis cum Dueibus.
6. Com. Svermenensis.
7. Vandalia princip.
8. Stargardia.
9. Galea. Meckelburgia. Stargardia. Rostochiensis.
10. Hodinaria dispositio.
11. Svermenensis & Razenburgius Episcopatus.
12. Mitra Razenburgia parme imposta.
13. Galea. Telamones.
14. Tituli.
15. Tetraslichon.

### §. I.

**Scutum ex Sibmacherio.** *S*erenissimorum Mecklenburgicorum l. Megapolitanorum Principum ex prīcis Obo-  
stritorum Regibus oriundorum scutum, quod in eunte hoc seculo in usu fuit, Sibma-  
cherus exhibit in Wapenb. i. p. 7. quod prius contemplabimur, antequam ad moder-  
nam accedamus *scutum acutum*.

**Caput Bubalum.** §. II. Scutum quod allegavi quadripartitum, præter medianam parmulam, qua-  
tuor areolas complectitur: quarum prima aurea nigrum bubali caput aduerso situ loca-  
tum, argenteo (aureum aliqui dicunt, quibus obstat soli tinctura) annulo per naras tra-  
jecto & cornibus argentatis, que à corona rubea prominent, ornatum exhibet. Pro-

**An Bucephali?** bovillo Bucephali caput antiqua traditio in hoc emblemate videtur querere, indican-  
**Anthyrinus** dix primæ gentis origini. Quam si ex Nicolao Marescallo annal. Herul. & Vand. 1521.  
**Alexandri** edit. l. 2. cap. 1. querimus, ita ille describit. Anthyrinus aliquem ex Alexandri M. du-  
**M. miles.** cibus post hujus mortem ad suos patræ reditum, in ora Gothica prius, dein Baltica  
appulisse, condidisse Alzopolim, Herulam & Stargardiam, & demum per filium Ana-  
vanum, cuius frater Sichrus Fennorum princeps fuerit, reliquos sevili Herulorum &  
Vandalorum reges. Addit. navis, qua vectus sit Anthyrinus, proram gryphe fuisse insi-  
gnitam, in velo autem Bucephali caput conspectum, haud dubie memoria equi, cuius in Alexandri historia celebris memoria. Hic enim Bucephalus s. Bucephalus ex The-  
salia à Philonico adductus, cum à nemine domari potuisse, ab Alexandro juvene ad-  
huc dominus erat, eumq; solum secessum patiit, tandem in prælio adversus Porum  
interit. Ceterum tanto affectu in equum flagravit Rex, ut cum amississet in India opidum Bucephonum conderet, & illius memoria ac nomini dedicaret, ut est apud Curtium

9, 3, 23. conf. de illo equo ad Curt. 6, 5, 18. notas Celebertimi Freinsheimi. Ubi etiam  
mentio fit, quod rex in numis ejus imaginem extare voluerit: & hodie etiam à  
statua Alexandri equum domantis Romæ collis Quirinalis Montecaballo vocetur.  
Quæ nominis origo fuerit, disceptatur inter Philologos. A. Gellius l. 5. c. 2. & capite  
& nomine

**Bucepha-  
lus Ale-  
xandri  
equus.**



& nomine bucephalum fuisse perhibet. conf. Chrys. Beermann. de orig. lat. ling. p. 303. .

Verum rectius apud hunc *Piccartus* demonstrat, Bucephalus dictos fuisse in Thessalia Unde no-  
equos, quibus βενεζίνοι herba figura inurebatur. Quod non *Piccarto* sed *Etymologici* men-  
tioris credere oportet, qui dicit: Βουβαλός ὁ τοποθετούσας αλιξαρδ, οὐκέκεκτος, οὐ πε-  
διστητος, οὐ τοιχοφύλακας εἶχεν, ταῦτα γάρ φέδει, επομένως γάρ οὐ πε-  
θετούσας εἰκάστητος εἶχεν, ταῦτα εὖλος οὐκανθρώπιον θεογόνον. Hoc si verum sit, ut verum esse  
potest *Piccartum* vix negabat aliquis doctior, & fructu fuere, qui taurinum caput & cornua  
equo dedere, & eam in Megapolitanis his insignibus agnoscere visi sunt.

S. III. Præstat ergo Bovis vel bubali quam Bucephali caput figuratum hanc inter- *Cornua*.  
pretari: quod emblemata fortitudinis cum prudentia conjuncta haberi P. i. c. 5. l. 3. m. 2.  
n. 63. docuimus. Porro cornua, quæ alba fuerint, Caroli IV. benefica concessione in *au-rea* fuisse immutata, refert *Theod. Haping. de ins. c. 6. P. 5. §. 8. n. 768.* sed repugnat ipse *Corona*.  
*Serenissimum* Principum usus, qui argento cornua tingere malunt; & qui possent  
auro fulgere in aurata parma? Nec verius illud puto, quod n. 765. coronam (quam à  
Carolo IV. in regia pro sapientia memoriam datam, ut itidem afferit, non repugnabo)  
*auro* tingi vult, cum tamē *m'no* infecta conspicatur, & area aurea autum aliud vix  
ferat. Figuram verò que capiti adjicetur, non capio.

S. IV. Δέγμα hoc vetus *Henerorum* gentis videtur fuisse insigne, sicuti etiam *Heneto-  
rum sym-  
Cimbris* in hunc usum taurinus placuit, veteri teste *Plutarcho*. confer *Pontan. Chorogr. bolum.*  
*Dan. p. 668.* Ob eam rationem, quia *Obo|tritis
|  |* aliquando paruerit, Vagræ, que Hol. *Obo**tritis***  
satix portio est, taurinum caput attribuunt: quod ita eloquitur *Ionus Elverfeld de  
Holf. cl. 1.*

*Hec sed Obo|tritis
|  |* olim subiecta superbis

*Fronitis* habet torvi signa tremenda bovis.

Non ergo dubitaverim, hoc genuinum & verus *Obo|tritorum
|  |* & *Henetorum* fuisse  
symbolum, quo nunc *Megapolitanus* seu *Mecklenburgius* Ducatus, mari Baltico,  
Pomerania, Brandenburgica Marchia, Saxonia inferioris Ducatu & Holstia in-  
clusus, connotatur. Porro *Regio* nomine maiores gentis hujus inclusi fuerunt, &  
hoc nomine adhuc usus est *Pribislau*, cui cum Henrico Leone celebri Saxonum  
& Bojorum Duce bellum gravissimum, sed id tandem Pribislao infelix fuit, cum  
etiam viator prius, tandem armis coactus sit Ducali axiomate regium mutare: eo  
uno cladis non penitente debuit, quod illa occasio data sit, *Christianam fidem* am-  
plieandi. Pribislai nepos *Henricus* quatuor filios genuit, ex quibus *Pribislau Par-  
ebumii* Dominus solus sine posteritate tuit: reliqui *Iohannes cognomento Theologus*, *Regius*  
eo quod Parisiis *Doctor* creatus sit, *Nicolotus*, *Burvinus*, tres lineas ex se dedere, *olim uti-  
quibus pro more ejus saeculi non idem titulus*, *Megapolitanam*, *Vandalicam*, *Rost-  
ochensem*, à ditionibus, quas singuli possidebant. A primo *Iohanne* reliqui *Magipo-  
litani* ad hunc usque diem descendunt. Et quidem in iis *Albertum* & *Iohannem* *Inter pris-  
cas ad-  
memoratur*. Quod quomodo intelligendum sit, non satis capio: antiquius enim *lusi*  
principale *ægina* familia est, quam ut tunc demum collatum dicamus. Forte negle-  
xerunt adiudicasse tempus *Comitia Imperii* invisere, & tum primum cum aliis senatum  
principum ingressi sunt.

S. V. Proximus quadrans *cæruleus aureum gryphum* representat. Hunc etiam *Grybus*,  
in navis *Anthryu* prota conspectum ex fabulosa antiquitate §. 2. allegavimus:  
sed de eo multum non laborabimus: de significatione rectius solliciti. Si *Haping. d.l.*  
*num. 768. & Limn. Iur. publ. 5, 12, 3. interrogemus*, illi ex *Münstero Vandalorum*  
principes isto emblemate insigniri perhibent. Sed rectius *Rostochiensis* Dominum *Rostochia*  
notatur. Hoc à capitali urbe, quam n. 60. ad Varnum ex opido in urbis modum *ad Danos.*  
extruxit *Pribislau* §. superiori memoratus, nomen nactum, inter Henrici filios, iterum  
*demaro* nepos *Nicolotus cognomento puer*: Hic metu Brandenburgicorum, quibus  
se imparem credebat, *Danie* regi se submisit, adeoque hunc heredem habuit.  
Sed deinceps teste *Cranzio 8. V. and. c. 6. Christophorus II. Rex Henrico M. 1501 et  
1502* jus suum cessit. Apud *Thuanum* equidem L. 38. pag. 427. lego *Rostochium a Iohanne*  
*Danorum* rege Etici fratre circa annum 1325. esse venditum: sed nescit *Dania* historia.  
illo seculo *Iohannem* regem: unde *Christophorum*, qui Etici frater fuit, innui vix du-  
bito.



bito. Porro civitas deinceps magis magisque potentia crevit. Superiori autem seculo cum principibus ei controversia fuit, de qua legendus *Thuanus* Libro allegato 38. p. 426. seq. & 57. p. 1258. conf. *Limin. Jur. publ.* 7, 44. Ceterum ipsi urbi Rostochiensis eadem insignia tribuit *Wapenb.* i. p. 224.

**Com. Sve-**  
**rinensis.** §. vi. Quæ inter inferiores dextrum latus occupat, area rubea continet *brachium* quod manu *annulum* ostentat: illud ex *nube* protenditur, & *argento* vestitur, quo etiam tingitur *fusca*, qua medium ligatur. Aureus vero annulus est, gemmâ insignis. Δέργα hoc est *Sverinensis* comitatus, qui in ducatus hujus ambitu situs, suos habuit pridem comites, sed his extintis principibus accrevit: quod tamen quando factum sit, legilete non memini.

**Vandaliz-**  
**princip.** §. v. ii. Extremus laterculus iterum *aureus bubalinum caput nigrum coronarubea* redimitum & *cornibus argenteis* armatum exhibet, sed obliquo situ, non adverso uti area habebat prima, locatum, atque linguam rubeam exterior. Notatur isto emblemate Principatus *Vandalie*, seu *Hencorum* aut *Vindorum* dicere malis. Continuit hic *Gustrowiam*, *Plauiam*, *Ribniciam*, & quæ his adjacent: atque in *Henrici filii Nicoloto* obtigit, à quo ad posteros transmissus est. In his duravit principatus ad annum 1430. quo extincta linea ad *Megapolitanos* agnatos, & quidem *Henricum Pinguem*, delatus est. Porro exemplum esse hoc potest fratum eodem symbolo gentili sed nonnulli variatio utentium: cum non nisi sit, & quod per nares bubali hujus annulus non trahitur, differat. Credidet ergo à Joanne & Nicoloto fratribus differentiam hanc expisse.

**Stargar-**  
**dia.** §. viii. Scuto huic media incumbit parvula, quæ superiori parte *rubet*, inferiori *anro fulget*, scitione transversa. Notatur hoc signo *Stargardie* Dominium vel terra. Hanc *Henrico pingui D. Adeckelburgio* allatum lego matrimonio *Beatrixis Alberto March. Brandenburgio* natae. Filius *Ioannes* novam lineam orsus est, quæ communiter *Stargardie* nomine appellari solet: sed intra tertium gradum posteritas defecit. Ob *Stargardiam* Alberto *Joannis* fratri bellum fuit adversus *Ludovicum Romanum* ex *Bavaris Brandenburgicum* *Marchionem*: illud vero deinceps compositum, cum *Albertus Ludovico* filiam *Ingelburgim* elocaret.

**Galeæ.** §. ix. Huic scuto inponi solebant tres galeæ, *coronatae* omnes: quarum mediae impositum videre licet post septimum, palis acuminatis cæruleis, aureis, coccineis, argenteis & furvis constans, caput bubalum primi quadrantis, transversè tamen locatum, & post illud caudam pavoninam, dependentibus inde phaleris aureis & attis: quæ ad dextram huic adponitur sustinet duo cornua, quorum superiora rubent, inferiora aurata sunt, qua tinctura etiam est phalerarum: Extrema galea dependentibus lacinis aureis & cæruleis, ostentat jugum alatum cyano & auro pictarum complicatum. Facile vero intelligitur medianam *Adeckelburgico* & *Vandalico* principatibus, anteriorem *Stargardia*, ulteriorem *Rostochio* designandis usurpari.

**Meckeln-**  
**bugia.**  
**Stargardia**  
**Rostochien-**  
**sis.** §. x. Hoc tempore auctus est areolarum numerus, adeo ut nunc duæ transversæ lineæ & una perpendicularis in sex arcolas (si non connumeres parvulam toti impositam) clypeum distinguant. Et quidem superiori locum nunc etiam occupant *Megapolis* & *Rostochium*, & inferiores circa scutum pedem *Sverinensis Comitatus* & *Vandalie*: tum medium scutulum servat *Stargardense* symbolum. Superant ergo adhuc laterculus tertius & quartus explicandi, qui medianam Stargardiensem parvulam utrinque stiptant. Qui à dextris est linea transversa secatur; & ejus superior pars nisi fallor cærulea tingitur, impressa gryphe aureo, inferior .... Ad lavam, ordine quatius, crucem pedatam, latera tamen areæ non attingentem, representat: Existimo autem ex *Wapenb.* i. p. ii. laterculum minio, crucem argento tingendam.

**Sverinen-**  
**sis & Ra-**  
**zenbur-**  
**gius Epi-**  
**scopatus.** §. xi. Prius δέργα est Episcopatus *Sverinensis*. Hic prius in urbe *Megapolis*, quæ non longe *Vismaria* distatam diu esse desit, fundatus fuerat. Et quidem primum anti-stitem *Ioannem Scotum* 1066. Vinidi Christianorum persecutores crudeli morte affecere, post eum ultra 80. annos successor nullus fuit. Demum *Megapolis* jam vastata *Sverinum* sedes translata est circa 1170. sub *Bennone Megapoleniū* præsumum tertio. Inter hujus successores duo leguntur è *Serenissima* *Ducum* familia *Rudolphus* & *Baltasar*; tum proximo seculo *Ulticus*. Crux vero *Razenburgensis* Episcopatus fuit hieroglyphicon. Hic sub *Hentico Quarto* ab Archiepiscopo *Bremensi* fundatus memoratur. Eum *Christophorus Megopolitanus* *Dux* superiori sæculo à



tulo à Schulenburgio numerata pecunia obtinuit, & post eum Carolus frater. Nostro seculo 1648. duo hi Episcopatus, in compensationem Svecis pacis bono concessæ Wilsmari & agnivit sentia nomine pace Osnabrugensi Serenissimæ domini Mecklenburgicæ jure perpetui & immediati feudi salvo tamen domus Saxonico-Lauenburgicæ aliorumque vicinorum, ut & diaœcœs hinc inde competenti jure traditi sunt: atque ob eos jam Sverinensis linea in conventibus Imperii & circuli cum duplici principiis voto & titulo lectionem obtinet. Porro Ræcenburgensem principatum secundogenito filio, tertio Sverinensem Dux Adolphus Fridericus 1658. moriens testamento attribuit: Paterne vero dispositioni primogenitus contradixit.

§. xii. Hac diaœcœs est, qua jam tota Serenissima domus sine discrimine utitur: nisi quod Sverinensis linea, nonnunquam cruci Ræcenburgicæ mitram imposuit Episcopalem, quod Gustroviana non imitata est.

§. xiii. Scuto hunc in modum exornato imponi vidi coronam cum inserta misera Ducali, (cujus alibi etiam exempla vidimus) & super haec quinque coronatas callides: quarum media Mecklenburgia est §. 9. descripta, nisi quod annulum per nates burali trajectum non conspicio: quod sculptoris errori adscribam an confilio, ambigo. A dextris hanc stipat illa, quæ cornua defert, sed si sculptori fidendum, fascia distincta & colore alterante: Ad laevam est jugum alarum Rostochiense, sed explicatum. Accedunt novæ, prima videlicet ad dextram ex orientem gryphum Sverinensem, & extima ad laevam pro Ræcenburgio principatu septem vexilla lüttinens. Telamon clypeum tenent hinc bubalus vel taurus, isthinc gryphus.

§. xiv. His explicatis non difficile est rationes tituli capere, qui itahabet: Dux Thurn Mecklenburgi, princeps Vandale (i. vetustæ gentis Henæ) Sverinensis & Ræcenburgensis, Comes Sverinenensis, Dominus terrarum Rostochii & Stargardia, &c. seu vernacula lingua malis: Herzog zu Mecklenburg / Fürst zu Beadden / Schwerin und Ræc burg / auch Graf von Schwerin / der Lande Rostock und Stargard Heri/it.

§. xv. In insignia, eorumq; sensum Hieroglyphicum nescio quis ita lusit: Tetraschon.  
Mecklenburgiæ virtutem & robora gentis  
Bucephali caput & gryphis imago notat.  
Justitia & fidei studium nudata pueræ  
brachia, quamque offert annulus arrha probat.

## CAPUT LXII.

## Medicei. Magni Duces Florentie.

## ARGUMENTUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Familia sua, Sylvester. Cosmns M. Petrus. | 4. Altera opinione.                       |
| Laurentius. Petrus. Laurentius Urbini        | 5. Pila latus Francicis insignis.         |
| Dux. Alexander Dux Florentia. Cosmus         | 6. Corona singularis.                     |
| Magnus Hetruria Dux, Ob idcontroversia.      | 7. Apex.                                  |
| Confirmatio Caesaris.                        | 8. Capricornus Augusti à Cosmo usurpatus. |
| 2. Scutum.                                   | 9. Ordo S. Stephan.                       |
| 3. Pilarum origo.                            | 10. Petri Medicei scutum.                 |
|  | 11. Florentia urbis insignia.             |

## §. I.

**H**ETRURIA. Tuscæ imperat familia Medicea, cui non patria tantum sed & bona literæ restitutæ plurimum debent, & quæjam ab aliquot seculis Florentia in illiultri loco in-<sup>familia</sup> ter primatias eminuit. Ex ea tempore Ludovici Bavarii Silvester medicus Reipublicæ Confalonierius vel dictator erat, sed 1578. odio potentiarum ab opifice catus est. Ex alia linea Cosmns, cum affectari in libera Republica regni accusaretur, utbe exactus Venetus exulavit, verum anno nondum exacto reductus ita res patriæ administravit, ut M. 1578. & patriæ pater diceretur. Quanquam autem ei cives potestatem tecerant, ut pro arbitrio de Republica statueret, singulari tamen modestia non nisi cum ceteris re de-liberata quicquam decrevit, & 1564. vivis excellit. Filius Petrus iterum civem na-<sup>Petrus.</sup> gis quam principem se gessit. Hoc natus Laurentius literarum parentis dictus cum Juha. Laurens. no fratre Reipublicam administrans magnam dignitatem sibi acceptationem fecit. Cum enim Pacci, amula Medicis gens, in templo inter sacra Julianum trucidaverint,



**Petrus.** Laurentium vulnerassent, hic severe in inimicos animadvertisit, & Principatum sibi statibilvit. Cum vero patri 1492. successisset **Petrus**, homo ferox ob male administratam reipublicam ejectus est. Hoc genitus **Laurentius Vrbini Dux**, qui pater **Catharina Medicis**, celeberrima Francorum regina, fuit. Idem Laurentius naturalem filium habuit **Alexandrum**, quem uti cum Clemente VII. Pontifice, qui item ex Medicis, & Juliani filius erat, convenerat, Carolus V. Florentiae a se 1520. captus **Ducem**, & simul filiam suam naturalem **Margaretam** ei conjugem dedit. Cum hic omnium in se concitralet odia, a Laurentio agnato 1537. caelus est. Nec tamen tunc quoque destituit fortuna Medicos, nam **Cosmus agnatus**, licet Cesaris filiam Alexandri viduam uxorem impetrare non posset, principatum tamen patriae assecutus est, & pari prudentia ac felicitate eum gesit. Senarum etiam civitate occupata, & Gallos Hetruria exclusis, in obsequio Cesaris semper constans. Inde Pius V. eum, ut ita controversia de praecedentie jure

**Magnus D.** inter ipsum atque Atestinum Ferrariae **Ducem** terminaretur, **Magnum Hetruriae Ducem** creavit. Hoc ad injuriam suam & Imperii pertinere Imperator existimavit, & ob hoc cum Romae inaugrandus esset **Colmus**, per Oratores suos intercessum, protestatione facta, quam & scripto comprehendit, additis minis, si Pontifex ulterior in iura Imperii involaret: cum vero protestationem se non admittere Pontifici filii patronus respondisset, peracte sunt inaugurationis ceremoniae. Cum autem Imperator non acquiesceret, Pontifex ipsorum egit, & quod potestatem hujus rei haberet, demonstrare conatus est. Sed ne sic quidem Cesaris factum est, qui postea Colmum tanquam Imperii beneficiarium ad dicendam causam citavit. Demum 1575. Maximilianus II. Imperator eodem permotus est, ut titulum eum Francisco tanquam *Imperi beneficario* confirmaret, eaque de re amplissimum diploma concederet. Confer de his *Thuan. L. 46. p. 780. seqq. L. 60. p. 109.* & qui Imperio jus suum integrum servat, *Celeberr. Herm. Corring. de Eustab. Imp. c. 23.* Ex eo dignitas, quae in **Colmo** cepit, ad hunc usque diem continuata est, & posterius ex merito ornata.

**Scutum.** §. ii. Familiae hujs scutum *aureum* est quinque pilis *coccineis* impressum, super quas una eminet *carulca tribus litis* *Francis* figurata. Solum perperam *cyano* tingit *Haping. de jur. insign. c. 6. P. 3. p. 326.*

**Pilarum ongo.** §. iii. Originem *pilarum*, qui ad antiquitatem fabulis obnoxiam ascendere amant, illam perhibent, quod *Eberhardus* (*Linn. Iur. publ. 6, 6, 60. Petrum vocat.*) *Caroli M. miles* bello contra Longobardos a gigante *Mugel* dicto, scuto aureo exceperit ictum clavæ, ex qua quinque dependebant globi cruentii. Inde parvam vestigia globorum signata à gente tota levataam esse. *Labourerius de l'orig. des arm. n. 67.* fabulam refellit, & ex *l'anvino* docet, *Medicos Mediolanenses* unum tantum orbem gessisse, aureum in rubeo scuto: *Florentinos* auream parvam consitam innumetis pilis rubeis, quae deinceps reducuntur ad 9. postmodum 8. & 7. demum 6. ex quibus suprema Gallicæ pilæ locum fecit, ut nunc coccineæ quinque supersint, uti communiter exprimuntur.

**Alii opiniones.** §. iv. Alii *pilulas* vel *catapotia medicorum* esse arbitrantur, quod aliquis majorum professione *medicus* fuerit, ipso nominis indicio. Alii, ut *Stephanus Forcatulus*, esse ajunt *poma à Medicis* allata à *Felijno Lydio medico*, qui conditor gentis. Fuisse autem *ponainprimis* clara virtus. Initio quinque data, quod *Felijno* quinquennio absfuerit à Gallia. Alii *pilas* volunt, notanda inconstantia fortunæ. Unde *Bulengerus*.

*Qui fuerat quandam fortunam mobilis orbis,  
non tulit certas longus ire vias.*

*Sed Medicis gentis fulvo se vinxit in auro,  
inconstans alio ne male flectat iter.*

Vide *Haping. Iur. insign. c. 6. P. 3. p. 326.*

**Pila litis Francisca insignis.** §. v. Ratio supremæ pilæ, quae *Francisca litis* insignis, certior est. Non quod *Carolus Magnus* 773. (uti *Forcatulus* perhibet) eam dederit. Sed quod *Ludovicus XI.* vel *XII. Petro Medicco* eam concessit. vid. *M. Vulf. de la Colomb. Scinc. Her. c. 9. p. 66. Le Labour. orig. des arm. n. 31. Mcmistr. verit. art. du blas. c. 5. p. 54.*

**Corona singularis.** §. vi. Corona imponitur scuto peculiatis. vide *Menechtr. verit. art. du blas. tab. inter pag. 196. 197.* Constat vero illa pinnis, in media regione expansio hili flore rubeo exornata. De ea ita *Thuanus L. 46. p. 781.* *Insuper cum* (Pontifex *Pius V. Colmum*) *regali corona donat*, cuius exquisitam & novam formam depingi curavit.

§. vii. Ga-



§. vii. Galea si insitiat clypeo, coronata est, & sustinet falconem argenteum, qui Apes sinistro pede insitit lilio coccineo, dextro elevato tenet annulum aureum, adamante acuminato instratum, cum argenteo volumine literis aureis inscripta voce SEMPER per annulum trajecto. Chifflet. Inf. Eq. A. V. n. 191. Phaleræ dependentes auro & coco tinguuntur.

§. viii. De Cosmo Thuan. L. 57. p. 1294. prodit, quod Augusti insignie Capricorni Capricornus Augusti sibi sumserit, ac passim in ædificiis à se regia magnificentia instructis insculpi cura- fia à Cos- verit. Hoc vero de symbolo privato, non autem gentili tellera, intelligenti- patus.

§. ix. Torgues circumdat ita instrutum clypeum, ex quo dependet crux anco- Odo S. rata rubea margine aureo: quæ insignie est militia equestris, quam 1561. Cosmus ho- Stephanus noti S. Stephanus Episcopi Romani, quem patronum sibi Florentia legit, institut. De hoc ordine dictum P. i. c. 7.

§. x. Apud Chifflet. Inf. Eq. A. V. n. 266. videre est Petrum Medicum Magni Du- Petri Me- cis fratrem, ut distincta ab isto insignia gestaret, quadriportito scuto uirum; ita ut 1. & 4. tu- quadratum pileum Medicæ occuparent, reliqua duæ testiculis ex auro & cyano impleren- tum: quæ tessera est Toletanae familiæ, ex qua matrem habebat Eleonoram Petri Prore- gis Neapolitanum filiam.

§. xi. Addamus urbis quoque Florentiae insignia, quæ apud Theod. Heping, de Florentiae urbis insig- Iur. inf. d. l. p. 325. constant scuto bipertito ex mino & argento, ut illi lillum candidum, gnia. huic lunæ carulea inscriberetur. Quorum hoc ultimum fuerit insignie Fesularum, quam urbem in potestatem redegere & delevere Florentini. Post Gibellinos autem pulsos mutatum esse lillum candidum in rubrum argenteæ areæ impresum. De lituretione iterum disceptant: cum aliqui Carolo M. donum attribuant, alii autem à Carolo Andino cum 1265. Neapolim profici seretur, datum perhibeant. conter. idem Heping. cap. 8. §. i. m. 3. n. 34. Cum autem eo lili flore primi monetam cudere cepissent auream, inde nomen Florenorum. c. 10. §. i. n. 109. confer etiam c. 17. §. 15. n. 452. seq. ubi de leonibus coronatis. Videndum quoque de Florentinorum lilio Ferrand. episcop. pro lili. p. 28.

### CAPUT LXIII. Domus Mendozæ.

#### ARGUMENTUM.

1. Familia origo.
  2. Scutum.
  3. Linea Ducum del Infantado. Vega.
  4. Com. de Tendilla & March. de Cenete.
  5. Comites Corunna. Suarez de Figueroa.
  6. Marchiones de Canete. C. de Monteagudo.
  7. Com. de Galves. La Cerdña.
  8. March. de Montesclaros. Luna.
  9. March. de la Bala Sicillana. Alarcón.
  10. Com. de Priego. Carrillo.
  11. Dom. de Corzana & Legarda.
  12. Apex.
  13. Asturæsis gentis Mendozæ & linearum diversarum.
- De Castrogeriz.*

#### §. I.

Mendozætorum celeberrima & pluribus ramis fæcunda est apud Hispanos familiæ, ex Alavensi provincia oriunda, quam in primis ad Petrum Consalvum de Mendoza Dn. de Hita & Entrago referunt, qui in prælio ad Alubarota sua morte regi vitam servavit.

§. II. Gentile illorum insignie est, clypeus præfusus baltheo dextro aureo impresus, scutum quem percurrit tenuis coccinea: ut Chiffleti lensus est Eq. A. V. n. 152. Alf. de Haro autem campo viridi balthicum rubeum inducit, utrinque aureis tanis inclusum: unde rubeus ille baltheus quam aurea latera latior pingitur.

§. III. Cum commune sit hoc gestamen omnibus, linea tamen aliis discernuntur ab invicem notis. Linea præcipua omnium est Ducum Infantatu s. del Infantado. Hæc scutum utitur decussatim quadruplicite, ut caput & pedem scuti occupet symbolum familiare: latera autem pinguntur aurea, illisque voces angelica caru' is litteris inscribuntur, hinc AVE ALARIA, isthinc GRATIA PLENA. Chifflet. vult ad oram (en ore) inscribi, Haro recta linea pingit. Hoc Vegarum dænya est. Et eius du-plex ratio redditur: Vulson de la Colomb. Sc. Henrig. c. 9. p. 67. refert, ex hac familia ali-



quem primum vexillum, cui illa inscripta verba, mæniis urbis *Granata cum occupatur infixisse*, & in virtutis memoriam istata telleram obtinuisse. Parlot la Vr. & parf. sciente des arm. Voce *Lettres*. narrat quandam Garcilassum (*Garcilassum* dicere forte voluit) equitemin Granadensi planicie loco qui la Vega appelletur obtruncasse Mau- rum, qui ludibrii causa equi sui caudæ rosarium (*Chapellet*) affixisset, ob quod volumitate Ferdinandi regis hoc memoriale allatum sit: ut tamen dicat, parmae tubæ baltheum imprecium autem, huic alium viridem inscriptis argenteis literis AVE GRATIA PLENA. Ceterum ratio Vegenis symboli in hac gente est à *Leonor a Lasso de Vega*, quæ *Didaco Hurtado de Mendoza* admirali Castiliae Petri §. i. memorati filio nupsit.

**Com. de Tendilla & March. de Cenete.** §. iv. Cum ducibus Infantatii simili utuntur dispositione *Comites de Tendilla*, & *Marchiones de Cenete*, qui omnes pariter ad Didacum & Eleonoram referunt originem.

**Comites Corunnae Svaiez de Figueroa.** §. v. *Laurentius Inici Lopezii de Mendoza* *Marchionis de Santillana* & *Catharina Svarezia de Figueroa* filius, *Didaci Hurtadi*, *Inici Lopezii* & *Petri Gonzalezii*, à quibus Infantatii Duces, *Tendillæ Comites*, & *M. de Cenete*, frater, *Mendozio-Vegia*, modo explicata insignia dextræ scuti parti, sinistræ verò aureæ quinque folia fculnea virida in decussim disposita inseruit, ob matrem *Catharinam Svarezian de Figueroa*, cuius etiam allumis nomen, & comites *Corunna* ex se dedit.

**Marchion. de Canete** Itant, summo & imo *Mendozus baltheis* ornato, sed *lateribus rubetis*, in quibus decem folia populnea argentea, quorum significationem non capio, nisi notetur familia *Bobadilla* ab Isabella de Bobadilla *Didaci Hurtadi M. de Cannete* uxore. Tum catena argentea etiam in decussim inducitur scuto: cuius non magis capio mysterium. Exemplum idem imitatur *Comes de Monteagudo*. *Comes de Castrogeriz* ea folia populea lateri scuti sinistro, cuius dextrum *Mendozii balthei* ornant, inserit.

**Com. de Galves. La Cerd.** §. vii. *Comites de Galves Mendozis* baltheis addunt *Cerdana insignia* ex Legionibus, Castellaniis & Francicis composita, ob matrimonium cum *Cerdana*, quo jure etiam cognomen illud adjectum *Mendozio*.

**March. de Montesclaros. Luna.** §. viii. *Marchiones de Montesclaros* dextro lateri clypei inscribunt *Mendozio-Vegia* symbola, sinistræ verò lunulam ob familiam de *Luna*, cum Roderici primi Marchionis avia *Maria de Luna* f. *Alvati D. Truxello*, proavia *Brienda de Luna* f. *Joannis Hurtadi de Mendoza* fuerit.

**March. de la Bala Siciliana. Alarcon.** §. ix. *Marchiones de la Bala Siciliana* ob *Isabellam de Alarcon* *March. de la Bala Siciliana* *Petro Gonzalez de Mendoza* nuptam nomen *Alarconium* etiam ascriverunt & *Mendozio* præposuerunt, unde quoque in parma dextra parte *Alarconium* & typus, videlicet in solo rubeo crucem floridam auream, in sinistra *Mendozio-Vegia* symbola gestant.

**Com. de Priego. Castillo.** §. x. *Comites de Priego* simili fere exemplo in scuto bipertito, *Mendozium baltheum* lœvo lateri inscribunt, priori verò rubeo *cæstrum teatrum* *teatrum* aureum inserunt, quod est familiae *Carrillo*. Ob *Theresiam de Carrillo Dominan de Priego*, *Didaco Hurtado de Mendoza* nuptam, cuius filius *Petrus Carrillium* cognomen *Mendozio* pariter præposuit, & ad posteros transmisit.

**Dom. de Corzana & Legarda.** §. xi. *Domini de Corzana & de Legarda* *Mendozio* gestamini inducunt *catenam auream* ad limbi modum locatam. Cujus rationem æque ac reliquarum catenarum ignoto.

**Apex.** §. xii. *Apex gentilis apud Chifflet. n. 152.* est galeæ fasciæ tortili testæ impositum caput lupinum aureum, alis argenteis hinc inde appositis. Laciniae verò auro & cocco tinguntur.

**Diversitas gentis Mendozæ & linearum diversarum.** §. xiii. Non injucundum lectori fore credo, si in tabula hic representem *Mendozæ gentis*, cuius hic lineas designavi, *linearum brevem*, non nisi ut linearum distinctio oculis subjecta facilius capiatur. Nititur verò autoritate *Alfonsi Lopezii de Haro*, ex quo excerpti. Duas autem tabulas conficerre necesse fuit, cum qui alterius caput est, non satis mihi constet, quomodo cum priori conjungi possit.



*A.*

Petrus Gonfaltez de Mendoza (Alavensis) Dominus de Hita & Butrago † 1385, in praetorio ad  
Alubarrota, cum regem suum servasset.

Uxor Aldoncia Fernandez de Ayala.

Didacus Hurtadus de Mendoza Dom. de Hita & Butrago  
Admirals Calthae.  
Uxor Leonora Lafo de la Vega.

Inicus Lopez de Mendoza Comes del Real de  
Mangannares, & M. de Santillana.  
1445.  
Uxor Catharina Suarez de Figueroa.

Inicus Lopezius de Mendoza Dom.  
de Casel novo.  
Ulx. Agnes Manuel.

Didacus Hurtadus de Mendoza C.  
de Prie. 1465.  
Uxor Theresia de Carrillo Dn. de  
Prie.

Didacus Hurtadus Inicus Lopez de Laurentius Petrus Gonfa Joannes Petrus Carrillo Inicus Lopez de Mendoza Dux C. de Suarez de Lafo de lez de Mend. Hurtadus Hurtadus de Mendoza pez de Men-  
del infantado. Tendilla. Mend. C. M. Dn. Archip. To. de Mend. dus de Com. de Pri- ego. Arzal &  
de Coruna de Mon- let & Cat- Dn. de Men-  
doza. dejar. dinas. Colmenar doza. A Machales. A  
pez Belenca Dn. de pez doz. Ar- Robres Com. de de Cene. de Mend. doza, doza,  
de Val- Lien- de chiepit. & San- Corunna. C. de Me- Un. de Dn. de  
Men- hermo- vana Mend. Seviliat. guerrera. A quo Marañe- liso. A Colme- Freijo  
doza, Unde deinde C. de Cardin. A quo reliqui, res. Ux. quo Co- nar. de Torote.  
D del linea. Iungue- Ten. A quo illa li. Didaci mites de A quo alii.  
G Infan- rain dilia, poiteri, nca. Hurradi Galves Francisa.  
tado. Guada. M. de de Men- cognula Ux. Rode-  
laxata. Mondajar. doza C. Cerda & rieci de Men-  
Montesclaros.

Didacus Alvarus Ludovicus Bernar- Antonius danna. Z. Montesclaros.  
Hurtadus de Mend. de Mendoz. dinus de Men-  
dus & Luna. M. de Mondo- Mendo- doza. Pro-  
Mendo- Dn. de la jar. Com. de za. rex N Hispan-  
za, Dux Torre de Tendilla. A nia & deum Peruvia.  
del In- Esterian quo reliqui.  
fantado. Ambran.

Inicus Rodericus Petrus Gonfalez de Mendoza.  
Hurtadus de Mend. Ux. Isabella de Alarcon, M. de  
dus de M. de Mon- la Bala Siciliana.  
Mendo- tesclaros.

Ferdinandus de Alarcon & Men-  
doza.

Didacus Hurtadus de Men- Petrus Gonfalez de Alarcon & Mendoza  
doza C. de Salduanna. M. de la Bala.

Inicus Hurtadus de Mendoza, D. Rodericus. Uxor  
del Infantado. † 1601. neptis Maria.  
Anna Ducissa. Uxor patrum. Luisa Ducissa. Uxor Didaci Gomesii  
de Sandoval.



Joannes Hurtadus de Mendoza Dn. de Mendibil & de la Ribera.  
Uxor Maria de Mendoza.

Joannes Hurtadus de Mendoza, Dn. de Mendibil & la Ribera cogn. el Viejo.	Hurtadus Diaz de Mendoza, Dn. de Estun-techa, Soporiella & Coriana.		
Joannes Hurtadus de Mendoza, Dn. de Mendibil & la Ribera cogn. el Mayor. Uxor Maria s. Telli de Castilia Com. Biscaya.	Joannes Hurtadus de Mendoza Dn. de Euemecha & Coriana. Prelamero Mayor de Biscaya.		
Rufius Diaz de Men- doza Adm. Castil. + . . . de Mendoza. A quo Comites de Orgaz.	Joannes Hurtadus de Men- doza Dn. de Mend. Dn. doza, Dn. de Cannete. A quo de Mendibil. Ruis Diaz de Mendoza Dn. de Moron & Gormaz.	Didacus Hurtadus de Men- doza de Mend. Dn. de Cannete. A quo Marchiones de Cannete.	Lupus Hurtadus de Mendoza, Dn. de Coriana.
Alvarus de Mendoza Dn. de Ca- strogeriz. A quo reliqui.	Ruis Diaz de Mendoza, Dn. de Moron.	Iñicus Hurtadus de Mendoza, & Salzedo, Dn. de Salzedo & Gardia. A quo reliqui.	Garcias Hurtadus de Mendoza, Dn. de Coriana. A quo alias.
Rodericus s. Ruis Diaz de Mend. Dn. de Moron, à quo reliqui Domini de Astor, ad quos dein C. de Loloja.	Joannes Hurtadus de Mendoza. Uxor Maria Sarmiento C. de Ribadavia.	Didacus Sarmiento de Mendoza Com. de Ri- badavia, à quo & cetero reliqui Comites.	

## CAPUT LXIV.

## Archiepiscopus &amp; Elector Moguntinus.

## ARGUMENTUM.

1. Scutum. Rota. Willigis. Civitatis Mogunt. scutum.
2. Scutum Job. Philippi Schenbornii Electoris. Episcopatus Heribopolitanus.
3. Franconia. Quomodo ad Heribopolitanos? Controversia cum Brandenburgicis.
4. Schenborn.
5. Galea.
6. Wormaliensis Episcopatus.
7. Scutum Lotharis Friderici Metternichii Electoris.
8. Episcopatus Spirensis.
9. Prepositura Weissenburg. Nomen. Fundator Dagobertus. Quis? Abbatia. In Prepositura mutata. Spirensi Episcopatus inferta.
10. Metternichia concha.
11. Galea.
12. Scutum Damiani Hartardi Leyani Electoris.
13. Tesseria. Familia de Petras. von der Leyen.
14. Familia antiquitas & decori. Linea. Duo Electores simul ex ea gente.
15. Galea.
16. Scutum Johan. Svicardi Electoris ex Cronbergis.
17. Turulus. Archicancellarius. Mallinkrotis sententia. Wilhelmus primus à quo omnes Archiepiscopi Archicancellarii.
18. Jura ob Archicancellariatum ex Bæclero.
19. Electoris dignitas. In ea prerogative.
20. Primus Metropolitans. De jure coronandi Imperatoris.
21. Episcopi suffraganei. Olim Pragensis & Olomucius. Bambergensis.
22. Officiale hereditarii diocesiorum.

## S. L.

**S**cutum. **M**oguntinus Elector S. Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, adeo-  
que Collegii Electoralis Decanus est, s. phrali Maximiliani I. Imperatoris in di-  
plomate Obrister Churfürst. Archiepiscopatus autem sui ratione parma simplici  
Rotz. utitur, rubra videlicet, quam rota argentea sex radiorum (aliquando quinque solum re-  
presentantur, alias plures: in Schmack. Wap. P. i. p. 3. octo pinguntur) exornat. Mo-  
Willigis numentum hoc Willigis Archiepiscopi Moguntini esse volunt: qui in pago Saxonie  
Strovingen, (quem alii alii nominibus vocant) natus patre carpentario, ad dignitatem  
istam evectus, ne unquam originis lux oblivisceretur, in cubiculo atque palam rotam  
pingi curasset, cum illo versu: Willigis recolas, quis es & unde venis. Ab Henrico II.  
Imperatore autem confirmatum signum insignium ordinariorum loco. Theod. H. eping. de  
inf. jur. c. 6. p. 1. §. 2. p. 235. 236. Germanica inscriptio ibid: Willigis/ Willigis/ gedene/

**wannen du kommen bist:** Alibi legi expressum: Willigis/ Willigis/ deiner ar-  
tunst nicht vergiss. In qua non incleganter Chyraus:



Hoc rota V Villigisi, cuius sanctissima toto

Virtus Christiadum virut in orbe, monet.

Est virtus nos esse homines cognoscere, vitamque

Efferotam: virtus hac facit esse Deos.

Quos versus allegare non dedignatur Moguntinarum rerum diligentissimus & Clavis scriptor Nicol. Serarius l. 5. p. 724. qui ista etiam addit: Quia semper exaltat Deus humiles, factum est, ut rota ista (nempe passim in parietibus depicta) in summa omnia effeat admiratione, ipsasque ita Moguntina civitas adamarit & coluerit, ut pro suis eas insignibus esse vellet, (videlicet duas fursum erectas rotas) easdemque retineuerint & celebrarint in hodiernam usque posceritatem omnes Moguntini Archiepiscops, ad quos triumphi virtutis curru citissimumque modestiae ac demissionis rotis à Villigiso felicissimè advecta est Augusta in Augusto Romanorum Imperio Eleitoralis dignitas. Porro Villigisum hunc inter Episcopos Moguntinos quinquagesimum septimum (primum Crescentem constituant) inter Archiepiscopos septimum (in his primus Bonifacius designatur) Electorum autem primum numerat, ex ea hypothesi, qua Ottonis III. temporis Septenvirorum originem adscribit. Significationem vero rotæ duplarem notat; Primum, ut moneat Moguntinos, ut singularem V Villigisi antistites modestiam imitentur: præterea, ut versatilem, lubricam & inconstanter humanarum rerum conditionem desixam temper animo habeamus.

§. II. Porro ut sola hæc rota Archiepiscopatus est δῆμος, ita sola non uti solent, sed adiungit gentilia vel alio jure competitantia symbola. Qui 1673. vivere desit, Emi- nentissimus Elektor Johannes Philippus ex Schenbornia familia illo ultius est scuto, quod boni Joh. Filii Schen- borni-Ble- denit, & quadrupertitum, primo quartoquo loco rotam Mogun- tinam repre- sentat: Secundo vero & tertio Franconicum atque Herbipolense hieroglyphicum. Itaque quadra, ut ab hac ordiamur, tertia carulea vexillum minio & argento latus, quadrupertitum ex aurea lancea dependens continet. Notatur hoc vexillo Herbipolensis Episcopatus. (Nil fallit Stibach. Wapenb. I. p. 220. urbi Herbipoli ab Episcopo idem δῆμος concessum est.) In hoc primum Praesulem vocant Burcardum, à Bonifacio Moguntino consanguineo constitutum, qui decesserit 791. vel aliorum, forte rectiori, calculo serius. Ab eo vero Johannes Philippus Episcopus fuit septuagimus.

§. III. Quadra secunda tres cuspides argenteas ascendentes continent, reliqua eius parte cum cupidibus descendentibus rubente. Casp. Leth. à Dürmstein 74. p. 35. allignat Ducibus Franconia rothe flammam im weissen Feld/tubas flamas in folo cancente. Notari jam innuī Franconia Ducatum, in Germania meditullio sicut ex utraq; Mœni parte, à quo toti circulo, qui Bavatico, Svevico, Saxonico superiori & Rhenano includitur, nomen est. Hunc Ducatum à Rege Pipino, cui coronam regiam à Pontifice obtinuerit, in signum gratitudinis donatum Burchardo praefato antistiti Herbipolensi scriptores referunt. Unde illud: *Herbipolensis stola en se judicat stola: quod in sigillo utur. bipolitano.* pari autor est P. Bert. comm. rer. Germ. L. 3. p. 573. vel uti usitatus in expressis etiam antiquis publicis Herbipoli & alibi legitur: *Herbipolis stola judicat en se stola.* Vel aliorum conjectura: *Herbipolis stola judicat en se & stola.* Dein Erlangus I. Erlangus Episcopus, cum Henricus Quintus Imperator, à cuius amicitia discesserat, ducatum Franconia nepoti suo Conrado Svevo collaturus esset, ut sibi servaret Ducatum, ensem cum pastorali pedo primus insignibus adiecisse, &c. evaginatus enim ante se ut gestaretur, curasse dicitur. (conf. de eniū in Ecclesiasticorum insignibus usu Cl. Franc. Menestr. l. art du blason justif. c. 10. p. 249.) Post Fridericus Barbarosla titulum confirmasse perhibetur. Sed primus publicis in locis Ducem Franconia dixit, & monet & impreslit hunc titulum, Godofredus ex Limpurgi Episcopus Herbipolensis, ut sic Alberto M. Brandenburgico opponeret, qui elogio *Ducus Franconie*, obditiones, quas in ea possidebat, utebat. Sed non tantum ipse Marchio huic titulo obstitit, verum etiam 1521. 4. April. *Electores Moguntinus, Saxo & Brandenburgicus*, atque *Episcopus Bambergensis* (utpote qui exque in Franconia quedam possidebant) suam adiecere, atque in Vormatiensibus Comitiis interposuerunt protestationem. Nec tamen minus ad hunc usque diem Episcopi Franconie titulo gaudent, ut tamen eo non præjudicetur iuribus reliquorum Principium in Franconia ditiones suas possidentium. Quia ad hanc rem spectant, ex parte legi possunt apud Ioh. Limn. Iur. publ. T. IV. addit. ad l. 3. e. 3. p. 325. seq. De Illusterrimis Limpurgiis, qui testandæ originis suæ cuspides has Franconiæ cas etiamnum gestant, suo loco diximus.



Schænborna.  
§. iv. Hisce quadrantibus media incumbit parvula, nimirum *rubea*, referens leonem aureum, coronatum, tribus rupibus vel cuspidiibus argenteis insitentem. Δέγμα hoc Electori fuit gentile, ut videre est Wapenb. P. i. p. 133, sed ut figura illa corridentia sit ex ista. Familia Schænbornia in Rhenanis Equestribus in primis celebris à multo tempore fuit, unde jam 1192. mentio aliquius *Eustachii* à Schænborn extat. Ceterum Electoris frater *Philippus Ervinus Baronis* titulum genti intulit.

Galea.  
§. v. Galeæ imponuntur huic clypeo ita distincto quinque: quarum media tiaram Archiepiscopalem auream vel purpuream auro exornatam rubræ culcitra impositam; proxima ad dextram mitrâ Electorâ *rubeâ*, cuius ora pelle muris pontici farta reducitur, coniecta rotam argenteam *Moguntinam*; prima item ad dextram (*Herbipolensis*) pari coniecta mitrâ Ducali, inter duo minuta vexilla, quadrifida ex minio & argento, tres plumas cœruleam, argenteam & coccineam; quarta corona, cornua duo *Franconicis* cuspidiibus divisa; quinta demum inter cornua similiter distincta Schænborniæ Leonem coronatum exorientem exhibent. Laciniae verò quæ dependent, coco & argento tinguntur. Tum adjiciuntur pedum Episcopale atque ensis evaginatus, Ecclesiastica & principali potestati notandæ. Quod exemplum primus etiam *Erlangus* posteris dicitur dedisse.

WormatiensisEpiscopatus.  
§. vi. Post hæc anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, mense Maio ad Wormatiensem Episcopatum etiam electo Electore *Iohanne Philippo*, auctus est numerus & immutata series areolarum, ut videlicet Schænbornia parvula locum suum reinente, duabus perpendicularibus lineis clypeus in sex distinguetur areas: quarum secundam & quintam, nimirum in utroque ordine medium, implebat rotâ *Moguntina*; primam verò cuspides *Franconicas*, sextam *Herbipolense* vexillum: in tertio verò & quarto laterculo nigro clavis argentea diagonale situ locata, adjectis lapillis *tetragonis* (Schmach. vocat Spangen). Spangenberg. Adelsh. vocat decussis s. *Ursus* dreas *Crenulæ* & exprimit numerum quaternarium aureis conspiciebatur. Hoc symbolum est Wormatiensis Episcopatus antiquissimi. Et quidem Wormatia vel Vangionum legitur aliquis Archiepiscopus *Victor*, qui seculo quarto synodo Colonensi adversus Euphraten Episcopum Colonensem Arianum habita interfuit. Secuti sunt ali par dignitate, donec *Gervilio* Archiepiscopus, à Pipino Rege exueretur. Et Archi-Episcopali honore *Moguntiam*, quæ hactenus Vormariensisibus subdita, translato, Episcopali titulo successores, in quibus primus *Wernharium*, contenti et le juberentur. Post hunc quinquagesimus septimus fuit hic memoratus *Iohannes Philippus*. Si de quo mihi non satis constat, credo tamen, additus est apex Wormatiensis, talis fuerit, nimirum pulvinaria rubeo imposta tabula sexangula singulis angulis pavoninis pennis ornata, cum typus scutario.

Scutum  
Lotharii  
Friderici  
Metternichii Ele-  
ctoris.  
§. vii. Extincto 12. Febr. 1673, *Johanne Philippo* ex Schænborniis, successit in sede Eminentissimus *Lotharius Fridericus* ex genti *Metternichia* linea *Burschedia* pridem ab anno 1670. 15. Febr. *Coadjutor*, & *Episcopus Spirensis*. Hujus scutum illa dispositione fuit representatum, ut duæ perpendiculares & una transversa id in sex areolas, quibus media gentilis parvula incumbebat, distinguaret. Secundum & quintum laterculum ornabat *Moguntina* rotâ, primum & ultimum *Wormatiensis* clavis, tertium crux & quartum castrum cum pedo & incumbente corona.

Episcopa-  
tus Spiren-  
sis.  
§. viii. Crux argentea in solo caruleo designat Episcopatum Spirensim. Episcopatus ille Nemetum licet antiquis fuerit, nam aliquis lessius s. *Iasimus Episcopus Nemetum* legitur Anno 398. interfusile *Coloniensis* Synodo adverfus Euphraten Arianum habita, ejus tandem Episcopi certa serie non nisi ab *Athanasio*, quem facellum suum *Dagobertus Rex Francorum*, restaurator Episcopatus, 610. Ecclesia huic præfecit, numerantur. Septuagesimus secundus ab *Athanasio* Episcopus fuit *Philipus Christophorus* à *Sætern*, Trevirensis etiam Archiepiscopus: Cui mortuo 1652. suffectus est ille *Lotharius Fridericus*, qui ad *Moguntinam* sedem demum elevatus, illa symbola conjunxit.

Pzeposi-  
tura Weiß-  
enburg.  
§. ix. Additur alia areola *rubea* cum *castro* dimidiu argenteo, opere camen-  
tario nigro, ex quo pedum *Abbatis Weissenburgensis* protenditur, & desuper in-  
cumbit corona. Notatur verò illâ tessera prepositura Weissenburgia. (quod nomen Bernh. Herzog. in Chron. Alf. antiquis *Wijenborg* i. der Weisheit Burg à sapienti Monachorum disciplina ductum fuisse opinatur. Forte etymologia longius petita, cum  
verior



terior sit ab albo colore, nam ante monachos Dagobertus Rex in sua fundatione scribit, *Locus ille Wiffenburg*, id est, *album castrum*, qua etiam ratione aliis vocatur *Alba Julia*.) Portò in *Weissenburg*, *Wagavia ad Lusterum* flumen ex *Vogao* in Rhenum properante Imperiali civitate, quam *Sebusium antiquis dictam volunt*, præpositura hæc sita est. De qualegas, quæ apud dictum Bernh. *Herzog. Chron. Alsat.* L.10. cap.2. p.191. seq. reperiuntur. Fundata dicitur à Dagoberto Francorum Rege 629. Fundator seu juxta *Bucelnum* 630. Ejus etiam filia *Irmina* in templi choro sepulta perhibetur. Dagoberto Potto non definiemus, primus an secundus Dagobertus fuerit? illum scriptores tu. communiter intelligent: sed *Godofredus Henschenus* autor aliqui satis accuratus quis? plurimis documentis in sua *diatriba de tribus Dagobertis*, hanc aliasque fundationes, ut & filiam *Irminam* *Dagoberto II.* vult attribuendam. Cæterum *Abbatia* primum instituta erat *Ordinis Benedictini*. Unde post *Principium*, quod primo nomen fuit, qui præfueri numerantur 55. Abbates, ex quibus plures ad *Episcopales* vel *Archiepiscopales* cathedras, Moguntinam, Magdeburgensem, Wormatiensem & Spirensen eveniti sunt. Et quidem *Carolus Quartus* principali dignitate perliberat hunc & alios Abbates exornasse (confer *Linn. Iur. Publ. Tom. IV. ad 7. 52. pag. 357.*) unde inter quatuor Imperii Abbates hic relatus. Verum *Rudigerus cognomine Piscator Abbas* 56. anno 1526. Abbatiam hanc Benedictinam, in fœcularem præposituram mutatus est, & 1545. deceasit. Successor vero *Philippus de Flersheim Episcopus Spirensis* à mutata. Spirensi Episcopatu*m* infesta. Carolo Quinto Imperatore & Paulo Tertio Pontifice obtinuit, ut *Episcopatus Spirensi* inservieretur, unde ex eo communes cum Spira semper præsules habuit. Metternichiorum coaz.

§. x. Medium scutulum gentile *argenteum tres conchas marinas nigras* continebat, *Metternichiorum* testeram, de quo capite de *Metternichis* peculiari agetur.

§. xi. Galeæ impositæ sunt scuto sex. Quatum mediae duæ Moguntinæ erant, Galeæ. Archipräfuslis & Electoris symbola: Proximæ his Wormatiensis & Spirensis Episcopales cum tabulis sexangulis, quarum angulos pavoninæ pennæ, ipsas vero typi scutarii, nempe alteram clavis Wormatiensis, alteram crux Spirensis ornabant. A dextris prima coronata sustinebat *Weissenburgium* geminum castrum coronatum alis totidem inscriptum. Extrema iterum coronata sustinebat candens caput & collum cycni, rostro nigro. Metternichiorum apicem.

§. xii. Lothario Friderico 1675. rebus humanis exempto, electus est 3. Jul. f. 23. Scutum Jun. 1675. qui nunc diæcesis moderatur, Eminentissimus ac Celerrimus Dominus Da. Damiani Hartardus ex Leyanis, Episcopus centesimus sextus, Archiepiscopus sexagesimus sextus, Elector quinquagesimus. Cujus scuti quadrifidi quadram primam & extremam lectoris, tota *Moguntina*, reliquas duas clavis *Wormatiensis* exornant.

§. xiii. Toti incumbit scutulum *caruleum pale argenteo interfrinetum*, quod II. Tessera. Iustris familie de *Petra* seuvonder Leyen symbolum est: crediturque nominis familiæ de *Petra* f. Hartardi Leyani E. liatis à petra fissili (Leyen oder Schiffer) ducta ratio cæruleum colorem scuto induxit, von der Leyen.

§. xiv. Ipsam quod attinet familiam, audiamus Celeberr. historicum *Iacobum Masenium* in dedic. annal. *Trevir. Brovveri* facta ad *Carolum Casparum Electorem Treviranum*, Moguntini nostri Germanum: qui ita: *Cum generis vestri sector primordia, & decora quod Latio quidem sermone A PETRA, vernacula ac Germanica à LETEN aut LEYANIS (ut Romano more terminem) deducuntur, præclarissimis illud jam olim héroibus constat esse nobilitatum atque illustratum. Non evolvoam hoc in loco ex antiquissimo rerum Germanicarum scriptore Cornelio Tacito, ejusque libro undecimo: Equites Romanos illustres, quibus PETRA cognomentum, qui haud multo post Christum sub Claudio Rom. Imperatore floruerunt: Non producam Sigismundum à Petra cum uxore Magdalena de Pyrmont sub Ottone I. Imperatore in iustro nobilitatis Mespurgi ad Salam celebratum. Ille certior propiorum nobis stirpis vestra heres, si fuit, Wolframus de Petra, quem altera post Sigismundum atate sub Conrado II. Imperatore Trevirensum Annales memorant anno Christi 1151. inter ceteros Comites nobilesque subscripti ut testem sententia, in causa Abbatis S. Maximini tempore Hillini Episcopi late. Quo jam tempore floruisse vestra familia major, ac sub alterutro, vel de PETRA vel LETANO, celebratos nomine, vix censeo ambigendum. Nam eidem Wolframo, ut coetaneum, sic consanguineum fuisse Henricum Leyanum è nobili prosapia creatum anno salutis 1145. Leodiensem Episcopum, qui*



*peffundatam, flagitosâ multorum Ecclesiasticorum vitâ, religionem pietatemque sub Alberone decessore suo, landatissimis institutis moribusque rursum erexit. Præter alia familiae, qua originis & nominis universe unus de Petra s. von der Leyen/ solo hibernarum quatuor domorum & dominiorum agnominis totidem lineis, in Leyen, in Adendorf, in Saffigh, in Nickenich, dispescitur, decora, hoc in primis memorabile duco, quod nescio an cuiquam familie ex iulii nobilitate contigerit, ut uno tempore duo Archiepiscopatus & Electoratus ex eadem gente præsules accepertint; veluti superioribus annis Moguntina & Trevirensis diecesis duobus fratribus paruit, atque adeò Imperium ex eadem stirpe duobus *palis*, quam gentilem vidimus teileram, innixum sit; quod occasionem præbuit, ut electioni moderni Electoris illo tetrasticho bene precarer:*

*Fulcimus validis lapsum minitantis palis,  
Imperio palus jubedit ergo novus.  
Ab Deus Imperium, palos Deus optime, serva,  
Ut nisi cum mundo non ruat imperium.*

Geminis istis Germanis ex forore Germana nepos accedit tertius Eminentissimus ac Celsissimus Princeps D. Iohannes Hugo Orsbeckius, pridem Lotharii Friderici Spira, & avunculi Caroli Calpati Treviris Coadjutor, ac demum utriusque successor, tam Episcopus & Princeps quam Archiepiscopus & Elector utrinque laudatissimus.

**Galcz.** §. xv. Imponuntur huic scuto galeæ quatuor, quarum mediae duæ *Archiepiscopalem* insulam in pulvino & *Electoralcm* galerum cum rota referunt. Prima tabulam hexagonam sustinet, angulos pavoninis pennis exornantibus, typo autem Wormatiensi ipsi tabule imprestito. Extrema Leyana coronata sustinet inter alas cæruleas quinque corculis (anfololis, nonnulli enim trifolia pingunt, & 8. vel 9. exprimit) argenteis conspersas ex diademate tortili caput cum collo canis pernicis l. leporarii (*Windspiel*) candidi. Telamones comitantur & tenent scutum duo canes venatici argentei.

**Scutum Job. Svi-** Scutum unum adhuc scutum *Moguntinum*, quod in Sibmacheti visitur armor. P. i. p. 3. & eo tempore Iohannis Sviardi fuit, qui ab anno 1604. ad 1626. sedem tenuit. Hic quadripartita sectione rotæ *Moguntiae* symbolum gentilium *Cronbergum* in quadra secunda & tercia adjecit: quod cap. 19. descripimus, esse videlicet laterculum quadrifidum, cujus prima & quarta area cocco tingitur, corona primam areolam insuper exornante, secunda vero & tercia vario vellere farta conspicitur, seu, ut alii enunciare malunt, argentea quatuor cæruleos monticulos campanatum instar continet. Ob hoc tercia etiam galea incumbit scuto, ipsa quoque *Cronbergia*, videlicet coronata cum strobilo nigro. Cæterum hoc mortuo testeras scutarias complexus est nescio quis eleganti tetrasticho, quod huic apponendum reor:

*Montem evicisti princeps, rotaritè cucurrit,  
Ense, pedo, mitra, res bene gesta tibi est.  
Sufficit: ite enses, mitra, montesque rotaque,  
Omnibus ex titulis una corona sat est.*

**Titulus.** §. xvii. Superest, ut solennem titulum addamus, qui est: *Archiepiscopus Moguntinus, S. Rom. Imp. per Germaniam Archicancellarius & princeps Elector, &c.* Adiunctur dein Episcopatus alii, si quos simul posiderit; In hoc Archicancellarii in primis obseruanda est appellatio. Hoc argumentum nescio an aliud diligenter vel feliciter excollerit, quam fecit illustris Bernardus a Mallinckrot in libro de Archicancell. S. Rom. Imp. Hic primum omnium Archicancellarii nomen gestasse assertit *Cunibertum Colonensem Episcopum*: proximum ab hoc Bonifacium notat *Moguntinum* Archipræfulem, qui Pipini Regis literas, quibus Epternacense f. Willibrordi cœnobium 752. dotavit, ita subscrispsit: *Bonifacius Archicancellarius* recognovit. Ex eo recenset Imperatorum Archicancellarios varios, in quibus præter *Riculphum* & *Ludbertum*, de quibus dubitari potest, non paucos Moguntinos Archiepiscopos recenset, qui Archicancellarii subscrispsero literis Imperatoriis: in quibus sunt *Hatto*, *Hildbertus*, *Fridericus*.

**Wilhel-** Demum docet, *Wilhelmmum* Ottonis I. Imperatoris filium, Archiepiscopum primum mus. à quo nomines *Archiepi-* esse, à quo nulli jam alii Archicancellarii vel Archicappellani, quam ejusdem sedis Archi- *scopiacchi* mystæ: creditque laudatissimum istum Praefulem, quem *Wittikindus virum sapientem* &

*scenæ-*  
*tia.*

*Wilhel-*  
*mus. à*  
*quo nomines*  
*Archiepi-*  
*scopiacchi*  
*mystæ:*



tem & prudentem, pium & cunctis affabiliem vocat, ab optimo suo parente hanc continuisse sedis suae prærogativam, ut perpetuis deinceps temporibus non alii, quam Moguntini antitites, Romani Imperii Archicancellarii constituerentur: qua in re affectui paterno suffragari potuit ipsius loci dignitas, quod jam ab antiquo inter Archicancellares sedes Moguntina cathedraliter reliquis Cisalpini Imperii maximè insignis atque excellens fuerit, tum honor S. Bonifacii, tum ipsius urbis quondam florentissimæ, quam Reginonis continuator regiam civitatem & Francie metropolim, autor annalium Pithœanorum Germanie metropolim vocant, dignitas. Hoc verò in dubio relinquimus: an expresso Ottonis I. aliasve Imperatoris privilegio, an verò tacito quodam ut lepe factum novimus ac paulatim glisceente jure, Archicancellarius Imperii Moguntine sedi annexus &c, ut vulgo loquuntur, incorporatus fuerit. Illud interim verilimum esse, Wilhelnum prædictum sive mitium privative possidendi & exercendi hanc primariæ dignationis functionem. (Ceterum edoceor, ut dubio hoc opus non sit, in tabulario Moguntino extare specialia privilegia de expressa sedi Moguntine collata Archicancellarii dignitate.) Unde idem Vir Illustris sub Orthotribus demonstrat Moguntinos etiam trans Alpes agente Cesare rerum Germanicarum curam & cogitationem obivisse. Denum sub Friderico Barbarossa credit, quod capite potuerint tres hereditarii Imperii Archicancellarii Italia Coloniensi, Gallia Trevirensi Archiepiscopo attributis, quod ad nos quoque duravit, & adhuc in usu est.

**S. xviii.** Virtute hujus Archicancellarii, quæ jura ejus sint, ex Celeberrimi Joh. Henrici Baëleri Not. Sacr. Rom. Imp. L. 6. c. 5. cum nonnullis interspersis & iussu mutatis, <sup>Jura ob</sup> <sup>Archicanc.</sup> <sup>tum ex</sup> <sup>Bæclero,</sup> <sup>1.</sup> *Subscriptus & subsignat vel ipse, vel per suum cellanum Imperii Viceregularium, decreta Imperatoris & Imperii, in Comitatu & conventibus publicis, extraque conventus, edita, tum alia Imperii nomine publicanda.* <sup>2.</sup> *Sigilla Imperatoria solus asservat, omnium actorum, chartarum, Archivis, matriculis, monumentorum & documentorum variorum Imperii depositariis & custos est: ita ut etiam expeditiōnē Italicarum rerum per Viceregularium administraret.* <sup>3.</sup> *Directorum habet in Imperii comitiis, aliisque conventibus, & extra quoque omni tempore, locoque, secundus a Cesare.* <sup>4.</sup> *Solus in aula Cesarea ministrum ac Vicarium, sive Procancelarium habet, sibi perinde ac Cesari sacramenti religione obstrictum: qua de re extat privatum Maximiliani I. de anno 1509, sed & ceteri ad Cancellariatum Imperii procurationem distinati ministri à Moguntino solo conjuncti sunt, ipsique post Cesarem juramento obstringuntur, & salaria & taxa Imperiali sustentantur, quas regi quoque solius Moguntinus.* <sup>5.</sup> *Solus deputationem (anno 1555. infra statum) convocat, proponitque.* <sup>6.</sup> *Solus omni tempore extra conventus ab Imperatore literas accipit, per quas die Churfürstliche Gutachten eingefordert und eingeholt werden.* <sup>7.</sup> *Solus logitur in propositione Comitiali, & Cesari respondit nomine Electorum & statuum.* <sup>8.</sup> *Est Protecteur & Director postea Imperialis.* <sup>9.</sup> *Solus Moguntini ministris debetur immunitas a jurisdictione & c. g. ilis literarum.* <sup>10.</sup> *Solus est ausschreibender Churfürst und Director im Curia Rheinischen Crans.* <sup>11.</sup> *Tempore interregni cum vicarius R. ipubl. invigilat precipue.* <sup>12.</sup> *Cancellariam in Cameram regi, ac officiis suis ministeriisque instruit.* <sup>8</sup> *Cut pater ex literis Cardinalis Alberti Mogunt. ad Carolum b. & ex Actis in statuta Camere: tum ex confirmationibus Maximiliani I. & Cirol. V. def. Erzanglers Amts-würde. Additio Recessus Noribergensis 1523. § Item hat auch: solus Cameram visitat &c. in caulinum votum habet, Curias Cameral. s. dirigit, Praesidum absentium vice supplere. In visitationibus Camerar. ipse perpetuus est, cum reliqui visitatores mutantur.* <sup>13.</sup> *Soli Moguntino Legati Electorum, Principum & Ordinum Imperii, omnesque deputati in comitiis, aliisque conventibus se fiant, mandata & credenciales eff. runt, & desuper t. stationes expetunt: discessuri ante finium conventum veniam petunt.* <sup>14.</sup> *Hic etiam exteri Legati & Residentes, Agentesque suas res primum exponunt.* <sup>15.</sup> *Expedi solus in sua Cancelleria acta, attestata, & aliam momentis pro Imperio.* <sup>16.</sup> *Coram ipso solo reservationes, protestationes, denunciations, regulaciones & ejusmodi alia, fiant: quicquid modum soli quoque Moguntino ejusve Directorio traductarunt statuum memorialia, desideria, communatoria, postulata & omnes omnium supplicationes atque petitiones.* <sup>17.</sup> *Moguntinus solus decernit & intimat Revisiones. Ibi vero ipsi met interstat, tum deum Trevir supplet.* <sup>18.</sup> *Soli Moguntino id olim deprecato. vide Reichs-Abschied 1594. §. 99.* <sup>19.</sup> *Soli Moguntino id olim deprecato. vide Reichs-Abschied 1594. §. 99.*



guntini Cancellarii & Secretarius sîzen überm Tisch mitten im Saal bey Proposition und Abschied des Reichstags. Item in Electoral Collegio, &c. 19. Moguntini Cancellarius wird von Käyserl. Rätelet die Proposition zugesetzet / außer der ersten ansage auf einem Reichstag / (ben deme / ipsi personaliter præsens, hat Chur-Sachsen daß im herbringen gehabt / daß von Mânyz der Auszugzettel eim Chur-Sächsischen Cauzler geantwortet wird / so es dem Erbmarschall befiehet. Vor sich selbst aber / und ohne der Mânyzischen Cauzler wissen / hat Sachsen keine ansag zu verordnen /) gebühren Chur-Mânyz allein und dessen Cauzlen / alle ansagen zur Reichs Supplication-Deputations- auch andern und allen neben-Räthen besichtelt solche dem Erbmarschall / und ist nicht schuldig / solchen Zettel zuvor den Sächsischen hinterlassenen Räthen zu überantworten. Es mag Mânyz Churfürst durch seinen Cauzler die zweite / oder aber andere Proposition im Cour-Fürstlichen Collegiothum / wie nemlich auf die Käyserl. Proposition in selbigem / und den Fürsten- und Statt-Rath zu verfahren / und die Sache einzurtheilen. Eodem modo im Fürsten-Rath / daß durch sem ober-Reichs-Directorium Mânyz alleweg von neuem mittelst der Raths-Directoriem anfanget / oder / was noch nicht gar erortert und hangen blieben / continuaret / es in neue Umbfragen stellet / Ordnung hält / und dahin führet / daß die Sachen / so nothig / allezeit den andern vorgezogen werden. Wo einem Puncten durch eine Umfrage nicht abzuholzen / oder die Vorausföhlig / oder keine gewissheit klar darauf locken / so fraget Mânyz zum andern/dritten und so vielmahl umb / bis die Sache erläutert / und man einig / oder doch ein mehrers haben mag / denselben wird nachgegangen / ohngeachtet / was einer oder zwey auf denen Chur-Fürsten oder andere dargegen sagen. Mânyzische dictiren alle Schriften und eingegebene Chartas, und communieren anderwârtig selbige allein. Mânyzisch Protocoll wird des Reichs Protocoll genemmet / darauf / als auf das Authenticum man sich referiret / ceteris Protocollis discrepantibus, oder wo Disputationes über dasjenige / so gehandelt / fürsfallen; Wann jemand protestiret, bittet er solches dem Mânyzischen Protocoll einzuverleiben. Ceterorum autem protocollis, nisi cum Moguntino collationatu, non statut; Dannenhero ein Chur-Mânyzischer Secretarius oder Protocollist für allen andern gar fleissig auffmerkens zu haben schuldig. Mânyzischer Cauzler referiret allezeit zu erst zum Fürsten-Rath / wann das Churfürstliche Collgium den Fürsten-Rath zur Relation erfordert: Item, wann das Churfürstliche collegium und der Fürsten-Rath re- & correspredende einig / und der Statt-Rath vorcret wird. 20. Præter hasce libertates, dignitates, honores, iuraque, istas quoque potestutes habet Moguntinus, & Cancellariatu suo tam intra quam extra curiam Imperatoriam fungendi & alios suo loco substituendi, & una cum Cesare accipiendo semper decimam partem de bonis, petitionibus & exactionibus Iudeorum: Videatur litera Adolphi Rom. Regis 1292. Alberti item, 1298. Ludovici itidem 1314. & hoc ante aurcam Bullam: videatur etiam die Beschreibung des Churfürsten Jacobi zu Trier / geben 1441. als ihme Chur-Mânyz die besondere Gunst und Willen gehan / an seine statt ihn zu einem Römischen Cauzler zumachen / darum diese fernere formalia: Sollen auch darumb denselben (Chur-Mânyz) und sein Stift gewenlich meynen / ehren und fördern / und uns halten / als ein Bruder gegen dem andern. Wir wollen auch nicht vornehmen / so unser Neuen (Chur-Mânyz) sein Stift und Nachkommene an ihren Herrlichkeiten / Freuden und Rechten / ic. verkräncken möchte / sondern uns so halten / daß durch solch unsrer Verwesung uns lieber Neve von Mânyz und sein Stift geehrer und befördert werden sollen nach unsren besten sumen und vermögen. Ita ipse Elector Trevirensis, Electorius Moguntini Archicancellaria Vicarius erat per Germaniam, multum honorem deferens sedi Moguntinae. Quæ, quod Principes Imperii legare ad comitia, & ad actus Reipub. solennes consueverit, isque rices suas demandaverit, & Vicecancellarium ipse constituerit, neque est ignotum, neque mirandum. Im Kundschafft-brief von den Mânyzischen Prelaten und Räthen aufgängen / obberührte Beschreibung betreffend / so geben Mânyz 1441. codem anno, schen diese Wort: Dagegen hat auch unser gnädiger Herr von Mânyz unsrem obgenanntem Herrn von Trier zugesagt/



zugesagt/ geredet und versprochen/ Ihne (Chur-Trier) von der Cancellaren  
 nicht zu entscheiden/ die er ihm dann jetzt / als vorgefchrieben/ befohlen/ und  
 wann unser gnädiger Herr von Trier an uns vorgenannt umb vertheidigung  
 dieser Sachen eine versiegelte Kundschaft begehret hat / So han wir unser  
 jeglicher/pc. Dannenhero ist also weltkündig/ daß unter andern dem Chur-  
 Fürstenthum des Erzstifts Mänyz die Würde und Amt der Erz-  
 Canzelen des h. Röm. Reichs durch Germanien eingelobet/ die Churfürsten zu  
 Mänyz auch zu zeiten persönlich die regieret/ und auch andere an ihre statt/ das  
 ist/ Reichs-Vice-Canzler/ und sonst andere substitut: ret und geordnet haben/  
 von alters / bey Röm. Räymern und Königen altezeit also gehalten/ daß die  
 Briefe von dannen usgangen/ in Namen unser Vorfahren/ als der Erz-  
 Canzler/ seynd unterschrieben worden/ bis auf kurze zeit n̄ solches und ande-  
 res übersehen. Also redet Erzbischoff Berthold / in supplicatione sua ad Imperato-  
 rem. pergit: Ich han auch deshungen mit E. Königl. Ein. gehandlet/ bitte ich E.  
 Gn. mit unterhängem fleiß/ zu verschaffen/ daß mir der Titul meines Für-  
 stenthums nicht abbruch/ sondern dem schriftlichen Vertheissen volge beschrebe/  
 das will ich zu E. Gn. nach der gebühr verhoffen / dann in solchem mir und  
 meinem Churfürstenthum abzubrechen / das doch am geringsten zuthun ist/   
 hätte ich mich nicht versehen. Hierauß hat Bertholdus die Romische Canzley-  
 Ordnung verfasset/ und in gang gebracht. Nach Churfürstens zu Mänyz  
 Jacobi todt hat Chur-Trier als Chur-Mänyzischer Substitut an der R. Kon.  
 Canzelen sich würtlich an Kaiserl. Hof darumb begeben/ und es verwaltet/  
 unterdeßen seine Lände und Leute Mänyz treulichst recommendret. Als wegen  
 des Erz-Cancellariats Chur-Trier superiore seculo dem Churfürsten zu Mänyz  
 Cardinal Alberto zu Worms streit erreget / als ob Worms in seinem Archi-  
 Cancellariat/ und alsd in partibus Gallia gelegen/ und nicht ad Germaniam gehörig/  
 ist selbige Question durch gewechselte Schriften beider Herren Churfürsten  
 Mänyz und Trier vor Kaiser Carl dem fünfften anföhlich tractret/ und  
 sehr disputiret worden/ fast nicht unähnlich dem Kronstreit zwischen Mänyz  
 und Köln. Es ist aber Mänyz in besitz/ brauch und genuss seines Erz-  
 Cancellariats-Rechte/ auch zu Worms und allenhalben/ gleichwie auch in  
 provincia Coloniensi ist allezeit unverrückt geblieben/ und Wormbs so wol als  
 andere am Rhein eadem tractu ligende Stätte dem Deutschland zugerechner/  
 und/ wie billich/ also beyh Chur-Mänyzischen Directorio und Erzcanzler-  
 Amt dißfalls gelassen worden: Cardinal Albert in seiner Gegen-Schrifft  
 wider Chur-Trier/ sagt in dieser materi: *Quid? quod sedes Apostolica, quoties lega-  
 tos in Germaniam mittit, non ad illam modo partem Germanie, que in magna Germania  
 sita est, verum etiam ad aliam, qua inter Rhenum & Galliam media interjacet. Illic enim  
 cum primis legationis manus exercere habentur soliti fuerunt ad Germaniam missi Legati  
 Apostolici. Aliquanto post Cardinalis pergit: sed ultraea non immerito me tuebitur, quod  
 Antecessores Archiepiscopi Moguntini per tantum temporis curriculum, cuius initium me-  
 moriam hominum excedit, fuerunt, prout & ego quoque sum (hac molistatione recenter  
 cæpta dempta) in possessione vel quasi pacifica & quieta juris exercendi officium Archi-  
 cancellariatus S. I. Rom. non VVormatice duntaxat, sed & Colonia, Aquisgran, ac ipsa Ec-  
 clesia Trevirorum urbe. Quod ne ipse quidem meus hac in causa adversarius inficias ire  
 poterit. Paulopost: Majestati tue supplicabundus advolvor, ne patiaris tantum vulnus  
 Germania infligi, Regibusque Gallorum, qui suape natura eam Germania partem jam  
 dudum inhuarunt, an si invadendi illam parare, ne patiaris limites Archicancellaria-  
 tus mei, Ecclesiisque meæ Moguntine tanto totius Germania dispensior arctum redigi,  
 meque & Ecclesiam meam possessione juris in his terris exercendi detruidi. Hac ibi Elec-  
 tor & Cardinalis Moguntinus, & jure merito maximo. Die Churfürsten von Trier  
 haben es nachgehends dabey bewenden lassen/ in betracht/ ohne zweifel/ daß  
 ihre Vorfahren/ wie ob bemelt/ selbst von Chur-Mänyz verlaub/ und Substitu-  
 tion auf sich erbetet/ das Röm. Erzcanzler-Amt nur nomine Moguntini, auch  
 in Gallicis partibus Imperii in den Niederlanden und Burgundischen Crantz zu  
 verwalten/ und die Mänyzische hohe Herrlichkeiten und Rechten des Deutschen  
 Cancellariats ungeschwächt zuverwesen. Mänyz ist auch bisweilen Kaiserl.  
 Statt:*



Statthalter gewesen / vid. diplomia Regis Sigismundi , das fassende Umgeld zu Frankfurt betreffend / Mähniz gehörig. Zu Nach selbst hat Chur-Trier die Erörnung pretendarum gegen Chur-Mähniz weil es seictet in seinem Gallo-Cancellariatu gelegen seye / oder Kaiser Ludwig hat vor Mähniz gesprochen / wie Broverus selbst in Trecarius wider.

**Electoris dignitas.** §. xix. Quod Electoris attinet dignitatem , cùm origo Electorum inter doctos nondum expeditasit , sed variis difficultatibus , quotquot feruntur sententiae , premanuntur , illam controversiam nostram non facimus , id monuisse contenti , quod Moguntino primus Electoratus debeatur , quod nec Bohemæ Rex in dubium revocat . Ita in ipsa electione potiores eius , ut Decani , sunt partes : solus jus habet reliquos Electores convocandi diemque edicendi , non ad dietas solum Electorales alias , sed etiam ad Electorium actum : dirigit electionem ad normam Aureæ Bullæ , jusjurandum reliquorum excipit , proponit , futuragia colligit , concludit , decretum electionis pronunciat , capitulationem conficit , seu ex votorum pluralitate perscribit atque dirigit .

**Primus Metropolitanus.** §. xx. Præterea primus Metropolitanus cum sit , jus sibi Moguntinus vindicavit coronandi , ungendi , conférandi electos Romanorum Reges , olim per universam Germaniam . Verum ex Aurea Bullæ jure accessito Colonensis contradixit , unde variis scriptis nostra memoria illa controversia agitata est , donec 1657. 25. Junii pactione terminaretur .

Episcopi suffraganei. §. xi. Metropoli huic subjecti sunt duodecim Episcopatus comprovinciales , quos Caspar Bruschus ita enumerat : 1. Curiensis . 2. Constantiensis . 3. Argentenensis . 4. Spirensis . 5. Vormatiensis . (cui Ecclesiæ olim ipsa Moguntia & 15. Episcopatus subjecti fuerunt , conf. §. 6.) 6. Heribopolitanus . 7. Augustanus . 8. Aystettensis . 9. Hildesheimensis . 10. Paderbornensis . 11. Halberstadiensis . 12. Verdensis . Qui tamen ordo alias observatur , ille nimittitur :

Spirensis Episc.	VVormatiensis.	Heribopolitanus.	Eistettenensis.
Curiensis.	Argentinensis.	Verdensis.	Hildesheimius.
Halberstadiensis.	Paderbornius.	Constantiensis.	Augustanus.

Olim Praegenfis & Olomoucius. Atque ita quod notat Mallinckrot l. c. pag. 32. à summitate Alpium & Italico limite ad ipsum fere Germanicum mare , à quo Verdensis parochia (h.e. diaœesis) non ita longe abest , & à Moravia montanis ad Burgundiam & Galliam usque continuo utrobique & non sparsim interrupto tractu se diffundentes . Quod Moraviam nominat , ex eo est , quia olim Pragenfis & Olomouciensis etiam subjecti fuere Archiepiscopatu Moguntino , sed dein Prague Archiepiscopalis accedit dignitas , eique attributa est Olomucia . Tum Bambergensis quoque Episcopatus ei patuerat , sed exemptus est iterum ab omni iugo Archiepiscopali & ingenuus ac liber salutatus , mox post fundatoris Imp. Henrici II. mortem à Pontifice maximo Clemente II. qui antea Bambergensis Ecclesiæ secundus fuerat Episcopus , Svidegerus dictus . Ita Bambergensis Episcopus suæ diaœses Archiepiscopus dici & appellari potest , quæ Bruschus verba sunt .

**Officiales hereditarii diaœcesos.** §. xxii. Officiales , quos hereditarios habuit Archiepiscopatus Moguntinus , ita recenset Bucell. German. Sacr. P. I. pag. 2. Archimarschallum Landgravium Hassie , Vicemarschallos Equites ab Heusenstam : Archidapiferum Comitem Veldenzium , Dapiferum ex familia Equitum Bromschorum de Rudesheim : Archipincernam à sanguine Comitem Spanheimiorum , pincernam Equitem à Cronberg : Archicamerarium Comitem à Stolberg , Camerarium ex Equitibus familia Rueds à Collenberg . Hodie vero in aliquibus mutatum compertio , quando Archipincernis Spanheimis Schenbornia substituta est familia , cuius loco pincernæ hereditarii sunt Cronbergii : Dapiferatus hereditarii dignitate fruuntur Greiffenclauii de Volraths : Camerarii audiunt Metternichii in Winnenberg & Beilstein .

## CAPUT LXV. Domus Momorantia.

### A R G U M E N T U M.

1. **Familia.** Andr. du Chesne. Lisibus , Visbius .  
Richardus I. Linea collaterale de Bray & Montleberry , de Banterlus , Castellanorum de Gisors , de Marly & Vernueil . Matthæus Magnus Conestab.
2. Rami de Conflans , de Beaufont , de Goussainville , de Crozilles , de Bourg . Annas Conestabilis



- stabilis primus Dux. Linea de Nivelles, de Fosseux, de Wastines, de Thury, de Bouteville. Dux de Luxembourg.*
3. *Ramus Lavaüens. Linea d' Attichy, Domini & Comtes de Laval. Successio horum ad Montfortios. Linea de Pacy, de Raiz & de la Suse, de Chafillon, de Loue, M. de Neelle, de la Faigne, de Bousdauphin, M. de Sable.*
4. *Scusum.*
5. *An olim crux argentea in auro A quilularum*
- origo à victoriis à Casareis reportatis.
6. *Dysernula. Lavalcorum.*
7. *Alia scuto inserta.*
8. *Apex.*
9. *Telamones.*
10. *Tessera militaris.*
11. *Symbolum.*
12. *Ordo equestris de cane.*
13. *Primi Francia Barones. Ronfard versus.*
14. *Dominum & Ducatum Monmorencii penes Condeos.*

## §. I.

**M**omorantiorum in historia Gallica celeberrimum nomen est, eamque gentem luculento opere nomine *Historia Genealogica Andri. du Chevre* descriptis, ad quod Andri. du lectorem remissum volo. Traditio familiaris eam ad *Lisbium* quandam refert, qui sub Cheyne, Trajano Imperatore Patris à *Dionysio Alcopagita* conversus, & *Fescennini* iussu martyrio affectus fuerit; filium autem *Lisbium* reliquerit, etiam sanctitate illustrem. Anno *Vibius, 657.* mentio fit alicujus *Eberhardi Monmorenci*. Sed ab alio *Eberardo*, qui *magnus cognominatur*, & *992.* extinctus est, deducio certior ostendi potest: quamvis *Chevre* ab *Bucharde* eius nepote *Bucharde I.* ordini maluerit, qui Lothario regi contra Ottonem II. astitit, *dus I.* *Huic* filii dantur *Bucharde II. barbatu*s *Dn. de Montmorency* & *Theobaldus Dn. de Bray* & *de Montleher*, cujus posteri aliquandiu durarunt, demum hereditatem *Elisabetha marito Philippo Francico* attulit. *Bucharde* barbaro dicuntur geniti *Albericus Conestabilis Francie* (à quo etiam linea) *Fulco*, à quo Domini de *Banterlus*, & *Bucharde III. Roberto & Henrico* regibus gratus. Hoc iterum geniti *Ioh. obaldus* regni princeps dictus & *Conestabilis*, sed *annis*, *Herveus magnus buticularius Francie* & *Godefredus*, linea *Castellorum Gisiorum* autor. *Hervei* nepos fuit *Mattheus, Francia Conestabilis*, & qui regno prospiceret, à *Ludovico Rege in Palæstinam profecto* relietus. Hic *Bucharde V.* genuit & *Mattheus*: *Mattheus Dominos de Marly* & *Verneuil* proleuit, quorum demum hereditatem *Isabella* uxor *Roberti de Poisy* *Dn. de Malvoisin*, & *Guidonis de Levis* *Dn. de Mirepoix*, familiae *Levia* attulit. *Bucharde V.* qui titulum *gratia Dei Dominus Montmorenci* usurpavit, natus est *Mattheus II. cogn. magnus*, iterum regni *Conestabilis*, *que etiam dignitas sub eo multum aucta est*, ut post regem summa fieret. Reginæ etiam regenti contutor additus est. Idem *Eminam f. Guidonis viii. vel alia numérandi serie vi.* *Dn. de Laval* duxit, unde in ejus filiis *Bucharde VI. & Guidone* due linea capitales ortum habuere.

§. 2. *Montmorencium nomen* in *Bucharde VI.* posteris continuatum est; & quidem filii ejus *Bucharde* Dominos de *S. Leu* genuit: major autē *Mattheus III.* iterum duos filios suscepit *Mattheum II. cogn. magnum* & *Erhardum* dominorum de *Confians* & de *Beaufaut*, *Confians*, qui seculo XV. defecere, satorem. *Mattheus IV. Mattheum V. & Ioannem* generavit: quo *nati* *Mattheus* dominorum de *Gouffainville* & *d' Auvratim* suis autor, & dominorum de *Montmorency* propagator. *Carolus*, pater *Iacobi*, avus *Ioannis II. & Philippi*, hic ex filiis *fanville*, *Marco* Dominos de *Croilles*, de *Neuville*, & de *Hubermont*, *Hugone* autem dominos de *Bours*, *d' E. queencourt*, de *Flosselles*, de *Cressy*, *d' Aquest* propagavit: ille (*Ioannes II.*) tres filii de *Bours*, *loannem*, *Ludovicum* & *Guilelmum*. Ex quibus cum duo majores Burgundicas partes sestatim essent, *Guilelmo* pater dynastiam *Montmorenciam* dedit, quod etiam juris sententia 1483. confirmatum est. Hoc natus est præter alios *Annas Conestabilis* regni, cui superiore seculo clarissimum nomen fuit, & qui *Ducale* axioma primus stirpi intulit. Huic plures filii, in primis *Henricus*, *Heircus* pater, qui 1632. tristi morte Tholoie lineam hanc *Ducum* terminavit. *Ioannes Guilelmi* natu maximus frater dominus *Nivelle* fuit, et usque posteritas terminata in *Philippe Dn. Nivelle, C. Hornio, & Floro Dn. Montinio & C. Horn*, *Anna Co* *ne stabilis* quorum ille 1568. ab *Albano* decollatus, hic 1570. in Hispania interiit. Durabilius fuit posteritas *Ludovici* ex fratribus mediis, Baronis de *Fosseux*, quo nati sunt *Rolandus de Fosseux* *Baro de Fosseux & Ogerus* à matre *Baro de Wastines*, ab hoc descendant in *Bel-gio* Barones reliqui de *Wastines*, *Dominii de Bersec*, de *Vendegies*, de *Beuvry*, *Comites d' Eperre*, *Principes de Robecque*, *Marchiones de Morbegue*, *Vicecomites d' Aire*: illius (*Rolandus*) ex *Claudio* nepotes fuere *Petrus & Franciscus*:



**De Thury.** Prior ab Hentico III. *Marchio de Thury* creatus est, autor *Marchionum de Thury & de de Bouteville*. *Foffeux*, *Dominorum de Laurosse & d'Avanguer*: Alter Baro de Auterville & de Bouteville filios habuit *Franciscus Dn. de Hallot, & Ludovicum*, cui ab uxore *Carola Catharina* comitatus, quem summo jure in inferiori Navarra tenet, *Lussenfis* obtigit: eo natus est *Franciscus*, cui 1627. ad duella promitudo supplicio feralis fuit. Superest eius filius *Franciscus Henricus Com. de Bouteville & de Luse*, ac ab uxore *Dux de Luxembourg Pincey*.

**Ramus La-** §. IIII. *Matthai Magni filius alter Guido* maternum nomen assumit, *Lavalleo-*  
**valleus.** *rum reliquorum* autor: Genuit *Buchardum* dominorum de *Attichy* satorem, qui prin-  
**Linez d'** cipio seculi decimi quinti defecere, & illo maiorem *Guidonem VIII. Dn. de Lav. et Attichy,* hic *Guidonem IX. & Andream Dn. de Chastillon*; *Guidone* iterum nati sunt *Guido X. Comites C. de Caserte, Ioannes Dn. de Pacy, Fulco Dn. de Chalouyan*. Illo nati quidem *Guido XI. & Guido XII.* pater *Anne*, que *Ioanni Montfortio Dn. de Kergorlay* (cui dein nomen Successio horum ad *Guidonem XIII.*) nupluit, atque *Lavalleum* nomen & successionem intulit, unde reliqui Domini & Comites *Lavallei*, usque ad *guidonem XVII.* orti sunt, quorum deinceps successores.  
**Linez** sio ad *Rufios, Colino-Andelotus & Tremollios* migravit, apud quos nunc substitut. *Io-*  
*de Pacy*, annis de *Pacy* neptis lineam clausit: *Fulcone* autem orti *Domini de Raiz & de la Suse*, in  
*de Raiz* & quarto gradu extinti. Superest tamen progenies *Andrea Dn. de Chastillon*, qui nepo-  
*de la Suse* tem habuit *Theobaldum Dn. de S. Aubin & de Loue*, hic communis pater ex filiis trium li-  
*loo,* neatum: Ex *Guidone* per filios *Petrus* & *Sati* sunt reliqui *Domini de Loue*, quidein etiam *M.*  
*de Nelle & Com. de Loigny ac de Maille* facti sunt, & *Domini* atque *Marchiones de Lezay*  
*M. de Ne-* & *de Treves Com. de Bisottere*, per *Renatum* autem *Domini de la Faigne, de Tartigny & elle, de la Faigne*, *de Montigny* progenitifunt: Ex *Theobaldi* (secundo *Theobaldi* filio) *Domini de Bois-*  
*de Bois-* *dauphin* facti, qui nunc *Marchiones de Sable & de Bois dauphin* superant: Demum ter-  
*dauphin* tius *Theobaldi* filius *Ioannes Dominos de Brée* dedit, intra tertium gradum ex-  
*M. de Sable* tinctos.

**Scutum** §. IV. Toti huic familiae commune scutum est *aureum, cruce rubeam & singulis*  
*scuti angulis inscriptis* quatuor aquilulas (aleriones aliqui vocitare solent) *caruleas*  
*rostro & cruribus carentes* deferens.

**An olim** §. V. *M. Wulf. de la Colomb. scienc. Heroiq. c. 5. & ipsocum M. Gilbert. de Varenne. R.*  
**crux ar-** *d'arm. P. I. p. 15.* existimant prima insignia fuisse *aurea cruce argentea* insignita, ut ei-  
**gentea in** sent armis *investigatoria* (à enqueter) quibus honor primi *Christiani* notaretur: quod  
**auto.** veluti supra dictum *Lisibus* à *Dionysio Areopagita* baptismo tintus sit, vel alius ex  
*hac gente* primus procerum Francicorum *Clodoveo* regi baptizato in baptisterium  
*infilierit*. Verum enim vero fabellam *Chefneus L. I. c. 3.* refutavit, & simul alias reje-  
*cit* opiniones vanas, de insigniis horum ortu. *Ipsi* sententia est, ob autorem  
*non* *levis* *ponderis* *habenda*, probabile esse, quod primi *solanum* *crucem* gestint, sed à  
*Aquilula-* *Buchar do I.* *quatuor aquilulae* adjectae sint, in memoriam quatuor vexillorum imperia-  
*rum origo* rum in prælio, quo ad Axonam Otto II. Imp. vicit 978. obtentorum. Illis verò aliæ  
*à victoriis* *à Caesaris* duodecim adjectæ alites, cum *Matthæus II. Montmorencius* primarius autor habeatur  
*reportatis*. *victoriae* 1214. ad *Sovinas* ab Ottone IV. obtentæ, quando 12. vexilla *Matthæus* hostibus  
*imperialibus* eriperit. Maleverò alieas repetunt à *Lavallea* affinitate, nam *Lavalleo-*  
*rum* *gestamen leopardus* fuit.

**Discemi-** §. VI. Cum varias enumeraverimus familias lineas, subdistinctiones & disser-  
**cula.** *nicularum*, quibus singulae usq; sunt, numerus etiam bene magnus est. Sed ea retuli-  
**Lavalleo-** mus *P. I. c. 8. num. 37.* Hoc solum hic repetentes, quod *Lavallea* tota domus quinque  
**rum.** *conchas argenteas* inscribat, quibus dein novas iterum subdistinctiones rami ex ea  
*prodeunte* addidere.

**Alia scuto** §. VII. Observat verò *Chefneus* aliquando ipsos principes gentis solitos cruci  
*infusa.* *nummos Byzantinos* inscribere, qui distinctivæ notæ non esse potuerint; existimat au-  
*tem* illis notari numerum hostium occisorum. Adjecit etiam *Matthæus IV. Cubicularius*.  
*Francie* *lilium* cruci mediae impressum, testandæ dignitati, quod eo seculo fere in  
*usu* fuit.

**Apx.** §. VIII. Scuto imponitur *galea coronata*, ex qua caput mollescit *au-*  
*reum, lingua coccinea, numella concolori, limbo, & clavis ejusdem aureis*. Probat verò  
*Chefneus* olim etiam *pavonem* in usu fuisse. *Laciniae* dependentes sunt ex *aur-*  
*& cocco.*



§. ix. Scuto telamones additi sunt duo Angeli, quod ex concessione regum factum est. Telamones.  
Eum perhibetur. Alibi tamen leones etiam videoas usurpatos.

§. x. Tesseris militaris (conf. Chesn. cap. 4.) referuntur, *Dieu ayde au premier Chrestien*. Tessera  
*Sicuti vicissim symbolum domus Leviæ perhibetur: Dieu aide au second Chrestien.* militans  
Istius ratio ex eo, quod §. 5. diximus, repeti potest. Inde etiam dictum vulgatum est:  
*Montmorency premier Chrestien que Roy en France.*

§. xi. Symbolum familiare fuit stellæ fixæ adscripta vox Graeca ΑΠΑΛΛΩΣ.

§. xii. Præterea referuntur, quod pecularis olim *ordo equitum à Burchardo W.* Symbo-  
*Montmorencio* institutus fuerit, qui cum equitibus suis ad regem venerit. Fuisse *Ordo equi-* lum.  
*verdinsigne torqueum aureum, figuris capitum cervinorum ornatum, ex quo dependet canis, do-*  
*rit opere eneauftico pieta imago canis.* Sed sœpe allegatus *Chesteus* traditionem pluri-  
ma ex parte refellit.

§. xiii. Ad familiæ etiam splendorem facit, quod primi *Francie* (que regni primi Frat-  
prima provincia) *Barones* sint. Tum illi versus *Ronsardiani* notabiles sunt, quos *P. An-* Baro-  
*sme adducit p. 487.* nes.  
*Ronsardi*  
*versus.*

*Cette race est sur tout la plus belle,*  
*Race heroïque & antique; laquelle*  
*De fils en fils (Guerriers victorieux)*  
*A son renom élevé jusq' aux cœux.*  
*Gressé d'honneurs, & de noms memorables,*  
*Concevant seule admiraux, Conétables,*  
*Grands-marechaux, & mille dignités;*  
*Dont les hanteurs, honneurs, autorités,*  
*Comme à foison commune en leur race*  
*(Ne cedant point aux plus grandes de place.)*  
*Ont gouverné prochaine de nos Roys*  
*Heureusement l'empire de François.*

Ex hac enim stirpe sex Conétables, sex Marescallos & tres Admirales Gallia  
vidit.

§. xiv. Dynastia *Montmorentia* & castrum, quod vel à quodam *Morentio* Se- Domini-  
natore Romano, vel juxta alias à *Mauro* quodam, quem sub Carolo Martello Guilelmus &  
*Montmorencius* occidit (*Mont-more-occis*) dictum creditur, in Francia non Ducatus  
procul Lutetia situm est. Ei *Ducale* axioma additum 1551. gratia regis *Hentici* Montmo-  
*Secundi.* Cum verò titulus extinctus esset, denuo renovatus est 1633, in gratiam *Hen-* Penes  
*rici print. Condæi*, & uxoris *Carole Margaretæ Montmorentæ*, que ultimò extinti  
Ducis soror fuerat.

## CAPUT LXVI.

### Nogareti Duc. Espernonii.

#### ARGUMENTUM

1. Familia fortuna.
2. Scutum Ducti Espernonii.
3. Scutuli medius dispositio.
4. De la Vallette.
5. Familia Nogaret.
6. Affinitas Tholosana.
7. Lilia Francica nude?

8. Foxia tessera. Catharina Foxia maiores.
9. Saxonie fascia.
10. Bourdeaux - Paulin. Estrac.
11. Poole. Suffolck.
12. Foxio-Bearnenes tessera.
13. Scutum Ludovici Card. Vallettani.
14. Scutum Henrici D. Candala.
15. Eburovicia. Albretna symbola.

#### §. I.

**V**ariantis fortunæ exemplum præbere potest familia *Nogareti* vel *Vallettana*, que Familia  
ex re mediocri in eum gradum evecta est, ut Principum in Gallia ordini miscer-  
tur: sed brevi temporis spano tota detecit, ut non nisi unica ex ea virgo in *Carmelitano*  
monasterio vicam ducens superfuerit.

§. II. Insignia *Bernardi Ducti Espernonii*, qui Peditatus Francici Dux fuit, ex- Scutum  
hibet *N. Besogne Estat de la Fr. 1661. pag. 297.* Ut tres perpendiculares & una trans- Dux  
versa linea clypeum in octo areolas distinguenter: imposita alia patrum Esperno-  
nali media.



media, iterum quadrifida: & adiectis in muneri indicium vexillis quatuor vel sex, can-didi, incarnati & cyanei coloris.

**Scutuli medii dispositio.** §.iii. Initio scutulum medium intueri operæ pretium est, quod in eo gentilia insignia primam & quartam quadram constituant. Ceterum eadem illa quadra gentili signita: superiori parte rubea *cruce brachiata argentea* & insignita: inferior denuo bipertita, dextro latere in solo *argenteo viride* arborem, sinistro *rubeo crucem Tholosanam* (de qua alibi) refert. Alii inaequali divisione cephalum scutarium jubentesse, qui hic describitur laterculus brachiata cruce insignis.

**De la Val-lette.** §.iv. Brachiata ea crux *Vallettanam* familiam designare dicitur apud *Geliot. indic. armor. pag. 301. 302. 304.* Quæ tamen si à Nogaretia distincta est, quando in hanc transplantata sit, non novi: liquidem primus, quem ex Nogaretiis notatum circa 1140. reperio, *Pontius jam Donnus Vallettæ* nuncupatur: unde ante illud tempus id factum esse oportet.

**Fam. No-garet.** §.v. Arbor viridis *Nogaretiam* gentem designat, & ex ipso nomine *nux* esse intelligitur. Hanc à prefato *Pontio* vidi deduci. Affinitates numerat plures illustres. Præcipuum tamen incrementum accessit ei superiori seculo, cum *Ioannis Nogareti & Joanna de S. Lary de Bellogarde* filii *Bernardus admiralis Francie* fieret, & *Ioannes Ludovicus* dignitatem *dualem Epernonis* dynastie 1581. (uterat apud Henricum III. in pri-mis gratia & autoritate valens) consequeretur: cui deinceps matrimonium *Foxie he-redis* accessit, itipis præclarum decus.

**Affinitas Tholofa-næ.** §.vi. Tholofana crux ortum debet *Serenæ Tholofane*, quæ *Bertrandi* fratrī Raimundi Com. Tholofani filia & *Guilelmi R. Sicilia* vidua circa 1200. *Rogerio Nogareto* filio Ponti inupsum sic dicitur, à quibus reliqua stirps propagata.

**Lilia Fran-cica unde.** §.vii. Reliquæ duæ quadra scutuli medi *liliæ Francica* continete video: quod nescio peculiari regio gratiofō dono ascribam, an affinitati alicui cum regia familia, quam medianibus Foxiis non ita difficulter reperiemus? Illi obstat, quod in aliquorum, quæ mox adducemus, scutis laterculus non conspicitur, quod tamen in gratiosis concessionibus usuvenire solet, ut non facile omittantur: huic, quod affinitatum aliarum *Foxiarum* in medio hoc scuto nulla vola, utpote quæ cum ipsis Foxiis δέγματα in majori clypeo visuntur. An dicimus per errorem hic Bernardo patti data esse hæc lilia, quæ filii fuerint *Ducis de Candale* 1658. extinti? Huic enim ea convenire potuissent à matre *Gabrielle Angelica Borbonia Henrici IV. filia*.

**Toxiæ tel-fæzia.** §.viii. In majori scuto prima areola quadrifida sectione repetit symbola regia *Castello - Legionensiæ*: secunda *Aragonæ*: tercia *Navarra*: quarta *Aragonio - Sicula* (quæ omnia in scuto Hispano vidimus c. 38.) refert. Ut verò harum areolarum ratio-nem capiamus, majores *Catharine Foxie*, quæ *Ioannis Foxii C. Candale* uxor & *Margarita Foxia*, ex qua *Ioan. Ludovicus Dux Epernonis* Bernardum genuit, abavia fuit

*Catharine Foxie*  
majores.

*Catharinæ Foxia.*  
*Uxor Joannis Foxii.*  
*C. Candale.*

<i>Gasto C.</i>	<i>Joannes C.</i>	<i>Arcibaldus de Greilly</i> , <i>Captalis de Buch.</i>
	<i>Foxius.</i>	<i>Isabella Castelbonia</i> ex Foxiis Bear-nensisibus.
<i>Leonora Regina Navarræ.</i>	<i>Joanna Al-bretana.</i>	<i>Carolus Dominus Albreti, Conestab.</i> <i>Franciæ.</i>
		<i>Maria, heres de Sully.</i>
<i>Leona</i>	<i>Joannes Rex Na-varræ &amp;</i>	<i>Ferdinandus Rex Aragoniæ, filius Jo-</i>
	<i>Aragonæ.</i>	<i>annis Regis Legionis &amp; Castellæ,</i> <i>aque Leonoræ Petro Aragoniæ &amp;</i>
<i>Blanca he-re</i>	<i>Blanca he-re</i>	<i>Leonota Albuquerquia.</i>
	<i>Navar-ræ</i>	<i>Carolus III. ex Eburoviciis è Francica</i> <i>regia stirpe Rex Navarræ.</i>
	<i>Regina.</i>	<i>Leonora filia Henrici R. Castellæ.</i>

Ex his non ita difficulter rationes laterculorum istorum colligere licet.

**Saxonice fascia.** §.ix. Quintus laterculus *Saxonias* fascias aureas & nigras inducto fertutaceo viridi diagonali complectitur. Sed eius neutiquam capio rationem.

**Bordeaux Puy-paulin.** §.x. Sextus à *Gelioto inde. armor. p. 305.* solo auro tingitur. Inde eum p. 304. inter-pretatur *Bordeaux Puy-paulin*: verum inter affinitates Foxias hujus familiae nullibi mentio



mentio. Unde *Besognio* fidem adhibere malim, qui *auro & cocco* quadripartita sectione areolam tingit, quod intigne est familiae d' *Estrac*, apud eundem *Geliot*. p. 292. Ob hujus verò heredem *Math. G. Foxio C. Candale* nuptam, proaviam Margaretæ *Espernoniæ*, omni iure hoc dæyma assumi potuit. Ceterum stirps illa *Estracensis* f. *Astaracensis* descendit à *Car. Sanc. Curvo* dicto, Comite *Vasconie*, filio *Sancii* è Regibus *Navarræ* Duxis *I. sc. comitæ*, qui ætate proiectior 905. Rex *Navarra*, postquam frater *Fortunius* monasterium ingressus esset, electus est, & ex altero filio *Car. s. lator regum Navarræ*, primorumque Regum *Castiliae*, *Legonis* atque *Aragonie* fuit. Ceterum ille *Car. s. Sancii* ex filiis *Sancio* reliquos *Vasconie* Duxes, *Cuicelmo* Comites *Fidentiæ* (de *Fezenac* vel *Fezenaguet*) quorum hereditas tandem ad *Armeniacos* delapsa, *Arnaldo* demum *Astaracensis* Comites genuit. Ex his *Astaracensis* etiam *Pardusenses* prodire, quorum deinceps hereditas ad *Fidentiæcos*, ac ab his ad *Armeniacos*. Defecit demum familia in *Matha* Joannis III. & Mariae de Chambes filia, in *Foxiam* domum elocata.

§. xi. Qui sequitur laterculus quadripartitus est, prima & quarta quadra *rubeo*, *poolæ* & *fascia aurea*, cui adscripta tria ex eodem metallo capita *leopardina*, exarata: secunda & tertia aurea, incerto *balsio rubeo*, cui impressæ tres lunula cornuta argentea. Ita quidem *N. Besogne*. *Geliot* autem p. 304. primam & quartam quadram loco minii *caruleo* colore tingit, & loco *pardinorum leopina* pingit capita: secundam & tertiam jubar esse *caruleam*, inducta *balsio argenteo*, cui infibuntur *trianigrarum jugæ alarum*. Illud interpretatur *Poll* in Anglia, hoc *Suffolk Candale*. Nec abnucrim *Suffolk* fidem ei hic præbere, nam Joannis, qui *Catharinam Foxiam* agnatum duxit, pater *Joannes Gasto* Vic. de *Benauges* heredem *Candale* Margaretam duxit, quæ ex *Poolis* & *Suffolcis* descendit. Parentem ei alii assignant *Michaeline II.* de la Poole Com. de *Suffolk*, alii *Richardum Ducem*, matrem vel *Catharinam Staffordiam* vel *Ilabellam de Montbray D. Norfolk*. Ceterum idem *Geliot* pag. 6. *Poolis* loco *leopinorum*, quæ pag. 305. placuere, *leopardina* cum *Besognio* jubar esse *Pooliorum capita*.

§. xii. Claudit ordinem infimum laterculus aliud iterum quadripartitus ex *Foxio-Bearnensis* symbolis (vide c. 24. n. 49.) compositus. Hunc cum prioribus debent *Bearnenses* *Espernonii* Margaretæ *Foxia* Henrici *Foxii Candali* & *Mariae Montmorencie* filiæ, *Johanni Ludovico D. Espernonio* nuptæ. Ea enim totius *Foxio-Candali* ramæ heres fui: Huic verò ea insignia non solum ex matrimonio *Catharinæ Foxiæ*, de quo §. 7. debebantur, sed quia *casto Candali*, *Castillonii* & *Gastonii* tamor sator (*Gastonis II.* pater, cui heretis *Candalianupis*) *Arcibaldi Greillaci* & *Isabellæ*, ad quam hereditas *Foxio-Bearnensis* delapsa est, filius, atque *Ioannis*, à quo reliqui *Foxii* Comites & Beneatni principes descenderunt, germanus frater extitit, unde ei jus horum dæymatæ, licet penes majorem natu ditionum hereditas fuerit.

§. xiii. Vidimus quod proposueramus Bernardi Ducis scutum. Paulo alieni dispositionem *Ludovici Cardinalis Vallettani*, qui istius frater tuit, exhibet *Geliot* p. 301. *Ludovicus* 302. Ut videlicet primam & quartam quadram *Valletto-Nogareto-Tholosana* dæyma *poolæ* & *Card. Vallettani*. (uti §. 3.) secundam & tertiam quadrifida sectione *Foxio-Bearnensis* implerent.

§. xiv. *Henrico Vallettano*, *Candala Dux*, qui *Bernardi* & *Ludovici* major frater fuit, idem l. c. taleni clypeum assignat, in quo parvulum medium *Foxio-Bearnia* signa, *Henrici D.* majoris autē scuti quadram primam sectione quadrifida *Castello-Legionensis*, secundam *Candala*, simili partitione *Navarro-Sicula* emblemata implerent. Tertium quadrantem *Albretanum* dæyma constituit, laterculus videlicet quadripartitus ex *caruleo & coccineo* colore, illi imprellis *liliis Francicis*. Ultimus quadrans bipartitus hinc *Eburoviciam* areolam, nempe *caruleam* *liliis Francicis* sparsam, inducta tenuiâ diagonali, segmentis argenteis & coccineis composita, isthinc iterum *Vallettanum*, cum *Nogaretio* & *Tholosano* symbola gentilitia resert.

§. xv. Harum quoq; areolatum ex prioribus ratio repeti potest, in quibus omnes jam occurtere, *Eburovicia* & *Albretana* exceptis. Ex his *Eburovicia* debetur *Blanca ex Gia*. *Eburoviciis Reginæ Navarræ*, ut ex §. 7. constat. *Albretana* s. verò quadras, & ab avia *Albretana* *Catharinæ Foxiæ*, (iterum consule §. 7.) *Ioanna Albretana*, & à Margaretæ Arnolfo A- manœ *Albretano* natæ) *Gastonis Foxii*, à quo *Candali*, conjugæ, & à *Rosa Bernardi* *Ezii Albretani* filia *Ioannis Greillaci Capitalis Buziorum*, Capital de *Buch* (ita *Principem suum Buzii*, *Vasconie* caregio est, vocitant, ut *Paul. Emil. L. 9. pag. 292.* loquitur) uxore repe- tere licet.



## CAPUT LXVII.

Princ: ♂ Com. Oetinge.

## ARGUMENTUM.

1. *Origo.*
2. *Deductio Bucelini.*
3. *Landgraviatus Alsatia ab Egesheimensibus ad Oetingenses.*
4. *B. Herzogii diaconatus.*
5. *Quæ in ea desiderentur?*
6. *Ulterior deductio familia.*
7. *Linearum distinctio.*
8. *Schism.*
9. *Origo ejus.*
10. *Galea.*
11. *Tunlus.*
12. *Ditiones veteres.*

## §. I.

## Origo.

**I**llustrissima familia *Oetinge* citra controversiam ex antiquissimis Germanie nostræ est, & ad splendorem suum opus non habet, ut traditiones fabulosæ in subtiliam vocentur; ex quibus forte illa est, quæ A. V. C. 708. atque ita ante Christum 48. tempore Iuli Cætatis *Gedonem Romanum* vixisse perhibet, à quo hi Comites oriundi.

## Deductio Bucelini.

§. II. *Gabr. Bucelinus* eos deducit ab *Arnoldo*, uno ex numero 12. Guelforum, filiorum, quos usq; *Irmentridis* (torot Hildegardis Augusta) marito *Isenbardo*, uno edidisse parti, eosque pro catalis exposuisse, pater autem servasse, refertur. Justam verò deductionem orditur a *Brajo bellisco*, qui ab *Ottone M.* insignia, quæjam gestant, accepisse dicitur. Hunc *Berthulus Grajum* & *Cajum* vocat, eique conthoralem jungit *Helenan* & *Hedwigen* sororem *Otonis M.* Imperatoris. *Brajo* filios dat *Bucelinus* præter alios *S. Norikrum* Episcopum *Leodiensem*, qui cum laudabiliter dicesci prætulset, 1007. mortuus est, & *Ottomanus*, à quo reliqui ordine. Cæterum ejus deductio non parum differt ab ea, quam in *Henningsfo* & *Rensiero* legimus. Eo verò nomine inprimis suspecta est, quod Landgraviorum Alsatiae ex hac gente mentionem omnino nullam facit.

§. III. In Chront. Alsat. Bernh. Herzog. l. 2. c. 17. pag. 24. videre est genealogiam Landgravorum Alsatiae ex Oetingensibus, à *Conrado*, qui .... *Egesheimensem* Comitem uxorem habuerat. Cum enim penes *Egesheimenses* Comites Landgraviatus Alsatiae fuisset, ex quibus 12. *S. Henricus* sine liberis decessit, per hujus sòores, quarum altera *Burchardo* vel *Alberto C. Hohenbergio*, altera *Conrado* vel *Ludovico C. Oetingensi* nupsit, jus Landgraviatus ad has duas familias delapsum est. Et quidem superioris Alsatiae Landgraviatus ad *Hohenbergos* delatus, à quibus per *Annam Rudolphi* conjugem *Habsburgio*-*Austriæ* cundem obtinuere. Qui verò ad Oetingios pervenit, videtur inferioris Alsatiae fuisse: quamvis superiori non omnino excludere possimus, quia inter ea, quæ Episcopovenda, dicitur fuisse *Rufacum* & *Rubeagua*.

§. IV. *Herzogii diaconatus* illa est:

Conradus Com. Oetingenf. Landgrav. Alsatiae.

Ludovicus Com. Oetingenf. Landgrav. Alsat. 1230.

Uxor Margareta Com. Zollerana.

Ludovicus II. C. Oetinge.

Uxor Adelheid Com. Habsburg. 1280.

Ludovicus III.	Conradus II.	Sophia.	Uxor Com.
	Uxor Anna Burggr.	Uxor ... Com.	de Sulzbachhanse.
	Notimb.	Cassel.	

Ludovicus IV. Herz. zum Weit

Uxor Agnes Com. Wittenberg.

Uxor ... Com. de  
Wittenberg.

Fridericus.	Ludovicus V.	Irmgarda.	Anna.
	Ux. Guta f. Albani L.D. Austriae.	Ux. Adolphus C. Pal.	Ux. ... M. Badens.



Udalricus Landgr. Alsat. consensu filii Joannis Ottoni Dn. Ochsensteinio quædam feuda Landgraviatus 1331. concessit.

Joannes cum fratre suo 1332.	Philippus
Ludovico & Joanni fratribus, necnon	
Hermannio agnato, Dnn. Liechtenbergis	
Brumat, Arnspurg & Niederbron vendidit.	

Ludovicus VI.	Joannes Ulricus.
---------------	------------------

Post hanc addit Ludovicum seniorem & Ludovicum juniores Com. Oetinge, & Landgravius Alsatia 1368. Simoni Dn. Liechtenberg vendidisse feuda Imperialia Alsatiae. Ioanni Landgravi Alsatiae fuisse uxorem Agnetam Dominam Liechtenberg, sed fine masculis dececessisse, adeoque vendidisse Landgraviam inferioris Alsatia Ioanni Liechtenbergio Episcopo Argentiniensi, & dececessisse 1376. vespere D. Jacobi, sepultumque esse Buxoville in arcis facello. Alibi ei dari filiam Ursulam Comiti Sulzio nuptam, sed ante patrem extinctam.

§. v. In hac deductione haud dubie plura sunt seu typothetæ s. auctoris sphal- Ques in ea  
mata; exemplicausa, quod Comitem de Cassel & Sulzbachhausen vocat, qui dicendi  
fuerant Cassel & Sulzbach. Herzimi Weit vocatur, qui videtur dicendus fuisse Co-  
mes s. Dominus de Werdt. Ita enim Albert. Argent. Chron. Anno 1376. IX. Kl. Aug.  
dicit Domicellus Ioannes Landgravius Alsatiae, in quo cossavim progenies Landgraviorum  
Alsatiae. Licit idem Joannes ipsum Dominium prins vendiderit Ioanni de Liechtenberg  
Episcopo Argentiniensi sub anno 1358. Ipsitam Domini Landgravii quondam dicti sunt  
Comites de Werde. Præterea Albanus pro Alberto dicitur. Tum quæhic dicitur Adel-  
heidis Habsburgia, videtur Adelheidis Hirschbergia ex aliis dicenda, quæ 1274. scribitur  
fato functa.

§. vi. Quod ipsam gentem attinet, crediderim Ludovicus & Gutha Austriae fi. Ultiorios præter hunc Ulricum Landgravium assignandos Albertum stemmatis propagato- deduc-  
rem, Eberhardum Canon. Georgium Adolphi Imperatoris Colonellum, Ludovicum Com-  
mandatorem; Alii addunt Conradum cognomento Schrimpf, qui, quod studeret Eber-  
hardo Wittenbergico, ab Henrico VII. proscriptus, & eo paupertatis redactus est  
apud M. Cruf. annal. Sverv. P. 3. L. 4. c. 1. p. 200. Ut in monasterium Cesariense venerit,  
pane doloris ibi per reliquos vitæ dies vescens. Verum temporis ratione hoc referti  
non potest, sed vel frater vel patruus fuit Ludovici, qui Aultriaci gener fuerat. Sicut ergo ab Ulrico illo, quod vidimus, reliqui Landgravii Alsatiae orti sunt, ita à fratre Alberto reliqui in Rhetia Comites Oetingenses, seu, quod Bucelinus vult, Albertus genuit Ludovicum & Fridericum, Ludovici alterius patrem: seu sec. alios eo nati sunt Ludovici duo 8. & 9. quorum ille decimum, hic undecimum Ludovicum habuit filium. Ex quibus duos fuisse oportet Ludovicum seniorem & juniores, à quibus Herzog ait vendita feuda Liechtenbergiis, scilicet quia agnationis jure Joanni aliqui successuri fuissent. Joannem vero illum ultimum, venditorem Alsatiae, quod concernit, vel nullus ei in diagrammate Herzogii locus est, veleundem cum Joanne Ulrico fuisse oportet. Ex his Oetingiensis Landgraviis Alsatiae duo sepulti Argentinae in templo Wilhelmitano Ulricus & Philippus, Herzogii sententia pater & filius, juxta alios fratres. Illius hoc est Epitaphium: A. D. MCCCXXXII. III. CAL. JULII. OBIT DN. PHILIPPUS LANDGRAVIUS ALSATIÆ CANONICUS MAJORIS ECCLESIAE ARGENTINENSIS. Hujus: ANNO DN. MCCCXLIII. XVI. CAL. OCTOB. OBIT HONORABILIS DN. ULRICUS LANDGRAVIUS ALSATIÆ. ORATE PRO EO. vide M. Ioh. Huber. Danck- und Denck-Predigt p. 113. 114. Ex cuius indiculo p. 112. plures adhuc colligere elt, qui huc transferendi, & ab Herzogio non memorantur, si quis diligenter omnia conferendi & expendendi habeat otium & subsidia. Confer de Landgravatu supra c. 9. n. 64.

§. vii. Post Ludovicum, quem aliqui xi. vocant, maritum Imagine Schaumbur- Linearum  
gicae, certior est deducio; eo enim natus est Fridericus communis pater omnium à distincione.  
multo tempore Oetingensem, nam ex Wilhelmo, Ulrico & Joanne filiis, ex hoc Wallersteinis, ex isto Hochbergios, qui etiam in Wallerstein successere, ex illo Oetingensem  
ceteros



ceteros protosevit. Wilhelmo iterum natus est *Wolfgangus*, hoc *Ludovicus XV.* in cuius filius *Ludovico XVI.* atque *Friderico* divergia sunt linearum, quæ hodie superant: ab isto *Oettingenses* ad hunc usque diem, (ex quibus proximis annis *Albertus Ernestus Caesar* gratia *Principis* axioma primus stirpi suæ intulit) ab hoc *Wallersteinii*, denuo à *Friderici* nepotibus *Wilhelmo*, *Wolfgango*, *Ernesto* in lineas *Spielbergiam*, *Wallersteiniam* atque *Baldersen* distincti.

## Scutum.

§. viii. Quod scutum concernit, una utitur Illustrissima familia area, quæ quadruplici ductu transverse secatur pellibus variis aurei & coccinei coloris, cordi impresso scutulo caruleo, decussi autem argenteo toti scuto incumbente. Aliter enunciat Malleolus apud Th. *Helsing de Iur. inf. c. 6. P. 6. n. 900.*

*Oetting viret in gilvo rubeoque repingit*

*Limbum, quos nivea cancellans linea stringit.*

*Indomiti comitis niger ac albus fore scitur*

*Quatuor in spatis velut in fascis reperitur.*

*Hirsuti clypeus divisus parte priore*

*album, sed rubrum prefert in parte posteriore.*

Quis verò ex hac descriptione figuram intelligat? Tum quatuor versus male ad Oettingenses referri existimo. Quem enim *indomitum* comitem appellat, *Wildgravium* intelligentium existimo, & *Hirsutum* comitem dici, qui *Rangravius* alias dictus. Certè *Rugaviorum* (οὐδέπου enim esse pro *Nuvezafin* in *Wapenb.* z. p. 13.) scutum bipartitum est, sed anterior pars non argento, verum auro fulget.

## Origo ejus

§. ix. Traditio fabulosa originem parva hujus adscribit *Iulio Cesari*, qui *Gideoni Romano*, de quo §. i. scutum assignaverit rubeum cum decussi argenteo: apice etiam assignato ale rubea cum typo scutario. Qui verò seculi illius gnarus fuerit, scet apud Romanos hujusmodi gentiles parmas non fuisse in usu; multo minus crucis qualescumque, quibus non nisi à Christiana religione pretium accessit. Ab *Ottone I.* seu *Magno* 940. aucta data esse insignia patrum ab his modernis discrepantia, cum scutum medium & decussis similem sicut obtineant, quem nunc etiam servant. Sed quarti illi ductus transversi loco colliculorum s. nolarum, qua figura vatuum vellus effigiati solet, nubum instar ex auro & minio pinguntur. Galeæ imposita erat transverso situ naissa (Fischreus) interius foliolis s. corculis, superius tribus pavoninis pennis ornata. Demum ab Imp. Sigismundo 1414. illam, quæ nunc in usu est, dispositionem concessam lego.

## Galea.

§. x. Scuto huic insitit galea, ex qua pretenditur caput & collum molossi aureum, cuius auris decussi scutario argenteo ornatur. Hujus apicis causa controvferiam ab Oettinganis *Burggravius Norimbergensi* motam fuisse, cum hic eundem sibi arrogaret, cap. 13. num. 31. notavimus. Laciniae dependentes auro & minio tinguuntur.

## Titulus.

§. xi. Titulus simplicissimus est, pro antiquitatis modo: *Comes in Oettingen*, aliquando additur, *Dn. in Wallerstein*.

## Ditiones veteres.

§. xii. Porro præter ditiones, quas nunc etiam amplas possidet, plures olim sub potestate habuit familia Illustrissima. De *Alsatia* quod satis est vidimus. *Onoldiacum* ab ea emit *Fridericus II. Burggravius Noricus*: *Vaihingam* ab illis emere *Wirtenbergici* 1393.

## CAPUT LXVIII.

*Oforii. March. Astorgæ & Com. Altamira.*

## ARGUMENTUM.

1. *Oforii.*

3. *Oforio. Villalobos. Henriquez.*

2. *Scutum M. Astorgæ.*

4. *Galea.*

5. *Comites de Altamira. Fam. Moçofo.*

## §. I.

*Oforii.*

*O* Soria gens antiquitate nulli in Hispania cedit: cum in ea *Petrus Alvarez Oforius* sub *Petro* rege Castiliæ *Comitis de Villalobos* & *Ducis de Aguier* titulum gesserit.



§. II. Ex ea sunt Marchiones de Astorga, quorum scutum Chiflet. Eq. A. V.n. 159. Scutum M., ita explicat: In scuto auro duo lupi incedentes coccinei: pes scuti argenteus baltheo ter. <sup>Astorgae.</sup> gemino caruleo cochleato (bande viirree. Sammarch. vult aliter: ondée en pal de six pie-ces, d'argent & d'azur) exaratus: limbus scuti laterculis Henriquezia teifera impressis compotitus.

§. III. Lupos Oforiam gentem notare non dubito, aut forte illam, quæ Villalobos Oforio. (allusio ad nomen) dicta est, & cujus hereditatem Petro Alvarez Oforio uxori Maria Villalobos Fernandez de Villalobos attulit. Baltheos vel palos undosos unde derivem nescio. Henriquezia scutula à Leonora Henriqueza Alvari Perezii Oforii M. Astorgæ conju-<sup>Henri-</sup> ge deduco.

§. IV. Galea imponitur clypeo, spirali torque recta, & super illum caput lupinum <sup>Galea.</sup> coccineum oculis aureis: Laciniae circumvolant ex auro & minio.

§. V. Comites de Altamira huic etiam spectant: quorum bipertita est parma; poste-<sup>Comites</sup> riori latere duos lupos Oforios continent: priori aurea caput lupi avulsum migrum ostendit: limbo circumdata auro cum otto Henriquezi scutulis. Lupinum caput in an-<sup>de Altamira.</sup> teriori scuti parte, dispendium, annon sit gestamen familiæ de Moscoso, ex qua Urraca filia Roderici de Moscoso C. de Altamira Petro Alvarez Oforio nupfit, unde filius Ro-<sup>Fam. Mo-</sup> dericus nomen assumit. Galeam apud Sammarch. l'est. de l'Esp. p. 108. coronata auro vi-<sup>co.</sup>deo, & impositum lupinum caput auro colore tingi: quo etiam & auro laciniae pinguntur.

## CAPUT LXIX.

### Pacheci Duces Escalonæ.

#### ARGUMENTUM

1. Familia Pacheca.
2. Semini Duxis Escalonæ.
3. Ejus schema progonologicum.

4. Pacheco. Gentis deductio.

5. Portocarrero. Gentis series.

6. Acunha. Sirpis deductio. Pereyra.

7. Henriquez.

8. Idem scutum servatum posteris.

#### §. I.

Inter Hispaniæ Illustres Pachecorum gens eminet: Ex ea Didaci Lopezi Pacheci Duxis Familia Escalonæ insignia inter equites Aurei vellentis Iohann. Jacobus Chiffletius num. 151. de-<sup>ma pro-</sup> Pacheca. scribit.

§. II. Illius verba referam. Scutum quadrangulis dispartitum: I. Argenteus, ahe-<sup>Scutum</sup> mis duabus in palum dispositis auro & minio transverso denticulatis impressus; cum Duxis Escal-<sup>lonæ.</sup> onæ tribus serperatris aureis, uno introsum, duobus extorsum, ad ansarum aures erum-pentibus. (Pacheco.) II. Quindenies tessellis aureis & caruleis depictus. (Portocarrero.) III. Niger cum auro baltheo novem cuneolis caruleis triplici ductu transverso, ternis in summa parte, totidem in ima exarata. (Acunha.) In medio balthei crux liliata coc-cinea. (Pereyra.) Hujus quadrantis margo argenteus quinis scutulis *Lusitanicis* delcri-pitus. IV. Henriquez. (hoc est ex n. 158. in summo ad perpendiculum bipertitus, utraq; parte Castellana & Celtiberica, in ino rotundatim lacernatus Legionenii teifera.) Apex Phœnix caruleus rostro & oculis aureis, in flamma miniata collocatus. Torques spiralis & laciniae ex argento & minio.

§. III. Ut rationes laterculorum capias, Didaci majores hic enumerandi sunt <sup>Eius sche-</sup>

Didacus Lopez Pachecus D. Escalonæ.	Joannes Fernandus Pacheco Dux Escalonæ.	Alfonsus Telles Giron Dn. del Frechos.	Martini Vasquez de Acunna. Cujus gonologi- secunda uxor Maria f. Joannis In-cum- fantis Portugalie.
	Maria Portocarrera.	Maria Pacheca, dn. de Belmonte.	Teresa Tellez Girona.
		Petrus Portocarrero Dom. de Moguer.	Joannes Fernandes Pacheco, Dn. de Belmonte.
			Agnes Telles de Meneses fil. Consalvi C. de Neiba.
	Beatrix Henriquezia.	Martini Portocarrero, Dom. de Moguer.	Martini Portocarrero, Dom. de Moguer.
		Cabeza de Baña.	Cabeza de Baña.
		Alfonsus Henriquez, Admiralis Ca-stilie.	Alfonsus Henriquez, Admiralis Ca-stilie.
		Joanna f. Petri Consalvi de Men-doza.	Joanna f. Petri Consalvi de Men-doza.



**Pacheco.** §. iv. Ex his appetet Pachecum & *ypua* principem locum obtinere, quamvis  
Genit de- illud alscitum cum nomine à *Maria Pacheca*. Cæterum Maris illius majores ab il-  
dicio, lis, qui ad antiquitatem fabulosam ascendere amant, deduci solent à *Lucio Junio*  
*Pacheco*, de quo *Anulus Hirtius*. Memoratur etiam aliquis *Ferdinandus Ieremias*, qui  
fuerit in servitio *Henrici Portugallie* comitis, quo & *Majora Suarez* filia *Affvera Vie-*  
*ge* natus sit *Pajus Ferdinandi*, hoc Petrus Paji, & Petrus Rodericus Petri Dominus  
*de Ferreira*. Hujus filio *Ioanni Fernando* nomen *Pachecu* ascriptum lego. Hic pater  
fuit *Lupi Fernandi Pacheci* consiliarii *Alfonsi IV. R. Lusitanie* 1330. regno præfecti &  
majoris domus Regis Petri. Eo & *Mari de Villalobos* (cujus mater *Teresa Sancii R. Castiliae* fi-  
lia fuit) genitus est *Iacobus Lopez Pachecus*, qui in gratiam *Alfonsi Quarti* occidit Pe-  
tri Regis concubinam *Agneteru de Castro*, unde in Castiliam se recipere coactus,  
sed demum Regi placatus & in Lusitaniam reversus est. Hic & *Ioanna Vasquez* fi-  
lia *Vasconis Pereira* parentes fuere *Ioannis Ferdinandi Pacheci*, qui, quod odio esset  
Lusitanie Regi, in Castiliam rediit, & Dominus de *Belmonte* ab *Henrico III. Rege* 1421.  
factus est. Ejus filia fuit *Maria*, quæ *Alfonso Gironi* nupl. *Portocarrerum*

**Portocar-** §. v. Proximum symbolum est *Portocarrerium*: Hoc à *Joannis Ferdinandi*  
**ter.** *Pacheci D. Escalonæ & March. Villenæ* uxore *Maria* assumptum est; Ejus proavus  
**Genit se-** *Alfonsu Ferdinandi Dom. de Moguer* fuit, & *Martinum* habuit filium, ac aliud natu-  
**ries.** *Alfonsum*. Illo natus est *Petrus Mariae* pater, atque *Franciscus*, quæ *Egidio Bocca-*  
*nigro*, nepoti *Egidii Boccanigra* (qui frater *Ducis Genuensis* ad *Alfonsum XI. ve-*  
*nit*, atque *admiralis Castile* & *Palmæ* Dominus factus est) nupl. ex quo conjugio  
*comites Palma* oriuntur, qui *Portocarrerium* etiam nomen allunisere. *Alfonsus au-*  
*tem Alfonsi* filius naturalis *Rodericum Portocarrerum* genuit, qui primus *Comes Ate-*  
*tellini* creatus est, à quo reliqui comites ejusdem *Portocarrerii* nominis. Porro  
ipius *Mariae & Joannis Pacheci* filius secundus *Petrus Surdus* maternum cognomen  
*Portocarrerum* allumis, à quo *Villanova Marchiones* descendunt, quam dignitatem  
*Petri filius Joannes* natus est.

**Acunna** §. vi. *Acunna* testera propria & gentilis *Martino Vasquezio* fuit, & ortum  
**Surpis de-** trahit ex *Guttiero*, qui adjuturus *Henricum Comitem Portugallie* ex *Vasco* ve-  
**dicio.** nit, & *Braga* Dominus factus est. Ejus filius *Pajus Guttierii* dictus est *de Cunnas* f. de  
*Acunna* f. de *Aengna*, quod nomen in posteris hæsit. Paji trinepte *Martino Vasquez*  
*de Acunna & Violanta* f. *Lupi Fernandez Pacheci* natus est *Vasco Martini Domi-*  
*nus Acunna*, qui *Lupum & Martinum* genuit. *Lupus* dono Regis *Castellani Comes*  
*Buendia* creatus est, & reliquos comites illos genuit. *Martinus* autem ille est, de  
quo hic agimus, qui *Gironiam* heredem duxit. Idem *Martinus* ex secunda conjugie  
*Maria* filia *Joannis Insantis Portugallie*, ob quam *Valentia* Comes factus est, genuit  
*Petrum de Portugal & Acunna Com. Valentia*, cuius filius *Joannes Dux de Cyon* tuit,  
nepos autem *Henricus* non nisi filiam reliquit *Luisam*, quæ hereditatem *Valentie*  
*Manrico de Lara III. Duci* *Najara* attulit. *Parmularum Lusitanicarum* ex illo matti-  
monio notas deduci arbitror. *Pereyrum* autem gestamen ob *Lupi & Martini ma-*  
*turem Eleonoram de Pereyra* filiam *Lupi Suarez Dom. de Albergar*. Sed & *Vasco*,  
**Pereyra.** qui *Eleonoræ* maritus, ab avus item *Vasco Laurentii de Acunna* uxorem habuit *Tere-*  
*siam Perez*, cuius mater *Froila Roderici de Pereyra* fuit.

**Henri-** §. vii. Supereit ultima quadra *Henriquezia*, quam *Didacus* ab avia materna  
**quez.** assumpsit. Unde verò ea ex symbolis *Castellano* & *Legionensi* componatur, cap. 36.  
n. 3. dictum est.

**Idem seu-** §. viii. Didaci proneptoi *Ioanni Fernandes Pacheco D. Escalonæ* eadem plane  
**rum serva-** insignia tribuuntur apud *Chifflet.* num. 262. nisi quod galeæ addita legitur corona.  
**tum à po-** Sed & eadem affixat *Samarthanus lesl. d' Esp.* pag. 46. & 142. *Francisco Pacheco*  
**flicis.** de *Acunna Cabrera Bobadilla*, octavo *Escalonæ Duci*, *March. de Villena* (atque ita bis  
grandi Hispanie) *March. de Moya*, *Com. S. Stephani de Gormas*, *de Xiquena*, *de Cada-*  
*halso*, *Dn. de Belmonte*, &c.



## CAPUT LXX.

## Pici, Duces Mirandula.

## ARGUMENTUM.

1. *Familia. Mutina vicarii. Concordia comites.*  
2. *Scusum.*
3. *Aquila imperialis.*  
4. *Tesselle an Picorum, an Ciboe gentis?*  
5. *Aquila. Mirandula Com.*  
6. *Concordie Com.*

## §. I.

QUE à *Mirandula* principatu primarium titulum accipit, *Picorum* gens in Italia inter Illustrios jam ab aliquo seculis numerata est; & ab eruditioribus *Ioannis*, qui seculi sui *Phanix* jam in juvenili etate appellari meruit, atque *Ioannis Francisci*, qui patrui simulatione itidem in literis ac Philosophia Theologiaque studiis versatilissimus erat, novum decus acquisivit. Qui fabulis delectantur, eam ad *Constantium Constantini Magni Augusti* filium referunt. Id vero certum est, *Mutina* multis egregiis factis *Mutina* eam ab anno 1110. floruisse. Unde in eadem à *Ludovico Bavarо* post duo secula *Franci* vicarii. *scus Picus* imperii vicarius constitutus, sed à *Passarino Bonacolsio* è medio sublatus est: *Mirandula* etiam, quia ipsius filiis *Prendiparti* & *Thomassino* perfugium fuerat, 1331. solo æquata: sed isto à *Gonzagis* in ordinem redacto, *Mirandula* instaurari, & *Picorum* gentis reliquæ colligi ceperunt. Ex quibus à *Friderico III.* comites *Concordiae* creati sunt *Concordia* & *Franciscus*: ex quorum hoc, qui modo superant, *Duces* descendunt. Confer *dix. comites Thuan. L. 8. p. 391. 392.*

§. II. Insignia Gallicè describit *Brianvill. jen d' arm. p. 92.* Scutum præter *cephalum* scutum *anreum aquila imperiali* insignitum in quatuor quadras dispelicitur, *fascia rubea* partiōne inducta, & *parmula media* imposita *argento* & *cyano tessellata*: Ex quadris prima & quarta *aurea aquilam nigram* continet, *corona*, *rostro* & *cruribus aureis*: secunda & tertia *argenteis* & *cyancis* exaratur *fascias*, *incumbente illis leone rubco*, cuius *falcule*, *lingua* & *corona auro* fulgent. *Chifflet. inf. Eq. A. V. n. 302.* duas *fascias* dicit *argenteæ* quadræ inductas. Ex galea coronata erumpit *gryphus evolans aureus*: *Lacinia dependent argenteæ*, hinc minio, ad lœvam *cyano* reflexæ.

§. III. Aquila capitis, *Imperialis gratia* haud dubie signum est: cum vero illa apud *Chifflet. c.l.* non appareat in scuto *Alexandri Pici principis Mirandulani*, forte non frustra periat. fuerit conjectura, si existimemus tum impositum hoc caput scuto, cum *Ducalis* accessit dignitas.

§. IV. Toti impositam *parmulam tessellatam Brianvillius Picorum gentilem* existimat, quem sequitur *Sammarthanus*. In ipso tamen folio teri inciso interpretatio est, *an Picorum* quod notetur *Cibo*. Ita & *Illustr. Comes Bombacius in L'Araldo c. 10. p. 52.* cum de *teselliæ gentis Pepola* dixisset, addit: *Agli scacchi Pepolechi si congiunsero quelli de i Cibò, principi di Carrara, che di più s'incoronano dentro lo feudo Ducale de' Pichi Mirandolati, da cui si generò la Fenice de gl' ingegni, onde nase à i portatori di tal figura maggiore la gloria del simbolo*. Hoc tamen conjecturæ obstat posset, quod *Cibo* & *familia tessellæ* non integrum *parmam* sed *bathemum parme rubea* *inductum* complent. Rationem symboli derivare licet à *Galeotti* conjugé *Maria Cibensis*. Ast *Galeotti* patri *Alexandro* eam tessera tam tribuit *Chiffletus*. Unde quod dicam non habeo: non magis quam de significacione *fascia* per scuti quadrupliciti medium ducet: eujus tamen *Chiffletius* nullam facit mentionem.

§. V. *Aquilam primæ & quartæ areæ* *Pici* familiare in dicit *Chifflet*. Alii *Mirandula* *Aquila*, *la comitatui*, qui nunc *Ducatus* nomine venit, symbolum hoc tribuunt. Ea quod jam diu in patrimonio *Picorum* sit §. I. diximus. Cum vero *Galeottus* *Ludovici* filius patrum *Johannem Franciscum* (quem frater *Ludovicus* jam olim ejecerat, & à *Julio II.* restitutum altera vice *Ludovicus XII. R. Franciæ*) summo scelere obtruncaverat, & *Mirandula* potitus erat, sibi à partuibus timens eam in *Henrici II. R. Franciæ* manu stradidit, accepta in Gallia ex regio patrimonio compensatione. Confer *Thuan. L. 8. p. 392. L. 50. p. 945.* *Mirandulam* Imperio adhuc vindicat meritissimus de imperii iuribus *Corring. de finib. Imp. G. 23. p. 537. 538.*



§. vi. Leo fasciis impositus dicitur notare *Concordiam*, cuius comites à Friderico III. creati dicuntur, vel juxta alios 1414. à Sigismundo creati, à Friderico confirmati Joannes & Franciscus. *Marchionatus* autem titulum *Chifflet*. l. c. assignat.

## CAPUT LXXI.

*Pontii Duxes Arcuenses.*

## ARGUMENTUM.

1. *Bona familia.*
2. *Schism.*

3. *Ratio gestaminum. Legio. Aragonia. Bidaura.*

4. *Galea.*

## §. I.

*Bona Familia.*

**N** Andalusia floret familia *Pontiorum Legionensium*, & præter *Marchionatum Zaharensem* atque *Cisarensim* comitatum, nec non dominium *Marchene*, possidet ibi *Ducatum Arcuensem* (d'Arcos) quam dignitatem 1498. *Ferdinandus & Isabella* reges civitatis isti tribuerunt.

*Sicutum*

§. ii. *Sicutum* *Ducum Legionensi & Aragonica* tessera ad perpendiculum biperitum est, cum limbo caruleo octoparmulis aureis zona cyanæ exaratis impresso.

*Ratio gestaminum.*

§. iii. *Legionensem leonem & Aragonicos palos junctim* familiare gestamen *Pontitorum* dicunt, nullam quam sciam ob affinitatem cum regia gente, unde *donum re-Aragonie* *gratia esse* oportet. Limbum vero *Bidaurum symbolum* constituant.

*Bidaura.*

§. iv. Ex galea coronata erumpit *leo purpureus lingua & falculis coccineis*: *Laciniae* autem ex auro & cyano sunt.

## CAPUT LXXII.

*Reges Portugallie.*

## ARGUMENTUM

1. *Regni origo. Henricus Comes Portugallie. Pratalium ad Ouvrique. Alfonsus Rex fit.*
2. *Regnus series. Ioannes nova linea autor. Emanuel. Sebastianus. Henricus. Philippus Rex Hispania. Joannes Dux Bragantia rex. Pentralis regnum firmatum.*
3. *Schism.*
4. *Vetus tesseracrus.*
5. *Ratio quinque scutorum. Literæ Alfonsi regis. Quinque punctæ vulnera in subscriptione.*
6. *Limbus Castellanus.*
7. *Sibmacheri scutum erroneum.*
8. *Corona clauza.*
9. *Apex. Draco s. serpens Mosis.*
10. *Ioannis Regis sphæra.*
11. *Ex sententia Sibmacheri. Apex Bragantino-rum.*
12. *Symbolum. Telamones. Papilio.*
13. *Ordo fætus Christi. Avifia.*
14. *Bragantinorum scutum.*
15. *Aliorum ex regio sanguine.*
16. *Comitum à Lemos.*
17. *Castro. Osorio. Villalobos. Henriquez.*
18. *Dux Veragne. Christoph. Columbus. Castilia. Legio. Admiralatus Indiae.*
19. *Titulus.*
20. *Algarbia. Unde ad Lusitanos. Symbolum.*
21. *Africa. Lusitanorum successus in Africa &*

*India, atq[ue] ora Persia. Quæ à Batavis iterum illis crepta.*

22. *Pratenentes in regnum Portugallie à morte Henrici Cardinalis. Historia. Prætententes.*
1. *Catharina Medicea R. Gallie. Fundamenta. Responsones. Eventus. Anexo eo Regi Francie ius superfis?*
2. *Antonius Lusitanus. Fundamenta. Responsones. Eventus.*
3. *Philippus II. Rex Hispanie. Fundamenta.*
1. *Portugalia comitatus regni Legionensis.*
2. *Successio Agnetis de Castro. 3. Constantia Perri R. filia. 4. Philippus competitoribus potior. 5. Ius agnetis ab Henrico, gubernatoribus, Bragantino, nobilitate, populo. Eventus.*
4. *Dux Sabaudie. Fundamenta.*
5. *Catharina Dnc. Bragantina. Fundamenta. 1. Linea masculina. 2. Jus representationis. Hispanorum responso. 3. Insangui-nations. 4. Sanguinis prerogativa. Eventus. Eleccio Joannis R. ex Bragantinus. Scriptores. Fundamenta. Responso Hispanorum. Eventus.*
6. *Raynaldus Farnes. D. Parma. Fundamenta. Responso.*
7. *Pontifex. Fundamenta. Responsones. Eventus. Appendix. Dejure Abbat. Claverallensi. Compendium historiae & praetensis. ex Coniectaggio & Viperano.*

## §. I.

*Regni ori-*

**I**nter Europæ Regna ultimum exortum est *Lusitanicum s. Portugalicum* 1139. Nam *Henricus*, quem ali ex Lotharingica, aliis *Limburgensi* familia hactenus derivare solebant,



bant, sed *Theodorus Godofredus* justo tractatu fratrem *Hugonis I. & Eudis Duxum Burgundie*, adeoque ex regia Francica familia ortum fuisse, demonstravit, cum in Hispanias venisset 1089. bello adversus Mauros operam navavit, & *Conimbricis* atque alia cepit, ob id *Comes Portugallie* dictus; is vero ex *Theresia Alfonsi Castillie regis filia* (quam aliqui naturalem fuisse perhibent, alii matrem ejus *Ximenen Nunquam Guzmaniam* ducant, sed à Pontifice matrimonium dilatatum allegant) *Alfonsum* genuit. Hic bellum gessit adversus *Altoulium VI I. Legionis & Castillie regem*, dein quinque reges Mauros *Ibinarium* & socios ad *Ouvriique* prope Tagum vicit 1139. Unde ab exercitu in loco aciei electus Rex, & in Comitiis *Lamegenibus* confirmatus est & coronatus: <sup>Prælium ad Ouvriique: que.</sup> indignante ob id *Legionensi* rege: inde *Vlyssiponem* cepit, & *Albotacum* regem *Hilpalis* vicit; à *Castellanis* autem captus, verum iterum dimisus est.

**S. II.** Ab hoc Alfonso reliqui reges, filius *Sancius I.* nepos *Alfonsis II.* pronoepo: <sup>Regum testes</sup> *Sancius II.* *Alfonsis III.* dein hoc genitus *Dionysius*, isto *Alfonsi IV.* hoc *Petrus*, & eo <sup>ties.</sup> *Ferdinandus*, qui masculam legitimorum progeniem claudit. Eodem Petro sed extra conjugium genitus est *Ioannes*, qui, cum ob ductam *Beaticem Ferdinandi filiam* *Joannes* <sup>nova linea</sup> *Castellæ* Rex regnum sibi afferet, 1384. Dux exercitus constitutus est, & frequenti anno <sup>aucto.</sup> *Rex electus*. *Joannem Castellanum* ad *Alubarotam* cruento prælio vicit, novamque gentem orsus est, in qua filiis parentibus succedere *Edoardus*, *Alfonsus V.* *Ioannes III.* huic patrue lis *Emanuel*, qui potentia antecessores superavit, & multis victoriis extra Europam <sup>Emanuel</sup> regnum auxit: ei successus filius *Ioannes III.* huic nepos *Sebastianus*, & huic prælio ad. <sup>Sebastia-</sup> versus Mauros 1578. cæso propatrius *Henricus*, pridem *Cardinalis*, quo vivo & 1580. <sup>Henricus</sup> moriente, regnum plures procati sunt. (de quibus infra.) Praevaluit *Philippi II. regis* *Philippus Hispanie* potentia, qui expulso *Antono*, qui le pro rege gerebat, *Ioannem Bragantinum* <sup>R. Hispanie</sup> qui ob conjugem *Catharinam* *Edoardi* principis Portugallie filiam regnum sibi deberti edito libro publice testatus erat, metu ut quiesceret continuuit, reliquos etiam æmulos exclusit. In ejus & filii *Philippi III.* potestate manlit regnum, Hispanie potentiæ ingenscessio. Sed sub *Philippo IV. Ioannes Dux Braganza*, prioris nepos, cum <sup>Joannes</sup> *Hispani* plurima adversus regni jura designatis dicentur, avita jura resuscitate cæ- <sup>Dux Braga-</sup> gantia regit, & 1640. *Rex agnitus* est. Inde grave cum Hispanis *bellum*, quod ad filium *Alfonsum* transmissum est, quo à gubernaculo remoto habendas regni, *Regantis* nomine arti- <sup>Petrus regens.</sup> puit frater *Petrus*, qui nunc quoque illud tenet. Demum pace facta cum Lusitanis <sup>Pace regum fita-</sup> Hispaniregnum his proprium relinquere coacti sunt. <sup>maturum.</sup>

**S. III.** Scutum horum regum *argenteum* est, & *quinq[ue] p[ar]mula[re]s* representat scutum *caruleas* (non decussim, ut apud *Haping. de jur. inf. p. 302.* *T. Texera & Limn. jur. publ. 6, 6, 18. fed.) crucem dispositas.* Singula autem p[ar]mula quinis nummis Byzantinis ar- genteis in decussim dispositis onerantur. Scuto circumdatum limbus coccineus, se- p[ar]tem castella aurea referens.

**S. IV.** *Ren. Franc. eff. de merveill. cap. 42. p. 368. & le Feron singulis scutulis inscri- Vetus testa- bi volunt sex numos, quod confidendo numero tricenario magis convenienter: sed usus crucis, reclamat. Ceterum Lusitanorum antiqua insignia fuisse crucem, ex eo appetat, quod *Dav. Blondell. Plen. assert. geneal. Franc. T. 2. p. 363.* dicit, eos majorum cruci scuta mino- ra quinque Byzantiorum quinione interstincta ita prætulisse. Sic & olim Lusitania si- gnatum fuisse *Caramuel* concedit. Nempe *Henricus crucem argenteam in caruleo sen- tumserat*, expeditionis cruciatæ signum. Ita *le Laboureur*.*

**S. V.** Causam *quinq[ue] scutorum* non unam allegant: *quinq[ue] reges prælio victos* Ratio (ita *Haping. jur. insign. c. 6. P. 3. S. 7. num. 473.*) vel *quinq[ue] vulnera* ab Alfonso rege in <sup>quinq[ue]</sup> <sup>scutorum,</sup> prælio accepta, ex quibus miraculose convaluerit, vel sex vexilla hostibus erpta; Unde *quinq[ue] scuta* sexto majori includantur. Præcipua vero ratio perhibetur, ut mystica ratione vulnera Christi *quinq[ue] designantur*. Ita habent li- teræ *Alfonsi Regis* apud *Caram. de lobbkovuz. in Philippo L. 2. art. 7.* *Principio successori- literæ Al-* bus meis in perpetuum futuris, ut scuta *quinq[ue] in crucem partita propter crucem* & <sup>fons regis.</sup> *quinq[ue] vulnera Christi in insigne ferant, & in unoquoque 30. argenteos, & super serpen- tem Moysis ob Christi figuram, & hoc sit memoriale nostrum in generatione nostra, & si quis aliud attentaverit, à Domino sit maledictus, & cum Iudea traditore in inferno mac- ratus.* Facta charta *Colimbr. 3. Kal. Nov. MCLII.* Subscripta nomina *Alfonsi R.* & aliorum plurium. Hec tamen charta aliquibus suspecta est. Originem autem devo- tionis illam tradunt, quia *Alfonso Regi* contra Mauros pugnaturo, quæ *victoria*, quod



vidimus, regno primordia dedit, Christus dicitur apparuisse, ac victoria promissa iussisse, ut crux in lignis legatur. Confer fulius Caramuel. Phil. prud. l. 2. art. 7. p. 114. seqq. & Dam. à Goës descript. Olyssip. p. 882. 883. Exterum olim erant 30. in singulis scutulis argentei, sed ad quinariatum numerus reductus est, tum quia ad quinque quinque si quinariatum ipsorum scutorum addas, constituant eundem numerum, tum quia quinarius ubique Lusitanis faustus habitus. Ut tricenarius numerus conficiatur, punctis annumerati esse scuta, communiter volunt. Sed Resend. antiqu. Lusit. l. 4. p. 960. ita de mutatione tricenarii numeri in singulis scutis loquitur: *Mutata à posteris regibus numerum figuratio est commodiori ratione, & in singulis quibusque scutis singulis quinque numeri positi, decussatim ad figuram literae X, his numerato quod in medio est, & cum a summo deorsum, & cum à latere ad latum sit supputatio, ut numerus 30. expleatur.* Ex Conestag. refert Limn. jur. publ. 9, 1, 201. Reges Lusitanie cum diplomata subscrivebant, tempore quaque puncta in decussim locata addidisse, que vulnera appellare soliti, in memoriam vulnerum Salvatoris. Confer Varenne. R. d'arm. P. 3. p. 328. Unde Philippus Lusitanianus subacturus, cum alias soleret subscrivere diplomatis hæc verba: *Ego Rex, diplomati in Lusitaniam misso tanrum subscrispsit, Rex . . . ad imitationem regum Lusitanie, que puncta Lusitani Vulnera appellant.* Hier. Conestag. de Portug. & Castel. conjunct. p. 1161. *Le labour de l'orig. n. 70. 71.* non improbabiliter putat, Altonum mutatis crucem candidam patris, quia in cruciatis expeditionibus gestamen illud nimium commune, in crucem quinque scutis compositam, in decullum autem disposita inscripta puncta, ut alterius formæ crucis (quam Andreanam vocant) etiam exemplum haberet, in primis quia in Burgundia natali Henrici solo crux illa frequentior. De antiquiori symbolo Alfonsi I. Regis ita Ioh. Caram. Lobkoviz in Ioh. Bragan. p. 55. Nonadum Regi sigilla symbolum, cuius pernici volatu promittuntur in militares labores velocitatemque signatam voluit; jam Regi quire luna ob ducitos totidem Maurorum tyrannos, quibus pro insigni Luna. Atque ex eo symbolo & quinis illis concinnata postmodum insignis, quibus Lusitania etiamnum gloriantur.

Limbū  
Castellā-  
bus.

§. vi. Castellorum quo limbus exornant rationem a totidem affinitatibus cum Castelle regibus contractis allegant; & quidem in Hispania non infrequens est, affinitatum causa limbos certos assumi. Ajunt vero Sancium II. limbum hunc adjecile, non tamen definito castellarum numero. Alii Alfonsi III. adscribunt, cum doto nomine Lusitanie à Castellanis quedam opida cederentur in eaprovincia, qua An. 25 mare petit, controversa antea unique genti. Caram. Lobkoviz. Philipp. prud. in pref. ad leet. adscribit Iohanni III. & adjectum ait, ut septem Sacra menta Ecclesia designarentur. Ut nihil non religiosum in scuto hoc appareret,

Sibmch.  
scutum er-  
roneum.

§. vii. Ex hoc apparet, scutum Portugallie, quale in armoriali Sibmch. P. 2. p. 1. exhibetur, nihil fere sibi continere. In eo enim scuto rubeo aliud scutulum ceruleum liliis quatuor viridibus latera exornantibus instructum exhibetur. In scutulo illo loco parmularum nescio quæ figura visitur ex argento, quinque repetita & in decussim locata: singulis autem totidem puncta inscribuntur: Demum majoris scuti angulis adjiciuntur 12. castella aurea. Lilia illa crucis Avisiæ sunt extremitates, quæ scuto non inscribi sed subjici debebant. Porro à Sibmachero illa insignia non efficta esse, argui potest ex libro 1575. Francofurti à S. Feyerabend edito, quo Constantiensis Concilii Historia (Handlung des Concilii zu Constanz) & elegatorum insignia exhibentur. In eo enim simili figura representantur, ut tamen clare pateat, quinque scutula esse, quæ medio scuto inseruntur. Ex quo apparet, commentum esse vetustum.

Corona  
clausa.

§. viii. Descripto hunc in modum clypeo Reges coronam ex moderno more clausam imponunt. Sebzstanus tamen ultimus ex priori linea Rex simplicem tantum gestabat, clavarum coniuerdine adhuc minus frequenter. Apud Limn. jur. publ. T. IV. addit. ad 6, 6. p. 106. Lud. Guyon perhibet, corone clausæ usu Lusitanos à Castellanorum prohibitos, quod vasallos suos esse voluerint, sed nihilominus contra Castellanorum voluntatem eos usos esse; quod vanum est. De corona Lusitanica, quam Fr. Mace dus ad modum Gallice octo arcubus fulciat, vide adversus eum differentem Ioh. Caram. Lobkoviz. in Ioh. Brag. p. 205.

Apex.  
Draco  
serpens  
Mosis.

§. ix. Apex est ex coronata galea erumpens & evolans Draco aureus, notando serpenti, quem Moses in deserto erexerit. Hoc & alia scuti mysteria memorant versus Caram. Lobkovitu, Philippo prudenti praefixi:



*Prototypi Christi transfossi vulnera quino  
ancus est moysi vera figura Draco.  
Quinque crucem clypeis cruciger quia marte subegit  
maurorum Lunas quinque monarca tulit.  
Quolibet in clypeo formavit stigmata quinque,  
ut cor sit clypeo Christi & altus apex.*

§. x. Joannem regem lego insignibus impotuisse spharam, quæ deinceps in <sup>Joannis R.</sup> sphera, <sup>omen</sup> tracta est detecti novi orbis apud *Linn. jur. publ. 6, 6, 94.* Hoc *M. Gilb. de Va-* <sup>renn. P. 4-p. 550.</sup> posterioribus regibus portugallie adscribit.

§. xi. Excoiterum liquet *Sibmacheri* apicem à vero ab ludere, qui *equi caput im-* <sup>Ex sen-</sup> ponit, & quidem viride, laciniis etiam dependentibus rubeis & prasinis, quæ aureæ <sup>tennia Sib-</sup> & miniatæ (aut ex aliorum sententia argenteæ & cyanæ) esse debebant. *Braganti-* <sup>Apx Bra-</sup> *norum* tamen apex apud *Chifflet. inf. Eq. A. V. n. 244.* erat *dimidiatus equus argenteus,* <sup>gantino-</sup> *triplici vulnera in collo lesis, sanguine ex ore erumpente, frano coccineo, lupato queo.* <sup>rum.</sup> *Hunc suum, an regum qui fuit priorum, apicem, moderni jam usurpent, non satis di-* *scerno.*

§. xii. *Symbolum* regibus peculiare fuisse arbitror (certe in moneris illud videre <sup>Symbolum.</sup> est.) In hoc signo vinces; ab apparitione Christi, qui ea verba ad Alfonsum prolocu- <sup>stus</sup> fertur. *Telamones* autem sunt dracones duo, vexilla insignibus regiis depicta ge- <sup>Telamo-</sup> *stantes.* Addit *Sammarth. est. de portug. p. 321.* regium papilionem cæruleum ornatum <sup>nes.</sup> <sup>Papilio.</sup> scutis Lusitanicis.

§. xiii. *Ordo* militaris est, quem *Iesu Christi* vocant, cum cruce inde dependente: <sup>Ordo Iesu</sup> additur etiam post scutum crux viridis in liliorum flores terminata pro ordine *Avisio.* <sup>Christi.</sup> *Conf. supra P. I. C. 7-§. 31-33.*

§. xiv. Ex regibus orti *Duces Bragantini*, autore *Alfonso Joannis regis no tho*, <sup>Braganti-</sup> qui uti §. 2. diximus, sceptrum tandem ipsi consecuti sunt. *Eorum autem peculiare* <sup>orum</sup> *ex regio inflexum δαγυμ fuit, scutum argenteum cum coccineo decussi, impresso quin-* <sup>scutum.</sup> *que scutulis portugallie apud Chifflet. inf. Eq. A. V. n. 244.*

§. xv. Ex eadem regia familia Lusitanorum oriundi sunt post alios plures, qui <sup>Allorum</sup> bus Bragantinam tessera cum aliquo discerniculo *Sammarthanus* assignat, *C. de Le-* <sup>ex regio</sup> *mos M. Taurifani & D. de Veragua,* <sup>fanguine.</sup> quorum tamen uterque in Hispania fortunatum sedem habent.

§. xvi. Comiti *Lemosio* ascribit *Sammarthanus* biperitum scutum, hinc tinctum Comitum <sup>argentum</sup> imprellis sex pilis cyaneis, isthinc auro inscriptis duobus lups gradientibus <sup>à Lemos.</sup> *coccineis:* limbo circumdat, quem octo scutula Henriquezia exornant.

§. xvii. Pila *Castrensem* notant gentem, lups *Osioram*, forte quod *Maria Fer-* <sup>Castro.</sup> *nandez de Villalobos* (Villa luporum) successionem illam marito *Petro Alvarez Olorio* <sup>Olorio.</sup> <sup>Villalob-</sup> attulit. Ratio autem gestaminis est matrimonium *Dionysu*, qui Jacobi Ducis Bragan- <sup>bos.</sup> *tini* frater, & Joannis, à cuius conjugé jus ad regnum, patruus magnus fuit: hic enim cum Castiliæ cum fratribus concessisset, *Joanna regina* cura duxit *Beatricem de* *Castro* *C. de Lemos* filiam & heredem *Roderici Olorio* ex *Teresa Oloria*. Inde pater ratio *Oloria* *tesserae.* *Roderici* verò avus *Petrus Alvarez Olorius* ex *Dominis de Cabrera &* *Ribera* ducta *Beatrice de Castro* Dn. de *Lemos* in Galicia, ejus Comes 1457. gratia *Henrici IV.* creatus est. Cæterum *Beatriz* illa fuit filia *Petri Henriquezii* (ex nothis regum Castiliæ) *C. Trafamara & Isabellæ de Castro* Dn. de *Lemos* & de *Satria*. *Un-* <sup>Henri-</sup> *de & Henriquezii* limbi & *Castrensem* pilatum ratio repetenda fuerit.

§. xviii. *Veraguensem* Ducem quod concertnit, ille descendit à *Georgio Com. de* *Gelves* filio *Alvare* de *Portugal* Dn. de *Ferreira* fratis *Ferdinandi II. Ducis Braganti-* <sup>Dux Vera-</sup> *ni.* Hujus uxor fuit *Isabella f. Jacobi Colombi Ducis Veraguani*, cuius pater *Christophorus* <sup>guez.</sup> *Colombo.* *Americanas* insulas detexit. Ab hac assumta insignia esse reor, quæ *Sammarthanus* *Duci* moderno ascribit pag. 325. Quæ sunt quadripertita, ut i. quadra *Castellatum*. 2. *Castilia.* *Legionense* referat. Tertia aurea diagonalem baltheum cæruleum continet: Quarta cyanea <sup>Legio.</sup> anchoras aureas in decussim dispositas. Inter has quadras triangularis alia, pedem scuti occupans, inseritur, cæruleum mare fluctibus argenteis commotum, tum quinque insulas aureas, & in medio orbem sphær. in cruce imposita ornatum ex auro continens. *Legionensem* & *Castellanam* teileram puto donum fuisse *Ferdinandi & Isabellæ Regum Hispaniz*, unde *Colomborum* gentile symbolum:



*A Castilla & à Leon  
Mundo nuevo dico Colon.*

Admiralis  
India.

Ita pro majori dono aliud rettibueret symbolicum. Tertiæ areæ significationem non capio. Quarta significationem esse reor, ut denotetur thalassiarachia s. admiralatus Indiae occidentalis, quæ dignitas Columbis concessæ est. Tum mundi ut vocant spheræ cruce imposita insignis rationem ex detectis à Columbo insulis Americanis derivandam, vix dubium est mihi.

Titulus.

§.xix. Addamus titulum Regibus usitatum: Ita vero *Sebastianus regum priorum ultimus, ut & antecessores ab Emanuele solebant decora regna, & axiomata sua enumerare: Rex Portugallie & Algarbiorum, cis & ultra mare, in Africa Dominus Guince, & acquisitarum ditionum, navigationis & commerciorum Aethiopia, Arabia, persie & Indie. Roy de portugal & des Algarves, deçà & delà la mer, en Afrique Seigneur de Guiney & de la conquête, navigation & commerce de l'Ethiopic, Arabie, Persie & l'Inde. Eundem titulum Ioannes IV. affluisse & ad filios transmisit. vide Sammarthan. l. est. de Portug.*

Algarbia.

§.xx. De *Portugallia*: nihil porro dicere attinet. *Algarbia* s. *Algarbia* nomen est provinciæ sextæ Portugalie, quæ antiquis Turdetania. Hanc regionem Alfonius sapiens Rex Legionensis Comitatus titulo insignem dotis nomine *Alfonso III. Regi Lusitanie* dedit, quando filiam suam collocavit, ex quo matrimonio ortus est *Dionysius*, qui primus Lusitanie & Algarviorum Rex dictus est. Ita *Fourn. Geogr. Orb. Not. L. 7. c. 10. p. 354.* Factum illud 1258. Ita loquitur Roderic. Sanctius Hist. Hisp. P. 4. cap. 3. *Alfonus quandam filiam bastardam uxorem dedit Alfonso regi portugallie, cui dotis gratia castra & patriam de Algarbe, quam paulo ante à Mauritius evicerat, liberaliter assiguarunt. Ex quo tempore Reges portugallie Algarbi Reges se se intitularunt.* Confer Franc. Liraph. iu *Alfon. X.* Inde titulus regni datus est provinciæ, quæ prius comitatus fuerat. Ceterum tessera regni est scutum ex argento & minio quadripartitum: In argento viluntur singula capita Maurorum, diademate tortili argentea revincta: in utraque rubea quadra herma regius ad verteri fronte, aureo amictu. Brianvillus suspicatur esse hæc trophya victoriarum adversus Mauros. Conf. supra c. 38. n. 55.

Africa.

§.xxi. Reliqui tituli sunt ditionum in *Africa, Asia & America*, nam maris nomine *Atlanticum* inteligo, ut ita *Brasilia* in primis respiciatur. Ut ratio eorum evidens sit, illa ex *Sammarthanorum hist. geneal. Franc. L. 42. & 43.* repetere juvat. In *Africanam* fines imperii præstulit *Ioannes cognomento Bonae memorie*, qui *Septam Mauris* ademit: eam recuperare annuli Mauri, cum *Henricus D. Visei* fratrem *Ferdinandum* tantisper Regi Abensalæ pignori tradidisset: sed frater *Edoardus rex urbem reddere recusavit*, unde in carcere *Ferdinandum* emori oportuit. Idem *Edoardus* frustra & infelicit *Tangerium* obsedit: *Henricus autem*, à quo ad *Lusitanos* ars navigandi ad regulam Astro-nomicam, à qua tanta gloria genti, *Maderam & Canarias* legitur detexisse. Ex vero ad *Hispansos* s. *Castellanos* devenerat vide c. 38. n. 57. *Alfonsus V. Edoardi filius* in *Africa, atq; in America*, quæ fines Imperii produxit captis *Alcazerio, Arzilla, Tangerio*. Hoc genitus *Ioannes cognomento Magnus* per *Didacum Cm & Ioannem Alfonsum de Aveiro* detexit regnum *Congo, Guineam* (ubi *Castellum S. Georgi* conditum) promontorium *B. Spei, Abyssinos*, & deinceps per *Vascum de Gama Indianam*. Eundem *Vascum* cum fratre *Paulo* successor illius Rex *Emanuel*, cum deliberatum fuisset, decoloris conatus persequendi an deserendi essent, 1497. iterum dimisit, qui *Orientale Aethiopæ litus & Malabaricum* detexit. Ipso scilicet anno per *Petrum Alvarum Capralim vel Americum Vesputium Brasilia* detecta. In *India* bellum suscepit adverius Regem *Calicutensem*, quod 30. annorum, & illa occasione fundamentum potentiae in *India* iactum est. Posthac regem *Cochinensem* ob *Lusitanorum* amicitiam à *Calecutio* ejectum per *Alfonsum Albouquerquium* restituit. 1506. *Franciscum Almeidam* protegem in *India* misit, qui in itinere multa egit adversus reges *Mambase, Onor, Narsingensis* autem amicitiam ambivit: Post hæc regem *Cambayensem* cum *Sultano Babylonio* *Calecutios* adjuturum *Almeida* vicit, & tributarium reddidit. Inde *Albuquerqueus* regnum *Ormuzium & Goam* subegit, tum *Malaccam & Moluccas* insulas. Juvat hæc plenius enarrarem audire *Hieronym. Co-nestagg. de Portug. & Castell. conjunct. in T. 2. Hisp. illustr. pag. 1065.* Sub Imperio postea *Emanuelis*, regis decimi quarti, qui regnare capit anno 1495. majori cum fervore, & etiamsi quiete recentibus navigationibus invigilarunt. Cum enim *Castellanorum* potentia magna accessione



cessione aucta, & inter ipsos & Lusitanos ex recentibus matrimonii & adfinitibus amicitia & concordia nata fuisset: neque hi amplius contendere sunt ausi: & illi hos missos faciendo esse censuerunt. Quoniam igitur majores, din multumque Africa littus legentes propugnaculum Argentenae adficaverant, Insulas Hesperidas (quas jam Capitis viridis Insulas appellant) imperio suo subjecerant, in Aethiopia arem S. Georgii (quam Minam vocant) adficaverant: Insulam Principis, & Sancti Thomae (quarum posterior perpendiculariter sub aquinoctialista est) & alias nonnullas Insulas minores circum vicinas occipaverant: præterea, inita cum regno Congensi, & Angolensi (quorum incole sunt Aethiopes) amicitia, Caput bona spei, & insulam Laurenti prætergressi, è regione illius Soffallam, Mozambicam, & Melniden (que sunt in continenti) parum amicitia contra-eta, partim etiam vi, prout incolarum ingens erant, adhibita (quamquam postea fixo nonnihil pede, viplerumq. remejerunt) in potestatem redegerant: sub rege Emanuele demum mare rubrum prætererunt, & institutis Socotra, & Calahiat a commerciis finium maris Persici, & Indii fluviis ostium prætererunt, & in Indianum primum sub prætextu mercioniorum, & paulo post ut aperte ingressi, in regno Calicuti, Cochini, & locis circum vicinis pe-  
dem posuerunt: Sed nonquam firmius, quam auspiciis Alfonsi Albuquerqui, celeberrimi ducis, in Goa, que est insula regni Accem, vicinare regioni Idalcam, & hodie est civitas Archiepiscopalis, caput omnium eorum regnorum, & sedes viceregis. Atque inde postea progreffi alterius, hinc inde parva quedam propugnacula extruxerunt: quinimo etiam retrogredientes usque ad Ostium sinus Persici, Insulam Armuzium occuparunt, & in eo littore multa loca, ut Chaul, Damane, Bazani, & Din subjugarunt. In Promontorio Malabarico (quod vocant caput Comeri) versus sinus Gangeticum, negotiantur, & arcem habent in Insula Zeilan, quam aliqui antiquam Taprobancam esse putant, ubi nascitur optimum omnium cinnamonum. Inde versus orientem prætererunt eum, quem dixi, sinum, & ostium Gangis, invenerunt alterum littus, in cuius isthmo (quam antiqui auroram Chersonesum vocabant) occuparunt urbem Malacam, distancem 25. milliaribus à magna illa insula Samatra, que & ipsa à multis pro Taprobane habetur: & inde progressi ulterius partim negotiando in regno Peru, & aliis regnis in continentis sitis: partim navigando, invenerunt minorem & maiorem Gauam, Regnum Sinarum, magnum archipelagus Insularum Molucarum, unde Caryophyllum, moscaryon, & multa alia aromata advehunt, denique Insulam Iaponem: & tandem eo usque penetrarunt, ut obvios ibi habuerint Castellanos, qui regiones occidentales, à Christophoro Columbo Genuensi, sumptibus & auspiciis regum Castellanae nuper detectas, investigabant: atque ita per harum duarum nationum navigationes universus mundus circumdatus fuit, & Orients cum occidente conjunctus. Occuparunt etiam tempore ejusdem Emanuels è regione Aethiopia, & Capitis bona spei provinciamque sancte Crucis vocatur, & vulgo Brasile, regno Peru contigam, qua secundum littus in mille quingentorum milliarium longitudinem extenditur: sed in mediterranea loca non multum penetrarunt. Ex eo fere sua tueri & defendere contenti fuere Lusitanii. De Azoribus insulis, quas à Betencorio venditas obtinuerint, confer Thuan. l. l. p. 25. l. 75. p. 737. Observandum verò, postquam Portugallia Hilpanis subiecta est, non pauca loca in America, Africa & Asia, bello inter Hispanos & Batavos fervente, ab his occupata & in potestate redacta esse. In America enim Brasilia partem, in Africa ante regnum Congitatum insulam Loandam, trans caput B. Spei insulam Mauritii, in Guinea Castellum Georgii; in Asia Malaccam, Moluccas plerasque & alia hi obtinent, Lusitanis erepta. Tum Ormuzi regnum, ob quod Arabia & Perlia imperare videbantur, 1622. Angli illic ademere, & Persis restituere.

Quæ 1614-  
taxis re-  
cum crepta

§. xxii. Superest, ut pretensiones, quæ à morte Henrici regis Cardinalis ortæ, explicemus, historiam & pro more nostro rationes enarraturi. Historia itanias in re-  
habet. Emanueli potentissimo Lusitanæ regi 1521. filius Ioannes III. huic 1557. mo-  
tienti ex filio Ioanne premortuo nepos Sebastianus succedit, qui 1578. Ale-  
cerano adversus Mauros prælio cadens, successorem habuit alium Emanuelis fi-  
lium Henricum Cardinalem. Henricus matrimonii ineundi consilio deposito jam  
que ætate gravis, ne successionem dubiam relinqueret, competitores convocat. Pretien-  
tes variis acta artibus & studiis; Rege imprudentiori quam ut posset, timidiori quam  
ademere, & Persis restituere.



ut auderet, quæ status exigebat ambiguus, consilia amplecti. Cum demum Regem Philippum dicere, ad hoc inductus apud se statuisset, huic fini comitia congregantur, in quibus nihil effectum, & Henricus 1580. moriens regnum non tam legitimo successori adjudicandum quam potentiori occupandum reliquit. Confer *Thuan.* L. 65. p. 358. seq. L. 69. p. 512. seq.

### Prætendentium Tituli.

**Catharina Medicea R. Gallia.** I. *Regina Gallie Catharina Medicea.* Jus hujus descripsit Petrus *Bely*, idemque proponit *Texera*. Allegat etiam *Caramuel*, quendam *Pellisterum I.C.* In regnum autem ad comitia ei urgendo misus *Irbanus Sangelasius* Episcopus Convenatur: etiamsi regina vocata non esset. Confer *Thuan.* L. 65. p. 359. L. 69. p. 514. 516. Titulus ex eo ille allegabatur. Sancii II. frater *Alfonsus*, antequam regno admoveretur, *Mathildem Bononiensem* in matrimonio habebat, hac dein spreta *Beatrixem Castellanam*, jam fratre dejecto Rex, duxit: ex qua *Dionysius*, autor reliquorum *Lusitanæ regum*, natus. Catharina vero ex priori matrimonio *Roveratum Bononia Comitem suscepimus* perhibuit, à quo ipsa per matrem *Marydalenam Turriam*, Bononiensis familiæ heredem, descendit. Itaque adulterino Dionysio ejusque posteris merito præfendentam, saltem extintis sufficiendam Bononiensium domum prætentebat.

**Fundamenta.** Fundamenta apud *Cassinum* præcipua ista sunt: 1. Dionysius adulterinus, quia lege Christiana polygamia verita, successionis incapax est.

2. Non licet per decreta conciliorum & Ecclesiasticae eam ducere, quam quis adulterio vivente priori conjugi prius cognoverat. Itaque nec postea postea potuit matrimonium legitimum fieri. cap. cum habert. X. de eo qui duxer. in matrimon. Objicitur huic thesi ex concilio Eliberitano exemplum Davidis & Batsabeæ.

3. Substernenda alia hypothesis intentioni reginæ, videlicet *regnum Portugallia non deferri jure hereditario*, quo respicitur ad ultimum possidentem, sed *jure sanguinis*, quo primus autor successionis attenditur. Quam proponit & examinat *Caram. Phil. R. Portug. dem. L. 5. Disp. 4. n. 58. f. 99.*

**Responsiones.** Respons. 1. Falsum ullos à *Mathilde* relatos liberos. Unde etiam *Bononiensis* successio aliorum delata. Probar conjugium sterile fuisse *Caramuel* in *Phil.* L. 1. p. 28. (1.) Ex testamento *Machildis*, quo liberorum nullam facit mentionem. (2.) Quia status à Pontifice veniant regi rogantes, de liberis tacent. (3.) Quia traditio ferat *Mathildem* ob sterilitatem repudiatam. (4.) Quia *Dionysius* sine contradictione nullius successit; licet vero *Brandaon* putet incusari posse scriptorum negligentiam, & *Alfonsum* haud usquequa puritati conscientiæ studuisse, *Dionysius* tamen *S. Isabella* maritus regno alieno non incubuerit. *Thuan.* L. 69. p. 516. *Caramuel. Philipp. Pr.* p. 28. & in *Iohann. R. Lusit.* p. 62.

2. Clemens IV. confirmavit post *Mathildis* mortem matrimonium *Beatrixis*. Quam tamen confirmationem subreptitiam cause hujus patroni criminantur, nec licere Pontifici, legi divinae præjudicium facere, sed nec extra suas ditiones ad habitatem temporalis successionis legitimate, asseverant.

3. Institutio *Alfonsi*, quo *Dionysium* (pro quo etiam urget *Caramuel*, quod natus primus patre rege) *heredem* dixit; quam elidunt, utpote legibus canonicis & civilibus adversam.

4. Elec<sup>tio</sup> *Dionysi* & acclamatio populi. Ubi pars adversa desiderat eligentium potestatem, eligendi incapacitatem, & electionis libertatem.

5. *Dionysius* primus patre rege natus. Sed hoc jus non dat præ primo genito.

6. *Prescriptio*. Cui opponitur, præscriptionem injustos possessores non juvare, nec eam adversus reges valere, præsertim legitimo titulo deficiente, & *Bononiensis* sua debilitate à jure prosequendo prohibitis. Confer *Zyp. hiat. Cassan. obstr.* L. 3. c. 7. p. 278.

**Eventus.** Facile hoc explosum, quin & prudentia reginæ desiderata in legatione propter ea decernenda. *Thuan.* L. 69. pag. 514. 516. Videri etiam potuit deserta prætensione,



*tensio;* ex iis quæ regis nomine ab eodem dein legato proposita pag. 514. Sed & cum Antonio deinceps auxilia lata, datusque titulus *regis electi*, videbatur alius probata causa Antonii, quamvis eadem etiam in gratiam regine fieri Rex interpretabatur. Confer Thuan. L. 73. pag. 690. 691. L. 75. p. 741. Saltem cum Catharina aut ejus liberis diceret quis extinctum illud jus, aut iuxta Caram. L. V. Disp. 5. n. 13. ad Ista-<sup>An ex ea Regi-Fran-</sup>  
<sup>cis jus fu-</sup>  
<sup>perlit,</sup> bellam Belgicam hujusque testamento ad R. Hispanie devolutum: verum propugnavit, adhuc supercile regi Christianissimo prætensionem Jacob. Caffan. rech. des dr. du R. de Fr. L. I. c. 3.

*Fundamenta.* 1. A Catharina jus obtigit, jam verò quicquid regibus successione aut quacunque acquisitione accedit, ex regula regni regno unicum intelligitur. Conf. Limn. Not. Fr. 1. 8. p. 173. 216. 221. Fr. Maced. prop. Luf. Gall. P. 2. p. 399. 2. Addit testamentum Margaretæ ultimæ ex Valesiis, quæ heredem regem instituit. 3. Posset addi testamentum Antonii 1595. Thuan. L. 113. p. 173. Confer in contrarium Zyp. hist. Caffan. obstr. L. 1. cap. 4. p. 18. 20. 22. cap. 10. p. 69. L. 3. c. 7. pag. 278. Caram. Phil. prud. R. Lusit. demonstr. L. 5. Disp. 5. rot. Conferri debet §. 60. pacis 1659. conclude.

*II. Antonius.* Hujus & sequentium prætensionibus illustrandis opus est parti- <sup>Antonius</sup> <sup>Lusitanus,</sup> cula genealogia Lusitanica.

Emanuel R. Portugall. † 1521.

Joannes III. Rex † 1557.	Isabella. Ux. Carol. V. † 1539.	Beatrix. Ux. Carol. D. Sabaud.	Henticus Card. Rez. † 1580.	Ludovicus D. de Beia. † 1555.	Edoardus Dux Guia- maranii. † 1540.
Joannes pr. Por- tugall. † 1554.	Philippus II. R. Hispan.	† 1537.		Antonus Rex Ele- ctus. † 1593.	Maria. Catharina. Ux. Alex. Ux. Iohan. D. D. Parment. Bragant. † 1577.
Sebastianus Rex. † 1578.		Emanuel Philibert- tus D. Sabaud.			

Pro Antonio præcipue edita, refer. Caramuel. 1. *Explanatio veri ac legitimi juris*, quo Antonius &c. 1585. Lugdun. autore anonymo, sed multi ibi errores geneal. 2. *Cypr. de Figeredo* dedit Epistolam ad Philipp. 2. de causis, cur Antonium non deferat, ut & *Apologiam* contra Johan. de Castro, qui desertor Antonianæ cause, ad eam dein reddit, ac etiam pro ea scripsit. 3. *Ioseph. Teixeira* ord. pradic. compend. de Portugall. regni comitis, gestis. &c. 1582. 4. *Emanuelli Fonseca* oratio in laudem Antonii. Addit alia Caramuel, præcipue MSA, quæ ipse dono Emanuelis filii Antonii obtinuerat.

*Fundamenta.* 1. *Masculus* & *agnatus* cognatos & femellas excludit. 2. Accedit <sup>Fundamen-</sup> *Electio* & *proclamatio* populi, ad quam ipse provocat Antonius in Epist. ad Pontificem. Confer Hist. apud Thuan. L. 70. p. 538. 539. Ad valorem *electionis* ostendendum, populo id jus esse. Scriptis Fern. de Pinâ Marcos pro populi libertate. Agnitus etiam ab Academia Comnibric. apud Thuan. L. 70. p. 543. Addit apud Caram. Phil. L. I. p. 51. *mira-  
culum*, quo ajunt. int. antulum Santareni Antonium dixisse regem: quod Caram. ridet. 3. Alii (*Scip. de Pleix*) ajunt *legitimatum* à Pontifice, alii à Joanne aut Sebastiano regibus vel Ludovico parte, & ob hoc successionis capacem. Sed hoc argumento non usus Antonius, nec ullibi *legitimationis* meminit. 4. Aliqui etiam *illegitimum* successionis capacem agnoscere volunt.

*Respons.* 1. Antonius *illegitimus*, & ex contubernio natus. Confer Thuan. L. 65. *Respon-  
s.* pag. 359. Tales autem jure *Canonico* & *constitutione Innocentii III.* pro regno Lusi-  
tanio facta, ut & jure Hispanie excluduntur. Probata ea macula nativitatis. (vide Thuan. L. 69. pag. 517.) 1. Ludovici patris testamento, quo vocatur *naturalis* filius. 2. Testium productorum falsitate comperta. 3. Subsecuta R. Henrici sententia. In conterarium pro ipso allegatur sententia lata à commissario *Gregorii XIII.* Pontificis *Emanuele d' Almeida* Episcopo Argentiensi. Confer Samm. vth. in hist. gen. Dom. Franc. L. 43 c. 9. Eum Emanuel dicit Caramuel pronunciasse tanquam Judicem Conservatorum privilegiorum ordinis Melitensis. Qui tamen titulus cum ju-  
dicem fecisset in causa ordinem non verò regnum concernente. Post hujus senten-  
tiæ demum in contrarium partem pronunciavit *Henricus*. Argumenta, quibus coram Emanueli Antonius legitimos natales probare voluit, fuere 1. tres testes, quis loculatos perhibe-



perhibebant; 2. cuiusdam *Ruy Seleme* mortui scriptum, quo testimonis perhibebat; 3. testamentum Ludovici, quo eum heredem unicum instituit; 4. Sebastiani concilio, cum insignia Lusitaniae sine nota eum gestare voluit. Ceterum *Caram*, vult, in hac controversia nec Henricum, nec comitia, nec Pontificem, nec quemvis alium potuisse esse judicem, sed ad arbitrios & Doctores Academicos rem remittendam tulisse.

2. *Jus populi ad electionem nullum* (vid. *rationes Ferr. de Pina* *Marcos à Caram*, *solutas*.) Nec ab ordinibus regni univertis electus Antonius, sed tantum à *Santarenibus*: tum quæ ab electione alias etiam differt, *acclamatio seditiosa*, solique plebis imperitæ, quæ illi studebat, insania & paucorum factiolorum consilio tribuenda. Cum hi quoque initio tantum *defensorem regni* dici vellet, & ille etiam dubitaret regis nomen accipere, vide *Thuan.* L. 69. p. 522. 527. L. 70. p. 537. 558. 539. 541. Dein etiam quæ confirmatio videri posset, *acclamatio Vyssiponensis* æque turbulenta. Quin & à gubernatoribus *Antonius hostis declaratus*. *Thuan.* L. 70. p. 543. 547.

3. Nec legitimatum se dixit Antonius, nec factum probari potest, nec ad regnum legitimatione habilis factus esset, nec Pontificis illa est potestas ad finem politicum, nec accessisset eorum consensus qui pars fuere.

4. Illegitimi excluduntur legibus hereditatis majorum, feudorum, majoratum, bonorum corona, Hispanica de las partidas, testamentis regum, exemplis, Antonii confessione, cum ille ad regni successionem filios non vocat, haud dubie quia non legitimi. Unde ipsum testamentum Antonii regnum possestori vel propinquis relinquit.

5. *Caram.* L. 5. *sub fin.* p. 430. eundem etiam excludit obstatem, qua minor Philippo, si etiam legitimatos natales probaret. Sed confer quæ ipse L. 5. *Diss.* 8. q. 3. art. 1. p. 417. hanc exclusionem destrucentia affirmit.

#### Eventus.

*Eventus.* Antonius ab Albano fractus, tandem cum diu incerta fuga hincinde per regnum latuisset, in Galliam se recipit; classis impetrata Azoribus retinendis frustra est, & ipse tandem 1595. moriens heredem regem, cui liberos commendabat, relinquit. *Thuan.* L. 113. p. 173. Confer testamentum apud *Caram. Phil. prud. R. Portug.* L. 5. *Diss.* 3. n. 144. seqq. ubi liberis tantum legar ususfructus, qui pertinent ad Lusitaniae reges & mobilia bona, quæ ipsi possunt legare, &c. Filius *Emanuel*, & ipse extra conjugium genitus, cum Austriacis pacificatur. *Caram. d.l.n. 153.* Si Antoniani legitimatos natales Antonii & hujus filii probarent, ostendit eos petere posse *Ludovici Infantis hereditatem*; sic & patronatum comitatus *Marialva*, bona ex *Cratensi prioratu* acquisita (privilegio *Gregorii 13.*) Hericcira vindicat *Emanueli Portugallo*.

*Philippus II. R. Hispania.* Jus ejus *Petrus Giro Ossuna Dux* in Lusitania propositum, posuit, cum *Cardiola ICto. Thuan.* L. 65. p. 360. L. 69. pag. 513. Probarunt *Salmanticenses*, & *Complutenses*. Pro eo scripti *Alfonso A. b'querq.* advocatus *Olysliponeni*. *Michael d' Aguirre* in *Besold. Consil.* 1. *losp. Pellicerius*, *Iob. Caramuel Lobcovitus*, 1639. qui reliquias argumentum fulius & majori studio excoluit. Tituli ab hoc allegati: quorum tamen priores in prælud. ad lecit. minoris se facere testatur, & propterea tantum adduxisse, ut consuleret curiositatibus.

*Fundamenta.* 1. *Portugallia*, regni Legionensis comitatus, concessa Henrico regis genero, sub fide regni illius *Roderic. S. h'p. Hispan. P. I. c. 14.* itaque nullo jure Henrici filius Alfonsus à seditiosis, exercitu & comitiis *Lamegenibus*, Rex proclamatus: necали suorum iuris, cum præscriptio in regnis nulla sit, nec per vim acta obligationem regni Legionensis, pariant.

*Resp.* 1. Ex *Lucá Tud. Chr. mund. anno ar. 1195. seq.* ubi Ferdinandus R. refertur devicto Alfonso Portugallo dixisse: *Redde mihi tantum modo mea quæ abstulisti, & regnum Tuum maneat Tibi.* Confer *Fr. Maced. Propugn. Lusitan. Gall. P. I. p. 74.* Exc. Inter ea quæ sua dicere Ferdinandus potuit, erat etiam superioritas in Portugalliam, & ut huncad comitia evocaret. 2. *Alfonso Rex* le jure suo abdicavit, teste *Roderic. hist. Hispan. P. 4. c. 3.* 3. A Papa *Innocent. II.* confirmatus & admittitus Romæ, licet semper contradicente Legionensi. Exc. Papa tantum creavit eum regem *Pontificum*, qui est, cui conceduntur omnia beneficia sacra, privilegia, indulgentiae, quæ regibus concedi solent. Qui rex non ob hoc *secularis* est, sed potest alterius vallassus esse. 4. Accessit *autoritas divina*, cum apparito Alfonso facta, cuius authenticum instrumentum probat *Caramuel*. Exc. *Revelatio privata* in *tribunalibus* nusquam est admittenda, sed *judicandum* *juxta acta & probata*.

2. *Mascu-*



2. Masculæ linea Alfonsi I. in Ferdinandœ extincta, præter jus *Ioanni nothro* (exclusa etiam *Beatrice* Joannis Castellani conjugæ, à comitius agnita regni herede) corona est imposita, cum ea potius debetur *Agnetis de Castro* ex *Petro rege*, qui canavias regina Castellana natam, adeoque non imparem, nuptiis licet patre non concio, quod non requirunt leges Lusitanæ, legitimis sibi copulavit, & postea tanquam reginæ funus duci fecit, ac imaginem corona imposta ornari, liberis; ab hujus autem filia *Beatrice*, quæ Beatrixi reginæ proxima, per *Franciam* Ferdinandi R. Aragoniæ uxorem, *Aragonii* reges descendunt.

*Reff.* 1. *Agnetis de Castro* matrimonio à patre contradicatum, adeoque liberi habiti illegitimi. *Sammarth. geneal. hist. Dom. Franc. L. 42. c. 2.* 2. Supereile dicuntur ab ipso Caramuel hodie quoque in Gallicia *Domini de Eça*, qui ex Ferdinandœ filio *Joannis*, nepote *Agnetis* descendunt, qui æque ac *Aegutii* comites *Valentiani* ex *Maria Ferdinandi* sorore procedentes præferendi forent *Beatricis* *Albuquerque* posteritati.

3. *Maria Alfonsi IV. R. Portugall.* filia nupsi *Alfonso R. Castille*, cuius filius *Petrus Constantinus Rex*, generum ex *Constantia* filia habuit *Ioannem Duxem Lancastrensem*, à quo oritur *Catherina Lancastrensis* *Henrici R. Castille* uxor. Extincta ergo legitima posteritate Petri (si *Agnetis Castrensis* hiberi prætereantur) reges Castiliæ supererant, præferendi *Joannis nothro*, ob titulum regni hereditarium.

*Reff.* 1. Contra hunc & priores titulos militant, *præscriptio*, *sæpius repetiti* cum *Lusitanis tractatus*, & in primis *Ioannis R. Portugall* *conventio* cum *Castellani*. Sed illam juris civilis factum in regnis, in primis portugallia, præterquam quod bona fides defuit, atque post *Joannem* non amplius sine interruptione centenaria *præscriptio* lapsa, admittere nolunt; istos studio publicæ quietis, non juris abdicationi attribuunt; huic obvertunt *Henricum Castellum* 1398, adhuc in diplomaticè profiteri, hosti suo *Joanni*, cui etiam post mortem *Johannis I. R. Castiliæ* *Castellani* nihilominus alium quam *M. Aviz* titulum dare refragari, nullum in *Lusitania* jus esse. Sed & eundem animum semper servasse successores. Unde *Alfonsi VII.* iusta in *Lusitanos* arma, & semper integrum jus recuperandi autoritatem. Sic & postea *Ferdinandus Cathol.* bellum adversus *Alfonsum V. R. portugallia* gessit, ac *Rex Lusitanie* dici voluit. Quinimo ex hac ratione obsumptus factus & reditus detentos, jure *Indianum*, qua portugallie interim accessit, itidem à *Castellani* pignori retineri arguunt. 2. *Philippa Lancastrensis* soror *Catharinae* primogenita juxta *Gollut. mem. de la Fr. Comt.* nupsit *Ioanni I. R. portugallie*. Ac ita *philippa* potius *Joanni*, quam secunda *Catharina* *Henrico* marito jus adterre debuit. conf. autores de matre *philippæ*, cum videam dubitari.

4. *Philippus omnibus competitoribus*, in eadem secum ab *Emanuele linea constitutis*, si ab *Henrico* numeres *gradu* par, *sexu* & *estate* potior est, itaque merito præstendus. Quia feminæ hereditario jure regnum adire apta.

*Reff.* 1. Non semper succidi proxime defuncto, sed illi à quo est *successio*, itaque hic non tam *Henrico* quam *Emaneli. Caffan. rech. des dr. L. 1. c. 3.* 2. *Jusrepresentatio-* *nus* potiorem *Bragantinæ* causam faciens. De quo in *Bragant.* 3. Ad *fernellas* vel *his ortos* non prius ipso *Hispaniæ* more deveniri, quam masculi aut *his orti* deficiant. *Caffan.* 4. In *Hispania* filias capaces haberis *successionis* tantum in linea directa, non item transversa. *Caffan.* 5. *Castlanus* videtur seniorum *Edoardum* constituere *Isabellam*. Quod tamen erroneum. 6. *Peregrinitas*: ex *Lege Lameg. comit.* 7. cuius illa verba: *Si rex portugallie non habuerit masculum & habuerit filiam, ista erit regina, postquam rex fuerit mortuus de isto modo: non accipiet virum, nisi de portugal: nobilis & talis non vocabitur rex, nisi postquam habuerit de regina filium varonem; & quando fuerit in congregatione, maritus reginæ ibit in manu manca, & maritus non ponet in capite coronam regni.* Et p. p. *Sit ista lex in similitudinem, quod prima filia regis accipiet maritum de portugalle, ut non venias regnum ad estraneos, & si casaverit cum principe estraneo non sit regina, quia non quoniam volumus regnum nostrum ire for de portugallensibus.* Ad hæc respondet *Caram.* (1.) *Casum* expresse non tangere his verbis *Isabellam*, quia pater ejus masculum habuit. (2.) *Philippi II.* abavia *Lusitana* fuit, & ita *Carolus V. de Austria-Portugal.* *peregrinus* ergo intelligendus, non de loco nativitatis sed origine. (3.) *Lex ea* ex alia *lege Gothica* sub *Pelagio* explicanda, ubi admittuntur, qui è *Gothico* sanguine. (4.) *Comitia* *Beatricem* *Ferdinandi R.* filiam heredem regni declarantia alter legem intellexere. Præterea contra alienigenæ regnum militant: 1. *Causa* ob quam



**reges eliguntur.** 2. *Dent. 17.* Dei præceptum. 3. *Lex tempore Pelagii lata*, ut infans Gotho nobili nubat. 4. *Rescriptum Innocentii II.* ad Lusitanos, ut quem velint rectorem eligerent, modo sit Lusitanus. 5. *Apparitio Alfonso I. R.* facta, qua ei promisum, **coronam in gente Lusitanica conservatum iti**, quod & revelatum alicui Francilcano, & prædictum à Francisco. in *Chron. minor. P. I. c. 45.* Omibus his responderet *Caram.* ne-gando Philipum non esse Lusitanum.

**Jus agnatum ab Henrico, gubernatoribus, Bragantino, nobilitate & populo.** 5. Philipi jus agnatum ab Henrico, qui ante mortem eum declaratus, à gubernatoribus, qui cum dixerit successorem, à Bragantini qui sacramento se obstinxerit, à nobilitate & reliquo populo, qui regem demum suscepere, eique, filio & nepoti diu fuere obedientes.

*Rsp. Henrici* animus artibus expugnatus, cum prius favissem Bragantini. *Thuan.* *L. 65. p. 361. L. 69. p. 513. 518. 519. 520. 524. 525.* *Gubernatores* nec omnes, nec libere elegerunt Philipum. *Thuan. L. 70. p. 543.* & præterea mandatum regis eius morte exsipraverat. *Thuan. L. 69. p. 512.* Obsequium à populo vi extortum, & bello. *Thuan. L. 70. p. 561.* Quæ conscientia gratia Philippus fecisse vius sit, vide apud *Thuan. L. 69. c. 529.*

*Agnitum* fundamenta: 1. In omni successione succedere, qui detinetur sit proximus. 2. Regnum Lusitanie a cœmina ortum, non excludit fœminæ jux. 3. Ipsi fœminæ tam non capaces regni vel in ipsa Hispania haberi possunt, quam non admittuntur ad feuda. 4. Lex à successione patris excludens filiam non excludit sororem. *I. quisit. ff. de acquir. hered.*

**Eventus.** *Eventus.* Per Albanum regnum occupatur, Antonius vincitur, ejicitur; Azo res in potestatem rediguntur. *Ioh. Anton. Viperanus* descriptit historiam. Addatur *Hieron. Concessiagius de unione regni Portugall.* Philippus, qui moriens 1598. apud *Thuan. L. 110. p. 510.* possessionem ejus regni vix tibi stabilem certo polliceri audebat, successionem Philippo III. filio, hic Philippo IV. relinquit, sub quo alia rerum revolutio.

**Dux Sabauidæ.** *IV. Sabaudie Dux.* Pro eo legatus fuit *Car. Roboreus.* *Thuan. I. 69. p. 513.* Eadem hujus fundamenta, quæ *Philippi*, superius num. 4. producta, vide *Thuan. L. 65. p. 359.* *L. 69. p. 514.* Unde ob ætatem Beatrice Isabellæ minoris, non alia ejus prætentio, quam si contingeret Philippum ante Henricum decedere. Ob quod *Caram. Phil. pr. I. 5. Disp. 7.* dicit eum intermisere in negotiis istis noluisse. *Cassin. p. 176.* in amicitiam Gallicam refert, quod à iuriis persecutione destiterit.

**Catharina Duc. Bragançiana.** *V. Catharina Duejæ Bragançiana.* Tum hac responderunt 12. Doctores, in quibus *Felix Teixeira*, & unus *Licentiatus Comimbrencis.* Editæque eorum lucubratiōnes 1580. Allegant aliqui etiam *Bonomenses* & *Perusios.* Tituli illius apud *Fr. à S. August. Maced. propugn. Lusit. Gall. c. p. 26.*

1. Linea potior nempe masculina in Edoardo.

*Rsp. Conf.* Erroneum est, in filiis Emanuelis constituere capita linearum, quod *Emanueli* debetur: Nam à capite linea in lineam jus fluere debet. Est ergo omnium competitorum eadem linea. Si vero in filiis Emanuelis capita linearum constitui queunt, cur non etiam in nepotibus? quo casu vincetur iterum Catharina. Tum quia successionis legibus vocantur tantum ad successionem, qui ex defuncti linea sunt, nisi ergo communis sit linea Emanuelis, Catharina non est ex Henrici linea.

**Jus representationis.** 2. Beneficium *repr. s. nationis*, quod & *communi Romanorum* ac aliarum gentium & proprio Lusitanico iure probatur, in successiones, qualis hæc est, hereditariis. *Jus Romanum* Lusitanis receptum, ubi aliud nihil dispostum. *Jus commune aliarum gentium* probatur, cum ita judicatum in Francia, Anglia, Hungaria, (allegat *Caram. pro hoc Traquell. de jure primog. q. 40. n. 11.*) Aragonia. vide *Surit. L. Annal. 6. c. 57.* Britannia ducatur. Convenit lex apud Hispanos de *Las Partidas.*

**Hispanorum responsio.** *Rsp. Hispan.* Ahaselle Lusitanæ, etiam si reliqua Hispania utatur representatione, proprias leges. Nec valet representatione, nisi ubi in institutione ea admisla.

*Jus Lusitanicum* probatur *Iohannis I. testamento*, quo Edoardo filio, si præmotetur, in nepotem non filios sufficiebat, & Alfonsi V. dispositione circa liberos. *Caram. Iohannes Rex Lusit. p. 144.*

*Rsp. Hispan.* 1. *Joannis testamentum* (1.) fatente *Anton. Caram* dubium esse, nec fidem habendam adversariis archiva possidentibus, qui alterare potuere. (2.) Loqui non de successione regnisi testamento executore, quod tamen Lusitani evitant apud



apud Caram. d. l. n. 33. alia versione. (3.) Disjunctivè conceptum. 2. Alfonsi non dispositio fuit, sed epistola ad comitia, qua ltentiam proponebat; sed nec ea àcomitio probata.

*Responso generalis Hispanorum contra representationem Bragantinorum.* (quæ si etiam probabilest tantum client, Caram. Phil. prud. R. Lusit. d. m. l. 5. Disp. S. n. 22. probabilitatem in conscientia sufficere crederet) 1. Admissa representatione potiorem fore causam Parmensis. 2. Lex quarta Lamegenfis excludit eam: Si fuerit mortuus primus filius vivente rege patre, secundus erit Rex, si secundus tertius, si tertius quartus, & deinde omnes per istum modum, & tertia lex requirit, ut succedens sit filius regis. 3. Bragant. (1.) Intelligi eo casu, quo sine liberis primus decedat. (2.) Exemplo Sebastiani representationem probari. (3.) In lingua Lulitan. ad verbum sonat: ob mortem patris hereditario succedit filius (quam translationem Caram. rejicit, & Latino textui, Pater si habuerit regnum, cum fuerit mortuus, filius habebit, &c. 3. In bona coronæ succedit sine representatione. E. etiam in ipsam coronam. 4. Bragant. negando, quia ibi concessione Dominicæ, hic jure hereditatio succeditur. 4. Representationem aliquando non admitti in regnis, docet exemplum Alfonti Sapienti preferentis filium nepoti, & Papæ Robertum in regno Neapolitano itidem antehabentis filio fratri. Conf. Clem. Pastoralis. dc re judic. Addi potest exemplum in familia Artefisi: ut & in Sabaudica. Nec minus in Aragonia, ubi judex Dionysius R. Portugallie pro filio contra nepotem statuit. 5. Representatione tantum valer in divisibilibus, quia exequitate tali inititur, quæ extra divisionem nulla est. Majoratus autem eam non admittunt, nisi in creatione instituta sit. Cui tamen thesi concedit Caram. Phil. R. Lusit. l. 5. Disp. 8. art. 2. num. 5. 6. multos autores illustres. 6. Confer. Alex. Rauden. apud Spreng. Ill. prætens. pag. 194. Allegatum exemplum non sine cautione accipiendum.

### 3. Ius agnati cognationi semper præferendum.

Jus agnat<sup>ionis</sup>.

*Responso.* Licet cognato agnatus, cognatæ agnata præferendi, non tamen agnata cognato. ex c. i. De coqui sibi & hered. De usibus. atque consensu multorum Doctorum apud Caram. d. l. n. 44.

4. *Sanguinus prærogativa*, qua Catharina stirpe, domo, patria, thoro civis Lulitanæ potior Philippo peregrino.

Sanguinis prærogativa. Eventus.

*Eventus.* Bragantini, quibus præter Henricum etiam nobilitas favebat, Thuan. l. 63. p. 359. 361. c. 69. pag. 514. ob potentiam Philippi tepidius in negotio versantur. Tandem serius quam pat fuerat, cum Philippo transfigere volunt. l. 70. p. 544. Sed patrum impetratum, nisi quod Conestabilis hereditari in Lusitania munus confirmatum. p. 565. In hac conditione Joannes Catharina maritus, & Theodosius filius vitam duxer. Tandem 1640. Lusitani Hispanis obsequium Mich. Vasconcello trucidato negant, & Joannem Theodosii filium Duxem Bragantinum regem proclamant. Confer de hac historia Ioh. Baptista Biragus. Ita renovata causa, pro qua præter alii scripta anonyma edita Manifestatio regni Portugallie. edit. 1641. quam Caramuel tentavit refutare, subtit. Joannes Bargantinus Lusitanæ illegitimus Rex demonstratus, &c. Emanuel. à Cugna Archip. Olyssip. antea ep. Elvæ edidit Lusitaniam vindicatam. Fr. à S. August. Macedus edidit libellum anonymi pro Catharina Bragantina, adjecta appendice de actu possiden- di & jure postlimini. 1641. Et postea propugnaculum Lusitano-Gallicum. Anton. de Sousa de Macedo. edidit Iwan Caramuel Convencido. Idem censura notavit manifestatio- nem Iof. Pelleceri. Adde Lusitaniam Vindicatam, quæ alloquitur orbem terrarum. Alia vide apud Caramuel.

Electio Jo- annis R. ex Bragantia.

Scripto- ces.

Fundamenta. 1. *Ius Bragantinum vetus*, à Catharina per viri exclusa adnepotem transmisum. 2. Jure regno exclusus Philippus. Sub Castellanis neglecta & vexata Lusitania, unde h. ec ex florenti regno in summam incidit miseriæ. Vicissim Hispania jam diu infelix haud dubie DEI ob injusticiam ejus vindicisiram sensit. 3. *Po- puli*, cui, ubi de successione est dubium, judicium debetur, acclamatio. Allegatur etiam miraculum, quod in supplicatione aliqua solenni manus crucifixi cum clavo à cruce dilapsa. Hoc elevant & elidunt Hispani.

Funda- menta.

*Responso generales Hispanorum.* 1. *Præscriptio.* Quam Lusitani non admittunt. 2. *Iuramentum Bragantinorum & populi.* Hoc violentia extortum, illud protestatione clandestina prius facta, ac ita lingua non mente præstitum, exculant.

Responso Hispan.

*Eventus.* Joannes à pluribus regibus Rex agnitus, cumque eo fædera contra. *Eventus.* *Acta ad-*



ēta, atq; adversus Philippum suam causam tutatus est. Non minus filius Alfonsus, licet in pace cum Hispanis 1659. factā Gallia ab ipsius parte recederet. Hoc 1668. ob impotentiam, & incapacitatem à regimine remoto, regens declaratus est Petrus frater germanus, qui ejusdem uxorem Luisam Mariam Franciscam Elisabetham Sabaudam in thorum alcivit, probante Clemente IX. Pontifice. Belli demum ille fuit exitus, ut pace facta Lusitania suo juri & libertati relinquetur.

**Raynarius**  
**Farnes. D.**  
**Parm.**  
**Funda-**  
**menta.** VI. Dux Parmentis Raynarius Alexandri filius. Pro hoc responderunt JCti Par-

menses, & Patavini apud Thuan. L. 60. p. 513. 514.  
Fundamenta eadem fere quae Bragantine, nisi quod contra ipsammet refletebat  
jus repräsentationis Parmentis, & contra eandem sexus nitebatur prærogativa. Cum  
verò repräsentatione etiam admissa, ille matrem, & reliqui competitores similiter ma-  
tres repräsentant, adeoque ipie fururus fuisset remotor ceteris, patroni causa jus  
transmissionis insubsidium vocant, quo Eduardus, si supervixisset, prætendentibus  
omnibus potior, jus transmisserit ad filium titulo sūtitatis: cum alias quoque primogeni-  
tus regis patre superfite habeat in habitu jus ad regnum.

**Reſp.** Conf. apud Caram. L. 5. Diff. 6. 1. Repräsentationis beneficium remotori  
facit Parmentis, & ob hoc reliquis tamen postponit. 2. Repräsentatio ut plurimum  
filiis fratrum ultimi possessoris conceditur, non nepotibus. 3. Transmitti nequit hominis  
viventis hereditas. (Confer de transmis. Caram. d. l. n. 15. seq. ubi ex JCtis jus hoc de-  
dicit.) Sed & Edoardo moriente Henricus Rex nondum fuit. 4. Non eadem ratio  
successionis est, qua fratri aut patruo, vel qua parentibus succeditur.

**Eventus.** Eventus. Servat memoriam tantum prætensionis familia, scuto gentilitio par-  
mulam Lusitanicam addens.

**Pontifex.** VII. Pontifex. Hic regnum sedi Pontificia obnoxium beneficiarium diciturabat,  
ac adeo jus regis constituīt vindicabat sibi.

**Funda-**  
**menta.** Fundamentum. *Alfonsi I. tributariam* Pontifici Lusitaniam 1142. reddidisse di-  
citur, & quotannis Rex quasdam uncias puri in recognitionem sedi Romane mitte-  
re. Confer Thuan. L. 46. p. 781. b. Caram. Phil. prud. L. 5. Diff. 1. p. 184. ubi diploma *Al-  
fonsi*, & *Innocentii* Pontificis bullam responsoriam ex archivo Toletano producit, &  
avthentica propugnat. Addit alia quoque diplomata. Et refert *Mariana de R. Hispan.*  
L. 10. cap. 20. circa 1150. confirmasse *Eugenium* Pontificem *Alfonso* regium nomen, &  
ejus exemplo post aliquot annos *Alexandrum III.* Obtinuisse *Eugenium* vestigial an-  
num quatuor auri pondo, *Alexandrum* Libram cum triente. Quod an solerint Lu-  
sitani primis temporibus, ait se nescire, sua autem & majorum aetate fuisse immunes.  
*Caram.* ostendit durasse ad *Alfonsum III.* qui ob differentias cum Ecclesiasticis omisit.  
Adducit alias rationes *Caram.* 1. *Alfonsi II.* testamentum, quo confirmatio & cura exe-  
cutionis Papæ defertur. 2. *Donatio Sancii II. R.* in favore Ord. S. Iacobi, cum ei do-  
naret Tavilam Algarbie, confirmata ab *Innocentio* Papa: quod arguit ejus supremam  
auctoritatem in regno. 3. *Depositio Sancii II.* facta ab *Innocentio* Papa, in bulla cen-  
sualem qualitatem regni allegante. 4. *Testamentum primum Sancii II.* quo in ca-  
sum mortis regnum & liberos commendat Pontifici. 5. *Breve Innocentii III.* concilia-  
turi animos *Alfonsi* regis & lororum, iquo cavitur, ne reges Portugallie in successo-  
rum præjudicium regnum audeant imminuere. 6. *Testamentum Alfonsi III.* quo  
Papam vocat Dominum corporis & animi sui, testamenti petit ab eo confirmatio-  
nem, & ut ejus capita sua auctoritate faciat adimpleri.

**Reſpo-**  
**nōnes.** Reſponsiones. 1. Religionis aut pietatis liberum documentum jus regni non im-  
minuit. vide Fr. à S. Ang. *Alced. propugn. Lusit. Gall. P. t. pag. 89.* qui hoc aliis etiam  
exemplis fieri potuisse ostendit. 2. Addit *Caram.* non promissum censum, inducione  
*obligationis*, sed oblatum testimonio *devotionis*. Quamvis aliqua Pontificiorum ver-  
ba loquuntur de obligatione: sed si Pontifex in bullis suis plus acceptet, cum ei nihil  
promissum, non ob hoc contractus validus est, aut tenentur posteri. Nec oblationes  
Ecclesiastice devotionis monumenta, nisi accedat promissio, votum aut æquivalens  
circumstantia, obligant. Unde ad censum duarum marcarum non obligatur Rex ho-  
die. Et alias quoque quæ feudi spiritualis natura est, eadem est obsequi ob illud debiti.  
3. *Caramuel* hoc solum probari purat, à Pontifice *spirituales reges* creatos esse, hoc est,  
illis concessas gratias & beneficia Ecclesiastica, quæ regum esse solent. Unde regnum  
putat esse feudum spirituale, & teneri vasallos ad præstanda obsequia spiritualia,  
Pontificem



Pontificem ad spiritualem protectionem. Hocque sonare ipsa verbabullatum. Et ob hoc apud Thuan. L.70. Lusitanos 1580. legato misso à Pontifice imploratis arma spiritualia. Idem addit, aperiti quidem talia feuda etiam spirituali Domino. Hic vero in Henricoid non factum, quia in bulla Innocentii etiam heredibus conceditur gratia, est ergo feudum hereditarium. Quamvis ergo cum Joannes I. eligeretur, apertum fuisset Papa, quia tamen hic non revocavit, est ea moralis confirmatio, unde quoad heredes supersunt, superfuere autem Henrico, non aperiri potuit Pontifici, regis Henrici morte. Resp. ad arg. Caram. 1. 4. 6. Potuit Papa in testamento ea confirmare, quæ spiritualia concernunt non pauca. 2. Non donationem confirmare debuit Pontifex, quæ actus politicus est, sed satisfactionem pro peccato, quia pro remedio animæ suæ donare dicit. Sed & confirmare in foro Lusitanico dicitur & testificari. 3. Pontifex non depositus Sancium II. & diserte dicit, quod non intendat ei, aut si liberos habeat legitimos, illis regnum adimere, sed ob turbatum regni statum à comitiis gubernatorem idoneum eligi consulit, ac proponit regis fratrem. Quæ hortatio etiam spiritualis feudi Domino, imo cuivis Christiano competit. 5. Conceditur regnum esse feudum, sed spirituale.

*Eventus.* Thuan. L. 65. p. 360. Ridiculum hoc jus omnibus esse visum ait. Nihilominus Pontifici saltem indirecè irreperi moliti, Henrico facilius (*Thuan. L. 69. p. 517.*) non verò quæ Philippo (*Thuan. L. 69. p. 521. L. 70. p. 549. L. 73. p. 684.*) imponere potuerit. Cum vero postea congratulatus Philippo Papa priora exculaverit, ipse jus suum prætensum abnuisse videri potest.

*Eventus.*

*Appendix.* Subjicit Caram. ultimo, annon *Abbas Clarævallis Lupinus le Mire* poterit 1580. feudum Portugallie sibi vindicare. 1. Concedit ab Alfonso 1142. constitutum regnum feudum Abbatiae *Maria de Claravalle* in Gallia. 2. Feudum vult eis spiritali, & monasticum, qualia etiam alibi, unde debita utrinque spiritualia, in primis suscepfragia pro regibus & monachis facienda; quamvis etiam Claravallis alia sunt merita in Lusitanos, cum milite misso hos adjuverit, & Bernardus apud Pontificem contra regem Castilie causam Alfonsi promoverit. 3. Feudum negat apertum, cum superfuerint Henrico heredes. 4. Nec tamen concedit, reges teneri ad solvendos quorū monasterio 50. morabitinos auri; Solvit quidem Alfonsus devotionis incitamento, & successoribus idem injungit, non tamen promittit aut vovet. Sed & ordinare, mandare & commendare Hispanis verba consilientis esse solent.

Subfinem compendio audiamus prætensionum fundamenta è calamo *Hier. Compag. nestagg. de Portug. & Castel. conjunct. in T. II. Hisp. illustr. p. 1102. 1103.* Dum hac in Hispania geruntur, in Lusitanis a competitori est am indigena, quænam exteri citati, actionibus suis propositis, regem de suo quisq; iure edocere studebant. Agebat Philippus castam Dux Ossunensis: Ducis Sabaudie & Carolus Rovarius: Reinutii Farnesi, Ferdinandus Farnesius, Episcopus Parmensis: Regina Gallia citata quidem non fuerat: sed tamen & ipsa actionem instituit per Urbanum de S. Gelsio, Episcop. Comingensem, qui nos sine labore obtinuit, ut ad agendum admitteretur. Videbatur enim Rex magnis dubitationum fluctib. agitari, dum ab una parte propter benevolentiam, qua Duci sām prosequebatur, omnes excludere, & ab altera, primum regem Philippum excludendi desiderio, omnes promiscue admittere conatur. Ceterū uenit sedum benevolentiam, & efficit, ut cum summa sua ipsius ignominia, patetetur a Regina alligari, & sum regē Henricum, à quo sibi insitum administrari petebat, & undecim reges, qui ipsi sumani ecceferant, suisse noctis, & illegitimos. Huc enim reginæ rationes tendebant. Et licet non nihil dubium moveret circa mandatum Episcopi: tandem tamē, cum de alto mandato, intra certum tempus proferendo, cautionē praefixa sit, ipsi ad agendum admissō advocatum adjunxit. Præcipua competitorum argumentatione auctoriter erant. Antonius post 50. ann. decursum (rōto enim hoc tempore nihil tale assertur) omnino pro legitimo se venditans, sine controversia succionem regni ad se p̄petrare dicebat, se, tanquam masculum à masculo descendentem, ratione patris superare etatē, qua Philippus cum anteibat: ratione sexus sc̄ ducissā Bragantia, ratione etatē & propinquitatis Rainutio Farnesio esse potiorem. Philibertus Dux Sabaudie & ipse nondum spem omnem obtinenda successonis deponebat. Sed tamen quia in illum tantū casum si Philippus ante Henricum moreretur, sc̄ principe Castella propinquorem esse probare conabatur, minus, quam ceteri laborabat. Pro Rainutio Farnesio validae rationes adducebantur & pro ipso. I. Cti Patavini consilium conscriberant. Ut autem eum contra proximitatem, qua à reliquis competitoribus vincebatur, uerentur, dicebant, secundum juspurum & simplex, quot filios rex aliquis relinquist, tot inde promanare primogeniturus: harum primam lineam succedere,

diuhi  
floris &  
prætent. ex  
tempore  
staggio &  
Vicerano.



donec durat: eas finitae, succedere secundum, & ita deinceps. Iam autem Eduardum, avum Reinusti maternum, esse caput secundus primogenitura & filiorum regis Emanuelis: & ideo, prius a morte Sebastiani plane extincta, merito succedere debere lineam secunde primogenitura, donec duraverit: per quam de gradu in gradum descendendo inveniri Reinustum: Philippum vero, & Philibertum, quamvis essent competitores masculi, & legitimi: tamen tanquam ex linea feminina descendentes, non posse admitti ad hereditatem, donec heredes ex primogenitura masculina descendentes superviverent: ex quorum numero ipse esset: cumque neque ducissa, quippe famina, neque Antonius, ut pote illegitimus, eis obstant, ipsum necessario omnibus esse potiorum. Ducissa Bragancia bene sperans, & partim iuri suo, partim Henrici benevolentia contusa, prolixum & elaboratum consilium conscribi curaverat ab I.Cis universitatibus Coimbricensis, qui, praterquam quod totius regni doctissimi essent, etiam idem, quod regi se rem gratam facturos sperarent, hanc questionem, quam maxima fieri potuerit diligentia, excusaverant. Neebantur hoc fundamento, quod in regnis succedunt heredes ultimi possessoris: & quod in hoc successionis genere leges beneficium representationis concedunt: & (quia Doctores disputatione, utrum nepotes hoc beneficio gaudent, cum in hereditate adiuncta cum patre non concurrunt) dicebant sine dubio sequendam esse partem affirmativam, & feminas non tantum representare e gradu parentis, sed etiam sexum, & jus masculinum. Cum itaque Ducissa representaret patrem suum Eduardum filium regis Emanuelis, & fratrem Henrici, volebat omnes superare: regem Philippum, ut pote descendenter ex famina, Antonium ut illegitimum, Reinustum, tanquam ab Henrico remotorem: neque admittebat ullam linearum, ad primogenituras, aut representationem, eamque ad rem multa Doctorem auctoritates allegabantur. Hoc consilium impersum fuit, & missum ad Papam, & reliquos principes Christianos, apud quos magnus pondus habiturum esse credebat. Rex Philippus allegabat, ex nepotibus regis Emanuelis, qui supererant, se natum maximum esse, & legitimum: At reliquos competitores, qui manifesto illum priorem esse animadverterent, configurare ad fictiones & representationes, quas in hoc casu, & inter hujusmodi personas a nullo iure concedi probabat, dicebatque se praterquam quod omnes in genere etate superaret, etiam singulos peculiari ratione vincere: Antonium quidem in iuritate legitima: Ducissam sexu, Reinustum proximitate, Ducem Sabaudiae etate Isabella Imperatricis, matris sue, natu majoris Beatrice, Sabaudi matre. Regnicoles dicebant, extinctam esse linearum regum masculinam, & hoc casu jus electionis ad ipsos pertinere. Fulciebant hanc rationem exemplo Ioannis primi, ab ipsis electi: sed hac actio, tanquam nimis generalis, non digni astimabatur. Regina Gallie rationibus miris & cum tot regum ignominia conjunctis nitens, contendebat se per directam lineam ad regni successionem venire: ajebatque ex monumentis veterum archivorum Francie, & ex antiqua Comitatus Bononiensis possessione satis probari, se directo a Ruperto, filio Alfonsi III. & Matilde Comitissae prima, & legitima eius conjugi descendere, & ex illo tempore in iuste regnum possesse posteros Beatricis secundam uxoris Alfonsi, ex qua quia descendentes omnes reliqui competitores, ipsos non plus juris, quam maiores suos habere posse. Juvat addere alium eadem paulo alteriter enarrantem Ioh. Anton. Viperanum hist. de obtenta Portugall. in eod. T. II. Hisp. illustr. p. 1035. 1036. 1037. 1038. Henricus igitur de regni successione judicium constituit, & eos, qui actionem aliquam petendi regnum habere putabantur, citavit, ut ad statum diem adcessent; ac pro se quisque experiret. Nominatimque citavit regem Catholicum Philippum, Emanuelum Philibertum Ducem Allobrogum, Catharinam Ioannis Ducis Brigantini uxorem, Rainutum Farnesium filium Marie sororis Catharinae, & Antonium Ludovici fratri sui filium. Sed si forun inter se, & cum rege Henrico affinitatum vinclula explicanda sunt, quo cuncta melius cognoscantur. Portugalensem rex Emanuel, cuius egregia virtus fuit, & uomen toto orbe terrarum illustre, ex Maria Ferdinandi Aragonensium regis & Isabelle Castellionorum regina conjugum filia IX. liberos suscepit, Ioannem, Isabellam, Beatricem, Ludovicum, Ferdinandum, Alfonsum, Henricum, Odoardum, Antonium. Ioannes omnium primus post patrem regnavit hujus nominis tertius: atque ex Catharina Caroli V. Imp. sorore filium habuit nomine Ioannem. Is vivo patre obut, atque unicum filium Sebastianum ex Ioanna Caroli V. Imp. filia reliquit. Quem juvenem a Mauris interfectum in prælio supra demonstravimus. Isabella Carolo V. Imp. nupsit: eius sat editus est rex Philippus. Beatrix conjuncta in matrimonio Carolo Philiberto Duci Allobrogum Emanuele genuit. Ludovicus ex concubina Antonium procreavit. Ex Odoardo Maria, que Alexandro Farnesio Octavii Duci Parmensis F. nupta Rainutum peperit, & Catharina Ducis Brigantini uxor nata est. Ferdinandus sine liberis



obit: Antonius migravit insensè vita: Alfonsus & Henricus in S. R. E. Cardinalium collegium cooptati sacris iniciati sunt: sed alter è vita excesserat, alter sois ès iis regis Emanuel superstes in regis Sebastiani demortui locum successit. Quapropter cum Henrico devincticognitionibus & affinitatibus erant rex Catholicus Philippus ex Is. bella, Emanuel Philibertus ex B. atrice, Antonius ex Ludovico, Rainutius ex Maria Odoardi filia, Catharinae eodem Odoardo propnata: quorum parentes jam hanc vitam defuerant, ipsi in petitione regni concurrerunt. Dux Brigantinus & Antonius ante regem Henricum Olysspone omnium Portugallensium urbium principe in judicio adfuerunt, a deo Catharinae uxoris sue jus defendens, alter suam per se ipse causam agens. At Rainutius Farnesius Ferdinandum Farnesum Episcopum Parmensem pro se cognitorem allegavit. Emanuel Philibertus licet regis Philippi jus suo melius esse sciret, tamen quia jus suum ceterorum juribus potius esse intelligebat, ut de successione questione omniex parte agitaretur, atque omnis dubitandi ratio tolleretur, Carolum à Ruvere juris sui vicarium sit. Rex Philippus Petrum Cyronium Osunæ Ducem Osum & potentem & honoratum principem legavit cum Christophoro Mora (quem nonnulli etiamante solum statim post regis Sebastiani mortem legaverat) duobusque delectis juribus Aulustri peritis Roderico Vascio ab Arce & Ludovico Atolina. Interim quoque rex Henricus totius regni concilium convocavit: in quo ordinibus edxit, quoniam de successione in regnum controversial longiorem disceptationem postularet, ipse vero grandis natus, & agra valetudine esset, ut IX. ex omnibus nobiles viros legerent in Lusitanis prudentia & dignitate praestantes: è quibus ipse V. seligeret; qui, si diem obiresibi contigisset ante litem regni adjudicatam, ipse regnum communis consilio & autoritate gubernarent, donec judicatum de successione esset. Insuper XXII. juris peritorum delectum haberent doctrinam & probitatem excellentium, è quorum numero ipse XI. excerpere, qui de regni successione cognoscerent, acjudicarent eorumque sententiis, cui regnum adjudicatum fortes traducerent. Gubernatorum vero & judicium nomina secreta dum vivet apud se habiturunt, ne cuius sit corruptelam aliquam judicis molitus. Præterea voluit omnes ordines, & Ducem Brigantinum pro Catharina uxore, & Antonium jurare gubernatorum ac judicium sententias & decretis se plane semper obtempraturos. Quæ Portugallensibus non ingrata fuere, quod sperarent, hac via regnum non nisi alicui Portugallensi principi adjudicatum iri: quamvis aliqui nullam omniorationem exterritorum haberi maluissent. Igitur causa agitur: & quisque jus defendit, cuius est cognitor. At vero Catharina Henrici III. Gallorum regis mister, et si ad idem judicium vocata non fuerat, tamen Urbanum à Sancto Gelasio Episcopum Comingensem misit, qui Portugallensium regi jus exponeret, quod ipsa in portugallie regnum haberet. Reservebat Alfonsum hujus nominis tertium Portugallensium regem fratrem Sancii, cui Carpe- cognomen fuit, antequam regam obtinuisse, habuisse in Galilia uxorem Mathildam, ex Bononia olim Gel*s*caque filium suscepisse Rodulfum dominum Bononiae in Galba oppidi: deinde post obtentum sororium regnum uxorem duxisse Beatricem filiam Alfonsi XI. regis Cisalpini, atque ex ea Dionysium genuisse. Quare Poringalliam ad Rodulfi ex priore coniugio natum obvenire debuisse, non ad Dionysium ex uxore secunda procreatum: eadimque ratione ad Rodulfi potius, quam ad Dionysii nepotes pertinere. Reginam Catharinam à Rodulfi nepotibus maternum genus ducere. Qua ratione non modore regnum poscebatur, verum etiam ipsum regem Henricum, & quotquot ab Alfonso reges fuere, male capta portugallia hereditatis accusabat. Unde quoniam par non erat stultam legationem e sensere, à quibusdam existimatum est, Episcopum Comingensem specie quidem petenda portugallia hereditatis, sed revera missum, ut cum portugallensibus secreto aliquid contra regem philippum ageret. Quicm Galli, qui cum Hispania continua similitates exerceant, videbant omnium Christianorum regum, quotquot unquam fuerit, ex portugallia possessione potentissimum fore. Quod Catharinæ, quia nullum omnino erat, quoniam ex rerum Portugallensium, Gallicarum, & Belgicarum monumentis constaret, Alfonsum nullos ex Mathildaliberos suscepisse: & Robertum, qui post obitum Mathilda comitatum Bononte obtinuit, novi ex Mathilda sed ex Aliihilde sorore Aliida Claramantis & Arvernæ Comitis uxore natum fuisse, ab omnibus neglectum est: mens tamen, & voluntas à quibusdam probata. Et Antonius iussus matris sue nuptias legitimas ostendere, quatuor testes dedit, duos è novis, matre teram in quaenam suam, & matre terere matrimonium, duos è veteribus Christianis ortos, quos subornaverat, ut rogati de matre sue nuptiis dicerent legit: mas fuisse, scg. ipsi interfusse. Qui ortum e veteribus Christianis ducunt, conscientia convicti fisi sunt, sed quidem ab Antonio instructos fuisse, ut affirmaret ejus matrem Ludovico patri legitimate nupesse, revera tamē sonihil de hoc matrimonio scire. At matre terere



maritus & mater tera testificati sunt, verum & legatum connubium fuisse, seque ipsis nuptiis interfusse. Verum minutatim de loco, tempore, & his, que factum circumstaret, interrogati cum inter se dissidentirent, neque eorum consilari oratio, Rex Henricus ipsos tanquam aperte fictos fasosque testes in carcere conjici, & debitum supplicis affecti iussit: ipsumque Antonium sedens judecet cum IV. Episcopis, totidemque juris peritis, quos ad cognoscendam secum causam adjunxerat, pronunciavit spuriis esse, non modo omnium opinione semper ita habicium, sed etiam a Ludovico patre voce, ac scripto sape, ac domum testamento renunciatum: sua quoque confessione convictum, quod olim à Julio III. Pontif. Max. quiibusdam legibus, quae contra spuriis sunt, absolvit postulaverit; absoluimusque sit. Nec multi à lata sententia dies intercesserunt, cum à prioribus altera Gregorii XIII. Pontificis Maximilitera vel Antonii rogatu, quod alios quam Portugalenses judices appellasset, vel Alexandri Frumentini Portugalie. Nuncis Apostolici opera, qui cum Antonio magis facere, quam cum Rege Philippo existimatibus, Regi Henrico reddite sunt: quibus Pontifex maximus priores suas literas interpretatus, quod in illis Antonii causam agi tantum in Portugalie, non etiam judicari sensisset, aperte jubebat, ne in Portugalie judicaretur, sed judicanda Romanam ad se transmitteretur. Quod Rex Henricus satis acerbe accepit: quebusque his literis non modo autoritatem suam in merito contineat, & integratam in tam aperta causa violari, sed etiam dissensiones civiles ali, & Reipubl. Portugallensi ex variis motibus occasum afficeri, spernere, quam ejus mores cerebant, Pontifici rescripsit. Atque illum hoc etiam male habuit, quod sensisse Romæ per novos Christianos, quorum ortus à Iudeis est, agi, ut de Antonii causa judicium, cuius maternum genus ex Iudeorum stirpe profectum esse scunt, prolatetur: quoniam in magna spe habent ipsum aliquando ab omnibus Regem creandum, si nullus denunciatus Rex sit. Cum vero intelligeret, Antonium contra ius iugurandum, quo iuraverat, sere judicata statutum, ac nihil contra molitorum, multa movere, ac modo plenum, modo civitatum & Dynastiarum procuratores ambi, hortari, rogare, multaque illis polliceri, ut se Regem creent, quod Regis creatio ad ipsos pertineat, iussisse illum ex urbe Olyssipone, totoque urbis agro intra certum diem excedere: edixitque, ne post hac Olyssiponem reverteretur, communatus illi, ni paruerit, penam, que contra non obedientes Regis imperio, & contra perturbantes regni pacem & tranquillitatem constituta est. Paruit editio Regis Antonius: sed mox acris stimulante apimum regnandi cupiditate Olyssiponem redit: eademque movere capis. Quod sentiens Rex Henricus illum ut reuocat, atque adesse negligenter bonis omnibus spoliat: & ni è suis regni excedat, penam constituit, que de ledentibus regiam majestatem sumitur. Graves quoque penas contra eos sancit, qui Antonium tecto exceperint, aut re aliquaj uerint, vel ejus rebusullo modo favorint. Post que Antonius procul à conspicuè Regis Henrici latuit. At vero Regis Philippi procuratores, quibus Rex præcepit, suo nomine Regem Henricum orare, ut jus suum beate perspicceret, atque ubi perspexit, optimum esse, non dubitaret se regni successorem Portugalensisibus denunciare, sic de Regis sui iure apud Regem Henricum disceptant. In regnum non morientis testamento, sed propinquitatis jure succedi. Regnum enim ei, quem unum ex omnibus delectum civitatis principem, Reipubl. moderatorem constituerunt ad tollenda civium difficultas, que in nova regis creatione ex dominandi libidine semper ensacerentur, hac conditione delatum à populo, ut in demortui Regis locum, qui propinquitatis vinculis conjunctissimus illi esset, ex legitimis natu nuptiis, succederet. Quod si plures eundem propinquitatis gradum tenerent, mas famine, & major natu minori preponeretur. Prout de regnum esse non demortui, sed generis hereditatem, eademque individuum, ac jure sanguinis adeundam: qua non ad eum, quem Rex moriens voluerit, sed quem illi sanguinis cognatione proximum natura fecerit, venit. Ipsi Regi Henrico regem Philippum omnia, qui Portugalliam successionis nomine pertinet, necessitudine proximum esse: interiorum quidem Philiberto, non modo quia mater ejus Isabella semper angusta Beatruci Philiberti matrem etate anteceperit, sed quia ipse Rex Philippus Philiberto grandior natus est; Catharina vero, quod am sexus nobilitate, & etatis auctoritate antecedat; at Raynutto, & quia major etate, & quia uno propinquitatis gradu propior. Nec magni momenti esse, quod à Catharina afferatur, à se patrem suum Odoardum representari: qui si vivereret, ipsi Henrico succederet. Nam in hujus regni successione nullus nunc est fratribus filios cum patribus concursum, inter quos representationis ratio haberi solet. Quoniam hi, qui regnum petunt, omnes consobrini sunt regis Henrici fratrum ac sororum filii: quorum personas spectare oportet, non parentum, quas hic referre non possunt. Id quod etiam antiquis.



antiquissimis legibus à Gotherum temporibus semper in Hispania servatum est. Quin etiam si daretur posse parentes referri, certe Maria, si in viru esset, & Catharina Odoardi filie sexum virilem patre nullo modo possent representare. Non enim ius naturae patitur, neque juris rationes, que naturae vim imitantur, volunt, ut quae revera est feminam, representationis iure promare habeatur. Quare patrem filia non in sexu, sed in gradu representabit. Proinde licet ipsorum pater Odoardus Isabellæ regis Philippi matri honore sexus anteponetur, non tamen ipsius Odoardi filie regi Philippo itidem anteponentur, que ex feminis mares fieri nequeunt. Quod si nullum ius representationis est Maria, nec à Mariâ quidem in Rainutum filium transfundi ullum poterit. Quamobrem Portugallie successorem regi Philippo jure optimo deberi, quod competitores omnes estate, insuper alium sexu, alium vincat propinquitate. Quin immo leges ipsæ Portugallenses hoc ipsum statuant, ut in istis successionibus mas feminæ, & mas natu major ceteris omnibus præferatur. De Antonio se nihil velle ciceres quod leges omnes & instituta prohibent spuriis non modicorum possessionem, sed ne aliorum quidem bonorum hereditatem ullam ab intestato adire. Illum verò spuriis spuriis Henrico magis notum atque testatum esse quam alii. Qui hoc ipsum à fratre suo Ludovico scopo audierit: à quo rogatum Pontificem maximum etiam fecit, ut iis legibus silium suum Antonium solveret, que prohibent spuriis sacris iniungari, dignitates Ecclesiæcicas obtinere, intestamentis heredem nominari. Nec valere Joannus hujus nominis primus Portugallia regis exemplum, quod spurius fuerit. Non enim iure sanguinis regnum obtinuit, sed à populo Rex creatus est, cum è regia stirpe nemo superstes esset non spurius, qui Ferdinando mortuo iure posset succedere. Siquidem ius filia Beatrix spuria esse credebatur. At nunc regis Henrici cognatus extare, ad quos Regni hereditas jure pertinet. Hac, atque hujusmodi alia regis Philippi ministri de regis sui iure dicunt: eaque cum argumentis ductis ex natura intuis, & ex legum autoritatibus, tum præstantissimorum jurispritorum sententiis confirmant. Quamobrem Henricum orant, ut quando regis Philippi causam omnium excellissimorum jurispritorum non solum Castellanorum, sed etiam Portugallensium, & Italorum, atque altarum nationum judicio sineulla dubitatione optimam & aquifissimam esse videt, atque ad ceterorum regnum spuriorum incolumit item, & totius Reipubl. Christianæ tranquillitatem maxime referre, ipsius regis Catholicæ ius recte, atque extra iudicium perspiciat: & quod certum est in controversiam non adducat: neve regem ab omni foro & iudicio liberum jurisconsultorum sententiis subjiciat, & eorum, quorum animi facilime possunt odio & amore permoveri. His ipsis argumentis, que à regis Catholicæ ministri afferebantur, ut nō Carolus à Ruvere satetur Emanuelm Philibertum in hac regni petitione à rege philippo vincere, quod eo sit minor estate, sed Catharina & Raynuto præferendum, quod illam sexu, hunc antecedat propinquitate. At Dux Brigantinus contra regem philippum & Emanuelm philibertum pro Catharinæ representationem, contra Rainutum propinquitatem usurpat. Ferdinandus Farnesius verò representationem contra regem philippum & Emanuelm philibertum pro Rainutio sexum contra Catharinam proponit. Si excellissimorum jurispritorum concilio regis Henrici iussa habito, qua à quoque dicebantur, magnocum studio agitata, & de singulorum actionibus disputatum diu & permultum est.

## CAPUT LXXIII.

## Potierii Duc. de Trêmes.

## ARGUMENTUM

1. Familia.
2. Scutum Ducis Leonis Luxemburg. Borbon. Lotharingia. Sabaudia. Potier.
3. Majores Margareta Lucenburgo.
4. Scutum Ducis Renati. Baillet. Aulnoy. Montmorency. Vendome.
5. Laterculorum rationes.
6. Apex. Telamones.
7. Alia dispositio. Sicilia. Insignia. Seiffons.

## §. I.

**D**Ucis de Trefms familia est cognominis de Potier: & descendit ex Simone Po-familia  
tier Dom. de Groslay & de Blanchemain: Primus verò Ducis axioma 1663. rece-  
pit Renatum.



§. viii. Fafcia argentea laterculi *carulei Vinstringam* & *FeneStrange*, dynastiam & opidum ad Saram int. r. *Saterdam* & *Kaufmans-Sarbrucken* in *Australia*, *Lotharingia* confinio, sita nota. Conter *Wapenb.* 2. p. 29. Habuit hec pecuiales suos Dominos, affinitatibus pluribus illustres. Ex illis *Ioannes Dominus Vinstringe Marescallus Lotharingia ex Beatrice de Orguiller* & *Ozerville*, genuit *B. barbam* & *Magdalenanam*. Illa *Nicolao C. Sarverdensi* nupta *Ioannam* genuit, quam uxorem obtinuit *Ioannes VI. Rhinogravius*, atque ita partem *Dominu Vinstringensis*, *Ozerville* (*Augweiler*) *Neufville*, *Dimringen* & alia. Cum verò Magdalena soror *Fernando Novocastrensi* & *de Neufchastel*, *Dn. de Montagu*, nupta generit *Annam* dein nuptam *Wilhelmo Dn. de Dammarin*, ejus verò neptis *Diana Catolo Philippo Crojo M. de Havre* nupserit, exim jus arcessendum autumno, quo *Crojo* nunc quoque partem *Vinstringe* possident.

*Galez.*

§. ix. *Galez* tres scuto imponuntur, *media* rubra pilicum nigrum tubeâ orâ reducta sustinet cum duobus fascibus, foliis (an pennis) argenteis consertis. *Dextra coronata*, rubro alatum jugo impresis tres leunculos exhibit: *sinistra* item coronata, caput vertagi cum collo caruleum exhibet, fascia argentea exaratum; collo adjectis quatuor pennis pavoninis. Hunc *Vinstringensem* apicem, dextrum *Kirburgensem* esse dictum est: unde medius *Wildgravis* vel *Rhingravis* genuinus fuerit. Lacimæ galæam medium circumvolitant nigra & argentea, priorem aurea & rubra, posteriorem argentea & carulea.

*Principi  
Salmenis  
scutum  
perpetram  
Furstio af-  
signatum.*

§. x. Tota familia communiter his utitur insignibus: nam quod *P. Furſt. P. 3.n.6.* principi *Salmeni* aliud scutum tribuit, per errorem factum est, & illud *Salmenis* communitum linea *Neuburgica* debetur.

*Titulus.*

§. xi. Titulus a sculo & quod excurrit communis genti ille fuerat: *Sylvaram* & *Rheni Comes*, (*Wild- und Rheingrave*) *comes in Salm*, *Dom. in Vinstringen*. *Salmenis* verò principis illum vidi: *S. Rom. Imp. Princeps in Salm*, *comes Sylvestrus* (*Wildgravus*) *in Daun* & *Kirburg*, *Rheni Comes* (*Rhingravius*) *in Stein*, *Baro in Vinstringen*, *Pulni*, *Bayon*, *Neufville* & *Ozerville* (*Neu- und Augenweiler*.)

## CAPUT LXXVII. *Rochechovartii. Duc. de Mortemar.*

### ARGUMENTUM.

1. *Origo Gentis. Vicecomites Lemovicum. Vicecom. de Rochechouart. Linna.*
2. *Ducis scutum. Mauria.*
3. *Borbouia.*
4. *Rohan.*
5. *Rochechouart.*
6. *Mediolanum.*
7. *Navarra.*
8. *Escars.*
9. *Britannia.*
10. *Rochechouart.*
11. *Apex. Telamonies.*
12. *Majores Luisa C. de Maure. & Joannis de Rohan Dn. de Landal.*

### §. I.

*Origo  
gentis.  
Vicecom.  
Lemovi-  
cum.*

Illustrissimus *Dux Mortemar* & tota familia, que de *Rochechouart* (*Rupichoartia*) cognominatur, originem suam ducit ex antiquis *Lemovicum* *Vicecomitibus*, ex quibus sub R. Eude 890. memoratur *Fulco* & *Fulgerius*, cuius nepos *Eldegarius* non nisi filiam reliquit



reliquit Rothildem 958. quæ nupta Geraldo Dom. de Broffo ei Vicecomitatum Lemovicum attulit, unde nova gens. Parentibus succedit Guido, huic iterum filius Aymarus pater præter alios Aymari II. & Bernardi. Bertrandus. Ab hoc Vicecomites de Broffo, quorum hereditas ad familiam Chavigniam translata est, & ex minori aliquo filio Domini de S. Severe atque de Bouffac, qui defecere 1565. vel 1562. in Ioanne Boffo D. Stampa-  
param, cuius heres Carola Francisco Lucenburgo nuplit. Aymarus vero Aymarum III. genuit, patrem Emburga cognom. Brunisendis, quæ uxor Erchenbaldi Vicecom. de Combors illi familiae intulit Vicecomitatuum Lemovicum. His parentibus natus Aymarus IV. vel alia numerandi serie III. Vicecomes Lemovicum, cuius abnuptus fuit Alaria, quæ Arturo Britanno C. Richemontu 1275. nupsit, & illam attulit hereditatem. Porro præter Guidonem supradictum Geraldus & Rothildis Vicecomitis filium, illis etiam natus est Aymericus Vicecomes de Rochechouart (Rupichoartu) novæ hujus gentis amplissimæ sator. Hujus 12. numerant ramos. Nam ab Aymerici VIII. Vicecomitis, qui 1245. decelit, filiis, Aymerico quidem reliqui Vicecomes de Rochechouart, quorum hereditas per matrimonium ad Pontvillios, hoc vero seculo matrimonio Maria Vicecom. de Rochechouart & Iohannis M. de Pompadour 1640. adhanc stirpem translit, Domini du Baſtiment, C. de S. Ouen, Domini de Bourdet, Domini & Marchionis de Chandener, qui nunc familiae principes seu lineaprima, Barones & Marchiones de Faudoas, Domini de S. Clement d'Isalguier, Domini de Iars, Dom. de la Broffo, Domini de Chastillon le Roy, à Guilelmo vero (Aymericu fratre) descendunt præter Marchiones de Montpypeau, & Dominos de Tonny Charente atque Marchiones de Bonnivet, præcipue Duces de Mortemar, hoc axiomate 1663. ornati, atque adeo reliquis sua gentis prælati.

§. ii. Ducas de Mortemar Gabrielis scutum ita pingitur, ut una transversa & tres perpendiculares illud in octo areolas distinguant. Prima area rubea crescentem lunam per vario vellere pītam exhibet, notande familie Maurie, de Maure. Hæc areola reliquum fundamentum assumta est ob Ducas matrem, Casparis B. de Mortemar & Principis de Tonny Charente uxorem Luisam f. Ludovicam Caroli C. de Maure, qui 1575. obierat, filiam & heredem. Porro haec familia ab Augustino du Pas deducitur ex Ioanne I. Dom. de Maure, qui 1240. & 1246. claruerit. Et quidem ordine continuo successione à patre ad filium sex Iohannes numerantur, sexto succedit ex fratre Guilelmo nepos Petrus, huic Petrus II. qui pater Iohannis VII. avus oīari, quo natus Franciscus 1553. primus Comitis dignitatem assecutus est, quæ etiam gavisi filius Claudius ac nepos Carolus, Lusse istius pater.

§. iii. Areola secunda Borboniam tesseram complectitur, nempe tria lilia Franciæ, caeruleo scipione angustiori distincta: Hæc ascelitatur ob Iacobam de Bourbon Domina de Carency, Caroli filiam & heredem, matrem Iohannis d'Escars principis de Carency, qui genuit Dianam, ex Carolo C. Maurio Ludovicæ supradictæ matrem.

§. iv. Tertia quadra rubea 9. maculas aureas Rohancorum ostentat, ob Helenam Iohannam de Rohan Dn. de Landal filiam Dominam de Lorgesil 1513. ductam à Francisco Dn. de Maure, quæ Claudiu mater, Caroli avia, Ludovicæ fuit proavia.

§. v. Laterculus quartus quinis fasciulis argenteis & ceruleis exaratus, tres cantherios rubeos illis inducitos ostendit, quorum superioris extrema occultantur. Hic designat Rupifulcaudiam illustissimam, & ipsam quoque Ducali dignitate insignem, familiam. Rationem puto repetendam ab Anna Rupifulcaudia f. de la Roche Foucaut Godofredi Dn. de Pompadour uxore, Francise, quæ ex Claudio Carolum Comitem Mauræ genuit, matre.

§. vi. Area quinta, quæ inferioris partis prima est, argento tingitur, & ceruleam Mediolanum sinuosam & qui è fauibus appet puerulum, Mediolanum representat. Hanc puto debeti Bone mediolanensi, Caroli Vicecomitis Dn. Patmæ filie, quæ ex Guilelmo Dn. Montalbani Iohannem genuit, patrem marie uxorius Ludovicus Rohaneus Dn. de Guimené, qui Iohannis avus fuit, cuius filia Helena Francisco C. Mauræ nuplit.

§. vii. Proxima quadra Navarro symbolo regio superbit, si quid conjicio ob Navarram. Iohannam Eburovicensim Philippi R. Navarræ filiam, quæ Iohanni II. Vicecomiti Rohaneo nupta Carolum genuit, Ludovicum, cui Mariam Montalbanensem, nupisse diximus, patrem. Aliam quoque Navarrenam inter avias Iohannis Rohanei mox spectabimus.

§. viii. Area penultima rubea polo insignitur varii velloris, notande familie Escars, ob Dianam d'Escars, Iohannis principis de Carency filiam, Ludovicæ matrem.



**Britannia.** §. ix. Octava claudit clypeum areola *Britannica hermionica maculis*, seu muis Pontici vellere insignis. Hanc ex Rohaneorum matrimonii deduco, quia *Alano Rohaneo Constantia f. Alus* sutor Conani parvi D. *Britannia*, ejusque nepoti Godofredo *Maria Britannica* Alani C. Pentheurii filia nupsere. vid. c. 79. n. 8. 10. Nisi forte etiam respectus habetur ad *Margaretam Britannam*, quam mox in diagrammate aviarum Joannis Rohanei videbimus.

**Roche-**  
**chouart.** §. x. Totidemum imponitur *Rupichovartia* parmula, fascis undosis rubeis & argenteis tenuis exarata, ipsi stirpi designandae.

**Apex.** §. xi. Galea scuto intitulata *coronata*, ex qua exsurgit *dimidius vir sylvestris*. Duo etiam virti ejusmodi scutum tenent. Cujus laciniae dependentes argento & minio tinguntur.

**Majores.** §. xii. Ut rationes areolarum allegatae uno conspectu clarius pateant, majores Luisa Com. de Maure, & ejus abavi Joannis Rohanei huc transcribam.

			Claudius C. de Maure.	Franciscus Com. de Maure.
	Carolus C. de Maure.		Helena de Rohan.	
Luisa C. de Maure.		Francisca de Pompadour.		Godofredus Dn. de Pompadour.
	Diana d'Escars.	Anna de la Rochefoucault.		Pompadour.
		Joan. d'Escars.	Franciscus d'Escars.	Dom. de Vauguyon.
		pr. de Carency	Isabella de Bourbon.	Dn. de Carency.
		Anna de Clermont.	Antonius de Clermont.	Vicecomes de Tallart.
				Francisca de Poictiers.
	Ludovicus de Rohan, Dn. de Guimené.	Carolus de Rohan, Dom. de Guimené.	Joannes Vicec. de Rohan,	in cuius majoribus duæ Britanniae & filiae.
	Ludovicus II. de Rohan, Dn. de Guimené.		Guimené.	Joanna Eburoicensis Navarra.
		Catharina Dn.	Bertrandus Dn. du Guesclin.	
		du Guesclin.	Usabella d'Ancenis.	
		Joannes Dn. de Montauban.	Guilelmus Dom. de Montauban.	
			Bona Mediolanensis.	
		Anna de Kerenrais.	Eon f. Ivon de Kerentais.	
	Franciscus Dn. de Rieux.	Joannes Dn. de Rieux.	Joannes Dn. de Rieux.	
		Joanna de Harcourt.	Joanna de Rochefort.	
		Joanna de Harcourt.	Joannes IV. C. de Harcourt.	
			Maria C. de Alençon.	
	Joanna de Rohan.	Alanus Vicec.	Alanus Vicec. de Rohan.	
		de Rohan.	Beatrix de Clisson.	
		Margareta de Britannie.	Joannes Dux Britannie.	
			Joanna Navarra.	

## C A P U T LXXIX.

### *Rochefoulcautii f. Rupifulcaudii Duc.*

#### A R G U M E N T U M

1. *Origo familiæ. Lineæ plures.*
2. *Sectum.*
3. *Apex.*
4. *Tunli.*

5. *Ducatus axioma & dationes.*
6. *Marcillac. Vertueil.*
7. *Guercheville. Rocbeguyon. Liencourt. Beaumont.*

#### §. I.

**Familia origo.** EX Illustrissimis Gallia stirpibus ea est, quæ à *rochefoulcaut f. rupifulcaudii* nuncupatur, cuius *Andreas du Chesne* genealogiam contexit, mihi tamen non visam. Ea refertur ad *Fulconem f. Foucauld* Dom. dela Roche in Engolismenibus, à cuius nomine eadinceps dicta *rochefoulcauld*. Vixit hic circa 1026. sub Roberto Rege, pater *Guil. I. & Hugonis*, qui gener *Bosonis Vice-Capti H. r. d. f. Chastelleraut*, Vicecomit. novam dedit prospiciam, quorum hereditatem *Cl. mont.* Godofredo Lusiniano Dn. de Mouvent attulit, qui inde homagium præstítuit Regi 1226. Ex illis descendit *Aimericus II.* pater



pater *Guidonis VI. Godofredi & Americi*, quorum hi dominorum de *Vertueil & Barbe-*  
*sieux* (ex quibus etiam linea de *Biyees & d'Aunac*, nec non de *Neully & du Parc d'Ar-*  
*chac*, ac de *la Boissiere* autores. Ex *guidoni VI.* posteritate *Franciscus I.* *Francisci* regis plur.  
 patrinus fuit, qui ejus Baroniam 1521. *Comitatus* dignitate auxit: *en memoire de grands,*  
*vertueux, tressbons & tresrecommendables services*, qu'*tecluy Fran<sup>c</sup>ois*, son tresscher &  
*ame cousin & parrain*, avoit fait à ses predecessours, à la couronne & à lui. Hic sator fuit  
 ex *Antonio* dominorum de *Barbesieux, Chaumont & Langeat*, & ex *Ludovico* dominorum  
 de *Montendre*. His major *Franciscus II.* iterum ex filiis *Francisco III.* & *Carolo*, hoc  
 quidem comites de *Randan*, illo reliquos *Rupifulcaudios & Roncios*: nam eo *Franci-*  
*scus IV.* genitus est, pater *Francisci V.* primi *Ducis & Benjamini* *Baronis d'Eiffiac* (à quo  
*Marchiones de Magné*) & *Carolus Comes de Roucy*, unde Comites de *Roucy* & de  
*Reye*.

§.ii. *Omnibus his commune scutum est, videlicet quinis argenteis & ceruleis* *Scutum*  
*tenis fasciatum*, *incumbentibus tribus rubis cantheris*, *quorum superioris fastigium*  
*non comparet*. Quod gentile symbolum est, nec quod sciam alii accessionibus au-  
*etum. Sed & diverlarum linearum discernacula in meam non venere notitiam.*

§.iii. *Clypeo insitum galea coronata*, cujus apex est *Melusina* & *Siren nuda* ex la-  
*bro argenteo exlurgens*, altera manu speculum, altera pecten tenens. *Lacimae* sunt ar-  
*gentea, cyanæ & coccineæ*. *Telamones* duo nativo colore sylvestres.

§.iv. Tituli sunt *Francisci VI. Dux de la Rochefoucault (Rupifulcaudi) par Fran-*  
*cie, Princeps de Marcillac, Baro de Vertueil*. Filii autem *Francisci VII. Dux de la Roche-*  
*foucault, Par Francia, Princ. de Marcillac, Marchio de Guercheville, C. de la Roche guyon,*  
*de Liencourt & de Beaumont*.

§.v. *Ducatus & Pariatus* titulus 1622. menē Aprili datus est à rege, & 1637. 24. *Ducatus*  
*Jul. à Parlamento confirmatus*; continet verò ille Baroniam de *Vertueil*, *Castellanias* *axioma &*  
*d'Aunac & du Vivier Ioussaeume*, *Baronias de Montignac, Charente & Tourriere*, *Baro-*  
*niam Bellefrom*, *Castellaniam de S. Claude*, *Domina de la Morte & de S.*  
*Augean*.

§.vi. Reliquos titulos quod concernit, *Marcillac ad familiam delatum est ma-* *Marcillac.*  
*trimonio Guidonis Rupifulcaudi*, qui ex primis ad *Carolum V.* defertis *Anglicis* par-  
*tibus translit*, atque *Margareta* filia *Guilhelmi Cronii*, quæ heres dominorum  
*Montbasioni, Sanmauri, Marcillac & Nouastri* fuit. Ex his reliqua filio minori *Aymaro*  
*concessa* sunt, cuius filia *Ioanna ea attulit marito Ioanni du Fon*, horum iterum filia *Re-*  
*nata* conjugi suo *Ludovico Robaneo*, penes cuius posteros adhuc illa *Montbasonia bona*  
*supersunt*. vid.c.79.n.17. *Marcillacum autem* majori filio *Fulconi III.* obtigit. *Principatus*  
 verò titulum primum adscriptum video nomini *Francisci I. Comitis*, qui forte à rege  
*Francisco* profilio suo illum naſtu est. *Baronia de Vertueil* huic ramo illata à matre hu-  
*jus Francisci Margareta Rupifulcaudia*, unius linea herede, *Domina de Vertueil, Bleig-*  
*bac, Mucidan, Montendre, Montguyon, Coton, Rossac*.

§.vii. In titulis *Francisci VII. Marchionatus de guercheville* locum habet, jure  
*uxoris Ioanna Carola du Plessis*, quæ heres patris fuit *Henrici du Plessis de Liencourt C. de* *Guerche-*  
*ville*, *la Roche guyon*. Hujus verò avia *Antonia Pontia* (de Pons) matrem habuit *Mariam de*  
*Moptcheno* *Dominam de guercheville*, à qua hoc dominū ad filiam manavit cum *Mar-*  
*chionatus* titulo. *Comitatus de Roche guyon* in Normannia s. *Vexinio* fuit sub nomi-  
*Roche-*  
*ne Dominii*, in potestate familia inde denominata, in qua iterum *Ioanna* heres illud guyon.  
 attulit agnato *guidoni Magno Franciae* panetario; Demum *maris* heres sua gentis nu-  
 pta, post *Michaelem Eustoutevillium*, *Bertino de Silly*, filium habuit *Carolum de Silly Dom.*  
*de Rochefort*: hujus nepos *Henricus Comes de la Roche guyon* fuit maritus supradicte *An-*  
*tonia*, ad cuius deinceps liberos ex altero marito *Carolo Plessio* *comitatus hic dela-*  
*tus*, & in honorem filii ejus *Rogerii* 1663. *Ducali* titulo ornatus est. *Liencourt ex veteri* *Liencourt.*  
 patrimonio est *Plessiorum*. *Comitatum de Beaumont* unde acquisiverit suo an *uxoris Beaumont*  
 jure *Carolus Plessius*, non didici.



## CAPUT LXIX.

## Domus Rohanea.

## ARGUMENTUM.

1. *Familie splendor & origo.*
2. *A Maciano C. Britannie.*
3. *Veteres affinitates.*
4. *Certior deductio. Linee.*
5. *Scutum Ducis Mombazonii.*
6. *Lilia Francica.*
7. *Navarra.*
8. *Aragonie.*
9. *Scotia.*
10. *Britannia.*
11. *Mediolanum.*
12. *Lotharingia.*
13. *Sanfleverino. Gentis amplitudo. Origio. Affinitates cum regia Francica domo.*
14. *Macula Rohanea.*
15. *Britannia. Pretensio in eam.*
16. *Alia Monbasiorum dispositio.*
17. *Tituli. Guimené. Monbazon. Rochefort. Montanban. Lorgesil.*
18. *Dispositio rami Rohanei.*
19. *Cur hic Sanfleverinum symbolum?*
20. *Eburuvicia tessera. Navarra. An Albre-*  
*tem.*
21. *Vicecom. Rohaneus.*
22. *Scutum vidua Rohanee. Ducus Rohanei.*
23. *Tiul. Leon princ. Porhoe. Soubize. Frontenay. Ducatus Belain.*
24. *Rohan-Chabot. Chabotiorum origo. Deductio. C. de Charny. B. de Iarnac. S. Aulaye.*
25. *Lucenburg. Baux.*
26. *Apex.*

## §. I.

*Familie  
splendor  
& origo.*

Post regiam familiam in Francia ex indigenis vix alia *Rohanea* familie Illustrissimae palmam dubiam faciet. In Comitus Aremoricæ Britanniæ cum Lavallea componi cam autor est *M. Gilb. de Varenne. R. d'arm. pag. 205.* ut dicatur *Rohan Lavale. Laval Rohan.* Vetus etiam jactatur de illis proverbiis, *Duc je ne daigne, Roy je ne puis, rohan je suis.* Dicitur vero ea gens ex antiquis *comitibus Britannie*, vel hereditariis *comitibus Venetorum Aremoricorum* (de Vannes) ortum traxisse.

*à Maciano*  
*C. Britan-*  
*nice.*

§. II. *A Maciano veteri comite Britannie* deducit *cam Cl. Paradinus allians.* Geneal. in domo Engolism. p. 269. Verbailla sunt: *Sur la mention de ceste maison de rohan est chose digne de memoire pour l'antiquité d'icelle, ce qu'elle porte en armoiries certaines Lozenges percées à jour, que l'on nomme macles, mot véritablement provenant & descendu de ce Macianus C. de Bretagne des premiers apres les Roys (peu auparavant supprimés du temps du grand Clouis) dont fait ample mention Gregoire Eveque de Tours, ancien Chroniqueur de Gaules sur le temps du regne des enfans dudit Clouis. Circa mentionem domus Rohane memoratu dignum est antiquitati ejus notanda, quod insignibus inscrat certos rhombs perforatos, maculatum appellatione: quod nomen certe descendit ac ortum habuit à Maciano ex primis post reges, paulo ante extinctos tempore Magni Clodovei, Britannie comitibus, cuius amplam mentionem facit Gregorius Episcopus Turonensis, vetus Galliarum scriptor, circa tempus regni liberorum Clodovei.*

*Veteres af-*  
*finitates.*

§. III. Notantur etiam veteres quedam affinitates, sed traditione dubia & solùm vetustis aliquibus Chronicis Britonum nixa: quod *Hoel II. Rex Britannie Armorice* uxorem habuerit primogenitam filiam *Malgundi R. Anglie*, quo conjugio nata sit *Alenorae Samsoni de Rohan* nupta, que regia jura *Leonis* (in domus patrimonio illa dynastia est) artulerit: nec non quod *Mannessus rex Hibernie* uxorem duxerit filiam *Iustini II. Imperatoris*, ex qua inter alios liberos nata sit *Gratiana* conjux *Lormenii Vicecomitis Rohanei.*

*Cetero deducio-*

§. IV. Verum dubiis his traditionibus non eget Celeberrima familia, cuius certa decora eam satis illustrant. Certa deducio ab *Alano II.* cui circa 1184. *Constantia soror Conani D. Britannie* uxor fuit, ostendi potest. *Ioannes II. Vicecomes*, qui 1395. vivis excelsit, duarum lineatum autor fuit: nam ex filio majori *Alano IX. Vicecomes relli* *Rohanei* descendunt, qui superiori seculo in *Claudio Episcopo Cornubiae*, qui dein in *Vicecomitatu fratri succesit, 1540. defecerūt.* Alter *Carolus Dominus de Guimené* istum propagavit titulum: ejus vero filius *Ludovicus* denuo duos genuit filios, *Ludovicum II. & Petrum Dn. de Gé*, & ab uxore *Ducem Nemorosi*, *Marescallum Francie*: Ab illo, qui nunc quoque superant, *Mombazoni* descendunt, hujus filius *Carolus Dn. de Gé* fuit, pater *Francisci*, ex quo non nisi filie natæ; alter autem *Petri* filius item *Petrus Dominus de Frontenay*, qui 1525. prælio Papiensi cecidit, ab uxore *Anna* hereditatem lineæ primo



primogenita & Vicecomitatum Rohanensem natus est: sator reliquorum Vicecomitum & jam Ducum Rohanorum.

§. v. Uti verò nunc quoque duas lineæ superant, ita utriusque scutum non nihil <sup>Ducis</sup> Scutum diversi habet. Quod *Mombasorum* ramum attinet, in eo *Carolus Rohaneus Dux de Mombas* Montbasorum ista dispositione utitur, ut scutum tres perpendiculares & una transversa sonii. <sup>Mombasorum</sup>

secent, imposita toti nova parvula.

§. vi. Laterculus primus *cyanus Francia tria lilia* desert. Hujus symboli ratio- <sup>Lilia Francica.</sup>  
nem quoque in *Ioanna Joannis II. Vicecomitis uxore secunda, filia Philippi III. Eburonensis R. Navarre*, cuius mater *Ioanna filia Ludovici X. regis Francie & Navarra*, ipse quoque *Philippus Philippi III. Regis Francie nepos ex filio Ludovico* fuit. Hoc sufficiere potuit ad lilia assumenda. Alia iterum cum regia domo contracta est affinitas, cum *Margareta Rohanea à Ioanne Aureliano Engolisma comite in thorum assumetur*, unde *Carolus* natus, pater *Francisci I. regis*.

§. vii. Qui proximus est huic laterculus *Navarrenum* (quod c. 24. n. 45. 46. de- <sup>Navarra.</sup>  
scriptum extat) symbolum repräsentat. Ratio hujus quoque satis evidens est: cum *Ioanna illa rege Navarra* nata sit, & regis soror fuerit atque amita.

§. viii. Tertia area *Aragonum dāya* continet. Unde hoc accersam, fateor *Aragoniam*. me fere dubium esse. Adducam tamen conjecturas non improbables. *Alis Alfonsi Caſti R. Aragonum* filia *Alano C. de Triguier & Guingamp*, cui Pentheuriū comitatū Godofredus agnatus donavit, sed vicissim Godofredus Andinus plurima eripuit, nuptia memoratur. Hoc verò *Alano* (Avaugiorum fatore) vel ejus filio *Henrico* nata est *Maria Godofredi Rohanei*, à quo moderni descendunt, uxor: Ex hujus *Alani* etiam posteris sunt *Agnes Avanguria Alani V. Vicecomitis Rohanei*, & *Margareta Hervei Vicecom. Leonensis* conjuges, quærum hæc *Joannæ* mater fuit *Ioanni II. Vicecom. Rohaneo* nuptæ. Ab his verò Godofredo, *Alano V.* & *Joanne II.* modernos Rohaneos descendere extra dubium est: unde videri potest ab illa *Alisa s. Alcide* deductum vel ascitum regium illud Aragonie symbolum.

§. ix. Quæ huic proxima est *Scoticum leonem* duplice peribolo liliato (vid. c. 3. *Scotia*, num. 14.) conclusum exhibet. Ratio repetenda à *Ioannis III. Rohanei* conjugе *Maria f. Francisci I. Duci Britannia ex Isabella Iacobi I. regis Scottie filia*, quam *Franciscus 1441.* cum spe successions in regno duxerat: ea verò, cum maiſcula progenies non defecisset, effectum sortita non est. Dignum tamen visum est, proximum illum, quo à successione in regnum fuerunt majores, gradum tali symbolo exprimi.

§. x. Quod areolas inferiores attinet, prima pelle hermionica atque adeo *Britan-* <sup>Britannia.</sup> *nica tessera* exornatur. Hoc vel à *Margareta Joannis V. Duci Britanniae* filia *Alano IX. Rohaneo* 1407. nupta reperio, vel ab *Alide Conani IV.* vel parvi *Com. Britanniae* ex originariis comitibus sorore, *Alani II.* conjugę, vel alias quod familia ab illis proceribus, qui olim *Britanniae* præfuerunt, originem suam derivari amat.

§. xi. Proxima area *Mediolanensis* est, sive *argentea boam ceruleam, ternis gyris Mediolas in palum circumplicatam & auro coronatam*, erumpente ex fauribus infantulo cruento, <sup>num.</sup> *repräsentans*. Hanc insertam non dubito ob *Mariam Montalbanensem Ludovici I. Rohanei Dominii de Guimené*, qui duarum linearum communis pater est, uxorem. Ea enim *Maria patrem* habuit *Ioannem Dominum de Montauban* *Matescallum Britanniae*, qui gentis ultimus 1467. decepsit; *Joannes autem Guilelmo Montalbanensi* natus erat atque *Bonâ Caroli Mediolanensis Domini Parmensis* filia: cujus pater *Barnabo Mediolanensis* cum fratre *Galeacio* *Ducum* fatore princeps fuit.

§. xii. Tertiā aream constituit *dāya Lotharingicum* (vid. c. 58. n. 33.) cuius *Lotharia-* *rationem* repetimus à *Maria Lotharingica Antonii Lotharingi Com. de Vauldemont* <sup>gīa.</sup> *filia, & Alani X. Vicecomitis Rohanei* uxore, quæ avia fuit *Anna* atque *Mariæ*, quarum utraque agnato, illa *Petro*, hæc *Ludovicus* nupta est: à quibus duas hodiernæ principes linea delcedunt.

§. xiii. Extremus laterculus *argenteus fasciam rubeam* continet, *limbo ceruleo sanseverino* inclusus. Hoc symbolum est gentis *Sanseverina*, ut aliunde & ex *Chifflet. Eq. A.V.n.157.* <sup>no.</sup> claret. Unde *Celiot* corrigendus est, qui *indic. armor. p. 324.* folius zonæ sine margine facit mentionem. Porro familia illa inter Neapolitanos illustrissima, à vetusto tempore fuit. Originem ejus ex Normannis derivant. *Hennig. Theatr. geneal. T. IV. p. 1319.* *ita: Hugo vel Vgo & Rogerius vel Robertus de S. Sifvino inferioris Normandie loco exire*



in Neapolitanum regnum, ibique familiam Sanseverinorum constituerunt. Volaterr. de his familia origine scripsit: Initum gentis à Gallis fuit (Normandia vero pars regni Gallici existit) jam inde sub Carolo I. quo Beneventum obsidebat, ac jam cum exercitu terga dante, procerum unus ex hoste forte intercessit, sublata sanguinolenta interula pro vexillo aciem firmavit, unde postea rubre sine signa posset assumserunt. Ex eo varios hujus stirpis recenset Comites Lauria, Marsici, Capaci, Tarsi, Marasse, S. Marti, Tricaria, Potentia, Montiscale, Sutriani, Tirlizzi, Terranova, Milesi, Belcastri, Saponara, nec non principes Salerni, Duces Summa, Scalea; dein p. 1320. ex eadem Matera & Coriliani Comites, Venusia, Amalphi, S. Marti Duces, Bisignani principes. Seq. pag. Comites Gajazzi. lob. Petr. Crescent. Coron. della Nobilt. d' Ital. P. I. Narr. 3. universum caput à p. 231. descriptioni domus Sanseverina tribuit. Memorat ex Michaeli Riccio Historico Neapolitano quandam Adeodatum Sanseverinum, qui Regem Hungariae Stephanum circa 989. ex tente lustrica levaverit, atque hac causa ab eo Tata (hoc est pater) cognominatus fuerit, quo cognomine idem in Hungaria cenobium considerit. Dein varias enumerat lineas. Iterum P. 2. Narr. 8. c. 3. p. 371. domum hanc deducit ex Pipino Caroli M. filio, cuius filius Bernardus rex Italiae generit alium Pipinum, hic Bernardum Franciscum, quo natus Pipinus armorum Ecclesiae Dux Generalis, autor Comitum Marisco- rum Sanseverinorum: quo allegat versus Altani Archiepiscopi Salernitani:

*Præfatis Attonis tumulasti membra Casinus,*

**Origo.**

*Marsia cui tribuit justa priora tuis.*

*Istius unde domo manaris origo parentum,*

*Regibus à Gallis linea ducta docet.*

**Affinitates.** Certe affinitates illustres satis testimonio sunt, domum ex præcipuis habitam: sed non cum regia nisi eas recensabo, quæ cum domo regia Francica contractæ. Ita Carolo princ. Tarantino fratri Ludovici II. Andini R. Neapolitani sponsata est Polyxena Sanseverina Wenceslai D. Venustini filia, nupta autem Margarita Roberti Sanseverini C. Curiiliani filia Ludovico Andino Dyrrachio C. Gravina: ex quibus genitus Carolus III. rex Neapolitanus. Sed prolixior in elogiis familiæ non ero. Ex ea autem Ioanna oriunda fuit Bernardi principis Bisignani filia, Caroli Rohanei Dn. de Gié uxor, unde genitus Franciscus, pater Eleonora, Ludovico VI. Rohaneo Mombasonti nuptæ, à quo hodierni Montbasontii descendunt.

**Macole Rohanez.** §. xiv. Toti scuto incumbit nova parvula bipertita, in cuius priori parte *coccineam* maculam novem (sive rhombi πλατύτερου) ex auro conspicuntur. Symbolum hoc Rohanez domus esse, & quæ de illius origine referantur P. I. c. 5. S. I. m. 2. n. 22. dixi: ne quicunque repeto. Id folum addo, Petrum Rohaneum Giensem Galliæ Marescallum tantum 7. ejusmodi gestasse maculas: alios denas. Cæterum hæc Mombasonia linea totius domus nunc primogenita est.

**Britannia.** §. xv. Altera pars parvula medie muris pontici vellere, Britannie symbolo, obducitur. Uti verò §. 10. aliquæ affinitates, quæ Rohanensibus cum Britannia comitibus atque Ducibus interceelere, recensitæ sunt, ita hoc principe loco idem διηγεῖ reperitum existimo: sive quod à veteribus Britannæ Dominis stirps per masculos se descendere arbitratur: sive potius denotandæ prætentioni, quam semel inducatum ea habuit. Nam 1461. Ioanni III. Vicecomiti Rohaneo nupta est Maria filia secunda Francisci I. Duci Britannie, qui 1450. sine masculis deceaserat, & Isabella Scoticæ, uti §. 9. vidimus. Cæterum Mariæ soror major natu Margareta Francisco II. patruel, qui patruo succellerat, nupta, ex eo sine prole deceaserit 1469. Unde Maria jus sibi ad Ducatum esse credidit, atque sibi eundem vindicare studuit. Verum causa cecidit, Francisco & ejus ex altera conjugie filia in possessione Ducatus manente. Adjudicata tamen sunt Maria Comitatus Montfort, Noaufle, Chantocé & alia. Ipse verò Ducatus per Annam Francisci II. filiam in regiam domum delapsus, atque coronæ unitus est. De prætensione Hispanorum in eum c. 38. n. 83. diximus.

**Alia Montbonio- rum dispo- sitione.** §. xvi. Hæc dispositio Mombasonia est, & quod legi, ab Anna Rohanea Ludovici Rohanei Mombasonti patruelis uxore usurpata est. Aliam vero dispositionem obser- vavi Mombasoniæ, quæ Ludovici patri Herculi & ipsimet Ludovico deberi videtur, ut præter medium scutulum ex Rohaneis & Britannicis symbolis quadripartitum, in quadrantes quatuor divideretur clypeus: Primus quadrans continebat iterum qua- dripartita sectione Eborovicæ-Navarrænam (nova quadrifaria sectione) & Francicam tesseraem.



cesseram. Secundus ad perpendiculum sectus Sanseveriniam & Aragoniam. (unde quis in iuspcionem adducatur, ex Sanseverinis querendum est Aragoniorum symbolum.) Tertius Medolanensem & Lotharingicam; Quartus Scoticam. Quæ eadem mox dispositio §. 18. in altera linea etiam observabitur.

§. xvii. In hac linea Monbalonia, quæ ista scuti dispositione utitur, illos reperio titulos. *Principium de Guimené, Duxum de Montbazon, Com. de Rochefort & de Montauban*, & nunc Duxum de Soubize. *Guimené* dynastia in Armorica in antiquo patrimonio tuit, sed 1570. *Principatus* titulo insignita est. *Montbazonum* Dominium olim *Rupiflorum* (vid. c. 78. n. 6.) familiae attulit Renata du Fou filia Ioannis Du. de Rustefland Magni regni cubiculari & pinceræ, vidua Guilelmi de Marca, Domini d'Orgilmont, quæ Ludovico III. Rohaneo Guimeneo nupta quaci mater fuit, & 1502. fatis concessit. Nepos Ludovicus V. Comes de Montbazon dictus est: Hujus vero filio Ludovico datum 1589. ut *Duxatus* titulo dynastia illa in Turonibus sita exornaretur. *Rupiflorum* comitatum credo allatum à Ludovicâ f. *Francisci Domini de Rieux & de Rochefort*. (cujus avia Joanna filia Theobaldi Dn. de Rochefort fuerat.) *Lis du vœu II. Rohaneo Guimeneo* nupta. Ex eo enim *Rupiflorum* titulum in Riuulis non amplius lego: unde dotalem *Luisa* fuisse concio. Cæterum comitus hujus nomen inter Herculis Dacis libertos Franciscus ex secundo thoro genito, qui nunc Subizii clavigo utitur, attributum *Montalbanum* Comitatum quod concernit, illius hereditas debetur matrimoniis *Mariae Montalbanensis & Ludovici Rohanei* (qui 1462. d. cessit.) de quo §. ii. aliquid diximus. Comitatum hunc titulis suis adscriptis Herculis trater *Petrus princeps Guimenius*, filia vero Anna Ludovico patruli marito cum attulit, unde filius *Carolus* jam gerit, & nepos patti *duca* &c. De *Subizio* dicemus. §. 23. In eandem familiam intulerat Dominum *Lorgerel* Guionna heres, Joannis Rohanei uxor, sed non extantibus filiis filia *Helenadynastiam* marito *Francisco Qn. de Maure* attulit: ac ita diu in familiâ non mansit.

§. xviii. Ad alterum ramum accedimus, cuius istam dispositionem notat *Sam. marth. p. est. de la Fr. L. I. c. 5. p. 35.* ut scutum sic quadripartitum, in prima quadra, de novo quadripartita dilpositione, *Eburovicio-Navarreum* (hæc quoque in quadras distincta) & *Francica*, in secunda bipartita *Sanseverinum & Aragonum*, in tertia denovo bipartita *Meditolanense & Lotharingicum*, in quarta *Scoticum* repræsentans. His incumbit parvula bipartita ex Rohaneis & Britannicis symbolis. Talis dispositio si cui placuit, *Henrici Ducis* eam fuisse autum.

§. xix. Detercio & quarto quadrante nihil est quod illis addam, quæ superius dicta sunt. In secundo non capio, unde *Sanseverina* falsa: cum *Catchi Rohanei*, cui *Joanna Sanseverina* nupta fuit, posterita mascula defecerit, à femellis autem ejus non sita Rohanensis sed Monbalonia linea a decendant. Nisi dica, more aliquo familie, quod uni ramo accedit, symbolum reliquæ communè factum esse.

§. xx. Quod primum quadrante attinet: iterum *Francorum* litorum ratio *Eburovicio* in aperto est. Solum *Eburovici. um* (*Euvreux*) emblema hic occurrit, quod in priori clypeo non vidimus. Constat illud areola *Francis lilia sparsa*, inducto *disagonalis tania*, *argentis & rubris* composita *segmentis*. *Francica* lilia originem gentis ex regio sanguine notant. conf. c. 34. n. 33. *Tania* discerniculum est. An vero dicemus compositionis illam rationem, quod *Eburovicenium* veterum insignie tuerit *bathicus diagonalis rubcus parma argentea* inductus. Certe *Eburovicensis* in Anglia (qui ex Normannia originem videntur traxisse) taliteruntur scuto, additis tribu orbibus ejusdem coloris. Cur vero *Eburovicensis* laterculus insertus sit, ex §. 6. & 7. liquidum est. Ex quibus etiam constat, cur *Navarrenum* hic conspicatur δερψ: videlicet ex *Ioanne Eburovicensis* matrimonio. Quod tamen hanc lineam attinet, novo arte *Navarrenum* figuram invenire potuit, cum *Renato Vicecomiti Rohaneo* (qui Henricus Dux avus 1552. defunctus est) nupsit *Ysabella Albretana* Ioannis Albretani & *Catharina Foxie regum Navarre*, quos Hispani expulserunt, filia, regni futura heres si Henricus trater sine labore decessisset. Quamvis vero casus non evenerit, *Joanna* ex eo genita, quæ regnum Antonio Borbonio atque ita regie familie attulit: res tamen memoria digna fuit, quod tam prope à regio throno Rohanei absuerint, isto signo testari. Expendendum etiam *An Albre-* *rum* relinquo alios, an cum hic *Francicus* laterculus bis repetitus dicatur, forte alter solo minio



minio tingi debuet: ut ita Albretani symboli esset vestigium. Secus, miror gentis illius affinitatem scuto non impressam.

Vicecom.  
Rohanensis

§. XXI. Quod parvulam medium attinet, iterum de *Britannie* nota nihil addo superius dictis: De *maculis* autem *Rohanis*, id unum: ipsum *Viccomitatum*, qui in primogenitis continuaus fuerat, morte *Claudii Vicecomitis* 1548. delaplum ad alcerius rami lincam posteriorem, ob *Annam Claudii* sororem *Petri Rohanis Frontenai*, qui 1525. ad *Papiam* ceciderat, uxorem: Atque ita *Viccomitatum* hunc tenuit filius *Renatus* & eodem nomine nepos: *Hoc genitus Henricus*, qui *Dux creatus* est. Ita *Thuanus* ad ann. 1603. L. 129. p. 909. VII. *Eid. Vtil.* *Henricus Rohanus Leonensis princeps, Dux & Viccomite antiquo, & patricius regni creatus in Senatu sacramentum dixit.* Id decori illustrissime familiæ datum à rege, quem *Roani proxima cognatione contingunt*, quippe qui *Elisabetham Labretakanam Henrici Navarra regis sororem aviam habuerint.* Quod amplius diplomata ea de re à cognato rege concessò exprimuntur. Est vero *Rohanum casuum in meditullo fere Armorosa Britannia sicutum*.

Scutum  
viduae Ro-  
banæ.

Ducis Ro-  
banæ

Tituli.

Leon princi-  
cip.

Porhoet.  
Soubize.

Frontenay.  
Ducatus.

Belain.

Rohan.  
Chabot.

Chabotio-  
rum origo.

§. XXII. Aliis autoribus aliam vidi dispositionem *Rohanæ vidua*, ut quadripartitum *Navarrena & Scotia* symbola locarentur, imposta alia media parvula ex lete rati *Rohanæ & Britannica*: *Duci Rohane* vidi tributum lectum, transvertitum lectum, capite in tres areolas distincto, & pede in totidem lecto: Illa sunt *Navarrena, Britannica, Scotia*. Hæ vero non æque milhi cognitæ. Prima impositum scuti transversis argenteis & cyanis falciis coronam rubrum refert, quem *Lusitanum* esse credo, ex *Parthenorum successione*. Altera carnnea crux argenteam defert; Tertia aurea leonem nigrum: quorum rationem vel explicationem non satis capio.

§. XXIII. Porro in hac linea titulos legimus *Principum de Leon*, *Ducum de Soubize*, & *Dominiorum de Frontenay*, *Comitum de Porhoet*, *Dom. & March. de Belain*, *Leonensem* (in *Armorica* littore Septentrionali) dynastia vel principatus illatus est genti matrimonio *Ioanna* filia *H. rvet Vicecom. Leonensis* ex *Margareta Avauguria*: Unde ad tamum priorem succelio delata est, & deinde cum *Viccomitatu* ipso matrimonio *Anna* & *Petti* ad hujus posteritatem: quod etiam de comitatu *Porhoet* intelligendum, quem *Beatrix* filia primogenita *Oliveri Clissoni*, celeberrimi Franciæ Conestabilis, marito *Alano II.* attulera: *Subiziam* (ad *Carentonum*, qui paulo post *Santonico* marimiscetur, in *Santonibus* sitam) debent *Catherina de Partenay* *Joannis Dn. de Soubize filia* & heredi, que *Caroli du Quellence* vidua *Renato Rohane* superiori seculo nupsit, *semina ut natalium splendore at moribus, sic literis, quod in eo sexu rarum est*, (ut *Thuanus* elogium hoc transcribam ex L. 85. p. 207.) ornatisima. Inde *Ducatus* dignitas accessit, quam nunc *Francicus* ex altera linea gestat, maritus *Anne Chavorie Rohanæ*. *Frontenay & Belain*, unde obtigerint genti, non habeo. Illi autem intellexi *Ducalem* accessisse dignitatem, sed in indice *Ducum Franciæ* vulgato non reperto explicitum. Legi vero Epitole viduæ *Rohanensis* apographon *Subiziae* scriptæ 23. Sept. 1626. quod ita sonat: *Le vous envoie la copie de lettres d'écrition de la terre de Frontenay & Duché, combien que ce soit chose dont il ne se souciait gueres, comme n'estant point haussé de rang par là, si non en une seule ceremonie, qui est quand les Pairs se trouvent au Palais, car en toutes autres eaux de sa maison égalent les Dues & les aînés mesmes les uns jusqu'as icy precedez, si bien que tant que j'ay esté à la Cour, on n'a donné toujours rang avant les Duchesses, encors que Atonsiur mon Mary n'ait jamais esté Duc, &c.*

§. XXIV. Isla insignia fuere gentis *Rohanæ*. Ceterum *Henricus Dux*, qui 1638. vivis excelsit, filium heredem non reliquit (nam de *Tancrédi*, qui à matre ostentabatur, natalibus dubitatum est) sed filiam *Margaretam*, quæ *Henrico Cabotio nupsit*, & ob hoc, quod in aliam gentem translata dignitas, 1645. renovata est *concessio regia*. Hoc matrimonio præter filias natus est *Ludovicus de Rohan-Chabot* *Dux de Rohan*. Hujus majorem clypeum, affinitatibus intignem non vidi. Compendiosior autem illæ est, qui quadripartitus *Rohanæ maculas* primo & quarto loco, secundo autem & tertio *tres caputones* (pièces) *rubeos* in *auro* exhibet. Hoc gentile signum & paronomasticum est *Cabottorum* (de *Chabot*). Ex qua stirpe *Henricus Margaretae Rohanæ* maritus ortus erat. Ceterum hanc quod attinet gentem, eam qui fabularum appetentes sunt à quodam *Febranol. Friderico*, qui *Adrianam* (orotem *Friderici Barbarossa*) duixerit, qui vero historicam certitudinem sectantur (ita *Andr. du Chesne Genealogorum exactis*)



exactissimus) à Guilelmo Chabotio, cuius circa 1040. memoria est, derivant. Hujus nepos *Theobaldus* Dominium *Vouent* ab uxore habuit, ejus filius *Sebranus* iterum ab uxore dynastias *Rochecerviere* & *la Greve*. Ius neptis fuit *Eustachia Godofredi Lusignani* C. Iaphæ & Cesareae uxor, quæ sub *Melisina* nomine à poësis celebrati creditur. Eustachia frater *Theobaldus III.* genuit *Theobaldum IV.* *Gerhardum & Sebranum*, ab illo *Domini* de *Rochecerviere*, intra tertium gradum extincti, ab isto *Domini de Raiz* (quam deducio. dynastiam *Gerhardo* conjux *Eustachia* attulera, & demum *Ioanna Chabotia* heres *Lavallensis* intulit) ab hoc descendant *Domini de Chantemerle*, & qui ramus primarius, *Domini de la Greve*. In hoc *Ludovicus* ab uxore *Maria Craonii*, *Montcontour*, *Montfœuan* & alia obtinuit, pater *Theobaldi VII.* & *Renaldi*, istius filia hereditatem *Castillonii* attulit, *Comino* tamen (celebri illo historico) socrus nomine istam iis dubiam reddente. Hic *Dominus de Iarnac*, *Iacobum* genuit, *Caroli & Philippi* patrem. *Philippus Comes de Buzançois* & demum dono principis Arausionensis, *comes de Charny*, præterea *Admiralis Francie* & plurium provinciarum gubernator fuit, rebus gestis clarissimus: autor comitum de *Buzançois* & de *Charny*, nec non *Marchionum de Mirebeau*. *Carolus autem Iarnaciensis* Dominus, avus *Leonori* fuit: quo geniti *Guido*, à quo nunc etiam *Barenes Iarnaci* descendunt, & *Carolus Dom. de S. Aulay* & de *S. Aulay*, *Mucidan*, pater *Henrici*, cui *Margaretam Rohaneam* nuptam atque Ducatum allatum iam diximus. Inter moderni Ducas Rohanei titulos, etiam *Marchionis de S. Aulay* legitur: quod Dominium marito *Carolo Cabotio Jarnacio* uxori *Ioanna de S. Gelaiss* attulit.

§. xxv. Præter pisces gentiles aliquando Cabotiorum insignibus vidi insertum symbolum *Lucemburgicum* ob *Magdalenam* filiam *Theobaldi Lucenborgii* Dn. de *Finenes*, *Jacobi Chabotii Iarnaci* conjugem: nec non *Balzum* s. de *Baux*, cometam vide. licet s. *stellam* 16. radiorum ex argento in laterculo rubeo: quod δέργα gestare potuerunt, ob præfati *Theobaldi Lucenborgici* matrem *Margaretam filiam Francisci Balzii* Duc. *Andriani*, *Petri Lucenborgici* Com. *S. Pauli* & *Converlani* ac *Briennæ* conjugem.

§. xxvi. Apicem Rohaneorum nunquam vidi, nec alia que circa scutum sunt. *Apex*. Nisi quod jam superius P. i. c. 5. S. i. m. 2. n. 22. symboli gentilitii ad figuram scutariam respicientis mentio facta est ex *Labourerio*: *Sine macula Macla*.

## CAPUT LXXX. March. de Rosmadec.

### ARGUMENTUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. <i>Familie origo. Lineæ.</i>                 | 5. <i>Pontecroix.</i>                               |
| 2. <i>Scutum March. Rosmadec. Com. de Chap-</i> | 6. <i>Rosmadec.</i>                                 |
| <i>pelle.</i>                                   | 7. <i>Apex. Telamones. Symbolum.</i>                |
| 3. <i>Tivarlan.</i>                             | 8. <i>Dispositio alia.</i>                          |
| 4. <i>Molac.</i>                                | 9. <i>Discerniculum lineæ du Plessis.</i>           |
|   | 10. <i>Clypeus affinitatum. Montmorency. Molac.</i> |
|   | <i>Beauhanoir.</i>                                  |

### §. I.

**I**N nobilitate Aremorica illustris est memoria familie de *Rosmadec*, à castro in Episcopatu *Cornualia* s. *Cornubia* vel *Curiosolitum* dictæ. Et quidem in vita *S. Genolei* orgo. Abatis *Landevenecensis*, qui 448. decepsit, memorantur duo *Domini de Rosmadec*, qui eponibim ingredi sunt. Aliquis hujus gentis 1057. in comitiis *Eudonis Duxis Britanniae* recensetur. Nonnulli gentem derivant à comitibus de *Crozon*, qui ex principibus *inferioris Britannie* descenderunt: horum enim heredem *Onguen C. de Crozon* circa 960. sua ajunt attulisse comitibus *Cornubia*, à quibus eadem delapsa ad *Leoneuses*. Aliqui ferunt *Guilelmi de Rosmaren* (qui 840. Conestabilis *Francie* fuit) filium minorem natu, *Rosmadeca* domus heredem duxisse, & nomen ac arma assimilasse. Certam deductionem à *M. Vulsonio Colombierio & Hozierio* concinnatam orditum *Revalon de Rosmadec* eques 1191. maritus *Eleonora de Leon*. Ab hoc non interrupta serie moderni descendant: Et quidem *Ioannes III.* Dn. de *Rosmadec* ex filiis *Alano & Joanne* duas levit lineas, quarum hæc est *Dominorum du Plessis*, à *Joannis uxore Luisa* herede



herede & filia Petri de Rosmadec (alterius lineæ) illa tum *Marchionum de Rosmadec & Molac, Comitum de Chappelle & de Crozon*, à majori Alan filio Tanaguile, tum Barorum de S. Iovan, de Gael & de Comper. Ceterum ditiones eorum 15. leucas ad mare patent, ubi tres portus celebres Ponterroix, Audierne & Camaret. Et inde sere 400. nobilia feuda dependent.

**Sicutum M.  
Rosmadec** §. ii. *Marchionis Rosmadecii* scutum vidi quadripertitum, imposita media gentili parvula. Primus laterculus rubens fasciam hermionicam continet, notando Dominio vel Comitatui la Chapelle & Capellano, quæ accessio facta est in Joanne Tertio, cum is 1505. duxisset Ioannam filiam Alan Dn. de la Chapelle & Molac; dein etiam sororis Isabelle, quæ Joanni Rohaneo nupta sine liberis 1519. decepsit, heredem. Titulum Dominorum & Comitum de la Chapelle minores natu filii aliquoties gefere.

**Tyvarlan.** §. iii. Area secunda *cerulea aureum castellum*. Turrim continet, quo symbolo notatur Tyvarlan. Hoc Dominium assecutus est Joannes I. Dn. de Rosmadec matrimonio Aleidis filia & heredes Alan Dn. de Tyvarlan & Pontecroix ex Placentia Dn. de Pennault. Ab illo tempore dynastia in titulis Rosmadeciorum fuit: & quidem Sebastianus I. 1576. *Marchio de Tyvarlan* creatus, dein 1608. ab Henrico ut axioma illud Rosmadecio tribueretur obtinuit.

**Molac.** §. iv. Area tertia *rubea septem maculas argenteas* (3. 3. 1.) representat, notanda Baronie, vel ut nunc quoque audit *Marchionatu de Molac*, ex bonis supra memoratae Joannæ Capellanae.

**Pont-  
croix.** §. v. Ultimus quadrans *ceruleus* continet *leonem argenteum, lingua dentibus & falculis* exarmatum (*morné*) designando Dominio Pontecroix, quod cum Tyvarlano familiæ accessisse modo diximus.

**Rosmadec** §. vi. Media parvula *palis ternis argenteis & ceruleis* exaratur, quod ipsum Rosmadecio Dominio convenit: cui Marchionatus dignitatem Henricus concessit. Alterius verò Rosmadecii Domini gestare solebant in clypeo aureo tres gemellas tæniolas tubeas: Cum symbolo. *Primo avulso non deficit alter.*

**Apex.  
Telamo-  
nes.  
Symbolū.  
Dispositio  
alia.  
Difceni-  
colum li-  
neæ du  
Plessis.  
Clypeus/  
affinitatū.  
Montmo-  
rency.  
Molac.  
Beaura-  
noir.** §. vii. Scuto imponitur *galea diademate tortili & corona obtecta*; cui apex impunxit *cignus naturali facie exhibitus*. Clypeo vero *Atlantes* assistunt duo leones. Et symbolum gentile nonnunquam adscribitur: *En bon Espoir.*

§. viii. Alibi ordinem areolarum vidi alium, ut areolæ representarent Dominia Rosmadec, Chapelle, Molac, Pontecroix: medium scutulum Tyvarlan.

§. ix. Quod lineam du Plessis concernit, scuto inducit *fasciam rubeam*, sed areolas etiam alia serie disponit.

§. x. Quod clypeum affinitatum concernit, *Marchioni Sebastiano* talen vidi trubui, ut scuti quadrantes, primum tessera Rosmadecia, secundum Montmorencia, tertium Molacensis, quartum Bellomancri. (*Beaumanoir*) & medianam parvulam Borbonio Vindocinenſis implerent. Montmorencia aquila adsciscuntur à Francice Montmorencie Sebastiani I. Marchionis conjugæ: Borbonio Vindocinenſis tessera arcessitur à Francice illius proavia Anna Aumontia f. Friderici Aumontii & Francise de Fertieres Dn. de Thury. Cum enim Iacobus Borbonius Dn. de Thury & de Preaux sine liberis mortuus esset, heredes habuit liberos Galvani (*Gauvain*) Dn. de Ferrieres & promaterteræ Joanne de Preaux, à quibus illa Francice. Bellomaneria plinthides undecim in area cærulea in scutum intextæ, ob Margaretam Bellomaneriam Sebastiani illius Rosmadecii matrem, Tanaquilis conjugem.

## CAPUT LXXXI.

*Com. & Domini Ruthenij Reußii de Plavia.*

### ARGUMENTUM.

1. *Origo familie. Advocati. Postlandia. Henrici dives.*
2. *Origo antiquior.*
3. *Lince. Senior. Media. Junior.*
4. *Henrici commune ornatibus nomen.*
5. *Appellatio Russorum s. Ruthenorum unde?*
6. *Scutum.*
7. *Diploma Ferdinandi I.*
8. *Cranichfeldia.*
9. *Galea & apex.*
10. *An molosif caput in scuto.*
11. *Titulus. Nobiles Domini. Advocati.*
12. *Nunc Comites ex prisco more.*
13. *Linea principum Burggraviorum.*
14. *Scutum Burggraviatus Misnia. Dein ad Saxonias.*
15. *Regalia. Engelsburg.*
16. *Versibus descripta scutula Burggraviorum.*

§. i. Illu-



**I**llusterrissima Ruthenorum s. Reussorum familia Nariscorum s. Vatiscorum regioni à <sup>origo sa-</sup>  
vincia Imperatores præfererant, unde Voilandia adhuc nomen est. Ea vero dignitas, <sup>militie.</sup>  
voulan-  
ti aliae quoque Ducum, Comitum, &c. denum in patrimoniale dynastiam muta-  
ta est. Celebris ante alios in ea gente fuit teste Paulo Lang. Chron. Criz. ad ann.  
1193. **H**enricus cognomento Dives tempore Friderici Barbaroile. Ita de eo Langius: <sup>Heinicus</sup>  
<sup>dives.</sup> **H**enricus Senior d'etius fuit, tanquam excellenti vocabulo advocatus, s. vulgariter Voit de  
Wyda, & ita posteri ejus per multa tempora. Nam totam terram Advocatorum, qua &  
tunc sicut & nunc das Voiland dicebatur & dicitur, possedit. Exorem habuit Berch-  
tam Comitissam à Tyrol, que p. perit ei quatuor filios, qui omnes Henrici dicti sunt, quo-  
rum primus post eum sededit in Wyda, secundus in Grotz s. Gratz dictus Henricus Reuse,  
tertius in Plauen, quartus in Gera. P. P. Notandum est quod supradictus Henricus vide-  
lacet dictus est Henricus de Wyda, eò quod ipse & pater ius transfluerunt à monte S. Vits  
civitatem nunc trans-Estrem positam, nam antea vocabantur Comites de Gisberg.

**§. II.** Nec verò ab illo Henrico nobilitatis illustris in gente hac origo. Nam in  
diplomate Friderici II. ista leguntur: *Notum facimus omnibus Christi fidelibus, quod No-* <sup>Origo an-</sup>  
*biles Domini de Plauen, nostri & S. Rom. Imperit advocati, & tum temporis excrevit* <sup>tiquo,</sup>  
*nostri summi Capitanci ex nobilissimis & antiquissima presapia romanorum veteranorum*  
*orti & progeniti, &c. Quæ verba Augusti repetierunt Rudolphus I. Albertus I. Ludovicus IV. Sigismundus, Albertus II. Maximilianus.* Et quidem si fidem adhibere licet  
G. Fabric. orig. Sax. L. 7. f. 778. & Peccensteinio, à Druso Germanico advocata illa con-  
stituta fuerit, condito castro Vorgsburg. De quo tamen qui temporum illorum noti-  
tia aliquam habent, dubitandi idoneas videntur habere rationes. Nec certius est, quando idem Peccenstein, à Columnis eos vult derivare, qui sub Justino minore circa 564. in Germaniam Roma concellerint, veteres suas a tempore Drusi familiarum reli-  
quias renovaturi. Sed Columni major honos est, ex Germania majores suas quod  
allegant, quam si nostri adipos in Italiam stirpes suas referant. Alii etiam apud cun-  
dem eos à Babone Abenspergio Comite, aliù à Guelphis deducunt. Sed circa antiquas  
origines plerumque in obscuro palpamus. Quicquid vero de hisce sit, M. Zeiller.  
itin. Germ. P. 2. p. 63. ita prodit: *Das ist gewiss / daß es ein uralt ansehnlich Ge-  
schlecht / welches mit einem gar alten Brief unterm dato 1143. zu erweisen / daß  
ihre Vorfahren die Zeit alsbereit sich Voigte und Grafen zu Usterode / auch  
Hern zu Plauen/ item Anno 1273. von Gottes Gnaden/ als Fürsten/ sich ge-  
schrieben.*

**§. III.** Ab illo **H**enrico divite, cuius pater **H**enricus Comes Osterodius dictus 1145.  
fatis concessisse perhibetur, & quatuor eius filii reliqua stirps descendit. **R**ittershusius <sup>Linea.</sup>  
**s**uis tamen ei dat fratrem **H**enricum, à quo **G**eranalinea, quæ superiori demum seculo  
defecit: quam, si **L**angiofides, forte ex quarto istius filio æque deducere licet. **Q**ui,  
ex filiorū primo descenderunt, advocati de Weida dicti, in duos demum ramos distincti  
seculo decimoquinto & superioris principio defecerunt. Quem alterum **H**enrico diviti  
**R**ittershusius dat filium **H**enricum juniorum advocatione de Plauven, idem videtur esse, qui  
**Z**angiotertius. Ejus filio **H**enrico advocatione de Plauven, qui 1232. vixerit, Rittershusius tres  
filios tribuit, quorum medius cognomento **B**ohemus improlis manerit: à majori, judi-  
ce **M**isnensi, descendit linea **B**urggravorum **M**isnia, quos septimus **H**enricus 1572. nulla  
ex Catharina Brunsvicensi & Anna Pomerana uxoris prole relictæ terminavit, de  
quibus deinceps: Minor vero **H**enricus advocationis Plauvensis Rittershusio cognomen  
**R**uzzo gessisse traditur: quod tamen ex **L**angio antiquius fuerit. Ex hujus posteris duo  
**M**agistri **O**rdinis **T**eutonici atque **P**rincipes **B**ornse fuere: quorum alter 1413. alter 1470.  
extincti. Qui hodie superfluit, omnes referunt originem suam ad **H**enrici junioris & senior.  
**A**emilia Mansfeldia filius **H**enricum seniorum, medium & juniorum. Unde tres linea, **M**edia,  
quarum media hoc seculo defecit, senior & junior adhuc dum superant. Et qui ex junioris  
illa sunt linearum ratione omnes seniores, ex hac juniores compellantur: addito ex  
ordine, nativitatis numero.

**§. IV.** Singulare plane est, quod omnes **H**enrici nomen gerunt, quod ab illo <sup>commune</sup>  
**H**enrico divite arcessunt, cuius uxor Bertha Tyroensis **H**enrici Imperatoris <sup>omnibus</sup>  
propinquia obtinuerit, ut in memoriam istius omnes quatuor filii **H**enrici nomen ge-  
starent.



stant. (Unde nunc quoque omnibus hujus gentis maribus *Henrici* nomen servatur.) Sed ipse pater, *avus* & patruus illud idem nomen jam gesserant. Confer *Zeiler de X. circ. p. 297. ex Hammero, ubi Bertham Carinthiam vocat.*

**Appellatio  
Russorum  
fr. Ruthen-  
borum unde?**

§. v. De Ruthenorum vel Russorum nomine non magis constat. §. 2. ex *Langio* intellectimus, id cognomen fuisse Henrici divitis secundi filii. 1338. Fridericus Landgr. Thuringiae tutorem suum vocat: *Nobilis Dominus Henricus de Planen avunculus noſter dictus Ruzzo.* Aliqui originem tribuunt cuidam hujus gentis, qui 1228. bello Friderici II adversus Saracenos intertuerit, atq; ab his captus & negotiatori *Russo* venditus sit. Autem inde *Russis* aduersus Tataros pugnantibus denuo captum, & post multas ætumnas in libertatem allatum, vestitu Russico ad Fridericum Imperatorem rediisse, atque adeo vestitus gratia ab illo & aulicis isto cognomento appellatum esse. *Zeilerus* l.c. ait aliquem ex ipsis Russis principatum vicario nomine gesisse, atque adeo nomen hoc stirpi sue insculisse.

**Scutum**

§. vi. Quod scutum gentile attinet, illud videre est in *Wapenb.* P. i. pag. 19. ut videlicet scutum quadripartitum primo & quarto quadrante nigro leonem representet aureum, rubeis corona, falcis & lingua: secundo & tertio argenteo gruem ex auro. Hæc metalli super metallum collocatio regulis quidem Heraldicis repugnat, sed suo forte non caret mysterio, ut sunt quæ dicuntur *armes pour enquerir.* Conf. P. i. c. 4.

**Diploma  
Ferdinandi  
di L.**

§. vii. Sed audiamus ipsa in diplomate 1561. dato verba *Ferdinandi I. Imperatoris*, quibus *Henricis tribus seniori*, medio & juniori fratribus, Craniceldia gruem leoni avito adjungi concessit. Ita vero sonant ea verba: *Wir Ferdinand von Gottses Gnaden erwählter Römischer Kaiser etc. bekennen öffentlich mit diesem Brief und thuen kund allermännlich / Das wir in ansehung und betrachtung des ehrlischen/Adelichen/löblichen uralten Herkommens und Geschlechts/Nameus und Stammens der Reussen von Plauen etc. auch der unsterbhanigen/gehorsamen/getreuen und nützlichen Dienste / so der Edlen unserer und des Reichs lieben getreuen Heinrichen des Eltern/ Heinrichen des Mittleren/ Heinrichen des Jüngern der Reussen/ Herren von Plauen zu Grais/ Kranichfeld und Gerau/Gebrüdere/Vorältern/wenland unseren Vorfätern am Reiche/Römischen Kaisern und Königen/ auch unserer Eren Böhmen und löblichem Haß/Österreich in mehrerley wege unverdrossenlich erzeigt und bewiesen/ und gemeldete Gebrüder uns/dem Heiligen Reiche/ und jetztgevadcher Eren Böhmen und Haß/Österreich hinsfür an nicht weniger zuthun sich gehorsamlich erbieten/ auch wol thun mögen und sollen/bemeldten Reussen/ Herren von Plauen etc. Gebrüdern allen ihren ehelichen Leibes erben und derselben Erbens Erben mit woltbedachten Muth/ gutem Rath und rechter wissen/ diese besondere Gnad gethan/ und Freheit gegeben/ und ihnen hernach der Herrschaft Craniceld/ (welche Herrschaft ihre Vorältern und sie vor unverdenclichen Jahren von unsern Vorfahren am Reiche/ und uns der hohen Regalschen Obrigkeit halben zu Lehen gerragen) habend Wapen und Kleinod/ so mit Namen ist ein weißer oder silber-farber Schild/darinnen erscheinend für sich aufrechts zum gang geschickt/ ein gelber oder gold-farber Cranic/ auff dem Schild/ ein freyer offener Adelicher Thurniers-Helm mit rother oder rubin und gelber oder gold-farben Helmdecken gezieret/ darauf stehend für sich aufrechts ein Cranic nach der schreng von dem vordern untern gegen dem hindern obern Eck/ in acht gleiche Theile getheilet/ das hindere erist/ vierdt und sechste roth/ das andere fünft und siebende weiß/ und die andern zwey Theile gelb/ mit und zusamt ihrem ancererbten uralten Wapen und Kleinod/ so mit Namen ist ein schwarzer Schild/ darinnen erscheinend für sich aufrechts zum grunnen geschickt/ ein gelber oder gold-farber Löw/ mit offenem Maul/ rother aufgeschlagener Zungen und Klauen/ und zurück aufgeworfenem Schwanz/ habend auff seinem Haust eine rothe oder rubin-farbe Rosigliche Eron/ auff dem Schild ein freyer offener Adelicher Thurniers-Helm/ mit weißer oder silber-farber und schwarzer Helmdecken gezieret/ darauf erscheinend für sich aufrechts am Hals samt dem Kopff eines Bracken mit offenem Maul/ und rother gefessender Zungen/ in der mitte nach der lange in zweyn gleiche Theil abgetheilet/ das vordere weiß und hindere schwarz/ in einem*



einem quartierten Schild / nemlich in der hindern untern und bordern obern Feldungen jetzt angezeigt ihr andererbt Wapen mit dem Löwen / und in jeder der andern zweyen Feldungen den gelben Crannich / darauf vorne ihres andererbt Wapens und hindern das Crannichsfeldische Helm Kleinod / beyde Helme ihre Wener gegeneinander gefehret / alles von farben und sonst allermassen geschickt / und gestalt / wie vor erzählt / zu gebrauchen und zu führen gnädiglich verliehen / gegommt / erlaubet und zugelassen / Als dann solch Wapen und Kleinod in mitte jetzt gegenwärtigen unsers Käyserlichen Brieffs gemahlet / und mit Farben eigentlicher aufgestrichen seyn : Verlehen / geben und vergonaen erniedten Reussen / Herrn von Plauen / &c. zu Graiz / Crannichsfeld und Gera / allen ihren ehelichen Leibes erbien und detselben Erbense Erben / solche jetzt berührte der Herzchafft Crannichsfeld Wapen und Kleinod / neben ihrem erblichen voraltem und bisher geführten Schild / Helm und Kleid norden obgehörter massen zu führen und zu gebrauchen / auf Romischer Käyserlicher Nach vollkommenheit wissentlich in krafft dieses Brieffs / &c.

§. viii. Ex his intelligimus : virtus & tua Ruthenorum fuisse leonem : ei dein Crannich grus accedit, ipso nomine indice tessera Crannichfeldie dynastie : quam Rittershusius putat ab Henrico juniori trium istorum fratum avo acquisitam, sed verba diplomatica vix convenient, quibus perhibetur, eorum majores ab immemoriali tempore illud dominium feudo imperiali obtinuisse. Legi vero etiam alibi Theodoricum Burggravium Kirchberga, cuius patri Alberto Margareta Crannichfeldia istam attulerat hereditatem, Ruthenii inferiorem Crannichfeldie dynastiam 1469. vendidisse.

§. ix. Galea & apices ipsum diploma nobis depinxit : ut vero Latino idiomate exprimam : Pnor galea testa lacinii argenteis & nigris superbit capite & collo molosso ad perpendicularum fessis, ut anterior pars argento fulgeat, posterior nigricet, lingua rubore & aurea, sustinet grecum octo tenuis diagonalibus distinctam : quarum tres coco, totidem argento, duæ auro tinguntur.

§. x. His laterculis aliquando vidi in sigillo addi medium parmulum cum capite molosso, quod à nonnullis Grazenis lineæ usurpatum, sed non alia ratione, quam quia galeam, cuius apex illud est, addere spatium vetabat, unde visum est clypeo in-fuso, quod tamen neutquam ejus ornamentum est.

§. xi. Titulus confutus haecenus ille fuit : Rutheni, Dn. de Plavia, Dn. in Graiz, Titulus. Crannichfeld, Gera, Schleiz & Lobenstein. Reussen / Herrn von Plauen / Herrn zu Graiz / Crannichfeld / Gera / Schleiz und Lobenstein / &c. Nobilium Dominorum Nobiles Dominae nomen in Friderici diplomatica §. 2. illustri splendori horum Dominorum nihil derogat, nam & Lippenses hoc nomine usi, nec non Querfurtu, Mansfeldit, Plessi, comitibus non interiores. Advocatorum nomen jam etiam antiquatum est, postquam in Advocati patrimonium abivere, quæ prius administrationis titulo possidebant. Ex his vero Plaurum cum Olinicia, Adorti & alius amisit familia, cum Ernestus Elector Dux Saxonia bello Ruthenos pateret 1466. huic genti satis infeli.

§. xii. Nunc Cæsare gratia toti familia Comitum attributa est appellatio, vel Nunc Com. potius restituta. Nam Henrici deitatis majores etiam Comites Glusberga', qui comitatus mites ex Thuringia est, & Widensem præfecturam complectuntur, dicti fuere : Langius veterem, ait, eum appellationem Advocati tanquam excellentiorem titulum servasse: sed & ante ipsum & post eum reperiri exempla lego, quod comites Osteroda & Com. Plavia dicti sint.

§. xiii. Altera linea à Sigismundo Imperatore 1426. in Principum dignitatem evencta, & prius quidem jam usurpatus titulus, Sacri Romani Imperii Burggravius Mysse principum & Com. Hartenstein (zum Hartenstein) Dn. Plavia & Gera attributus est. Quod & Albertus II. 1439. contentus Elektorum, Principum & omnium statuum confirmavit. Unde in comitiis & eorum subscriptionibus tales sunt agniti. In diplomate Maximiliani I. 1490. illa verba leguntur : Das nicht allein hochgedachte Burggraffen zu Meissen und dero leibliche Lehenserben vor Reichs-, Fürsten erklärt / sondern auch nach abgang derer selben ihre Vetter ungeachtet des Stammes und Wapens für und für / und zu ewigen Zeiten davor erkannt und gehalten werden sollen: quæ verba Carolus V. & Ferdinandus I. repetiere.



Scutum  
Burggra-  
vatus M.  
bat, notando Burggraviatu*Misne*:

§. xiv. Hi triplici utebantur scuto; medium aureum decussim nigrum referebat, notando Burggraviatu*Misne*: eique imponebatur galea coronata iustinens tabulam cum scutario typo octangulam, singulis angulis pavoninis oculatis pennis superbientibus. De hoc Burggraviatu*issa M. Zeiller itiner. Germ. P. 2. p. 63, ex L. Mar. Peccensteinio*: Nach absterben des letzten Herrn Heinrichs des Jüngern Burggraffen zu Meissen / so keine leibliche Lehens-erben verlassen / die Regalien 1572. dem Königlichen Reich / die Herrschaften aber zum theil der Kron Bohem / das meiste aber dem Churfürsten zu Sachsen heimgesallen / da allbereit zuvor Anno 1546. zwischen dem Haß Sachsen und Reussen sondere transactiones erfolget / und durch Herzog Morizen von Sachsen damahls das Burglehen zu Meissen aufs Schloß gelegen / samt andern Adhærentis und dem Schloß Frauenstein vor eine summa Gelds eingelöste / und der Herrschaft oder den Herrn Reussen der Titul / Fürstlicher Standt und Seilion damahls im Reich gelassen / auch darüber Revers-Brief und sondere Pacta aufgerichtet / und also aufs Todt fall die nechsten Agnaten / als die Herren Reussen / auf sondre Motiven præterit worden / da solche zuvor jederzeit in gesamten Lehnen gesessen / eines Stammens/Namens und Geblits geweisen sein.

Dein ad  
Saxones.

§. xv. Huic subiebantur duo scutula, alterum ad sinistram leone insignitum, quod Ruthenorum gentile est, cui insilit casis coronata, cum moloti bipertita ex nigro & argento: Dextra vero parvula rota rubebat, & ornabatur galea coronata, ex qua inter duas alas rubeas exurgebat species virginea utraque manu aliam apprehendens. Ex quibus parvula repræsentat regalia principum s. vexillum prætorianum, quod principibus convenit, feuda imperii possidentibus: apex autem videatur respondisse dynastia Engelsburg in Bohemia, quam senior Burggravius utpote Cancellarius Bohemie ab Imp. Ferdinandio I. obtinuit, post quem etiam filii possidere, sed morte ultimi ad coronam relapsa est.

Regalia.

Engels-  
burg

Versibus  
defecta  
scutula  
Burggra-  
viorum,  
† (Tabula  
octangula)

§. xvi. Hac insignia Burggraviorum ita quidam descripsit M.C.W.F. 1573.

*Imperu cervicali habet loca prima, venustè.*

*Quod decoras pennis Pavro superbe tuis.*

*Crux hoc nigra secat: Cassis tenet altera: fulvus*

*Post nigra clypeus cum cruce tertia habet.*

*A dextra virgo rutilla stat vestre recincta,*

*E foliis Ruta florida ferta gerens:*

*Apprendens palma rutilantem qualibet alam,*

*Parma pedes vario pecti colore regit.*

*Occupat & dextrum latus haud ignobile scutum,*

*Quod tenebrosa suo clara rubore facit.*

*Aleva scæ canis acriser ardus effert,*

*Attollens binos fauce patente pedes.*

*Lingua cruenta procul cuius dependet ab ore,*

*Posteriorius pulcer corporæ at umbo tegit.*

*Stat jubar quatiens fulvus Leo parte sinistra,*

*Cuius nigra truci sub pede pelta micat.*

*Occipiti d'adema gerens regale: vetus.*

*Hac sunt Burggravica signa superba Domus.*

## CAPUT LXXXII.

### De Rye March. de Varambon.

#### ARGUMENTUM.

1. Scutum M. de Varambon.
2. Rye & Longuy.

3. Neufchâtel. Montagu.

4. La Palu. Linca. C. de Boullignoux.

5. Varax. Geneve. Albret.

#### §. I.

Scutum M.  
de Varam-  
bon.

*Christophoro de Rye de la Palu Marchioni de Varambon C. de Varax & de la Roche,*  
*Dn. de Neufchâtel, inter equites aurei velleris Joh. Iac. Chiff. n. 376. illud assignat*  
*scutum;*



scutum; ut ex majoribus quadris, in quasi istud secatur, prima & quarta denuo quadruplicata, prima & quarta in solo rubeo baltheum argenteum, secunda & tertia iterum in rubeo aquilam argenteam: secunda autem & III. porro quadruplicata, 1. & 4. in minio crucem argenteam quinque maculis nigris muris pontici impressam, secunda & tertia novem tessellam, quinque aureas & quatuor caruleas continent, impolita quadræ huic alia parvula ex vario vellere & minio quadruplicata. Toti autem scuto in media regione incumbit nova parma quadrifida, ex laterculis caruleis cum aquila aurea, & caruleis baltheo aureo signatis. Huic clypeo imponit galeam coronatam, que sustineat alas geminas aureas, juncturis commissas: & lacinias appendit ex auro & cyano.

§. ii. Ex his medium scutulum gentile est Ryensium, cum Lonviano compositum, Rye & cum hoc sit baltheus, illis in usu aquila. Cæterum Antonii vel Christophori Lonviani Longuy. (de Longuy) Domini de Longepierre tres filii Antonius, Joanna, Ludovica totidem fratribus Ryensibus nupsere, Joachimo, Marco & Girardo, ex quorum hoc descendenterunt Varamboni.

§. iii. Quadra prima major baltheo Novum Castrum I. Neufchâtel, & aquilâ Neufchâtel. Montacutum Domini designat. Ioannes Novicastrus Theobaldi Dom. Novicasteri filius minor dynastiam Montacutum tenuerat, & ad filium Ferdinandum transmisit, hic Annam genuit, quæ Antonio seu Christophero Lonviano nupsit, & ex eo quod modo diximus tres filias totidem Riensibus nuptas genuit.

§. iv. Quadra altera major Paludanam notat hereditatem. Ipsam familiam Pa-La Palu. ludanam crux argentea maculis muris Pontici notata designat, à Petro Domino de Varambon, equite, cuius 1158. memoria est, deducitam. Hujus nepos Guilhelmus Gerardus & Guidonem genuit, duarum autores linearum. Illo natus Amedeus pater Petri & Lineæ. Hugonis, à quorum illo prior linea Dominorum de Varambon & Comitum de la Roche (quem comitatum Francisco Varambonio uxori secunda Margareta heres ducta 1432. atulit) ab hoc prior linea Dominorum de Bouligneux; quæ per heredem Annam ad Varambonios delapsa. In priori illa Varambonia ultimus decepsit 1533. Ioannes, relieto herede Job. Philiberto agnato. Hic à Guidone descendebat: cuius at nepos iterum Guido pater Guidonis & Ioannis fuit. Illo natus est Hugo, maritus Gilberti filii & heredis Casparis II. Com. Varaxii, ductæ 1462. His genitus Ioannes Philibertus, Varambonia linea heres: qui tamen iterum 1545, hereditatem transmisit ad agnatum, Joannis supra dicti prænepotem Ioannem, qui ex eo Comes Varaxii & Rupis (la Roche) Dominus Varambonii factus est, & Mariam atque Franciscam genuit. Cum verò illa ex Renato C. de Chalant, hæc ex Ferdinando de Lannoymaritis non sustulissent prolem, heredem habuere matrem Claudiam filiam Simonis de Rye Du. de Balancen. Qua ratione C. de Bou ad Ryenses tota hæc hereditas delapsa est. Superat tamen una adhuc Paludanorum lignœus linea, Comitum de Bouligneux, ex Stephano ultimi illius Ioannis Com. Varaxii patruo prognata.

§. v. Quæ secundæ quadrae incumbit parvula, Varaxiam notat hereditatem: Varax. quæ quomodo Gilbertæ & Hugonis mattrimonio ad Paludanos venerit, modo diximus. Ad eandem Genevensem prætensionem pervenisse, indicio sunt novem tessellæ. Geneva. Ix. Sed & aliquam Varaxiis cum Albretanis intercessisse affinitatem, illud arguere Albret. potest, quod in media parvula duæ areae totæ minio rubent, quod symbolum Albretanorum vetus fuit, antequam ex regia gratia accederent lilia Francica.

## CAPUT LXXXIII.

### Domus Sabaudica.

#### ARGUMENTUM.

1. Familia regii tituli & ornamenta.
2. Scutum Victoris Amedei Duci.
3. Hierosolymorum regnum, Reges, Lusiniani.  
R. Cyros, Insula ad Venetos, Turcas, Jus ad Sabaudos.
4. Lusiniana familia.
5. Armenia.
6. Lucemburgum an Cyprus.
7. Saxonum symbolum vetus. Modernum, Augravaria.
8. Ratio a deductione Saxonica. Ejus rationes.
9. Donum scutum familiæ Brusijet.
10. Ducatus Chablais, Augusta.
11. Genevensis Principatus. Comites. Marchionates de Lullins. Successio ad Villarios. Sabaudos.
12. Prætensiæ in civitatem Genevensem ex Thuanio.
13. Even-



13. *Eventus.*  
 14. *Montisferratum. Marchionatus Abramidis.*  
     ex Paleologus.  
 15. *Controversia cum Manthani de Montis-  
     ferrato.*  
 16. *Crus Sabaudie an à Rhodius? Unde?  
     FERT.*  
 17. *Sabaudica successio & linea.*  
 18. *Corona regia. Galae.*  
 19. *Apices. Leo alatus an bubo? Columna an pi-  
     lens Orientalis? Lacinia.*  
 20. *Telamones. Papilio. Vexillum.*  
 21. *Torques ordinum. Pallium Ducale.*  
 22. *Examinata scuta vetustis Sabauidis attribui  
     solita.*  
 23. *Scutum magnum ex Bara.*  
 24. *Sabaudia vetus tesser. Pedemontium.*  
 25. *Segusium. Suia March.*  
 26. *Brescia. Ejus veteres Domini. Tandem ad  
     Francos.*
27. *Bangé s. Baugiacum.*  
 28. *Vanid s. Valdum. Linea peculiari, Ditis  
     iherum ad Sabaudos. ad Helvetios.*  
 29. *Valtromey.*  
 30. *Nicea Comitatus. Quomodo ad Sabaudos?*  
 31. *Achaja principatus. Ad Sabaudos.*  
 32. *Antiochia principatus. Ad Sabaudos.*  
 33. *Fossignia. Ad Sabaudos. Vetus familia.*  
 34. *Gehun s. Gex. A Genevensibus ad fein-  
     villios.*  
 35. *Marchion. Saluciarum. Ius Sabaudorum &  
     Pratensis Gallorum.*  
 36. *Quomodo ad Sabaudos?*  
 37. *Ex Sibmacherio scutum.*  
 38. *Discernicula vetera ex monumento Beatrixis  
     Com. Recentiora. Nemoroisiorum. Carinia-  
     norum.*  
 39. *Tiulii.*  
 40. *Asta. Ceva. Vercelle. Marchionatus Italia.  
     Romontium. Friburgum.*

## §. I.

**S**erenissima familia *Sabaudie* Ducum ( quam post alias luculentissime *Samuel Gui-  
 regii tituli* & *Oron-  
 meata.* ) ex quo pleraque hauriemus, descriptis non affinitatibus solum verum  
 etiam prætensionibus regii plerorumq; principum conditionem excedit. Unde *Celsitudinis* a 1545. qui eo tempore regum filiis peculiariis, & *Regia Celsitudinis* ( *Alteffe Royale* ) titu-  
 lus ab anno 1633. ab ea communiter usurpat, quo tempore *Dux Viator Amedeus*, cum  
*Respublica Veneta* n<sup>e</sup>cessas ante eum affectaret, & illum assumit, & coronam regum  
 more istiusque exemplo clausit, & ea dispositione clypeum suum ordinavit, quam  
 ex *Orontii Finei Brianvilli libello ( jeu d'armoiries )* Duci dedicato pag. 65. repe-  
 timus.

§. II. Scutum quadripartitum visitur: Prima quadra quadrifida iterum sectione to-  
 tidem areolas exhibet *Hierosolymitanam*, argenteam cruce patibulata aurea, quam qua-  
 tuor aliae cruciculae ejusdem metalli comitantur, insignitam, *Lusignanam* transversis  
 decem tenuis argenteis & cyaneis exaratae incumbente toti leone tubeo, falcu-  
 lis, lingua & corona aureis, ( alii linguam cœruleam volunt ) *Armeniam* auream leone  
 tubeo, cuius lingua cœrulea, corona & falcule aureæ, ornata, & quam *Lucenburgi-  
 cam* dicunt, argenteam leone tubeo, cuius cauda bifida in decussim trahicatur impres-  
 sam. Altera quadra bipartita est, hinc purpura ( vel minio ) tincta, in qua equinus  
 pullus argenteus in levam conversus effrenis ferocit, *Woffallie* notanda, iñthinc trans-  
 versis fasciis aureis & nigris, quibus tertum tutaceum viride inducitur, exarata defi-  
 gnanda *Saxonie*, insita in imo areola triangulati argentea, tribus vaginarum cuspidi-  
 bus rubeis pro *Angria* instructa. Quadrans tertius bipartitus hinc solo argenteo plin-  
 thidibus vel schedulis nigris consitit leonem atrum falculis & lingua coccineis *Cha-  
 bleſſie* indicando, iñthinc nigro argenteum leonem, falculis & lingua item tubeis *Augu-  
 ste* signanda inscribit. Ultima quadra denovo bipartita priori parte 4. eyaneis 5. au-  
 reas & equipollentes tessella ( symbolum *Genevense* ) defert, altera argento candet,  
 cephalo scutatio tubeo, *Montisferrati* notæ. ( quem *Geliot*. pag. 55. per errorem situ  
 colorum opposito exprimit, qua ratione *Salucia* notarentur.) Toti incumbit parvula  
 media rubea, impressa cruce argentea, *Sabaudie* & *qua.*

§. III. *Hierosolymitana* crux primam obtinet areolam. Ajunt eam, contra artis  
 regulas metallica figura metallico solo inscripta, *Godofredo Bullioneo* datam esse pro-  
 cerum communi consenu, cum eum expugnata urbe *Hierosolymitana* eius creaserent  
 regem. Fratri successit *Baldwinus*, & huic nepos s. consobrinus *Baldwinus de Burgo*.  
 Inde successit *Fulco* gener ex *Andegavensis*, huic filii *Baldwinus III. & Almericus*, quo  
 natus *Baldwinus IV.* cui successit ex foro nepos *Baldwinus V.* & huic, quem veneno  
 credebatur sustulisse, vitricus *Guido Lusitanus*: Hunc captivum abduxit *Saladinus*,  
 sed demum dimisit: tandem ei pro regni *Hierosolymitani* titulus, quos *Henrico Comiti*  
*Campanie* cederet, *Richardus Angliae rex* *Cypri* insulam, quam in itinere *Jacopo Comino*

ejus



eius tyranno, ob injuriosa habitas Francia & Anglia reginas, capto occupaverat, novumque regnum acquisierat; concessit 1191. qui successorum fratrem Almericum habuit. Inde Joannes de Brenna Gallus ab uxore Violanta regnum Palestinae tibi vindicavit, ac demum cum filia Violanta Friderico II. dote regnum velejus tradidit. In Cipro vero succedit R. Cypri sit Almerico filius Hugo, huic iterum filius Henricus I. & nepos Hugo II. Cum hic 1267. dececessisset, cum assumto Lusinianu nomine ( quem tamen Thuanus l. 49. p. 910. ex eadem priori gente fuisse censem ) exceptit Hugo III. ipsius amitam Isabellam atque Henricum Antiocheno ( ex Antiochiae principibus, qui à Raymundo Aquitano descendunt ) natu. Inde secuti sunt filii Joannes, Henricus, Amalricus, & ex Guidone nepos Hugo IV. Patri & avo successere Petrus duo, & Petrus. Petrus secundo 1381. patruelis ( quem Thuanus d. patrum fuisse putat ) Jacobus pridem Cypri Seneschallus. Jacobus filium habuit successorum Joannem s. Janum, hic alium Janum s. Joannem Carolem parentem. Carola heres Cypri & tituli Hierosolymitani nupta primum Iohanni Portugallio Comimbricæ Duci, altera vice Ludovico Sabando C. Genovesi 1458. post patrem coronata quidem est, sed dein à fratre nothro Iacobo, qui Episcopus Nicofensis fuerat, auxilio Soldani Aegypti, cui re Insula ad Venetos, gnū hī tributarium reddidit, expulsa est. Jacobus Catharinam f. Marci Cornari s. Corneli Veneti à Senatu Veneto adoptatam firmandæ novæ potentia duxit. Postea ( verba Thuanus sunt d.l.) cum anno 1470. moreretur uxore gravida relicta, omnis administratio tradente regina in Senatus Veneti potestate venit, qui ē Catharina per Marcum Corneliu patrem & Aloisium Bembum avunculum persuasit, ut Venetias se conferret, quo & secum adduxit Janum, Joannem & Carolon ex nobilibus Concubinus suscepitos à Iacoco filios, qui inibi perierunt. Illa vero Iacobus posthumo filio paulo ante mortuo regnum Sensu donavit, ad cuius successionem nothi illi, quos dixi, ordine à marito vocati fuerant, & post eos proximus ex Lusiniana familia. Arg. hoc est jus, quod sibi Veneti in eo regno vincenti, quodq. 90. circiter annos, haud justiore fortasse titulo quam Romani olim tenuerunt. Demum eadem insula à Turcis eorum potestatis 1570. crepta est. Ceterum Carola, cum Turcas, 1487. moreretur, Sabaudiæ Duces, qui alioquin ex amita eius Anna descendebant, he- redes instituit: in primis vero Carolum Ducem, qui 1488. titulum assumpsit, & ea de cauia Soldano Babylonis (cripsit) post eum filius Carolus Joannes Amedeus in prætensionem suc- cessit. Huic agnati, ex quibus Carolus III. frustra à Venetis insulam reposcit 1530. sed illud responsi nactus est: Celsus eorum Dominus, terram autem dedit filiis hominum. Huius nepos Carolus Emanuel 1601. Cypri tentavit, spe ductus, Archicopio ope insulam recipiendi, sed 1608. cum resante tempus expectantiam impatiens emanasset, Archi- episcopus aufugere coactus est. Hæc fere Cypricæ successionis, qua ratione illa ad Sabaudos delata, series est. Postò Hierosolymitanum titulum dicuntur à Brianvillio Cypricæ resumisse, Conradino Svevo extinto. De Hispaniæ regum & ducum Lotharingiæ atque aliorum in Hierosolymitanum regnum prætensione diximus cap. 38. n. 46. 48. c. 53. num. 6. 2. 4.

§. iv. Alter laterculus primæ quadræ Lusinianam familiam designare dicitur. Lusiniana familia. Quamvis Gchet. indic. armor. p. 56. & Chiffi. Eq. A.V. inf. n. 56. Cyprium interpretentur. Ceterum Lusiniana familia à quadam Hugone Venatore dicto, cuius filius Hugo II. Lessignem s. Lusignan in Pictonibus condidisse legitur, deduciamat. Primogenita linea 13. ordine muneravit, quibus Hugonis nomen tuit, quorum posteriores Comitatum Marchie te- nuerunt. Ultimi frater Guido comitatum Philippo Regi Franciæ donavit. Qui regnum Hierosolymitanum & Cyprium rexere cuido & Almericus, & qui Iaphæ ac Cesarea comes fuit Godfredus, Hugonis VII. Istrates fuere. De successoribus §. proximo actum. Ceterum Lusinianum nomen dein ab Aquitanis, qui in jus & regnum successere, assumptum est, cumque hoc armæ.

§. v. Armeniam proximo leone notari diximus, quæ in Asia amplissime protendi- Armenia. tur, & suos habuit reges: Ex quibus Leonis I. Livonus filiam Isabellam duxit Amalricus La- finianus R. Cypri, unde avo successit Hugo, huic filius Joannes, qui Franciscano cuncto assumto fratris Amalrici filio Leon I. regnum concessit: huic successit Leo s. Livo II. quo natus Leo III. quem Saraceni expulserunt, unde in Francia, quo se repperat, 1393. dececessit. Eo mortuo Jacobus agnatus rex Cypri titulum adjecti luis, & posteris reliquit, ex quibus eum Carola etiam Sabaudis transcripsit: Armenia tamen jam diu sub Turcarum imperio gemente. Leonis dæcypria Brianvilius ei causa acribit, quod plerisque regibus Leonis fuerit nomen. Virenn. R. d'arm. P. 2. p. 283. Armeniæ regibus attribuit in parma rubea tres damas (Dains) ex argento, auro coronatos.



*Lucenbur-*  
gum ad  
*Cyprus.*

§. vi. Proxima areola leone tubeo insignis *Lucenburgia* esse à plerisque (in quibus etiam *Chifflet. Eq. A.V.n.56.*) asseritur. Sed nec quid *Lucenburgia* gens in Cypro potestatis habuerit, vel ullam ejus cum ipsis Regibus reperio affinitatem: Tum *Lucenburgi* δέρυα haudquam eis leo in argenteo scuto, sed ipso *Brianvilio* (qui tamen hic quoque communem opinionem refert) teste p. 157. Leo talis parvae fasciae quinis argenteis & cyanis exarata inscriptus. An forte dicemus, hoc leone proprie notari *Cypri*? Licet *Brianvilius* toto isto quadrante & symbolis una summis *regnum Cypri* notari perhibeat. Ceterum primum hunc quadrantem assuluit Dux *Victor Amedeus* aliorum locorum, que non amplius possidebat, notis expunctis, teste *Menestr. ver. art. du blas.* p. 345.

*Saxonie*  
symbolum  
vetus.

§. vii. Proximus quadrans symbola *Saxonica* defert: & primo quidem *equum effrenem*, qui veterum *Saxonum* symbolum fuit, quemque ex nigro *Witikindus* post baptismum candidum gestare cepit. Idem nunc quoque in *Brunsvicensium* Ducum galla, tum *Westphaliae* designandis in *Coloniensis* Electoris scuto salit. Fasciae cum ferro turaco alterius *Saxonice* ex *Aescania* gentis δέρυα fuit, nunc pariter *Misnicæ*. Inde vocatur *Saxonice modernum* symbolum. Errant vero, qui *equum superioris*, sertum *inferioris* *Saxonice* symboli interpretantur. Nam superiori circulo *Saxonice* annumerantur, qui serto utuntur: *Brunsvicensis*, qui *equo, inferiore, Angrivaria* (cui *Witikindus* imperavit) notatisdem in *Saxonice Lauenburgici* s. *Saxonice inferioris* Ducis scuto videre est: quas tamen ali non extremitates vaginalrum sed scarabæ majoris cornua bisulcis dentata forcipibus existimant. Ita *Chiff. Inf. Eq. A.V.* quem ob hoc *Ferrand. Epinic pro lit.* p. 108. reprehendit. Verum supra c. 5. n. 6.7. ex *Celeberrimi Viti sententia* communis illa sententia de *Angrivaria* hac nota in dubium revocata, & illa testera comitatui *Brenensi* asserta est.

*Ratio à*  
deductio-  
ne *Saxo-*  
nica.

§. viii. Hunc quadrantem assuluit Dux *Emanuel Philibertus* (qui tamen ap. *Chiff. Inf. Eq. A.V.n.193.* simplicem tantum crucem gestasse perhibetur) testande origini *Saxonice*. Nam perhibetur *Beraldus* *Bertoldus* primus *Sabaudæ* & *Maurienna* comes à *Witikindo* descendens. Gradus deductionis ab aliis aut recententur. Hanc assumptionem improbat *le Labour. orig. des arm. n.52.* inter alia hoc argumento, quia si à *Witikindo* decendant, areola cum serto turaco assumenta non erant, quæ non *Witikindorum* sed *Aescaniorum*, & diu post *Beraldum Bernardo Ascanio* sertum illud concessum fuit. Imo si moderni *Saxones* date voluisse, existimat in *præjudicium Aescaniorum* s. *Anhaltinorum* dari non potuisse. Præterea ipsa à *Saxone Witikindo* deductio haud adeo liquida est. Certe cum *Celeberr. Sam. Guichenonius* 1661. historiam domus auspiciis Ducis ediderit, vix ambigo, quicquid probandæ deductioni antiquæ in tabulario principis repertum fuerit, ei eis communicatum: nec tamen alias rationes vel fundamenta adducere potuit, quam illas: 1. Traditionem. 2. Suffragium plurium autorum non unius nationis. 3. Insignia veterum *Mauriennæ* comitum, quæ fuerint aquila, cuius usus etiam veteribus è *Saxonica* gente Imperatoribus fuerit. 4. Mauritium tutelarem sanctum & *Saxonibus* & *Sabaudis* eis. 5. Legem Salicam utробique receptam. 6. Familiam utramque, ut se consanguineos invicem agnoscant, amice consentire. In examinandis his rationibus non laborabo, sed peritioribus illas examinandas relinquam; vereor autem, ut quod volunt solidorum fundamentorum avidis perfruadeant. Sed in omni hoc argumento etiam apud alias stirpes forte frustra, ubi in antiquitatem plurium seculorum ascendiatur, rationes exiguntur, quæ omni dubio videntur.

*Eius ra-*  
tiones.

§. ix. Hoc observaverim, antequam hinc abeam, *Carolum Emanuelem* Ducem familiæ *Bruiset* Dominorum d'Onas id gratiæ suæ dedisse documentum, ut gentilicio scuto extrelo cuipidibus tribus aureis ex latere sinistro in dextrum ductis bipertito, tribus byzantinis aureis pedi ejus inscriptis imponenter caput argenteum *Angrivaria triplici symbolo* rubeo impresum, teste *Guichenonio*.

*Donum*  
factum fa-  
miliæ  
*Bruiset.*

§. x. In quadrante tertio primus palus *Caballiacum* s. *Chablesium* ducatum norat (uti etiam memorat *Chifflet. Inf. Eq. A.V. n.247.*) quem (constantem ditione ad meridianum latus lacus Lemani, ubi olim Antuates, nunc Tononum, Aguanum) ab Imperatore, *Humberto Albiniano* donatum perhibet *Guichenonius*: alter *Augustæ* ducatum, ab *Augusta Pratoria* ad Duriam in Alpinis sita dictum. Hunc idem autor perhibet circa 1032. *Odoni* comiti obtigisse, ab uxore *Adelaide Marchione Segusii* seu *Susciensi cum*

*Ducatus*  
*Chablais.*

*Augusta.*



rum Turino & alii ejus tractus. Ducatus autem eos tecisse fectur in Amedei IV. gratiam Fridericus II. Imperator.

§. xi. In quadrante ultimo prima arcola Genevensem aut Gennifensum potius commitatum, vel quo nunc axiomatica est Principatum, designat, cuius metropolis Annecium s. principatus. Nic. Comites Genevæ deducuntur à quodam Ratberto, qui circa 890. vixit. In ejus posteris Guilelmus III. Comes Genevæ ex primo cum Agneta Sabauda matrimonio Amedeum III. Comitem & ex secunda conjugi Emeraldus de la Fresse, Petrus Dominum de Balaison genuit: Ex hoc prognati Marchionis de Lullins, ex quibus ultimus 1662. vivis excelit Albertus Eugenius. Amedeus III. autem præter Robertum, qui sub Clementis VII. nomine Pontificis & post fratres Comes tuit, genuit Amonem III. Amedeum IV. Ioannem & Petrum comites: quibus sine liberis extintis succedit ex foro Maria nepos Humbertus IX. Dn. de Thoire & de Villars: hic denuo 1401. eundem comitatum 45000. aureis reliquit Amedeo VIII. comiti Sabaudia. Contradixit vero successori Thoite & princeps Aransonensis Joannes Cabillonius, maritus Mariæ natæ Ray-mundo Balcio & Joanna ultimorum Genevæ comitum sorore.

§. xii. Cum autem non tantum Domus Savoio-Aragonensis hodie etiam in insignibus Genevensis & veteris prætensionis indicium gestet, verum etiam inter Ducem & civitatem genevensim gravissima sit disputatio, illo sibi jus in ipsam Genesiam urbem alterente, cuijuri civitas contradicit, neque unquam in se verum ecb: nne- sum comitatū, hoc est, tractum vicinum (Geneve) Dicūm vel Comitum Sabaudia, sed in se Episcopū potestare, si fuisse, hac autem excusa plenam libertatem esse contendens: operæ p̄cium est, integrum, qui de controversia hac agit, Thonani locum huc transferre, ex L. 125. ubi tota utriusque partis disputatio & ad argumenta responsiones fusius referuntur: Ita autem habent p. 725. seqq. Geneva, quam ex veteri inscriptione equestre civitatem olim dictam volunt, post eversum Imperium Romanum & novum à Francogallis nostris in Occidente fundatum, sub ejus patrocinio diu libertatem servavit, aquilæ, cuius imago etiam nunc pro valvis majoris templi visitatur, & ad Caroli Magni tempora refertur, alii veluti defensio, quoque exortis in Imperio discordiis civilibus, cum à Cæsaribus descereretur, ad Episcopos, quorum tunc etiam in iis, quæ ad civilem jurisdictionem spectabant, magna auctoritas erat, confugit. Dein nova inter Episcopos ipsos & vicinos Sabaudia comites suborta dissidit, urbem misericem semel atque iterum incendio vastatam varia peste destruxerunt. Iuris autem quod Sabaudie sibi arrogat, haec fere testimonia & argumenta ante triennium statim post pacificationem Verbenensem, cum VIII. br. mensi Hermance ab utraque parte convenitus indicitus esset, ejus delegati in medium afferabant: Petrum videlicet ex antiquo Genevensium comitum stipite ultimum Anno c10 CCCXII. XXIV. Mart. heredem universalē instituisse Humbertum Villarii comitem ex fratre nepotem, qui post avunculi mortem Genevensem comitatum crevit, & ejus investituram à Venceslao Cesare tertio post anno excute obtinuit. Humbertum dein c10 CCC. post anno mense Martio morientem, cum nullos ex se viatos haboret, postulos instituisse, & iis deficitibus Odonem Villarium patrum; qui cum hereditatem anno sequenti adiisset: P. Augustus mox comitatum genevensim titulo venditionis in Amadeum Sabaudum transfluisse. Amadeum autem, ut emptionem à se factam novo jure confirmaret, ejusdem comitatus denuo investituram à Sigismundo Cesare imp. cravisse anno c10 CCCXXII. X. Kal. VIIbr. cum vero de comitatu Genevensi quasi morte Petri ad imperium devoluto ab Imperiali Syndico controversia Amadeo facta esset, & Aragonensis princeps eundem comitatum quasi Petri ab intestate heres vindicaret, Sigismundum apacha secreta Amadeo cavisse, si sententia secundum imperialeum fidicium ferretur, fore, ut jus omne quod in comitatum genevensem tanquam imperii beneficiorum ipsi competit, ei successoribusque ejus bona fide attribueret. Quod cum contigisset, Sigismundum post sententiam latam novo instrumento apocham ratam habuisse, & anno sequenti ix. Kalend. IXbr. comitatum genevensem Amadeo concessisse, & Aragonensis interdixisse, ne comitis Genevensis titulos Sabaudo attributos sibi in posterum arrogaret. Eadem repudicum instrumentum confessum anno c10 CCCXXIV. IV. Kal. Ian. iam vero ante Sabaudia principes omne supremum dominium, jurisdictionem, ac iuris regia, que imperio in eo competebant, à Cæsaribus habuisse; & vicarios imperii constitutos Episcopo Genevensi mandandum curavisse, ut principes Sabaudia tanquam perpetuos imperii vicarios coletet. Id à Carolo IV. anno c10 CCCLVI. decretum: cum jam ante ejusdem seculi lvi. idem Carolus



constituisset, ut appellationes à genevenibus interpositae coram Sabaudia Duce tanguam imperii vicario disceptarentur. Id jus à Maximiliano Cesare in comitatum Genevensem, & nominatim in civitatem Genevam ejusque territorium Sabaudia Ducis concessum esse, diplomate ea de re condito III. eis. Maj. anno clx lo xix. Secundum hec anno decimo post pridie Non. Xbr. à Carolo V. mandatum Genevæ civitati ejusque Episcopo fuisse, ut omne obsequium Carelo Sabaudia Ducis deferrent. Quod & idem Carolus anno sequenti cum vicarii titulo, a iisque juribus plenius designatis confirmavit. Instrumento ea de re factio III. eis. Mart. Idem juris sub Ferdinando & Rudolpho Cesariis fuisse, nec tantum Sabaudia principis jure ab antiquis Geneve comitibus deducto & à Cesariis vicarii titulo confirmato niti, sed etiam ad illud Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoratem accedere; nam Leonem X. anno clx lo xv. diplomate idem jus Carolo Sabaudia tribuisse, & ab eo tempore Petrum Balmam urbis Episcopum ac ejus successores circa controversiam omnem fidei sacramentum dixisse. Ita antiquorum comitum, Episcoporum, Sanctæ Sedis Apostolicæ Imperii jura in Sabaudia Duces cumulata, totoque eo tempore, cosetiam ex Genevenium, ex ipsius Episcopi consensu omnia supremi Imperii jurain urbe exercuisse: Gubernatores, iudices, lectores & apparitores cum Sabaudia insignibus instituisse, arcem & palatum in ea habuisse: monetam eudisse: delictorum gratiam fecisse: denique nullum non supremi principis munus obiisse usque ad annum clx lo xxxv. quo mutata religione & ciuitati administratione Carolus simul & Episcopus & Imperator & Pontifex omni jure suo spoliatus sunt. Contra Genevensium delegati disputabant, & testamento, hereditatim aditiones, repetitas altius Dicum origines, jurium cessiones, investitures missas facientes, ex iis nihil adversus civitatem libertatem colligi ajebant, aut sequi, comites Genevæ dictos seu potius Genevensis territorii quicquam juris in civitatem habuisse. Quin portius eos semper Episcopis & Ecclesiæ fidei sacramentum dixisse, & utrinque beneficiarios per CCC amplius annos fuisse, civitatem vero ipsam semper liberam & imperialem fuisse. Id ex Friderici Ahenobarbi diplomate anno clx ciii. ad Arduicium Episcopum directo, patere, quo confirmantur libertates illius Ecclesie, & contra eamdem violatrices bonorum proscriptio sancitur, parte Imperiali came-  
ra, parte ipsi Genevensi Ecclesie adjudicata. Eundem Fridericum nono post anno, cum Bertoldus Zeringensis Dux ab eo vicarii Imperii titulum impetrasset, quem in Geben-  
nensi comitem transferre cogitabat, utrumque coram S. Imperii principibus increpatum, etiam jure suo, quod subrepticia fraude quæsiverant, privasse, & supremum domini-  
num denuo Episcopo ejusque successoribus attribuisse, ita ut ne de consensu quidem  
eorum auferri ab Ecclesia posset. Id pragmatica sanctione in comitis Imperii coram  
Zeringensi & Gebennensi comite consentientibus & deprecantibus decretum. Anno de-  
cimum clxxxvi. Guilelmus tanquam Episcopi & Ecclesiæ Gebennensis beneficiarius omnem  
ditionem Nantelino Episcopo sententia in ipsum mense Septembri lata judicatam fuisse;  
postcessa deinde Sabaudia comitibus à Gebennensi comitibus jura & actiones, semel atque ite-  
rū Sabaudoscum Episcopo anno clx ccix. & clx ccxc. transgisse, & se beneficiarios Episco-  
pi & Ecclesiæ Genevensis professos esse; alta & fidei Episcopo à comitibus anno clx ccxcvi.  
clx cccv. jurata instrumenta extare. Et cum inter Blancam gebennensi comitissam &  
Amedeum Sabaudie camitem de principatu gebennensi, utrius esset, ambigeretur, &  
uterque Episcopo illius ergo fidei sacramentum dicere se paratum ostenderet, negatam  
eam ab Episcopo gratiam, quoque de jure iporum certo constaret; ex eo liquere diplo-  
ma à Venceslao & Sigismundo Cesariis aliaque imperiali subnixa instrumenta Sabaudie  
comitibus concessa annis clx ccxv. clx cccxii. & duobus sequentibus nullum prae-  
dicium Ecclesia & ciuitati Genevensi facere potuisse; neque plus eos juris in Eccleiam &  
ciuitatem habere, quam à Gebennensi comitibus accepissent. Nam non Genevæ eos  
comites, sed Gebennensi dictos antiquorum documentorum fide constare, in quibus  
& plerumque nomen ab amanuensibus usi tunc inter eos recepto, contractum repe-  
titur, ita ut eos non urbis, sed circumpoliti territorio dominos fuisse appareat. Nec  
obstat diplomata Caroli IV. anno clx ccclv. & undecim post annis concessa, quibus Celsi-  
tudinis Sue decessoribus vicarii Imperialis titulus & jura regalia attribuuntur & con-  
firmantur; nam ex alterius & multo antiquioris diplomatis & Friderico Ahenobarbofa-  
eti auctoritate subverti; quippe cum minime aequum sit, ut rescriptum non auditis parti-  
bus & à Cesare obnoxio in gratiam cognatione conjuncti principis obreptitia fraude nec  
servato juris ordine concessum, tam solemnis Friderici iudicio partibus auditis & in  
publicis



publicis Imperii comitiis redditio precepit; id ipsum Catolum vidisse, qui se importunis cognati principis precibus victum ei vicarii Imperii dignitatem concessisse postea protellus est, & cum rem eam Imperio summe detrimentosam agnoscere, contrario telecripto anno sequenti dignitatem illam Sabaudiae comiti abrogasse, & jura pristina tam Episcopo quam civitati, quam nobile Imperii membrum vocat, competentia de novo confirmasse; & anno demum cl<sup>o</sup> ccclxxvii, cum Carolus V. & gregorius XII.P.R. ingererent apud comitem, ut declaracioni, qua vicarii dignitas revocabatur, parceret, tandem eum acquiescisse, eaque de re publicum instrumentum confectum fuisse: itaque cum eandem dignitatem postea anno cl<sup>o</sup> cccc. Venceslaus in Amedeum VIII. qui primus Sabaudia Dux creatus fuit, contulisset, clausulam adjectisse, quanullum Episcopo eiusve successoribus & civitatis libertatibus prejudicium propterea creatum ir significarat; postea Sigismundum eam rursus dignitatem Amedeo abrogasse, eique enixe imperasse, ne quid contrajuris regalia & libertates Ecclesie Genevensis, quam insigne Imperii membrum itidem appellat, attentare presumeret: id anno cl<sup>o</sup> cccxxi. & cl<sup>o</sup> cccxx. decretum. Itaque Ludovicum Sabaudie Ducem anno cl<sup>o</sup> cccclv. enixe officialibus suis mandasse, ne quid in Geneve & civitatibus libertates ac jura admitterent, & queque adversus ea facta unquam fuissent, irritasse voluisse. Idem Carolus II. Sabaudie Ducem anno cl<sup>o</sup> cccxxxix. constituisse. Nec proinde in contrarium Maximiliani, Caroli V. & Rodolfi diplomata adduci, quippe patibus non auditis & per errorem concessa, totque pragmaticis antiquioribus cum causa cognitione factis repugnantia, & posteriobus ab eodem Carolo conditis abrogata. Nam eum à Gallis minime metuentem anno cl<sup>o</sup> lxxx. publico instrumento monuisse Genevensis, ne quid in pernicem Episcopi, Ecclesie, ac civitatis à Sabaudia Ducibus inducti facerent; atque anno decimo post, cum jam una cum religione civilis administratio mutasset, eos denno monuisse, uti pristinam jurisdictionem & libertates à successoribus suis Geneve & tanquam civitati Imperiali concessas tuerentur. Nec pluris facienda ea in re Leonis X. P. R. auctoritatem, quippe qui nec competens partium judex sit, nec auditis partibus de causa pronunciaverit. Nam Caroli agn<sup>o</sup>, qui opima sacerdotia Petro Balma erexit vi maiore retinebat, id Episcopo assidente, ut suum recuperaret, ab amico Pontifice & nihil principum gratia negante diploma hoc emendicatum fuisse: nihilque juris per illud Sabaudia ducibus accessisse. Et aliunde constare, quoisque in generali & libero Concilio de potestate Romanæ Sedis in dubium merito à compluribus revocata decretum fit, plerasque civitates & provincias imperiales apud Helvetios, in Germania, Belgio; multa etiam regna ut Anglicanum, Scoticum, Danicum, Svecicum, Lx. ab hinc annis à Pontifice defecisse, nihilque ejus auctoritati aut Episcopis præstilibusque Pontifici subditis deserte; Idque ut facere possent, prudentissime in Imperio comitiis, ac præcipue Norimberga anno cl<sup>o</sup> lxxxii. decretum esse. Et tamen si præsca repeatantur tempora, Hadriani IV. anno cl<sup>o</sup> clvii. & Sixti IV. anno cl<sup>o</sup> cccclxxxiii. rescriptis prizlegia ac libertates à Friderico Ahenobarbo concessas revocationes memoratas vicarii Imperialis à Carolo IV. factas confirmari. Et Felicem V. antea Amedeum dictum & Sabaudia Ducem, insigni diplomate anno cl<sup>o</sup> cccxliv. libertates & immunitates civitatis laudare, & copias à Genevensibus submisas non ex offici necessitate, sed amice & pro jure fœderationis ac viciniæ concessas interpretari: quod vero additur, plures civitatis Episcopos Sabaudie principibus fidei sacramentum dixisse, id nec documentis certis probari; nec verisimile fieri, cum tota contraria instrumenta in medium afferantur; neque si qui fuerint, quia metu aliave de causa tam ignaviter peccaverint, in argumentum duci posse, aut quidquam juris id Sabaudiae Ducibus tribuere, cum diserte Friderici diplomate cautum sit, ne Episcopis supremum illud dominium alienare possint; idque ipsi le religiose servatores civitatis Syndici statim in inauguratione sua promittant; Neque proinde nisi insigni perjurio ab ea veluti cum civitate inita pactione recedere valeant. Idem transactione inter Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum Genevensis Episcopatus Administratorem & Syndicos civitatis temporibus Martini Pontificis anno cl<sup>o</sup> cccxx. prid. Kal. Mart. factas confirmari. Et multa in contrarium produci documenta, quibus de jure ac libertate civitatis, & de fide à comitibus Gebennensi & deinde à Sabaudia principibus ius ab illis habentibus presita Ecclesia Genevensi constat: nam Thomam Mauriennam co-mitem, à quo principes Sabaudiae, qui hodie sunt, genus ducunt, anno cl<sup>o</sup> ccxi. instrumento publico profiteri, regalia jura ad Ecclesiam pertinere; cuiuslibet deinde octavo post anno contractu cum Amedeo Episcopo Genevensi inito, se tanquam hominem ligium sub



ejus defensione subiecisse, & investituram ab eo cum annulo tanquam beneficiorum accepisse. Humbertum Episcopum quinto rursus post anno cum Amadeo Gebennesi comite ita transfigisse, ut Episcopo omnem jurisdictionem, monetae, portorii, passionis, proscirptionis & hujusmodi iura competere agnoverit. Humbertum denique Granmontanum Episcopum cum eodem Amadeo anno cl<sup>o</sup> CCLV. itidem transfigisse, eaque pactione conveniente, ut nihil juris incurvatum comes haberet: secundum hanc sententiam Imperiali Guillermo Lorneo Episcopo tanquam supremum dominum habenti ob non praefitam fidem ab Humberto Villario Gebennesi comite & debitaura minime persoluta, praefecturam Ternieriam adjudicatam anno cl<sup>o</sup> CCCXCVIII. Kal. VIIIbr. Amedeum deinde III. de quo diximus, ratione Gebennesi comitatus Episcopofidei juramentum solemniter ante majus altare S. Petri dixisse: adiutori idem supremi dominii confirmandum non mediocriter facere, quod cum Syndici civitatis quasdam circa Pontem Aure terras à Moncanuti regulo emissent, Ludovicus Sabaudie Dux Felicis P. filius non solum venditionem ratam habuit, sed omne ius in illas, quod habebat, supremi dominii ultro cessit, id proculdubio non facturus, si cum hominibus suis, hoc est, beneficiariis contraxisset. Idem & federations cum Amadeo comite à Genevensibus anno cl<sup>o</sup> CCCXXXV. & postea cum Episcopo & Ecclesia ab Amadeo eodem & Hugone Delfino tessinaci regulo anno cl<sup>o</sup> CCCVII. initias arguere. Demum temporibus Petri Balme Episcopi, de quo jam dictum est, & ex ejus consensu fædus iustum cum Bernatibus & Friburgi pago. Et cum Sabaudus de jure suo in Helvetiorum pagos & S. Galli federatos, & Valerii arbitros tam ab ipso quam à civitate delectos compromisisset, sententiam anno cl<sup>o</sup> Ixxx. secundum Genevensis Syndicos latam esse, & inter bellum à Francisco I. aduersus Carolum Sabaudie Ducem conjunctim cum Bernatibus, Friburgi pago, & Valesianis suscepiti causis numerari, quod ille Genevensum libertatem oppressum iret. Itaque Henricum III. ejus nepotem anno cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>LXXXIX. renovato cum Bernatibus & Soloturnensis fædere, in eo Rempublicam Genevensem comprehendisse, & usque patrocinium ab eo tempore reges Christianissimos suscepisse, postremo quod de ingressu, de arce, & in urbe principum Sabaudie habitatione, ac moneta jure, gubernatorum & apparitorum institutione, gratiarum beneficio, ab altera parte addebat, sic Genevenses diligebant, ut dicerent, neque arcem unquam eos in urbe habuisse, & que vocatur ab illis arx, pro carcere publico olim fuisse. Idem quantum ad gubernatores & apparitores spectabat, dictum intelligebant: de moneta autem jure distinguendum ejebant. Nam ius monetae nunquam in urbe, tantum in S. Gervasio suburbio, loco qui vulgo moneta campus dicitur, comitibus fuisse, cum effigie & inscriptione S. Petri, cuius memorie maius templum consecratum est, ut vel ex eo apparere, comites Ecclesiæ beneficiarios esse; & conditione diecta, ut puram moneram cudent, & Episcopus dimidiati emolumenta partern caperet. Quod ex fidei à Ludovico Sabando tanquam Paatenensis pagi regulo præfite instrumentis annorum cl<sup>o</sup> CCCVIII. & cl<sup>o</sup> CCCXLIII. patet, codicem pertinente protostationes ab Audomaro Episcopo anno cl<sup>o</sup> CCCXCVI. interpositas, quod Amadeus VII. Sabaudie comes moneta Anticicendae sibi ius sumeret: quo & paret, ipsum Amadeum amice rogatum, ne quid contra Ecclesiæ iura attentaret, benigne annuississe; neque item de gratiarum beneficio convenire, cum contra constet, anno cl<sup>o</sup> CCCCLIII. reo à Syndicis civitatis ad mortem damnato Thomam Episcopum ut & gratiam fecerit; & si quid tale Sabaudia principes fecerit compariantur, id jure ad præfis honoris ab Episcopis delato factum, non ut ex eorti ius perpetuum sibi arrogare possent: quod idem de habitatione in urbe dici possit; quod nunquam nisi precatio & concessione adtempus illis licuit, ut in ea tanquam in alieno territorio suburbicariae regioni, quæ ipsorum erat, ius dicerent, id ex actis compluribus ac libellis annorum cl<sup>o</sup> CCCCLX. cl<sup>o</sup> CCCCLXIX. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> VIII. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> III. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> XVII. probari, quibus Sabaudie principes ad ius subditis suis dicendum, statuta publicanda, sibi & ministris suis in urbem venire ut liceret, à Senatu & Syndicis petibant, minime id facturi, si ullam in eajus jurisdictionem habuissent. Et hec ita utrinque inter partes jactata, possessionis commodo semper penes Senatum Genevensem pro iuri certi titulo remanente; adeo ut cum V. post anno I<sup>o</sup>l mensē ad Iuliani finum delegati de pace convenissent, nulla iurium reservatione facta Sabaudus consenserit, ut pax cum Genevensibus facta Verviniensi pacificatione comprehensa intelligeretur. Preter ea, que modo memoravi, scriptor ampullatus Equitis Sabaudi, qui Butetus Claudi Buteti a nostro Ronfardo ob doctrinam olim laudata F. esse perhibetur, multa instrumenta ac documenta cumulat, quibus comi-



res Genevæ tanquam Sabaudia comitum beneficiarios fidei sacramentum iis dixisse confirmat; ut Amedeo II. circa annum clx cxc. Petro item Thome F. anno clx ccclxvi. ac Amedeo magno anno clx ccclxxxvii. ac sexto post anno in celebri non solum Franoie sed Germanie procerum conventu, cum ambigeretur de comitatu Genevensi, cui ius ratione fides deberetur, secundum Sabaudia principes pronuntiatum fuisse. Deinde cum Delfino Viennensi Amedeus Gebennæ comes fidem obstrinxisset, instrumento ea de re solemnice confecto anno clx cccxxix. fidem debitam Amedeo V. comiti Sabaudia denuo praestisse, & xxvi. post anno Delfinum juris per contractum illum quæsto publicate statio, cujus Ioannes Rex per Amarum Valentia & Dia comitem a se delegatum intervenit, renun-  
tiasse; secundum hac Amedeum à Carolo IV. Cesare jura à Delfino cessa eodem anno impe-  
traffe, quod vero postea anno clx cccc. Amedeus VIII. ab Odone Humberti Villaregi F. Gebennæ comitatum comparaverit, & anno xvi. post à Athalide, id non eo factum,  
quod non ante supremum ejus dominium obtineret; sed quod complures adhuc essent in  
illo tractu reguli, qui quamvis fidem Sabaudia principibus deberent, & praestarent, tamen  
ius illud proprietatem & singularium rerum possessionem multisirianam in dies immine-  
bant; quos proinde Genevensi ditione expellit, Sabaudia principum maxime intererat,  
verum hec & alia scripto illo comprehensa inter alias personas acta absentibus Episcopis,  
neque consentientibus: & Butetus ipse, live quis aliis libri auctor est, ingenuo fatetur, jus  
supremi dominii in civitatem Genevæ Episcopos semper controversum Sabaudia  
principibus reddidisse, ac penes se retinuisse, donec mutata religione Syndici, qui  
sub Episcopali auctoritate libertatem antea tuebantur, proprium ilium sibi fecere, &  
ejctis Episcopis sub Imperii patrocinio, cuius insignia monetæ sue ab eo tempore  
imprimunt, templicam administraverunt. Tantum Thuanus. Confer Limn. jur. publ.

§. 14. 13.

§. xiii. Ex his prolixius adductis patet, quæ utrinque allegata sint. Inde 1602. impe- Eventus.  
tus noctu in urbem factus, & parum absuit, cum ducenti icalis consensam jam in-  
trassent, ut in potestatem eam redigissent: sed caruit tamen consilium eventu, & re-  
gis Francici interpolatione inter partes conventionum est. Conf. Thuan. L. 129. p. 884. seq.  
Ita haec tenus urbs libertatem, Dux juris sui prætensionem servavit.

§. xiv. Ultimus laterculus Montisferrati principatum denotat Lombardia, Montis-  
Pedemonti, Mediolanensisibus, Genuensis & Parmentibus cinctum. Quod ejus terrarum.  
Principes attinet, primum notatum lego gentis autorem Comitem Guilelmum I. co-  
gnomine Archisum, quem si communem sequimus traditionem è Saxonibus Wisti-  
chionibus derivate esset necesse: hoc genitus est Alramus, quem Otto Imp. 967. Mat. Marchio-  
chionem Montisferrati crearit: quo in primis geniti Guilelmus & Antclmus. Hic nes ex Al-  
Marchio Vasti dicitur ex se dedisse Ceva, Cravzane, Sanceturum, Carretti, Savona, &c.  
Marchiones. Guilelmo autem editi sunt reliqui Montisferrati Marchiones. In his  
Guilelmus V. cognomine Longa Spata Comes Iaphæ & pater Baldum V. regis Hierosoly-  
tani fuit (vid. §. 2.) fratres quoque habuit Bonifacium ac Rainerium Reges Theffaliae,  
nec non Conradum, qui Isabellam Hierosolymitanam uxorem habuit, matrem Marie,  
quæ Ioanni Brennenstregni regni Hierosolymitanu jus atculit. Bonifaciu editi sunt Demetrius  
Rex Theffaliae, qui 1227. moriens jus suum Friderico II. Imper. reliquit, & Guilelmus VI.  
Marchio, pater Bonifacii IV. cognomine Gigantis, titulo quoque Theffalia regis: hic  
guilelmi VII. pater fuit, avus Ioannis, qui 1305. moriens Alberanorum, ut vocant, gentem  
clausit, herede Marchionatus lotore Violanta Andronico Paleologo Imperatori Constan- Ex Palaeo-  
tinopolitano nupta. Hic pater fuit Michaelus Imperatoris (a quo reliqui Augstii, qui logis.  
Constantinopolim rexerunt, donec ea urbe capta Imperium orientis 1453. Mu-  
hammed Turcicus Imperator everteret. In ea expugnatione Constantinus xv. ultimus Imperator interit) & Theodori, qui ex successione materna Montisferrati  
Marchio fuit, & reliquorum Marchionum sator: qui detecere in Bonifacio 1330. & ejus  
patruo Ioanne Georgio 1333. extintis.

§. xv. Jus Sabaudorum in hunc principatum quod concernit, non uno illud fun- Contro-  
damento inititur, primum tamen Victorem Amedeum titulus hunc suis adscriptis ob- veis cum  
servo. Rationes successionis quæstæ sunt illæ: 1. Violanta l. Iolanda Theodori Pa- Manuann  
læologi Marchionis Montisferratensis filia Aymoni Comiti Sabaudie 1330. ea lege nupta fenuato,  
est, ut succederet, ubi maleuli defecissent (con spressa conventione, che mancando in  
qualunque tempo la sua linea mascolina nel Monferrato la detta Violante sua figlia vela o  
morta



*mortale i descendenti; ut verba sunt Ioh. Bapt. Capriat. histor. L. I. p. 15.)* Casus autem hic, licet serius, evenit morte Joannis Georgii. Unde Theodooro, non ultimo defuncto, Sabaudi succidi volebant. 2. *Iohannes IV. Marchio ab Amedeo Sabaudiae Duce dicitur principatum suum feudo recepisse.* Unde ejus posteris & successoribus masculis deficientibus ad feudi Dominum reverti debebat. 3. *Caroli Ducis uxor Blanca fuit Guilelmi M. Montisferrati filia, ob cujus dotem & testamentum novæ controversiæ.* 4. *Mortuo 1612. Francisco Gonzaga Mantuano Duce Sabaudi genero, cum exclusa nepte, filia Francisci, Ferdinandus Cardinalis frater ejus succederet, novæ turbæ, ac avus Dux Sabaudiae neptis cautam turari, tum antiquas revocare prætensiones cœpit.* Confer *Capriat. d. l.* Quis successus cause & eventus fuerit, videlicet ut Mantuanus Dux principatum teneret, certistamen ex eo locis (in quibus præcipua Tridinum s. Trino, Alba Pompeja, &c.) Sabado etiam concilis, retulimus c. 29. n. 5. 6. 7. Ubiquiam ex Capriata controversiæ rationes & historiam fulius adduximus. Nec hic repetimus.

**Crox[Sa-  
baudi]e an  
à Rhodii]**

**Unde?**

**FERT.**

**Sabaudia  
successio  
& linea**

§. xvi. Ipsam Sabaudiam notat scutulum medium rubeum cum cruce argentea. Traditio communis hactenus fuit, *Amedeum III. vel IV. cognomine Magnum Sabaudiae comitem 1310. adversus Turcas assertuisse Christianis Rhodum: quam ob causam ei equites Rhodii vel Hierosolymitani concesserint crucem suam cum dictione F.E.R.T. quæ juxta singulas literas denotet: Fortitudo Ejus Rhodum Tenuit. Vel apud Geliot. p. 54. Fructus, enfonc, romps, tout.* Hac autem cruce alsumta dimissum fuisse vetus ḥ̄yma, quod fuerit nigra aquila rostro & membris rubeis in auro, demonstrandæ ex Imperatoribus Saxonici origini. Verum Celeberr. Sam. Guichenon. commentum refutavit: cui *Brianvilius p. 70.* acquiescit. Conf. Cl. Franc. Menestr. *L'art du blas. ius-  
fif. c. II. p. 293. c. 13. p. 320.* qui ex Monodo historico Sabado ostendit, patrem Amedei Thomam cruce hac jam fuisse insignitum, quæ in ejus sepulchro *Augustæ Prætoria* conspiciatur, cum ipso symbolo FERT. Idem Monod existimat, hunc Thomam tanquam è fratribus minorem, more seculi, quo non fratribus semper eadem insignia, crucem alium fuisse, quam potiores Pedemontii, quod ei hereditate obtigerat, civitate gestabant. Symbolum FERT à comite Amedeo viridi non tantum retentum, ut symbolum Domus sue vetus, sed in memoriam torquis ignominiosi, ad quem gerendum *Saluciarum Marchionem coegerat.*

§. xvii. Hec Sabaudia Provincia, Delfinatu, Pedemontio, Vallesia, Genevensi & Lugdunensi tractu cincta, *āntiqua regni Burgundici, dicitur à Rudolfo rege V. Eid. Maji. 1000. Aquis Sextis Beraldo gentis hujus auctori donata esse,* quem à Witikindis deduci, lupta monui. Ejus filius *Humbertus Albimanus* iterum se *Rudolpho, Corrado Imperatore* mortuo, cum pluribus ordinibus Burgundici regni 1033. submisit. Ab Imperatore vero *Charlesia & Vallesia* donatus est. (ali *Mauriennam* donatam cum dicunt, errant.) Hoc genitus est post alias *Oddo*, cui ab uxore *Pedemontium & Susa*: pater *Petri*, qui materna bona tenuit, & *Amedei II.* Huic ab Hentico Imperatore, ut transiit in Italiani concederet, provinciam, (probabiliter *Bugay*) concessionem memorant. Hujus ex filio *Hamberto II.* nepos *Amedeus III. Imperi Comes* ab Imper. Henrico III. creatus est. Hujus iterum ex filio *Humbero* nepos *Thomas Amedei IV.* (cujus filius *Bonifacius* heredes non sorores sed patruum *Philippum* habuit) frater, alterius Thomæ, *Amedei Magni & Ludovici* pater fuit: Ex quibus hic patruo *Philippo* successor in comitatu, excluendo *Thoma* filio *Philippo*, ob æternum & propinquitatem, & quia jus representationis nondum introductum fuerat. A Thoma autem & *Philippolinea* exorta est Comitum *Pedemontii & Principum Achaja & Moree*, quæ in Ludovicu 1418. defecit, *Amedeo* Duce herede. *Ludovicus Thoma* tertius filius *Barones de Vaud* sevit, quorum posteritas defecit in *Catharina* Ludovici nepte, sed sterili. *Amedeus Magnus*, cum 1310. Imperatorem Henricum in Italiam euntem exceperit, & fideli juviset consilio, ab eo Princeps imperii creatus, & tanquam *Imperi vicarius* in Mediolanum aliasque urbes relictus est. Eo natu sunt *Eduardus & Aymon*. Ille filiam reliquit *Ioannam* Joanni Britannia Duci inuptam, quæ successionem patris prætendit, cumque partuus prævaluisset, jus suum *Philippo D. Aureliensi* transcriptus. Hic (*Aymon*) fratris successor fuit nepte exclusa: pater *Amedei VI.* cognomine *Viridis*, hic *Amedei VII.* cognomine *rubri*: Itto natus est *Amedeus*, qui 1416. 19. Febr. diplomate Cameriaci dato ducali axiomatico ornatus est: & paulo post 1433. in *Concilio Basileensi* primum locum præ Burgundio Duce ambiuit



ambivit, eo argumento quod ante novum hunc Sabaudia & Ducalem titulum ante tria secula majores sui *Duces Chablefis & Auguste*, atque *supremi Principes* fuissent. Excidit tamen illo petito. Demum 1439. in eodem Concilio ipse Pontifex electus nomen *Felicis* summis, sed 1449. iterum abdicavit, *Cardinalis & Legatus* dignitate servata. Patrem hunc habuit *Ludovicus Anne Cypræ* maritus, & præter alios *Amedei IX. Ludovici, Iani, Jacobi, Philippi* pater. Primus Ducatum rexist, & filius reliquit *Philiberto & Carolo*, hic *Carolo Ioanni Amedeo*, qui 1496. moriens prole caruit. *Ludovicus*, ut §. 3. diximus, ab uxore *Carola Cypræ* rex fuit, 1459. Nicofia coronatus, sed improlis, *Ianus & Jacobus* singuli singulas filias reliquere, quæ dote data aliis elocati. *Philippus* demum, prius *sine terra* dictus, *Comitatum Baugé* tenuit. A rege Franciæ, qui prius ipsi bellum in Bressia intulerat, 1468. donatur *Valentino & Dienisi* tractu: inde cum regi in expeditione Neapolitana astitislet, comitatus *Alisii, Torre nove, &c.* nanciscitur: Demum pronepoti in Ducatu succedit. Relquit *Carolum & Philippum*, quorum hic 1528. à rege Francisco donatus est Ducatu *Nemorosio*, linea *Nemorosia* in Francia autor, quæ 1639. in *Henrico*, prius Rhemensium Archiepiscopo, defecit: (superlunt tamen alterius sexus, filia *Caroli Amedei*, Henrici fratri, *Maria Joanna Baptista & Maria Francisca Elysabetha*, illa hodie vidua *Caroli Emanuelis* Duci Sabaudiae, hic *Alfonsi Portugallie regis*, quodque hic impotentia argueretur, postea *Petri Regensis* fratri eius, uxori) *Carolus* autem ditionibus suis à Gallia rege & Helvetiis exutus ad *Carolum V.* receptum habuit. Filius *Emanuel Philibertus* Ducatum pace *Gastelli Cameracensis* 1559. certis conditionibus recepit, & filio *Carolo Emanueli* reliquit: hic ex *Victore Amedeo Carols Emanuelis II.* qui 1675. mortem oppetit, & ex *Thoma Francisco Carini* principi *Emanuelis Philiberti Amedei principis Cariniani*, atque *Eugenii Mauriti Com. Sveffionensis* (à quo liberi) avus fuit, adeoque communis eorum, qui hodie ex gente masculi restant, pater.

§. xviii. Scuto huic *corona imponitur clausa*, qua ad morem aliorum Regum, cum *corona Veneti* idem fecissent, primus uti cepit *Victor Amedeus*: Ultra coronam intitunt tres regia galeæ; quatum media directa & sine clathris aperta est ad *regum morem*, *corona de-* Galæ, *novo regia testa*, sustinens apicem proprium Sabaudorum, qui est *leonis aureum adver-*sum inter duas ex eodem metallo expansas alas caput: *Dextra coronata tegitur duobus pileis Orientalibus turbinatis*, coronatis & pavoninatum pennatum ornamento fastigiatis: *Leva* item coronata ornatur pileo simili, nisi quod *Saxonis* trabibus & ferto exaratur.

§. xix. Medium apicem *Chifflet*. *Inf. Eg. A. V. n. 68.* aliter describit, quod sit *Apices, aureum caput bubonis* (*Oifscanduc*) *auro alatum*. Iterum n. 247. *bubo erumpens & volans Leo alatus aureus*. Ob quod à *Ioh. Ferrand. Epinic. pro lit. pag. 108.* ignorantia postulatur: hic vero capiti leonino addit pavoninam caudam, quam nec à *Brianvillo* nec aliis adjectam memini. Porro apicem hunc sunt, quies amicitia federatorum *Venerorum assumptum* existimant. Ut *Honorius Helsing. de jur. insign. cap. 6. P. s. p. 366. S. Mar-* Apices, *rius* fuit, *columnæ an pilei Orientales* sint, illo prius assertente, hoc (*verit. art du blas. an pileus justif. cap. 8. pag. 198. seq.*) ne *Herculis* quidem capiti columnas imponerent. Si- Columnæ *lisis* mister apex *Saxonius* esse nulli non patet. Eosdem apices etiam in *Sibm. War-* penb. P. i. pag. 6. conspicimus. Ubi tamen columnæ etiam dicuntur galeæ primæ ornamenta, atque argento, bases vero & coronula altero metallo tinguntur: mediae cassidi præter leoninum caput tres monticuli rubei imponuntur, & postilllos facies ista leonina aurea: ale expansæ feruntur argenteæ. Alterum etiam apicem *Sibmacherus* columnæ nomine intignit. *Lacintia* ait circumfundi mediae galeæ & ante- Lacinia, riori coccineas & argenteas, tertiae aureas & nigras.

§. xx. *Telamones* scuto huic tribuunt duos leones aureos: sed & *papilionem regium* Telamo- super illud expandunt amaranthini coloris, consitum crucibus trifoliatis *S. Lazarus*, at- nes. que rosis & flammis Ordinis Annunciationis, oris munitis laqueis amoris, & timbris au- Papilio. reis. Adiicitur etiam vexillum Sabaudica cruce insigne.

§. xxi. Clypeo etiam circumdatur torques Ordinis Annunciationis, de quo P. i. cap. 7. num. 58. dependente cruce argentea trifoliata ordinis *S. Mauriti*, suspensa extensiola, lateri adiectis lineolis crucis viridis *S. Lazarus*; de quibus ordinibus l.c. n. 15. Verillum. Torques ordinum.



Pallium *Pallium Ducale circumponendum esse scuto, ex Chiffletio audivimus, cum de Lotha.*  
 Ducale. *tingico pallio ageret, c. 58. n. 15.*

Examinata scuta ve- §. xxii. Hæc gentis, quæ nunc gestant, sunt insignia. Varias mutationes eorum  
 recenset *Geliot. indic. armor. p. 54. seq.* Sed examinamus eas. Primum scutum *equo natus* <sup>2a</sup> *gro*, alterum *candido* ornat, hæc vero *Saxonum* fuere *Ægyptia*, *Sabaudis* nunquam pro-  
 tribui so- priæ. In tertio addit *trabes* & *seratum tutaceum* *Saxonum*: hic vero laterculus nun-  
 quam illorum *Saxonum*, à quo *Sabaudi* deduci amant, sed *Ascaniorum* fuit.  
 Quartus ex *Paradino aquila imperialis* imponit scutulum *equo candido* insigne. Hoc  
*Ægyptia* si convenire potuit Imperatoribus *Saxonici*, non etiam agnatis eorum, qui  
 feruntur, *Sabaudis*. Nec certius est gestamen ex *Paradino* quinta parva, ubi *aquila*  
*Mauriane* *trabes* & *seratum* *Saxonica* imponuntur. Ubi de aquila non repugnavero  
 autoribus pluribus, *seratum tutaceum* autem ex dicta ratione tribui non potuit, in pri-  
 mis *Adeleida*, quæ 1115. *Ludovico Crasso* Regi Francie nupsit, cum *Bernardus Ascanius*,  
 cui primo illud ab Imperatore ornamentum concepsum est, nequid esset natus. Un-  
 de colligi potest, quæ fide *Paradinus* *Bastardi Clodovei II.* uxori circa 645. vel *Hermen-*  
*gardi* *Ludovici* p̄i conjugi priori, similem parvam tribuat. Septimum scutum pin-  
 git *Edoardo* quadripartitum ex *Saxonice* & *Chableso* atque *Augustano* symbolis, cum  
 truce toti incumbente. Verum *Saxonica* *Ægyptia* demum à *Philiberto Emanuele*  
*ascita* esse, §. 8. occupavimus dicere. Nonum scutum est *Philippi Comitis*, qui ob uxo-  
 rem *Altam Othonis* Com. *Palatini Burgundie* filiam 1267. ducam, dicitur secundum  
 & tertium majoris crucis, cupus primum & quartum eadem iterum crux imple-  
 bat, angulum tinxisse caruleo colore, inspersis aureis plinthidibus & inscripto leo-  
 ne ejusdem metalli, quod emblema est *Burgundie comitatus*. Decimi *Ægyptia* &  
 explicationem jam vidimus, cum hodiernum clypeum repræsentet.

Scutum  
 maius ex  
 Bara. §. xxiii. Superest majus scutum, quod ex *Bara* allegat, quod licet non usu  
 receptum nihilominus intuebimur, quod Provincias subjectas majori ex parte expri-  
 mat. In eo ergo p̄ter parvulam *Sabaudicam* medium tres perpendicularares, & to-  
 tideum transversi constituunt laterculos 16. Ex his complectuntur primus *Saxonico*,  
*Angrivariorum*, tertius *Chablesum*, quintus *Cypria*, sextus *Augustanum* symbola, de quibus  
 jam dictum est.

Sabaudiz  
 venus te- §. xxiv. Reliqua ista sunt. Ut laterculum secundum *aureum* impletat *aqui-*  
 fera. *lanigra*, pectori scutum *trabibus* & *sero tutaceo* exaratum deferens, quod *vete-*  
*Sabaudia* gelatamen fuisse volant. Quartam aream *rubeam* exornat *crux ar-*  
*gentea*, imposita *fissiola trifida carulea*. Pedemontum ita notati credunt: nec  
 adeo repugnaverim, cum §. 16. jam visum sit, Pedemontio quam *Sabaudia*  
 crucem illam prius fuisse propriam. Quod *tambellum* concernit, dubito an Pe-  
 demontio alter conveniat, quam quod discerniculum fuerit principis, cui  
 Pedemontium parebat: potuit tamen hac cauâ sumtum principati postea ad-  
 hædere. De cætero quod primum in familiam delatus sit Pedemontium matri-  
 monio *Adelheidis & Oddonis* §. 17. diximus. Inde vero plura Pedemontio accessere  
 vanis titulis. Inprimis *Amedeus V*, cognomine *viridis* multa occupavit, cum & alii  
 vicini occasione impotentia Joannæ reginæ Neapolitanæ uterentur, & ditiones in-  
 vaderent.

Segusium  
 & Sulam. §. xxv. Laterculus septimus *argento* & *minio* bipertitus est, duabus insigniis  
*tarribus*, *rubea* in *argento*, *candida* in *tubo* latere. Hoc *Ægyptia* est Marchionatus *Segusii* & *Suziensis* à *Segusio* in valle *Salafla* ad *Duriam* sita. Hunc Marchionatus peculiariis familia tenuit, quam *Samuel Guichenonius* à *Manfredo Comite Pa-*  
*latino* *Pipini* deducit, cuius filius *Theobaldus* uxorem habuerit *Honoriam* filiam &  
 heredem *Abbonis* patrici *Romani*, cui extincto Longobardorum regno *Carolus*  
*Magnus* Marchionatum *Sulæ* dederat. *Theobaldi* enim & *Honoriae* tri nepos fuit *Vlri-*  
*cus* cognomine *Manfridus* ultimus *Sulæ* Marchio, qui ex *Bertha Adelberti Eporedie* &  
*Invera* Marchionis filia *Adelheidem* genuit *Oddonis Sabaudia* comitis conjugem, &  
 Segusii heredem.

Bressia. §. xxvi. Laterculus proximus, secundi nempe ordinis extremus, *argentus bal-*  
*theum* continet *caruleum* adjectis *duobus ejusdem coloris leonibus*. Notatur ita *Bressia* &  
*Sebusiano*.



*Sebusianorum* provincia inter Ararim & Rhodanum sita atque Lugdunensibus, Belli-  
jocensibus, Matisconenibus, Cabillonibus, Burgundia comitatu, Genevensibus  
& Sabaudia cincta. Hanc ditionem Amedeus Magnus Comes familiæ acquisivit ma-  
trimonio *Sibylle* filie & hereditis *Guidonis Domini de Baugé & Bressé*, quæ 1272. duxa &  
1294. defuncta Edoardi & Aymonis Comitum, à quorum hoc reliqui, mater tuit. Cæ-  
terum familia illa descendit à *Wigone I. Hugone Dn. de Baugé M. Bressé* 830. sub Ludo-  
vico pio Imper. quem putant filium cuiusdam *Moringi Com. Bressé*, qui circa 823. Lu-  
dovico pio inserviuit. Ex postea *Rudolphus* 1015. primus dicitur summis nomen *Domini*  
*Bressia*. Ea *Philippe* Amedæi octavi fratri, *sine terra cognominato*, data, nomine co-  
mitatus *Baugé*. Tandem regionem hanc Sabaudia *Dux Carolus Emanuel* ipso secu-  
lari anno 1600. pace *Lugdunensi Regi Francie* cedere coactus est. Ita sordane verba  
Thuani L. 125. p. 741. *Ut omnis intra Rhodanum à Genève urbe tractus ipso fluvio com-*  
*prehendeo ad ditionem Francicam cum omni jure supremi Dominii deinceps pertineat. P. P.*  
*Trans Rhodanum præterea Scissellum, Daura, Chaussum, Arlapons, Chava, Castellum cum*  
*omni jurisdictione sua Regi cedant. Præterea Gexensis prefœtura cum omni territorio,*  
*ac pleno jure, sicuti iis Sabaudi deceßores usi ac fructi sunt. Quæ omnia regio patrimonio*  
*ita lege regni uniantur, ut ab eo alienari non possint, eandemque naturam quam habebant*  
*bona cum usus permutata fortiantur. Nam vicilium Saluciatum principatus Duci cede-*  
batur, de quo controversia fuerat.

§. xxvi. Tertiæ ordinis area prima *rubea* l'œnem coronatum *hermionicum* de-  
fert. Quo notari dicunt *Baugé* l. *Beuges* l. *Baugesiam* l. *Baugiacum*, ad Rhodanum, ubi *Baugia*  
*Scissellum, Bellajum, Rochefort*, alia : quæ ditione cum Brebia, quod modo audivimus à *cum.*  
*Sibylla* herede ad Sabaudos, & seculari anno permutatione in Gallorum potestatem  
devenit.

§. xxviii. Proxima area, quæ numero decima est *argentea nigrum montem ex-*  
hibet. Hunc p. 56. Geliot. *Vaux* interpretatur, sed p. 464. 465. illud huic ditioni δέρψα Valdiūm  
datur, quod hic duodecimum locum occupat. Quicquid sit; *Valdia* hæc ditione, (païs  
de Vaud) olim Latobrigum sedes ad boreale lacus Lemani latus, Laufanna, Morgesio, Linea po-  
Rollo, Noviduno, Copetio opidis frequens, vetus fuit Sabaudorum patrimonium. cultaris,  
Unde *Ladovicus* Thomæ & Amedæi Magni Sabaudie comitis frater hanc provin-  
ciam cum Beugesia obtinuit regendam, & ad posteros transmisit: Neptis vero *Citha-* rum ad  
*rina* Azonis Vicecom. Mediolanensis, Rudolphi Briennii C. Eustii, Wilhelmi Flandri  
C. Namurcensis uxor, quod sterilis fuisse, 1359. quæ in hac provincia, nec non in *ad Helvē-*  
*Baugiaco* l. Beugesia & Valtromia possidebat, *Comiti viridi* vendidit. In posteris ejus tios  
*Jacobus Rotundi montis* l. *Romontu* Comes, cum Caroli Burgundi studio bellum 1475.  
cum Helvetiis haberet, magnam ejus partem ab hostibus videlicet occupari: qua causa  
Carolus Burgundus hos aperto Marte aggreditur est, sed sibi ferali. Demum 1536. *Berna-*  
*tes & Valeſi* ob concives suos Genevensis bello petitos Carolo III. Duci *Valdiam* hanc,  
*Gexensem, Genevensem & Chablasiem* ditionem ademerunt. Unde nunc quoq[ue] ista in *Ber-*  
*nensium* potestate est. Aliquando *Vaatenſis* pagus vocatur, vid. supra ex *Thuau. n. 12. p. 334.*

§. xxix. Areola undecima carulea tribus argenteis palis distinguitur, incumbe-  
te toti areæ leone rubeo. Hoc *Valromey* designatur, quam ditionem etiam à *Catharine*  
agnato Viridi comiti venditam audivimus.

§. xxx. Ultima quadra hujus tertiae seriei *argentea* denuo *nigrum* & su-  
prahunc *aguilam rabeam* exhibet. §. 28. diximus, alibi à Gelio hoc δέρψα *Valdia* da-  
mitata. Sed p. 56. *Niceam* interpretatur. Hæc urb ad littus mari Ligustici & castrum va-  
lidum, quod 1543. Turicum sprevit exercitum, caput est comitatus, cui alia *Villam-*  
*francam, Tendam, Barcelonettam* annumerant. Hæc ditione Provinciæ prius connu-  
merata, 1388. f. dedidit, cum à *Ladislao R. Napolitano* deserteretur, factaque esset pote-  
stas sibi consulendi, *Amedeo VII. cognomine Rubeo*, cuius deinde filius *Amedæus* Dux  
1419. cum *Joanna Regina* ea de re tranlegit.

§. xxxi. Ultimi ordinis prima area *aureatres baltheos* deferrt *coccineos*. *Achajæ* Achajæ  
notativolunt, Græcie celeberrimam regionem. In eam jus familie acquisitum ma-  
trimonio *Philippi* Thomæ filii, & *Isabellæ de Villehardouin*, quæ filia & heres *Guilelmæ*  
principis Achajæ atque Moreæ fuit, & cum *Philippo* nuberet, jam vidua *Philippi An-* Ad Sabau-  
dini, & *Florentii Hannonii* fuerat. *Philippum* autem 1306. *Carolus Andinus* bello ve-  
dos. *xavii*, ut promitteret, principatus *Achajæ & Moreæ* vendere velle, quod factum. Sed  
T. 2



Philippi nepos *Amedens* recuperandis avitis principatibus, Moreæ & Achajæ, ad quod à Pontifice bullam impetravit 1387. cum Venetis fædus pepigit. Sed conatus successu caruere: ejus frater *Ludovicus*, cum prole careret, Amedeum Ducem reliquit heredem. Confer *Linn. luv. publ. 5, 14, 17 ex Lipomanno*, ubi *Giambro* pro *Guilelmō* vocatur Achajæ princeps.

**Antiochiae principatus.** §. xxii. Laterculus decimusquartus *aureus* insignitur *cruce rubea*. Hoc signo *Antiochia* in Syria principatum designati volunt. Ille initio *Boemundo* in expeditione sacra concessus erat. *Boemundi* autem II. filia & heres *Constantia* nupsit *Raymundo Aquitano* *Guilelmi* IIIX. Ducus filio, noni fratri. Unde genitus *Boemundus* III. à quo reliqui. *Lucia* *Boemundi* V. filia *Ioanni de Ibelin* nupta principatu excidit. Inde titulum etiam gessit *Fridericus Scopus* *Friderici* II. *Imp.* filius ab uxore *Maria* filia *Raymundi* principis: cuius filius *Conradus Caputus* eodem usus est, sed cum è partibus *Conradini* staret, in *Sicilia* captus, exoculatus & demum suspensus est. Qua ratione vero jus ad *Sabaudos* venerit, non video, nisi cum *Cypria* successione conjunctum hunc titulum dicamus, nam *Iustiniani* posteriores ex *Antiochia* principibus prognati fuere.

**Fossignia.** §. xxiii. Penultimum locum occupat area *ternis aureis & rubeis palis* exarata. Ita *Fossignia* dynastia s. *Focunatum* ad *Arvam* designatur. Hanc *Petro Sabaudo* C. *Romontio* & dein *Sabaudie* attulit uxor *Agnes* filia & heres *Aymonis Domini de Foucigny*, cui pater 1252. 13. Sept. pleraque bona donavit. Inde genita *Beatrix*, quæ *Guidoni Delino* *Vienensis*, iterumque *Gaston* Vicecomiti *Bearnensi* nupsit: sed 1293. ob dissensiones cum genero *Alberto* multa *Comiti Sabaudia* donavit: imo 1294. omnia à *Seysselio* *Friburgum* usque. Sed & præter *Agnetem* *Margareta* ejus patrue lis *Agnetis* focero *Thome Com. Sabaudie* nupsierat, & hereditatem patris *Guilelmi Dn. de Foucigny* attulerat, unde ad posteros duplice jure dynastia illa delata est. Cæterum familia *Foucignia* & *Fossignia* derivatibus ab *Emerando Foucignio*, qui seculo undecimo vixit, & filium *Ludovicum* habuit, maritum *Thietbergæ* viduæ *Geroldi* II. C. *Genevensis*. Ex illis derivati amant *Almanni Domini de Valbonnois & d' Autonne*, nec non *Domini de Thoire* & *de Brusy* in *Genevensi* traatu. Hereditas vero quod dixi ad *Sabaudos* delata est.

**Gelium & Gex.** §. xxiv. Extremus laterculus *cyanus* continet *tria paria forcipum dentatorum*, qualibus nasum equi ut coerceant fabri comprimere solent (*morrailles*) aurea, argenteis tentolis colligata, imposito cephalo aureo, in quo leo nascenti rubens exurgit. Ita designatur *pagus Gexius* l. *Gesius*, à *Jura Genevam* versus vergens. Hæc dictio *andronacus* videtur *Genevensis comitatus*, unde *Amedei I. comitis* filius, *Guilelmi* frater, *Amedeus Dominum* hoc tenuit circa 1189. Ejus vero nepis *Lionetta* dotale id attulit *Simoni de Joinville*, *Dom. de Marnay* 1270. Horum nepis *Eleonora Hungari Genevensi* Dn. d' *Antho* nupsit. Quaratione dein dynastia ad *Sabaudos* pervenerit, non satis mili liquet. Niisi quod *Comps viridis* primum eam tenuit. Dotalis data est ad dies vita *Philibertæ Philippi* filii, cum 1515. *Juliano Mediceo* nuberet. Quomodo deinceps ad *Franciæ regem* pervenerit, n. 26. diximus.

**M. Saluci- ciarum.** §. xxv. Præter scutulum medium *Sabaudicum*, aliam patulam infimi ordinis laterculis mediis impositam videmus *rûbeam*, capite argenteo testam. *Montferratum* dicere possumus, sed *Geliot* interpretatur *Salucium* principatum. Et forte *Saluciis* cum *Montferratenibus* tantum opposito situ *avâlos* d' *rygues* est, quia eadem creditur origo. Nam *Alramus* ex *Guilelmo* filio *Montferratenses*, ex alio *Antelmo Marchionis Vasti*, *Ceve*, *Cravezana*, &c., & *Saluciarum* genuisse perhibetur. Ex his *Saluciis* ultimus 1548. *Gabriel* directam marium stirpem clausit. Cæterum in hunc principatum ab antiquo aliquod sibi jus vindicabant *Sabaudi*. In primis quia 1375. *Comiti Viridi* jus illud in *Marchionatum Imperator* concesserit, quod *Marchio Regi Franciæ* se submisisset. Unde *Carolus Dux* 1486. *Marchionem*, quod homagium præstare negaret, pepulit. Aliæ **JutSabaudorum & Prætorio Gallorum** Gallorum prætensiones fuere, quas apud *Thuanum L. 92. p. 532.* legere est: *Saluciarum principatum* semper *Delfinatus* beneficiarum fuisse, jam ab eo tempore, quo *Adelasia Ol-* *derici F. Pedemontana* *provincia* *princeps bellis vexata* se suaque *Gigoni Delfino Vienensis* avunculo suo solemní ritu subjecit circa annum 135 ccc. deinde annis circiter xxc. post inter *Humbertum Delfinum* & *Thomam Saluciarum* principem instrumento novo facta transactionem illam confirmatam, posteaque *Humbertum* II. novas leges *Saluciarum* principibus imposuisse, ut bello ardente se sequi cogeretur, loca munita in *Delfini manus* consignarentur, appellationes *Salucianorum* ad *Delfinatus curiam* devolverentur. Hac



et anno clo cccxliii. & juxta pacta Fridericu[m] Saluciariu[m] principem Carolo Bellovi, qui præsidis titulo Delfinatu[m] Rege Carolo V. administrabat, fidem præstitisse: idem fecisse de[n]i Thomam Friderici F. LVIII. post hoc est, clo cccc. Ludovicu[m] item Caro-lo VIII. & Ludovicu[m] XII. & postremo Michaelem Antoniu[m] Ludovicu[m] F. Franciscu[m] I. anno clo xv. cui strenuam juxta & fidelem operam navavit in pugna Ticinen[s]i, & post fata-lem illam cladem Odetum Foxium Lautreco, cum ad regni Neapolitanu[m] expeditionem proficeretur, secutus est. Et defuncto Lautreco Gallici exercitus reliquias delato omnium conſensu imperio magna cum virtutis laude rexit, & postea Neapoli ex vulne-ribus accepit & decessit. Verum ejus fratres longe dispare fato ac fide fuisse. Nam Ioannem Ludovicu[m], quod defctionem meditaretur, accusatum, ac regni Curia decreto damnatum adjudicato etiam regi Saluciariu[m] principatu, tamen vita gratiam obtinuisse Francisi be-neſcio, qui eam gratiam longe majore cumulavit, principatu sibi adjudicato in Franci-ſcum Ludovicu[m] fratrem translato; qui tanti beneficu[m] immemor teterrima ingratisu[m] illud rependit, ab artolis deceptus & ab Antonio Leva male persuasus, facta spe de Mon-tisferrati, in quo ius sibi esse contendebat, principatu in ipsum a Cesare transcrendo, & anno clo xxxvii. ad ipsum defecit. Neque tamen heic Regis benignitatem stetisse. Nam Ioannem Ludovicu[m], qui Lutetia captiuus attinebat, carcere eductum, & impossibili-veniavit & ditio[n]is, a qua ob violatam fidem tanquam indignus exciderat, missum, qui rur-su[m] fratri Francisci ſpeciosis verbis illectus, cum s[ic] ad Valveneriam turpi prævaricatione capi passus effet, Regem, ne quid solita[re] benignitas omittaret, Gabrielem utriusque fra-trem, ante se Atira Episcopum in Novempoplonia creatum, eodem principatu donasse; sed illum ducta Magdalena Claudiu[m] Annebaldi E. T. filia in uxorem nullis ex ea sublati liberis decessisse. Ab eo tempore Reges principatus tot juribus cumulatis queſiti nusquam controverſam poſſessionem retinuisse, pacificatione inter Henricu[m] II. & Philippu[m] II. qua Philibertu[m] Emanuel Sabaudia Caroli, qui nunc eſt, parens comprehendendi voluit, facta, & alius initio poſtea cum ipso Philiberto fæderibus confirmatam.

§. xxxvi. Marchionatum hunc in Italia ingressu circa Padi fontes situm Caro-lus Emanuel Dux occasione bellorum civilium in Francia armis occupavit 1588. ut ta-do ad Sa-men initio nullam iuris, quod in eo sibi tribueret, rationem allegaret, sed quod pro-vinciatum ſecuritati propiciendum fuerit. Aſt demum Henricus IV. Breſſia & alii receptis cum plane Duci permisit, id omni ope agentibus Hispanis, ne quid in Italia Rex possideret, ne portam hanc quoties vellet ingrediendi haberet apertam.

§. xxxvii. Ita majus hoc etiam ſcutum explanavimus. In Sibmacheri Wapenb, Ex Sibmachi-p. 1. p. 6. ſcutum quoque Sabaudicu[m] intueri licet, sed non niſiquad certum, quod chero ſeu-prima & quarta quadra *Saxonica* d[omi]n[u]m tria, ſecunda & tercia *carulea plinthidibus aureis* ſtrata *leōnem argenteum* deferti: imposta toti parvula Sabaudica. Leo ille Recen-ter plinthidibus quid notet ignoro, niſi *Chablasius* sit; quo tamen caſu circa tinturam tum. erratum fuerit.

§. xxxviii. Quod diſcernicula attinet: Cl. Fr. Menſtr. verit. art du blaſ. inter Diſcen-mi pag. 432. & 433. exhibet ſcutula ex monumento Com. Beatriſis octo fratrib[us] filiorum culavetera Thome primi, ex quibus Amedeus, Aymo, Petrus & Philippus cruce insigniuntur, Huber-tus & Wilhelmu[m] Elec[tu]s Valentie aquilam gestant, Thomas Leonem, Bonifaciu[m] At-Beatriſis chiepifcopus pedum Episcopale: ex quo colligas, eo tempore fratrū omnino di-verfa fuisse d[omi]n[u]m. Quod verò propria diſcernicula attinet, non niſi pauca expri-memus. Philippus Sabaudia Dn. Breſſia, communis pater omnium, qui ex utroque ſexu ſuperant, apud Chifflet. Inf. Eg. A. V. n. 68. cruci Sabaudica circumdedit limbū aureis Recen-tioru[m] & caruleis ſegmentis compoſitum. Præcipu[us] due liner, quæ noſtra memoria dura-runt, fuere Nemorofia & Cariniana. Ex his illa u[er]a eſt limbo ſtrato caruleo. Ex Carinia-nis princeps Thomas circumdedit limbū caruleum (juxta Varen. aureum) ex filiis Carinia-Emmanuel Philibertus Amedeus Cariniani princeps limbo uitrit denticulato, ex minio norum, & argento, Eugenius Mauritiu[m] Sveſſionum Comes ob matrem Mariam Borbonio-Sveſſioniam ſcutulum medium bipertitur, in priori parte relicta Sabaudica cruce: alteri verò caruleæ inscribit lilia Francica, tubeo bacillo breviori in angulos converſo, & lim-bo eiusdem coloris adjecto.

§. xxxix. Titulus ſupereſt, qui hunc in modum formati ſolet: Dux Sabaudia, Tituli. Chablasius, Auguſte, Gebenneſſi (Genevois) & Montisferrati, princeps Pedemontii, Marchio Saluciariu[m], Comes Geneve, Romontii, Nicæa, Aſta, Tende, Baro Valdia & Vallium (Vaux)



& Fucignii, Dominus Vercelle, Marchionatus Ceva, Onelia & Marre, Atarchio Italiae, Princeps & vicarius perpetuus Sancti Imperii, Rex Cypris. Uti eum exhibet Sammarthanus. Sam. Guichenonius: Dux Sabaudia, Chablas, Angule, Gebenenu & Atonisferrati, Princeps Pedemontii, Achaja, Morea & Onglia, Marchio Salinariarum, Susa & Italiae, Comes Asta, Geneve, Nicce, Tenda & Romontu, Baro Valdia, Dominus Vercelle, Friburgi, Marri, Prella, Novelli, Marchionatus Ceva & Comit. Coconas, Princeps & vicarius perpetuus Imperii, Rex Cypris.

**Asta.** §. xl. Titulorum ratio ex superioribus facile colligitur: Quæ in illis non taeta, paucis hic expediam. **Astam** 1313. Imperator Amedeo magno donasse perhibetur, quædonatio 1531. repetita à Carolo V. qui etiam Marchionatum Ceva dono dedit. Eodem quoque Vercellas se submisso existimo, vel filio potius Aymoni, in cuius titulo primum lego. **Marchionatus Italiae** jam inter elogia est Oddonis ab uxore Adelacide, qui cum Vicariatu Imperii illi locis coincidere quibusdam videtur: porro Vicariatus ille à pluribus concessus. Ita Humbertus II. invocatus ab Heraclio Archiepiscopo Tarentensi contra Aimericun Dn. Briansonii & alios, qui populum misere opprimebant, hos castigavit, & memorat Guichenonius, id eum fecisse tanquam **Marchionem Italiae**, hoc est, Vicarium Imperii. **Romontium** in Helvetiorum potestatem venit, Jacobo 1475. ereptum. **Friburgum** Uchtlandie ex numero Cantorum nunc est.

**Romontum.**  
**Fribur-**  
**gum.**

## C A P U T LXXXIV.

### Com. Salmenenses.

#### A R G U M E N T U M.

- |  |  |
|--|--|
| 1. <i>Familia origo. Salmo ex Regibus Tungrorum. Albana &amp; Symetrius. Brovverus de traditione judicium.</i> | 8. <i>Sicutum hujus linea.</i>   |
| 2. <i>Salma reliqui comites. Salma nova in Lotharingia. Vetus ad Mosellanicos. Duorami familiæ.</i>            | 9. <i>Scherding &amp; Vormbach. Errorre à Furstio tributum Principi Salmenis scutum.</i>       |
| 3. <i>Quo fundamento nitatur traditio.</i>   | 10. <i>Com. Rixangensis ex Salmenisibus.</i>   |
| 4. <i>Comites Salma Vogasue. Pars ditionum ad Rheni comites. Alia ad Lotharingos.</i>                          | 11. <i>Comites Salma Ardennatis. Ex iis Limburgi Duces. Com. Salma. Domini Reifferscheidæ.</i> |
| 5. <i>Horum insignia.</i>  | 12. <i>Comitum scutum modernum.</i>  |
| 6. <i>Pices Salmones resurrectionis &amp; resuscitati Smetris tessera ex Gelenio.</i>                          | 13. <i>Salma. Reifferscheid.</i>   |
| 7. <i>Neoburgesium Salmenium linea. Nicolai</i>  | 14. <i>Dyck. Alstier. Bedbur. Hackenbroich.</i>  |
|  | 15. <i>Scutum Reifferscheidum ex Sibmacherio.</i>  |
|  | 16. <i>Galea.</i>  |
|  | 17. <i>Tuulus.</i>   |

#### §. 1.

**Familia origo.**

**M**anuscripta familie documenta, quæ ad Henningesium, Reusnerum, Rosserium, Christophorum de Chernichamp (dans la declaration Chronologique de la Vie de S. Symmetre marty) atque historiam Ecclesie Landernacenfis in territorio Stabulensi provocant, Illustrissimam Salmenfum gentem ad quendam Salmonem referunt, qui frater Colongi IX. Regis Tungrorum, circa ann. 85. ante Christi nativitatem arcem cum amplio districtu in lylva Ardenna accepit, que ab ipso Salm dicta sit. (de situ confer Brovverus antiqu. & annual. Trevir. L. 1. p. 121. qui illo loco curiam Ardueniæ extitisse putat. Sed L. 2. p. 147. fabulis annumerat traditionem eorum, qui Comitum Salmenium hos stirpi inferunt.) Hunc Salmonem primum Salma Comitem & ex Clothilda Atrivisti R. Germaniaæ filia secundi comitis Richardi patrem faciunt. Salmonis ab epos Julianus quintus Comes patet constituitur Albana & Symetrii; illa Lucio Senatori Romano & regulo Treverensi nupta dicitur genuisse Symetrum martyrem, de quo Joan. Chapeauvill. in gestis Pontif. Tungr. Traject. & Leod. Ces. Baron. in Martyrolog. Rom. ad 26. Maij. Hic martyrio affectus est sub M. Antonino, atque ejus reliquiae dicuntur in abbatia Stabulensi servati. Symetrum autem Salmenis comes hujus avunculus perhibetur primus è comitibus Franciæ à Materno conversus, illud nomen suum nepoti, quem Maternus ex mortuis resuscitaverit, indidisse. Ita quod dixi traditio gentis habet: eam vero indubium vocat prædictus Jesuita Christoph. Brovverus antiqu. & annual. Trevir. L. 2. pag. 147. Commentisimile videtur, quod Symetrum Romanum presbyterum

**Albana &**  
**Symetrius**

**Brovverus de tra-**  
**dictione judi-**  
**cium.**

& mar-



& martyrem, qui in veterum fastis sub Antonino Imp. Roma passus legitur, Albani filium faciunt à B. Materno in Arduennarū sūcitatū: & inserviunt queque si Superis placet, alius Comitum Salmenfis stirps, aliubi à Materno iniarietur, filio volunt in baptismo obvenisse nomen à Simetrio VI. Salm. Comite, utque res est, frivolis omissis, exponam. Babolenum conspicuus sanctimonia & morum principatu cœnobitam sub annum Chr. DCLIII. magistro & institutore S. Remacleo in Arduenna floruisse constat: qui primum Malmundarū, inde Stabulai magistri successor, pro gratia & autoritate, qua apud Honorium Pontificem valuit, S. Simetrii corpus Roma exportans Stabulaum transfusit; & inde Landeraco non obscurō ejus monasterii vico condidit, ut aëtate translationis antiqua docent. Crecentē igitur hic & martyris & religionis fama, proclive credutu, honoris causa vicinorum Salmæ comitum quenpiam a martyre potius nomen adseruisse, quam a comitibus obvenisse martyri. Certe ut majorum constanti fide literisque restatum habemus, ita nomen luce redonati adolescentis nulle majorum exprimunt litera. Sed hac de re viderint alii. Alter certe Gelenius vir etiam doctissimus, quem n. 6. audiems.

§. II. Post Symetriū I. quinque alii ejus nominis, & totidem *Martiales* à patre <sup>Salmæ te-</sup> ad filium perpetua successione *Comites Salmenfes* enumerantur. *Martialis VI.* & *Harde-* liqui co-  
vice & Caroli pulchri principis Tungrorum, qui Valentiniānī Imp. affinis fuerit, filius <sup>miles.</sup>  
*Carolus I.* Comes Salmenfis, à Matcomiro filio Pharamundi R. Francie perhibetur con-  
stitutus *Gubernator Austrasie* & exercitus Dux: ejus filius *Carolus II.* itidem *Gubernator*  
*Austrasie* dicitur Clodii Criniti filii in primis Raichario adversus Meroveum at-  
tisse, & arcem *Salm* in *Ardenna*, bello fere vallatam, restaurasse, ac prælio sio. cecidisse.  
Hujus etiam posteri enumerantur inter duces bellicos regum Francorum, duo *Caroli*  
& tres *Rimbaldi*. Tertius *Carolus Henrici* pater fuit, qui *Magnus* dictus Pipino &  
Catolo Martello militavit, pater *Henrici II.* qui novam *Salmenfem* arem in *Lotharingia* <sup>Salma no-</sup>  
superiori condidit. Hic genuit *Henricum III.* Comitem *Salma nova* & *Felicitatem Comi-*  
*Salma Ardennensis*. Ille qui 810. vel 812. prælio Catoli M. aduersus Lechum Bohemum  
cedidit, *Hedwigem* heredem reliquit, cognato Henrico nuptam, ut duæ iterum *Salmæ*  
unirentur. *Felicitas* enim *Friderico Moſellana* principi uxor datur, quem aliqui agna-  
tum *Caroli M.* faciunt. His natus *Sadigerus* princeps *Moſellana* & *Ardenne* atque Co-  
mes *Salma veteris*, miles Ludovici atque Lotharii Imperatorum. Hic pater *Ragincri* <sup>Vetus ad</sup>  
*Ducis Lotharingie* constituitur & *Henricus Comitis Salmenfis*, qui ducta cognata *Hedwigae*  
utramque *Salma* denuo possederit. Huic filios dant *Stephanum* Episcopum Leodiensem,  
qui *Marchionatum Franchimont* emit, & *Henricum V.* utriusque *Salma* comitem,  
patrem *Raimboldi IV.* avum *Sigeri*, proavum *Theodorici*: qui omnes utriusque *Salma*  
fuere Comites, quorum memoria in historiis extat. Theodoricus hic duos filios ha-  
buisse legitur *Hearcum* & *Carolum*, quorum ille *Salma Vogasi* in *Lotharingie* con-  
finibus, hicalteram in *Ardenna* sylva obtinuit: duorum tamorum autores, qui diversis  
usi sunt in signibus: uti mox videbimus.

§. III. Ea deductio gentis Salmenfis est, ad separationem usque linearum, quam <sup>Quo su-</sup>  
partim ex aliis partim traditione concinnatam existimo: neque vero de ve-  
ritate omnium me fidei sūfōrem ego præstiterim, potius non dubito, si addantur con-  
juges, quæ singulis assignari solent, multa dubia oritura esse illis, qui historię superio-  
rum seculorum gnati sunt, & mirabuntur, regnorum vel dignitatum fierientio-  
nem, antequam ea exorta ē certis historiis constat. Verum quantum in omnibus ve-  
ri sublit, atbitrarimeum non est. Hoc solum addo, *Blondillum* videri cam deducere  
*ex Ardenne*, ex qua etiam *Brabantum*, & per hos *Hassi*, atque *Lucenburghi* sūs Du-  
ces oriuntur. Nam *Giselbertum Salmenfem* vocat, qui *Friderici Lucenburghi* fi-  
lius, *Conradi*, *Henrici*, & *Hermannii Salmenfis*, in Romani regem 1081. electi, pater  
fuerit.

§. IV. Quod attinet *Henrici ramum*, qui *Salma* in *Vogasi*, cum *Blancomonte*, <sup>Comites</sup> *Salma Vo-*  
à matre Bertha tenuit, successione continua à patre ad filium propagatus est ad *Ioan-* <sup>gasinae.</sup>  
*nem V.* qui 1431. extinctus pater fuit *Ioannis & Simonis*. Hic *Ioannam* filiam habuit, quæ  
elocata *Ioanni Com. Sylvarum & Rheni* comitatus Salmenfis patrem attulit, unde in *Pars di-*  
*Rhingraviorum* scuto nunc quoque Salmenfes conspicuntur: confer c. 76. n. 7.) Inde ratione ad  
etiam *Principis Salmenfis* nomen. *Ioannes* vero *Ioannus septimi* pater fuit. Hic *Ioan-* *Rheni C.*  
*rem IX.* genuit & *Nicolaum*, duarum denuo linearum autores. *Ioannes* in *Lotharingia* <sup>Alia ad Lo</sup>  
substitut, & avitas ditioyes tenuit, *Ioannis*, qui 1600. <sup>āγαρθ</sup> deceperit, atque *Pauli* pater, *Tharingos*,  
quo



quo Christina nata est Francisci Lotharingi Comitis Valdimontii, uxor, cui Salmenia bona omnia in Lotharingia in dotem attulit. Nicolao Salmenes in Austria ortum debent.

Horum signa.

§. v. Comitum horum Salmenium in Lotharingia scutum fuit coccineum crucibus aureis, cruciculis iterum brachiatis & speculatis, pectorum, in quo gemini Salmenes aversi argentei conspiciuntur. In salmonibus allusionem ad nomen esse liquet. Ob cruciculas istas ad familiam Bullioneam Salmenes reducere vult cum Reusn. Theod. Heping. de jur. insign. c. 13. §. 2. n. 42. Alii saltē testes expeditionis sacræ has cruciculas allegant. Apex vero fuit rubro petaso demissio, cuius argentea ora reducitur, impositi duo salmones argentei dorſis obversis, caudis sursum erectis. Laciniae autem argento & minio tinguntur.

Piscis S. Salmones resurrec- tione & resuscitati Simetii testera ex Gelenio.

§. vi. Symbolum hoc piscium ad resuscitationem Albani juvenis refert Aegid. Gelen. de Colon. Agripp. magn. L. 1. f. 34 pag. 197. cuiusverba non indigna teor, quæ hic apponantur: Conſanter tradatur S. Maternus in has partes adveniens, Senatorie vidua Albanum filium miraculoſe vita restituiffe, in quam igitur gentem Consularis stirps Albana abierit inquirenti, occurrit omnium ferè consenseredit, Salmenium profapia fuiffe illud Albani juvenem à morte prodigioso beneficio revocatum: itaque secundum Facialium curiosam trutinam arma Salmenium examinans statuo ipſos resuscitationis argumentum gentilium tessera intulisse & reliquissimæ ceteris posteris. Gerunt enim in minato clypeo aures cruciculis feminato, fulgentes argenteo jubare duos pisces. Si quis autem Romæ subterranea aliaque primorum Christianorum monumenta pervolvat, nihil frequentius reperiet, quam resurrectionem pisces emblemate significari, sicut Ionam pisces evomens Christi resurrectionem denotat, vita incolumi frumentos (gesund / wie ein Fisch) sicut instar pisces dicuntur, & quantum à pisibus somnis, tantum à resuscitatis ad vitam meliorem mortis abest indormitio: dum pisces morem habet in adversis eundi undas, sicut resuscitatio est contra naturæ cursum. Hinc Christianis adeò familiare fuit pisum insigne, ut à gentilibus contentim pisciculi dicerentur, & inveniuntur veteres gemma, ostendentes crucem cum pisiculis insculptam. Itaque duos pisces Albanus juvenis à Materno resuscitatus parvula sua inscripsit, ut altero recuperatam vitam presentem, altero acquirendam, eternam beneficio Christianæ fides innueret, ac proinde cruciculis campum inspersit; ab hoc postea clypeo Salmiorum nomen promanavit, & à posteris Salmia arx, ubi Ardennatum curia se terat, edificata est, atque hoc modo Albani gentis nomine in Salmiorum stemma evanescere & transfigurante, faciliter conciliantur iræ traditiones veterum, quod ex Albana gente Comes Salmenis fuerit à Divo Materno resuscitatus. Quæ vero de Salmine Franco Trojano stirpis conditore dicuntur, aliud non puto nobis suggerere, quam nobiliores Francos in has olim partes effusos, connubia cum Salmenibus invisiſſe. Hac verò antiquitas causa profero, non tamen danno opinionem, quæ genus à Francis deducendum vult. Hic ut cum Browero §. i. adducto transfigat, iple viderit.

Neobur- genſum Salmen- ſum linea. Nicolai C. elegia.

§. vii. Neoburgicæ linea autor fuit Nicolai, qui fortunæ sedem in Austria fixit: Virtutes ejus in Epitaphio, quod Viennæ in æde Dorothæe legitur, recensentur: Dis manibus Sacrum. Incomparabilis Heros Nicolai Com. à Salm, Trium Imperatorum ac D. Ferdinandi Rom. Vngar. Bohemia R. ab arcariis consiliis, supremis provinciarum Austriae capitancus, cum quatuor Cesaram auspicias Recip. annis 45. fortis atque strenuum operam domi militisque navis affect, anno 1529. Solymanno Turc. Tyranno Viennam atrociter oppugnante, dum dirutis munitibus, invictum generosi animi robur se murum hostium minis opponit (saxo percussus) letale vulnus accepte, ex quo paulo post obiit. D. Ferdinandus patria pater virtutis rerumque gestarum gloriæ monumentum curavit. 4. Maj. 1530. Virtutem posteri imitantur. P. Fürstl. Chron. Ungar. p. 5.

Scutum hujus li- neæ.

§. viii. Linea hac scuto quadripartito usi est, ut in prima & quarta area Salmen sis gentilis tessera viseretur; in secunda vero & tertia argentea repræsentaretur gryphus coccineus lingua & falculis aureis, leporum nativi coloris villis, angubibus anticis abreptum tenens. Vide Chifflet. Eq. A. V. n. 175. & Wapenb. I. pag. 15. Galeæ scuto insistunt duæ, prior Salmenis §. 5. descripta, ex altera vero coronata gryphus scutarius prouimbit. Lacinie hujus coeco & auro pinguis.

Scherding & Vorm- bach.

§. ix. Area quæ gryphum cum lepore continet, notat Dominium Scherding & Vormbach s. Varnbach, confer Wapenb. P. 2 pag. 8. Genealogiam Comitum deducunt (confer Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 1. pag. 520. 251.) ab Henrico Com. de Varnbach, qui




qui 935. ludis equestribus Magdeburgicis interfuit. Ultimus vero Eckprechtus III. 1158. in velitatione aliqua perit. Inde cum contentio orta esset inter Odoacrum C. Styriae & M. Carinthiae atque Bertholdum M. Istriae; ille Varnbach, Lampach, Schardingen & comitatum Buttensem obtinuit, filius autem item Ottocarus sine liberis moriens Austriæ duci omnia sua legavit. Ex quo intelligitur, etrore factum quod Furst. Fuerio à P. 3. Wapenb. p. 6. hoc scutum tribuit Principi Salmenſi, qui cum ex Rhingravis sit hereditatum nihil cum ultius Dominii telleris commune haberet, sed gentili comitum Sylvestriū & Prisciū Rhenorum clypeo utitur.

§. x. Ex hac linea comitum superioris Salmae f. Lotharingice oriundi etiam fuc-  
re comites de Richecourt f. de Rixingen, & quidem nominatim referuntur ad fratrem aliquem Nicolai I. comitis, filium Joannis I., qui 1324. vita excelsit. Quorum deinceps successio ad Leiningensem comites, ab his ad Falckensteinios, mox Bipontinos, demum Leiningio. Westerburgios matrimoniis delata est. Comitatum superioribus annis emit Illusterrimus Alefeldius comes, & suo scuto symbolum inseruit, quod c. i. viditus.

§. xi. Ista de Salma Vogasi: Quod vero Salma in Ardenna sylva attinet, eam C. Carolus alter Theodorici filius (vide §. 2.) obtinuit, & ad posteros transmisit. Hic Carolus fuit, qui Ottone ultimo ex Carolinis Lotharingice Duce mortuo ab Imperatore Henrico II. Inferiorum Lotharingiam natus est, dein etiam superiorum occupavit. Verum a Gorilone f. Gozelone iterum possessione dejectus, & Limburgensi ditione contentus manere coactus est. Filius Walramus Limburgo axioma ducale obtinuit. Quem ducatum cum Salme comitatu ejusdem filius Henricus, hocque natus Walramus II. cognomine Paganus (cui aliqui fratrem dant Henricum Portugalicorum regum fatores) tenuebat. Hic Henricum genuit & Fridericum. Ille Dux Limburgi fuit, hic Salma in Ardennis At- ditione. Com. Sal- datus Lim- burgi Du- versa parte stantem 1408. amississet, & Maria filia, Ottoni Raugravio nupta, itidem ante ipsum sine liberis decessisset, Ioannem Dominum Reiferscheidii agnatum, qui ipsorum scutum Reif. se fidei. Comes Salme. ex Episcopi partibus militabat, testamento militari heredem scripsit, & 1412. f. 1413. fatis conciluit. Dubiam quidem successionem Joanni facere conati sunt Otto defuncti gener & Engelbertus hujus filius, sed sententia curia Lucenburgie 1455. condemnati, & comitatum Salmensem cum fructibus & expensis Reiferscheidii restituente nulli sunt. Hic ex Henrico Duce Limburgi orti erant: cum enim ille tres habuisset filios Henricus III. Limburgi Dux & satorius stirps Limburgica & Lucenburgica, Philippus Wildenburgi dynasta & Gerlachus f. Gerhardus Dominus de Reiferscheid fuit. Hujus filius Joannes I. nepos Joannes II. pronepos Henricus I. abnepos Joannes III. atnepos Henricus II. fuit, Richardus maritus, quae Conradi Du. von der Dyck filia & heres fuit. His natus est Joannes, quem agnati Henrici in comitatu Salmenensi heredem fuisse diximus. Hic 1414. praeterea ad Azincourt cecidit, & reliquos Salmae ac Reiferscheidii comites ad nostram usque atatem prolevit.

§. xii. Hujus linea insignia representantur Wapenb. P. 1. p. 17. sed nostro tem-  
pore novis areolis aucta & gestantur, istum in modum. Scutum quadripartitum est, & scutum Comitum prima eius area, denuo bipartita. Latus dextrum argenteum salmons duos rubeos complectitur: simistrum ejusdem metalli scutulum rubeum insinuante desuper faste, ca Segmen- moder- torum quing, caruleo: Quadra secunda rubea conseritur platinis rubis argenteis inscripto leone iidem argenteo. Tertius laterculus aureus, quatuor fasti rubeis exaratur, impo- sito leone argenteo, sanguinem linguam protendente; quarta aurca lumen argenteum desert, lingua rubea. Toti imponitur parvula media argentea tribus rhombis minia- tis insignis.

§. xiii. Salmones haud dubie notant Salmensem comitatum in Ardenna: & qui Salma, dem figura & areæ tinctura permutata: nam qui notandæ Saltmæ Vegalinæ erant at- gentei in minio, hic rubri sunt in argento. Qui discerniculi inter diversas lineas modus P. 1. c. 8. notatus est. Parvula rubea laterculo argenteo inserta Reifferscheidum hoc Reiff. nomen à Ripuariorum limite derivat Aeg. gelen. de Colon. Agripp. Magn. L. 2. f. 2. p. 132.) natus. Dominum vel Comitatum notat Wap. P. 2. p. 29. vetus patrimonium hujus familie, quod in illa linea mansile diximus, quæ deinceps etiam Salmensem comitatum crevit. An forte exinde, quod Molbergus f. Molbergus Domini simili usi sint tellera,



colligere liceat, aliquam antiquis seculis sanguinis inter utramque gentem communionem fuisse, alii viderint ( conf. insignia *Solbergiorum* equitum *Wap.*, P. i. p. 130.) Quomodo parvulam hanc Solis imaginem idem Gelenius credat, vidimus P. i. c. 5. f. 1. §. 151.

**Dyck.** §. xiv. Reliquas areolas quod concernit, tres rhombi Dominium Dyck notant. (Ista enim *Gelen. de Colon. Agripp. L. 3. f. 1. p. 250.* arma gestasse letibit ex archivis *Ludolfum de Dycke* 1297.) quod Henrico II. conjunx *Richardis* illius heres attulit: reliquias non sat is intelligo, nisi quod *Alster* notari credo leone in fasciato scuto, ex *Wap.* P. 2. p. 108. ( ubi Alftetius ex nobilitate Rhenana hoc δέρμα clypei quinis auricis & rubeis fasciis exarati, incumbente leone argenteo tribuitur ) & *Gelen. de Colon. Agr. L. 2. f. 39.* p. 207. ubi *Alveterani* reguli vocantur, & *Marecalli* *Iboriorum*: additurque de *Mettichernichia* in *Metternich*, ex Alveteranis per secundas nuptias propagatis & parte fundi dotatis, quod illis idem in parvula tenuata leo, qui Alveterenibus comitibus sit. Porro hæc dynastia cum officio *Marecalli* hereditarii ducos. *Coloniensis* (*Gelen. d. I. L. 3. f. 1. p. 227.*) ab ultimi Dn. *Ioannis* ab *Alster* filia ad *Wevelinghofios* translata, nam *Irmgardis* à *Wevelinghofen* *Ioanni Quarti Comiti Salmeni* nupta illam attulit. Ceterum si titulum familiae confusamus, in illis mentio porro fit Dominorum de *Bedbur* & *Hackenbroich*, quæ propterea si reliquias areis designati dixerim, non errare videor. Ipsa vero quod concernit Dominia, *Bedbur* & *Hackenbroich*, *Mechtildis* filia *Ioannis III.* marito *Wilhelmo Limburgio* Dn. *de Broich*, ea attulerat, sed eadem deinceps feudorum *Coloniensem* retracta atque Salmentibus iterum asserta sunt.

**Scutum Reiferscheidum ex Sibmacherio.** §. xv. In *Wapenb.* i. pag. 17. itidem scutum *Salmo-Reiferscheidum* conspicitur quadripartitum; Prima areola Salmenes salmones sed per errorem additis cruciculis & minio cum argento permixtato continet: secunda parvula *Reiferscheidiam*: tertia tres rhombos, quos Dominio Dyck deberet dixi: Quarta exaratur rubeis & argenteis fasciis imposito leone aureo. An haec area eadem sit cum tertia §. 12. explicata, atque ita error aliquis subsit, aut quid designetur, ignorare me fateor.

**Galez.** §. xvi. Galez imponuntur tres: prima *Salmenis*, duos salmones scutatos sustinet: altera *Reiferschedia* aures duas afininas, cocco alteram, alteram argento tintatas refert: ex tertia coronata crux capreoli nativis coloris protenditur. Quem apicem laterculo rhombos deferentem respondere existimo. Quæ circumvoltant omnes laciniæ argenteæ & rubeæ sunt.

**Titular.** §. xvii. Titulum hujus linea illum vidi: *Comites Salma & Reiferscheidis, Dom. in Bedbur, Dyck, Alster & Hackenbroich, &c.*

## C A P U T      LXXXV. Dux de Sanct Simon.

### ARGUMENTUM.

- |  |                            |
|--|----------------------------|
| 1. <i>Familia origo &amp; linea.</i>             | <i>kerke Rasse.</i>        |
| 2. <i>Ducis sentum. Rouvroy S. Simon. Haves-</i> | <i>3. Veromandui.</i>      |
|  | <i>4. Apex. Telamones.</i> |

### §. I.

**Familia onto & linea.** **O** Gerius quidam, qui ex antiquis *Dominis de Rouvroy Heribertam* duxerat, familia autor constituitur, quæ postquam illorum ab nepos *Matthæus II. Margaretam* f. *Iacobii Dom. de S. Simon* in conjugio habuit, *Sanfimonie* cognomen allumfit. Matthæi autem I. nepos fuit *Matthæus II.* qui ex *Maria de Havesquerque de Rasse* genuit *Gautherius & Egidium: Gautherius Dom. de S. Simon*, avus fuit *Ludivici*, quonati *Franciscus* comitum de *Vaux* & *Ioannes Marchionum de Sandricourt* autores. *Egidius* vero *Guilelmum Dominum de Rasse & Antonium Dominorum de crumenil* fatorum suscepit. *Guilelmus* abavus fuit *Claudi de S. Simon*, qui 1635. *Ducis & Paris Francie* axioma à Regem eruit.

**Ducis seu tum. Rouvroy S. Simon.** §. II. *Ducis* hujus scutum quadripartitum est. Inque eo prima & quarta areola symbolum familie de *Rouvroy S. Simon* continet, nimurum, in nigro crucem argenteam quinque conchylia coccineis imprestatam. Secunda & tertia areola *auræ* fasciam continet *rubentem*,



*yubensem*, tesseram familie de *Havesquerque Rasse*, ob *Mariam Matthæo II. Sanfimoni* nuptam.

§. iii. Toti imponitur parvula ex *cærulo & auro* tessellata, cum capite *Fran-*  
*Veromandu-*  
*lico* *Lilii* spato. Hoc δέγμα est *Veromanduorum* comitum, qui ex *Carol M.* proge-  
dui.  
nie descendunt. Cum enim hic filium habuerit *Piprum* Italæ regem 810. ante patris  
sata extinctum, eo *Bernardus* genitus est, hoc vero *Pipinus*, quem alii *Lengenfel-*  
*diorum* Comitum & ex his *Palatino-Bavarorum* satorem constituant, alii *Veroman-*  
*duorum* Cemitem autorem nominant. Eo enim natus est *Heribertus I. comes Ve-*  
*romanduus*, 902. jussu *Arnoldi* Com. Flandrie occisus. Duravit in ejus posteris *Ver-*  
*omanduorum* comitum series ad *Heribertum V.* qui licet filium haberet *Odonem*, succe-  
sionem tamen transmisit ad *Alisan* filiam, *Hugoni Magno* de *Francia* nuptam, quod  
*Odo* ob animi imbecillitatem successionis haberetur incapax. Pater tamen *Odo* f.  
*Eudes* hic fuit alterius *Eudis*. *Odonis* cognomine *Faci*, quo natus *Ioannes* cognomi-  
ne de *S. Simon*, ex quo illa stirps, cuius heres *Margareta*, quod diximus, *Matthæo I.*  
de *Rouvroy* nupit, & cognomen simul atque hujus gestaminis gentilis jus  
attulit.

§. iv. Clypeo insitit *galea* coronata, & super eam *vir sylvestris*, dextrâ *clavum* Apex.  
*elevatam*, sinistra *clypeum* tenens. *Lacinia* sunt argenteæ, tubeæ & nigrae. *Atlantes* *Telamones*  
vero sunt vir & scemina sylvestris, quorum ille vexillum *Veromanduus* insignibus, hæc  
*Havesquerquiis* insignitum geltant.

## CAPUT LXXXVI.

### Princeps & Com. Schauenburgi.

#### ARGUMENTUM.

#### Limburgos.

1. *Familia origo. Comitatus Holſatiae. Lineæ 5. Utria. Clavi, non ocelli floreſ.*
2. *Chilonensis. Rendesburgia. Ducatus 6. Schauenburg & Holſatia teferrata. Utrius primus?*
3. *Lineæ Rendesburgia, Stormaria. Schauenburgia. Ernestus princeps. Ultimi.*
4. *Sternberg Com. 7. Holſatia ad Oldeburgios delata. Controversia cum Ernesto principe.*
5. *Gehmen Domini. Ad Schauenburgios. Ad 8. Schauenburg ad Hassos & Lippenses.*
6. *Galea. 9. Galea.*

#### §. I.

Illusterrima hæc familia refertur ad *Adolfum de Sandersleben* (al. *Salingleven*) qui fa-  
miliae  
vore fratis *Brunonis Episcopi Mindenensis*, 1032. vel 1030. à *Conrado II. Imperatore* Comes origo.  
*Schauenburgi* constitutus est. Hujus nepos *Adolfus II.* post extintos Saxonis ex Bi-  
linguis Duces 1106. (al. 1114.) à *Lothario II. Imperatore* *Holſatiae* Comes est constitutus *Comita-*  
tus *Holſatiae*. Hujus iterum nepos *Adolfus IV.* qui 1164. bello in Obotritos cecidit, *Lubecam* 1143. con-  
tine caput, & combustam *Henrico Leoni* concessit. Contra eum vero *Albertus M.*  
*Brandenburgicus* comitem *Holſatiae* constituit & vasallum fecit *Henricum Comitem de*  
*Radevride*. Filius ejus fuit *Adolfus V.* pro quo vitrius *Henricus Comes Orlamundæ*  
*Holſatiam* rexit, nec non ejus filius *Albertus*. *Adolfum ipsum Henricus Leo* 1172. ex-  
pulit: hoc proscriptio ipse sua recepit 1182. sed cum in Palæstinam profectus esset,  
*Leo* denudo *Holſatiam* occupat. Sed & à *Woldemaro Danic Rege* *Adolfus* captus,  
atque *Holſatiae* renunciare coactus est. Filius vero *Adolfus VI.* à subditis contra *Wol-*  
*dematum* revocatus, eum 1226. vicit, & *Holſatiam* recuperavit. In ejus autem filiis  
*Ioanne & Gerhardo* duo exiere rami. Ab illo *Wagria & Chilonis* Domini, ab hoc *Ren-*  
*desburgu* orti. *Gerhardus* vero *Henricum & Gerhardum* genuit: Ab isto reliqui *Rendes-*  
*burgu*, ex quibus *Gerhardus* *Henrici* ab nepos *Sleſvi* primus *Dux* creatus est, quam  
dignitatem post eum etiam geſſit filius *Adolfus*: Hoc vero 1459. extuncto, *Holſatiam* *Ducat.*  
adivit ex foro *Hedwig* nepos *Christianus* ex *Oldenburgi* Comite *Rex Daniæ*, & ad  
posteros transmisit.

§. ii. *Gerhardus* *Gerhardi* filius & *Henrici Rensburgii* frater *Schauenburgum* *Linea*  
comitatum retinuit, & in *Holſatia* *Pinnebergiam* ditionem. Eo nati sunt *Gerhardus Rendes-*  
& *Adolfus*, illi iterum cessit *Stormaria*, ad filium & nepotem transmisit. Hic pater *Stormaria.*  
fuit *Erici Episcopi Hildesheimi*, *Gerhardi Episcopi Mindenisi* atque *Adolfi Schauen-*  
*burgi*.



iterum *Gerhardi* Episcopi Mindensis atque *Ottonis*. Hujus nepos fuit *Otto*, qui Holsatia successionem extinctus agnatus frustra quæsivit, & præter alios, *Ernestum* Episcopum Hildesiensem, *Henricum* Episcopum Mindensem atque *Ioannem* genuit, *Iodocum* patrem, quo nati *Adolfus* & *Antonius* Archiepiscopi & Electores Colonientes, *Otto* prius Episcopus Hildesheimus, dein maritus, *Ioannes*, *Wilhelmus*, *Iodocus*, *Erasmus*, *Ernestus*, qui à Willielmo Com. Nassoviae Comitatum Diezum antichretoes titulo possedit. (pro 40000. floren. quos frater, *Wilhelmi* autoritate, ipsi solvere adatus erat, ipse autem Nallovio cœncelerat.) Ex illis à duobus lineis. *Otto* enim præter *Hermanum* atque *Antonium* Episcopos Mindenses genuit *Adolfum*, qui amissio filio mortuus est, atque *Erneustum*, cui *Principis* titulum Ierdinandi II. gratia contulit. *Iodocus* *Henricum* atque *Georgum Hermannum* filios habuit; illo natus *Iodocus Hermannus* 1635. hoc *Otto* 1640. masculorum gentem terminavere.

**§. III.** Comitum scutum exhibet *Sibmacheri Wapenb.* P. i. pap. 18. quadripartitum. Prima areola, que eadem etiam quarta est, aurea coniuncta *stellam rubeam*, notando Comitatu*Sternbergio*. Hujus primos Dominos lego ex *Waldecka* & *Schauenbergia* gente duci. Inde inter se *Lippie* & *Schauenburgia* Comites de eo comitatu contendere. Deinde *Ottonis Schauenburgii* filia Anna, cum Bernardo Com. *Lippe* nubaret, ut lites terminarentur, dotalem comitatum marito attulit. Confer supra c. 54. n. 5.

**§. IV.** Areola secunda & tertia *argento* tingitur, inducta *fissis rubens tribus palis auriis* interstincta. Hac testera est *Gehmensis* dynastæ in territorio Monasterensi. *Gehmensis Testenacherus Aini* s. l. *lul. Cliv. P. 2. pag. 348.* deducit à *Godefredo & Gofvino* patre & filio, qui investiti leguntur de *Gehmensi* ditione 1280. Alius *Heinrichus* *Dn. Gehmæ* vixit 1389 pater *Ioannis*, avus *Henrici*, qui duas genuit filias, quarum altera *Wervelingiana* dynastam marito *Eberwino Com. Benthermo*, altera *Corda Domini* *Gehmen* conjugi *Ioanni Schauenburgio* attulit, & quinquagenaria filium *Ad Limburgios* docum peperit. Ceterum quia ex *Schauenburgiis Maria Comiti Limburgio* *Iodoco* nupserat, ista familia extincta, *Gehma* ad *Limburgios* delata, & nunc quoque penes illos est.

**§. V.** *Parmula media coccinea* est, & *urticam cudentem* trium foliorum cum *toidem clavis* exhibet. Aliis terminis enunciare voluit Chifflet Eq. A. V. n. 160. *Tres ocelliflores*, *toidemque urtica folia argentea triangulariter coeuntia*, in corde laterculi *coccini* scutulo *argenteo impresso*. Verum circa ocelliflores, quos etiam *Pallot* exprimit, haud dubie fallitur Chifflet: quos enim ille flores vellit, *clavi* sunt, quos ex historia passionis derivant, & forte aliquis adjectit, qui Palestinam inviserat.

**§. VI.** *Urtica* hac designatur Comitatus *Schauenburgius*. vide *Wapenb.* P. 2. p. 18. quamvis etiam *Holsatia* eodem symbolo patet notetur. Imo *Dinckwerth in Holsat. L. 3. c. 2. p. 182.* non audet plane definire, *Schauenburgici* an *Holsatici* comitatus testera prius hæc fuerit. Allegat vero ista ex *Spangenbergio*, quod *Adolfus I. Com. Schauenburgi* antea gestarit in *argenteo* scuto *Iconem cernuum*, cum vero arcam *Schauenburg* considileat in monte *Nesselberg* s. *Nesselberg* à *Conrado II. Imper.* urticam accepisse. Si uam istam subiungit sententiam: *Meine urthmaßlung ist daß Graf Adolf der Dritte nachdem er ganz Holstein Dietmarsen mitges rednet/ embekommen / hatte von der Figur des Landes Holstein die einen auss der spuse siebenden Nesselblatt ählich/ (also daß die zween Häupter in Wagern und Dietmarsen die andere und dritte spize machen) das Wappen eines Nesselblats/ und bald darauff die drey Nagel/ vielleicht von Kaiser Friedrich dem Ersten/ mit dem er in das gelobte Land gezogen/ oder auch von den Bischoffen kurz vor dem andern Zug in Palestina erlanget.*

**§. VII.** Quod *Holsatiam* concerneat, dixi §. i. Christianum Regem *Danæ Theodorici Oldenburgici* & *Hedvigis Holsata* filium successisse avunculo. Cum agnationis iure *Otto* successionem sibi vindicarer, acceptis 43000. florenis & *Pinnebergia* ditione, 1460. contentus esse debuit, *Holsatia* in potestate alterius familie relata, in qua nunc etiam est. Christiano IV. Regi cum *Ernesto* nova hoc seculo lisotta, cum huic ab Imperatore *Principis & Com. Holsatiae* titulus tributus esset. Ille enim hoc in sui præjudicium fieri ascerbat, hic illud negans titulum illis ditionibus imputabat,

*Ernestus  
princeps.*

*Ultimi.*

*Sternberg  
Com.*

*Gehmen  
Dom.*

*Ad Schau-  
enburgios.*

*Ad Lim-  
burgios.*

*Urtica.*

*Clavi, non  
ocelli flo-  
res.*

*Schauen-  
burgi &  
Hollau-*

*testera.*

*Utrius  
pnus?*

*Holsatia  
ad Olde-  
burgios  
delata.*

*Contro-  
versia cum  
Incho  
principi.*



putabat, quæ sine controversia ad se spectarent. (confer *Lundorp. Acta Publ. P. 3. c. 38. 41. &c.*) Et quidem Regis armis Ernestus edere necesse habuit. Fama extincta Pinnebergias ditiones, quas solas in Holstia possederat, Rex & Holstia Dux crevere, hic vero patrem suum Ranzovii vendidit.

§. viii. Schauenburgum comitatum, quaratione Osnabrugie & Monasteriensis pacis beneficio Haffi adiverint, alibi vidimus. Unde in illorum quoque elypto testa Schauenburg ad Hassos & Lippenses.  
færa hæc visitur. Quoniam vero Lippia Comes Philippus Buckeburgum tenet, supra c. 54. n. 7. vidimus, urycam in illius etiam scuti medio comparere.

§. ix. Galeæ tres imponuntur: Prior coronata dependentibus laciniis aureis & rubeis, tegitur eisdem coloris diademate tortili, & sustinet inter cornua ex coaco & auro media sectione distincta stellam rubeam. Media insitum inter duos bacilos aureos (Wedel) plumis pavonis ornatos octo vexilla holstica seu Schauenburgica. Phalera tunc ex minio & argento. Alicubi galeam vidi diademate tortili regi, alibi corona spinea, cuius forte eadem que clavorum origo est. Extremæ galea coronata est, laciniis argenteis & rubeis, cum jugo alarum complicato, in quibus fascia Gehmensis conspicitur.



Ancken-  
stein do-  
minus.  
Moder-  
num seu  
rum.  
Apex.

S. v. Joannis filius Caspar, qui 1524. vivis excessit, scuto huic quadripartito impo-  
suit medianam rubram inscripta anchora inversa, cuius trabs tribus transversis  
lineolis (mit dren Strichen) insignitur, & per annulum funis aureus trajicitur.  
Hæc accessio ob dynastiam Anckenstein facta.

S. vi. Unde hodierna quoque scuti dispositio eadem servatur (ut etiam con-  
spicitur in Sibmch. Wapenb. I. p. 23.) ex symbolis Stubenbergiis, Wurmbergiis at-  
que Anckensteini. Galea vero imponuntur tres: anterior vetus Stubenbergia coro-  
nata, & sex plumis struthionis erectis ornata, quatum dextræ nigrant, ex leva at-  
gento carent. Mediam cassidem diadema tortili ex coco & argento tectam pre-  
mit anchora Anckensteini cum fune per annum transfinislo, impoita corona exigua  
& argenteis atque coccineis pennis. Extrema galea Wurmbergia, coronata sultinet  
basiliscum nigrum aureis pedibus & expansis alis, quarum extremitates viridibus  
pennis exornantur. Basiliscum tunc Caspar assumit, cum ejus loco Wurmbergiam  
cassidem pater Joannes ornaret complicato jugo alarum aureo, quarum anteriorem  
vermis ornabat niger. Lacina circumvolant has cassides, primam nigrae & argenteæ,  
secundam ex eodem metallo & rubetæ, tertiam aureæ & nigrae.

Tituli.

S. vii. Titulum Wurmbergie lineat illum illum observavi: Domini de Stubenberg, in  
Wurmberg, Ebensfeld, S. Johann, Haßlampscher, Glech & Halbenrain, Pincerna here-  
ditarii Syria. Herzi zu Stubenberg in Wurmberg / Ebensfeld / S. Johanns/  
Haßlampscher / Glech und Halbenrain / Erbschenken in Steyer. Rationem  
hotum omnium explicare non possum, nisi quod Kleck (Glech) & Halbenrain attulit  
Vrsula Dietvigi Domini ab Emerberg f. Eimerberg filia, Leutboldi Stubenbergii uxor.  
confer Laz. L. 6. migr. p. 193. Cr. Spangenb. Adelsp. P. I. L. 8. c. 18. p. 206. 207. ubi de  
illius gentis Eimerbergie & nominis origine quadam lectu jucunda. Kappenbergiorum an  
idem sit titulus, ignoro.

Gentis  
possessio-  
nes ex Lâ-  
zie.

S. viii. Wolfg. Laz. migr. Gent. L. 6. pag. 192. ita dynastias eorum recenseret: Pin-  
cerne à Stubenberg, qui postea cognatis suis Dominis à Capenberg & Petau Marecalis  
extincti, feuda a duabus Austriae imperatarunt Kappenberg, Mureck, Ehrenhausen,  
Wurmberg, Stubeck. Idem Artenburgensisibus comitibus deficientibus in Carinthia, Du-  
cum Austria beneficio impertarunt Frauenburg, Holenburg, Gutenburg, Piograd, Kest-  
nyckh, Hesbach, Kacz & Treffcn. Quorum vasalli leguntur suisse apud Styros, Stadauer,  
Mösskyrcher, Prodlecker, Mayßen & Tueln. Ex quo de familia amplitudine judices

Alii ejus-  
dem in  
Austria.

S. ix. In Austria etiam varia bona nascuntur, ex quibus illa legi. Steyersberg dy-  
nastia prope Neustadt, quam 1419. iam possessam ad seculi hujusinitium retinuere.  
Höflein 1446. feudum Brandenburgicum in Austria: Mittergraben, Sitzendorf, Ober-  
grabern, Groß, Schängelabern, Schallaburg, Siechtenberg.

Elogium  
Jacobi  
Stuben-  
bergii &  
totus gen-  
tis exsam-  
buc.

S. x. Cum Iacobus Stubenbergius annos natus 17. Patavii 1559. 27. Febr. excessit,  
in ejus laudem Iohannes Sambucus orationem habuit, qua ibidem typis impresa est.  
Cum vero in paucorum manibus sit, hoc transferam aliqua gentis honorem illustran-  
tia: Iacobus hic noster amplissimo loco & familiaper veteri oriundus Stubenbergia fuit.  
Patrem habuit Wolfgangum, & ipsum hominem prudentia, nisu, consilis, auctoritate  
præstantem ac varietate negotiorum spectatum: quem ab honestate nulla causa, nullumq-  
periculum deiecisset: ideoque filius justitia, frugalitatis, diligentie, innocentie atque con-  
tinentie exemplis primum reliquit, à luce optimas fide semigravavit. Matrem vero cuius-  
modi? Pari vetustate generis, à Teuffenbach: in qua omnes virtutes eluent, honestissi-  
mam fæminam, que pudicitia & constantia precesteris in hodiernum diem claritatem  
summaribi peperit, ac obtinet. Quum autem nominari Stubenbergios auditis, velim  
sic habeatis, quod intelligatis, antiquitatem ejus, de illustribus auctoribus profectam, to-  
tiusque Stiria diffissimos omniisque laude ornatisimos Barones, ex ea produisse. Quam illam  
non modo Germanie, arduis & insigibus belti ac pacis exemplis perspectam: sed  
vero exteris quoque, & longissime remotis nationibus, jam à sexcentis & amplius annis,  
cognitam floruisse, nemo dubitat. Is enim splendor & amplitudo & opes huic genti per-  
petuus fuere, ut sive domi, sive foris, terra marique rebus gestis, de universi Germania  
paucas ei reperiamus aequales, superiorem profectio neminem. Tantumque hujus majores  
constituenda pacis, & cum usus tulit, belti ducenti arte præstiterunt: ut illis referendis,  
historia texenda necessario veniret, vosque andiendo, ego minus dicendo, sufficerem:  
indeque factum, quod hujus at avi Austriae & Carrriorum domus affinitate, suam  
ornatam,



ornatam & amplificatam reliquerunt. Ex his Petavionis Dominos olim Mareschalcos fuisse, proditum est, ante vero annos tercentos, à Rodolpho Imperatore Styriae Praefectu fratre: Hi ipsi adhuc ejusdem provinciae Barones summi ac Pincernæ, de jure hereditum obseruantur.

## CAPUT LXXXVIII.

## Toletana Domus.

## ARGUMENTUM.

1. Familia ex Paleologis.
2. Scutum Toletanum.

3. Symbolum Navarrenum & Bellomontium.
4. Familia Bellomontia.
5. Apex.
6. Tituli & Rationes.

## §. I.

Toletanam familiam Albanorum Ducas nomine cum primis celebrem, ex Paleolo- Familia ex  
gis Græcis derivant, & Toletanum nomen a prædiis, quæ in agro Toletano ab Al-  
fonso sapiente rege Castiliæ accepint, nomen obtinuisse referunt.

§. II. Tres ejus familiæ Egitæ aurei velloris enumerat Chiffet. n. 150. 190. & 285. Scutum Primus & secundus Fridericus & Ferdinandus Alvarez Alba Duces symbolo gentilium Toleta-  
tantum utebantur, quod est scutum quinis transversis tessellarum ductibus & ternis perpendicularris ex argento & cyano descriptum.

§. III. Antonius Alvarez de Toledo Fernandi nepos clypeum auxit, quadram Symbolum Na-  
primam & quartam Toletanis tessellistribuens, secundam vero & terram nova qua-  
dripartita sectione Navarreno symbolo & Bellomontio repetitus complens. Ecclo-  
& Bellomontium

§. IV. Ratio hujus incrementi est à matre Antonii Brianda de Bellomonte, f. de Familia  
Belmonte f. de Biamonte f. de Beaumont (pro linguarum diversitate) quæ atneptis fuit Bello-  
Caroli f. Caroli de Navarra f. Beaumont, qui patre Ludovico Eburovicensi. Navarreno montia.

C. Bellomontii Rogerii ex concubina Maria de Lissarassu natus, magnus aquilifer Navarræ 1387. fuit, & illam Bellomontiorum gentem in regno Navarrense orsus est, quæ dein Comitatum Lerinensem & Constabili Navarræ dignitatem gessit, cum Carloti filius Ludovicus Caroli III. regis Navarrensi (unde Navarrenum symbolum alcitum videtur) filiam ex Catharina Lissarassu naturalem Joannam duxisset. Sed & Ludovici filius Ludovicus II. naturale in Joannis regis filiam Leonoram 1468. duxit, ut ita affinitas cum Navarrensis regibus non una esset. Eadem familia Bellomontia alterius factio- nis in Navarra caput & Grammontius adversa fuit: In hac vero Brianda defecit, quæ marito ius Comitatus Lerinensis & ut Conestabilis Navarræ fieret attulit.

§. V. Ex galea coronata exsurgit angelus auro coronatus, vestie & alis scuti modo Apex, alveolatis, tenens crux auream longiore petiolo. Lacinia vero dependent argenteæ & caruleæ.

§. VI. Titulum Ducis Antonii illum vidi: Antonius Alvarez de Toledo, Henr. Tituli &  
quez (agnomen hoc assumptum credo à matre Antonia Manrique f. Ferdinandi Hen-  
riquez de Ribera) de Beaumont (ratio ex §. 4. pater) Benavides (hujus rationem non capio) VII. Dux Albae de Tormes (hicit titulus genti diu consuetus, ex quo Ferdinandus primum Albae comes creati meruit) & de Guesca f. Huesca (hoc etiam axioma aliquandiu in stirpe fuit) bis grandis Hispanie, Constabili Regni Navarrensi (vide §. 4.) Marchio de Coria (hic titulus Garsie primo Duci Albae concessus) & de Villanova del Rio (hoc Antonius à matre habuit, herede Henriquez Riberana dominus) Comes de Lerin (vide §. 4.) de Salvatierra, (hunc etiam primo Duci Albae tributum lego) de Piedrahita & de Barco Davila, Vicecomes de Valdejado (horum rationes non allegare possum) Dominus de Valcorcias (vetustissimum istud familie patrimonium, quod rex Henticus Garlie Alvarez M. Magistro S. Jacobi pro illo magistratu una cum Oropela concessit, ab eo frater Ferdinandus natus est, & ad posteros transmisit.) & de Erçazada.



## CAPUT XXCIX.

## Com. Trautsonii.

## ARGUMENTUM

1. Familia origo. Linee. Comitum dignitas.
2. Trautson.
3. Rudolf II. gratioſa concesſio.
4. Falckenstein Com.
5. Sprechenstein Domin.
6. Schrofenstein.
7. Apex.
8. Scutum monete impressum.
9. Tituli.

## §. I.

**Familia origo.** Illusterrimi Trautsonii Comites, qui ex Tiroli in Austria propagati sunt, ad quendam Conradum Trautsonum de Matray circa 1160. originem referunt: Ceterum aliquoties in diversis lineas distincti sunt. In primis gentem exornavit Iohannes eques

**Linea.** & Baro atque trium Imperatorum intimus Consiliarius, supremus aulae prefectus atque Tirolensis Burggravius; tum ejus filius Paulus Sextus, qui, nec non fratris Baltazaris filii, Comitum dignitatem stirpi intulere: ille etiam Aurei velleris eques & Austriae gubernator fuit.

**Trautson.** §. II. Pauli Sixti scutum ita exhibet Ioh. Jacob. Chifflet. inf. Eq. A. V. n. 321. (sicuti & Sibmachi Wapenb. P. 2 pag. 23.) ut quadripartitum totidem areolas exhibeat, illis que medium gentilem parvulam imponat, quæ cerulea est solem equina argentea impressa; quo symbolo Trautsonia ipsa designatur familia.

**Rudolf II.** §. III. Ex quatuor primus laterculus aureus defert aquilam imperiale coronam. A gratiosa gestu opertam, in pectore litera R aurea notata. Hunc non explicat Chiffletius: concessio. credo vero esse concessionem & gratiae imperialis à Rudolfo II. Augusto (quem R notat) & cui comitum dignitatem aliaque axiomata debent accepta mnemolynon. Unde reliquis etiam præponitur.

**Falckenstein Com.** §. IV. Altera area rubra argentea fascia secatur, cum falcone nativi coloris pennis super apicem vertici rupis prasina tricipitis insidente. Notatur hac tessera Falckensteinus comitatus, à quo comitibus titulus. Quem in Austria cum Dominus Kaya, Laha & aliis sub Ferdinando I. & postea, acquisierunt.

**Sprechenstein Dom.** §. V. Tertia quadra argentea (aliquando aurea) defert gallum gallinaceum nigrum in levam conversum (more nostro) crista, rostro & cruribus coccineis, dextro pede culmini rupis nigra tricipitis imposito. Hoc symbolo designatur Dominium Sprechenstein, quod jam in titulis Joannis, quo Iohannes primus Baro natus est, legitur.

**Schrofenstein.** §. VI. Ultima quadra aurea representat capricornum nigrum è flammis miniatissimis prorumpentem à sinistro latere pedis scutarii (halber Steinbock mit rothen Feuerflammen aus dem abgetheilten Leib) designande dynastic Schrofenstein. Ita enim legendum, quod Chifflet. Schrofenstein legit. Hujus Dominius jus Sexto Trautsono equiti & Colonello seculo decimoquinto uxor Dorothea de Schrofenstein attulisse videtur.

**Apex.** §. VII. Scuto huic quinque imponuntur galeæ, duabus ad latera ob spatii angustiam dispositis. Media galea coronata gratiae imperialis index imperiale aquilam sustinet, dependentibus phaleris aureis & nigris. Proxima ad dextram coronata gallum gallinaceum ostentat triplici monticulo insistentem pro Sprechenstein, inter lacinias argenteas & nigras. Quæ ad sinistram medie apponitur falcone ornatur, qui triplici rupi insitit, ut designetur Falckensteinus comitatus, plumario ornato rubeo & argenteo. Dextro latere adjecta eassis pulvilli impositas struthionicas plumas argenteo petiolo exhibet. Trautsonum hanc dicere nec dubitarem, nisi obstat locus gentili apici minus conveniens, cum vero lacinia item pinguntur argento & cyaneo colore, quæ tinctura est medie parvula, conjecturam non plane deserendam censeo. Sinistro latere galea adponitur Schrofensteinia, cum etumpente nigro capricorno & tegumento laciniolo aureo & nigro. Ex histantum quæ hic media est Chiffletius recentet, ex more ordinis.

**Scutum monete impressum.** §. VIII. Pauli Sixti comitis idem scutum impressum 1620. monetæ vidi, corona scuto imposta, & super hanc eminente aquila imperiali additoque aureo velleris torque.

**Tituli.** §. IX. Titulus est: De Trautson, Com. in Falckenstein, Baro in Sprechenstein & Schrofenstein, Marecallus Hereditarius Tirolis.



## CAPUT XC.

### Domus Tremollia.

## ARGUMENTUM.

1. Scutum Ducis Thoarsi.
2. Familia. Linea de loigny, de Dours, de Thoars, de Royan, de Noirmontier.
3. Ludovici, Georgii & Claudi Tremolliorum progonologica tabula.
4. Francia lita unde?
5. Laval. Ad Montmorencios. Montfortios. Ruffios. Colinos. Tremollos.
6. Aragonio - Sicula tessera. Successio regum. Pratenso Tremolliorum. Principum dignitas.
7. Borbonia.
8. Apex. Telamones.
9. Alta dispositio. Sabandia.
10. Ludovicus D. Thoarsi dispositio. Thoars.
11. Aurelaniun. Medolanum. (Vicecom.
12. Ambosia. Coutivy.
13. Craon.
14. Scutum progonologicum: Pennon genealogia.
15. Tituli Thoasiorum. (que.
16. Linea de Royan. Dux de Montmirail s. de Noirmontier.
17. Ludovice de Coutivy majores.
18. Areolarum ex illa tabula ratio.

## §. I.

**P**rincipibus in Francia annumerati illustri suo splendore & ex affinitatibus tracto. **Scutum**  
jure meruit familia Tremollia. Ejus caput est Dux Thoarsi, cuius ista sunt insignia. **D. Thoas**  
in L'ef. de la Fr. L. 1. P. 3. cap. 6. p. 535. Ut clypeo quadripertito alia media partula in-  
cumbat auro tincta, in qua cantherium coccineum stipant tres cornuta aquilula, rostris  
& cruribus rubeis, quod est & ex gentilitium Tremolliorum. Ipse major clypeus in pri-  
mo laterculo refert symbolum Francicum, in secundo Lavallicum, in tertio Aragonium  
& Neapolitanum, in quarto Borbonum.

§. II. Quod ipsam gentem concernit, cantherio & aquilulis insignem, eam deri. **Familia**,  
vari vidi à Petro Dn. Tremollie, cuius circa annum 1046. memoria est. Undecimo gra-  
du ab eo distat Guido V. 1350. extinctus, pater Guidonis V. I. Petri & Gulclmi. **Hic comitum Linea de**  
**loigny** (Joviniaci) pater fuit, quem comitatuum filio ejus Guidoni uxor attulit, sedite. **loigny**,  
rum filia Joanna Cabillonis intulit: *Iste Dominus de Donrs levit: Ille à Maria Sulliacis uxo-* **De Douris**,  
**re, Sully & Craon genti sue asseruit. Eo natus est Georgius Magnus Francie cubicularius,**  
qui ob uxorem Joannam filiam Joannis C. Arverne & Bononia comitatuum horum suc-  
cessionem pretendit. Filius autem ipsius ex alia conjuge Ludovicus Comes Guinesi &  
Bonaoni fuit, atque à Margareta f. Ludovici Dn. Ambosia Vicecomitatum Thoarsi atque  
principatum Talemontii natus est. Hos titulos etiam gelisit filius Ludovicus, miles fortissimus, & elogium meritus, ut diceretur le Chevalier sans reproche: qui demum septua-  
gesimo quinto aetatis anno ad P. spiam pro rege sanguinem profudit. Filius eius Carolus,  
qui 1515. praetul ad Marinianum cecidit, ab uxore Luisa f. Caroli de Coutivy Comitatum  
de Taillebourg familia intulit. Hoc natus est Francis, cui ab uxore Lavelle heredi-  
tas. Pater fuit trium linearum: nimirum ex Ludovico Thoarsi, ex Georgio Royane, & De Thou-  
ex Claudio Nigromonasteriensis (de Noirmontier.) In Thoarsi idem ille Ludovicus ob-  
tinuit à Carolo IX. 1563, ut Vicecomitatus Thoarsi in Ducatum erigeretur, cui dein-  
ceps Paratus dignitatem 1595. Henricus IV. adjecit. In tercia linea inidem **Ducatus digni-**  
**tas collata & 1657. Baronatu Montmirail in Bria sub nomine Nigromonasterii affixa est.**

§. III. Ut reliquorum laterculorum patet ratio, huc transterrae necesse est sche-  
ma proavorum Ludovici Tremollii atque fratribus, quod ita habet

Ludovicus	Franciscus	Carolus Tremoll. pr.	Ludovicus Dn. Tremollii, Vicec. Tho-	Ludovicus
dux Thoasi,	Tremoll. pr.	Talemontii. † 1515.	sii, princ. Talemontii. † 1525.	Georgii &
Georgius	Talemontii.	Gabrielis Borbonia Montpenieria † 1516.	Claudi Tremol-	Tremol-
Dn. Rojani,	Anna heres	Carolus de Coutivy, C. de Taillebourg.	liorum	liorum
Claudius	Lavallea.	Joanna Ducissa Valegia f. Joannis D. En-	progo-	progo-
Dn. Nigri-		golismæ.	nologia	nologia
monasterii.		Guido XVI. C. Joannes de Laval, Com. de Caserta,	ta-	ta-
cum fratrib.		de Laval. † 1531.	1476.	bulas
& sororibus.		Joanna du Perier, Dn. de Quentin.		
		Fridericus Aragonius Rex Neapolis &		
		Sicilie.		
		Anna f. Amedxi Ducis Sabandie.		



**Francia  
ilia unde.** §. iv. Ex his liquere opinor, Francia illa ottim habere à *Ioanna Carolyde* Coitiv uxore, quæ Francisci I. Regis amita, eique in primis chara fuit, ut ei etiam 1515. *Ducatum Valesum* concederet. Unde tanto manus dubitandum, quod etiam regium hoc δέγμα scuto inseri passus sit. Licet *Le Laboureur* de l'orig. des arm. n. 38. sculptoris ignorantia hanc ateolam adscribat, & familiam modestiorem credat, quam ut hunc affectet honorem.

**Laval.** §. v. Area secunda aurea continet *crucem rubicundam* quinque *conchis argenteis* impressam; singulos scuti angulos vero implent *quaterne aquile carules rostro & cruribus mutile*. *Lavalleum* successionem notari, iam monui. Dynastiam hanc in Cenomani sitam Armorice & Britannia vicinam peculiaris familiatenuit. A *Guidone I.* decimo gradu descendit *Guido VI.* vel aliorum numeratione *VIII.* Dominus *Lavall*, qui filiam *Emmam* habuit, quæ initio *Roberto Com. Alençone*, exim *Mattheo II.* cognomine *Magnus*, *Montmorencio*, *Coneffabilis regis*, quiregina contutor datus est, & iuncta autoritate floruit, atque 1230. vivis excedit, demum *Ioann Dn. de Choisy* Equiti nupluit. Ex Montmorencio natus est *Guil*, qui ab uxore Philippa Dominium de *Vitré* genti intulit, atque nomen *Lavallum* pro Montmorencio atlumuit & posteris reliquit: Ex eo natus præter *Burchardum*, Dominorum de *Attely* latorem, *Guido VIII.* post patrem Dominus *Lavall*, pater præter alios *Guidonis & Andree*. Hic rami amplissimi origo est, qui Dominos de *Claifilon*, de *Loue*, de *S. Aubin*, de *Lezay*, de *la Faigne*, de *Bois dauphin*, Marchiones de *N. geil*, de *Sabie*, Comites de *Logny*, de *Breteau*, omnes homines de *Laval*, ex se dedit, quorum aliqui nunc quoque iuperant. Ille autem (*Guido*) Dominus *Lavall* nominis ejus nonas, & Comes *Cijer* tenuit. In hujus liberis *Ioannes* Dominos de *Pacy*, Fulco Dominos de *Chalouze* & de *Raz* genuerunt: Natu maximus *Guido X.* Dominium avitum filius reliquit, qui duo ordine sibi successere *Guido XI.* & *XII.* quorum hic filiam reliquit heredem *Annam*, quæ 1404. *Ioann de Montfort*, Dominus de Kergorlay nupluit, cum conditione nominis & insignium Lavalleorum assumentorum: unde *Guido XIII.* (quod jam nomen fereunicum Lavalleis placuerat) dictus est. His parentibus natus est *Guido XIV.* Lavalli comes 1429. a Carolo VII. Rege creatus. Pater *Guidonis XI.* & *Ioannis Dn. de Rochebernard*: hoc natus est *Nicolaus*, qui cum patruo successisset *Guidonis XVI.* Com. de Laval nomen summis: ex tribus conjugibus plurimum liberorum pater. Successit patri filius *Claudius*, dein *Guido XVII.* sed & m̄is 1547. mortuus, heredem habuit ex fratre majori *Catharina Claudio Dn. de Rieux*, de Harcourt & d' *Aumale* nupta, neptem *Renata*, uxorem *Ludovici de S. Maure*, M. de Neelle. Quæ ob hanc causam *Guidonam XVII.* dicta est: cum verò hæc etiam careret bobole, successio transiit ad sororis *Claudia* ex Francisco Colnicio Andeloto liberos: In his, qui *Paulus prius* fuerat, *Guido XIX.* comes Lavalli dein dictus est, nam *relicto acuto nomine gentile & adoptivum illustrissime familiæ effamus*, ut ait *Thuan. L. 45. p. 723.* sed cum tribus fratibus is 86. ad Mediolanum Santonum interiit (conf. *Thuan. L. 85. p. 206.*) relicto filio *Guidone XX.* qui 1605. bello Ungarico extinctus est, heredibus in *Lavallea* successione *Tremollii*, in *Krusia Elleborio* ex Lotharingis Duce. *Thuan. L. 134. p. 1092.* Nam *Catharina Lavallea*, *Claudio Riusio* nuptæ soror *Anna Francisco Tremollii* nuplerat, unde hereditatis jus derivatum est. Ex eo *Fridericus Tremollii*, Henrici Duci Thoaristi frater *Comes Lavalli* dictus est, & hoc sine liberis mortuo *Henrici filius* secundus *Ludovicus Mauritus*. Hoc tamen observatum dignum, cum Lavallea successio in reliquis familiis Montmorencia, Montfottia, Colinia, nominis mutationem mox post tetraxerit, Tremollios suum cum alio nomen mutare noluisse. Quod vero δέγμα superius descriptum attinet, nemo non videt, ipsum esse Montmorencium, conchi di scerniculo levientibus. Conf. c. 65. n. 36.

**Colinios.  
Tremollios.  
Riusios.** §. vi. Laterculus tertius oblique dextrotus & sinistrorus fecatur: in summo & in aureo palus quater geminus minutus: in argenteis lateribus aquile singula engra, auro corona, cruribus coccinis conspicuntur. Aragonum, qui Siciliæ reges fuere, hoc symbolum erat. Utic, & n. 16. vidimus. Porto primus ex Aragonii Siciliani sibi vindicavit *Petrus III.* Aragoni rex Manfredi Svevi Regis Siciliæ gener. Ejusque posteri regnum tenuere usque ad *Martinum II.* ob uxorem agnatam *Mariam regem Siciliæ* coronatum 1409. Dein à *Joanna* ex Andegavensis regina utriusque Siciliæ adoptatus est 1423. *Alfonsus ex Castellanis* Ferdinandi regis Aragonie filius. Quamvis vero Joanna auctius habita adoptionem revocasset, & *Ludovicus III.* & *Renatus Andinos* adoptasset, Alfonso stamen gravissimis periculis discussis regno demum potitus est. Ejus filius naturalis *Ferdinandus*

**Aragonio-  
Sicula tef-  
fera.  
Successio  
regum.** Neapoli-

aureo palus quater geminus minutus: in argenteis lateribus aquile singula engra, auro corona, cruribus coccinis conspicuntur. Aragonum, qui Siciliæ reges fuere, hoc symbolum erat. Utic, & n. 16. vidimus. Porto primus ex Aragonii Siciliani sibi vindicavit *Petrus III.* Aragoni rex Manfredi Svevi Regis Siciliæ gener. Ejusque posteri regnum tenuere usque ad *Martinum II.* ob uxorem agnatam *Mariam regem Siciliæ* coronatum 1409. Dein à *Joanna* ex Andegavensis regina utriusque Siciliæ adoptatus est 1423. *Alfonsus ex Castellanis* Ferdinandi regis Aragonie filius. Quamvis vero Joanna auctius habita adoptionem revocasset, & *Ludovicus III.* & *Renatus Andinos* adoptasset, Alfonso stamen gravissimis periculis discussis regno demum potitus est. Ejus filius naturalis *Ferdinandus*



Neapolitanum regnum post patrem tenuit, sed graves hostes Gallos expertus: Successor huic *Alfonso II.* filius, quem *Catolus IX.* R. Francie expulit, & post hunc *Ferdinandus* filius, qui vix recuperata Neapolimox mortuus est: herede *Friderico* patruo. Cum vero hunc etiam Galli impotenter, patrulus *Ferdinandus Catholicus Hispaniarum Rex* subdidit ei mittente visus est, sed cum quas auxiliares credebat copias Duce *Consalvo Cordubensi* missas, benigne in Sicilia & Calabria admisisset, Fridericus se deceptum sensit, & facile à duobus potentissimi regibus Francie & Hispaniae oppressus est. Indignitate rei motus Fridericus ad Gallos pridem hostes applicuit animū, & cum in Galias abiulset, filio *Ferdinando Calabrie Ducis*, siltam relinquere cogeretur, ut lequeretur, imperaverat. Sed cum Tarento hic se Consalvo dedidisset, contra fidem juratam sub custodia in Hispaniam missus est, ubi *Fridericus* decepsit. Friderici autem filia & Ferdinandi hujus soror *Carola* fuit, quæ *Gundonis VI.* Lavalleo Comiti nupsit, atque adeo *prætensionem in regnum Neapolitanum vel Sicilia genti isti attulit*, ex qua jus ad Tremollios cum reliqua successione Lavallea traxit. Ob hanc causam juris <sup>Prætensionis</sup> *Tarentorum* conseruerat. Hac causa inter *Principes Tremollii* in Gallia locus concessus est <sup>Principum dignitas</sup>, à regibus, & adhuc servatur.

§. vii. De quarto laterculo quod dicam non habeo, nisi *Borbonium* cum <sup>Borbonia</sup> continere symbolum, quod Francicus liliis inscripto scipione breviori coccineo constat. Haud dubie insertus est ob *Gabrielidem Borboniam Montpensieriam*, quæ opulcula quædam devotionis pia conscripsit.

§. viii. Scuto imponitur casis coronata, sustinens caput aquile ceruleum rostro <sup>Ape</sup> aurato. Phaleræ dependentes tubeo & ceruleo colore tingi dicuntur. *Telamones* vero <sup>Telamones</sup> assidue solebant olim leones, nunc ex regia concessione angelii aurei.

§. ix. Aliam scuti dispositionem vidi in *Gelot. indic. armor. voce ente*. p. 282. ut <sup>Alia dispositio-</sup> videlicet primam aream *Aragonio-Sicula*, secundam *Francica*, tertiam *Borbonia*, quartam *Lavallea* occupent: scutulo medio *Tremollii* symbolis exarato: tumateola triquetra in scuti pede inter tertium & quartum laterculum infixa tubea, & a gente a cruce insignita. Hoc symbolum *Sabaudie* est, quod inserere potuere ob *An-* <sup>Sabaudia</sup> nam *Sabaudam* *Carolæ Aragonie* matrem. Ead. pag. memorat *Henricum Carolus princ. Tarentinum*, discerniculi forte causa, cum parens viveret, scutulum toti impositum perpendiculari lineain duas distinxisse partes, ut *Tremollio cantherio*, in altero latere *Turrio-Bullionum* signum adderet.

§. x. Alibi p. 304. 305. istam dispositionem qua usus sit *Ludovicus D. Thoarsius* te <sup>Ludovicus</sup> censet, ut videlicet tres perpendiculares, & una transversa in octo areolas clypeum di- <sup>D. Thoars.</sup> stinguenter. Inter has primam *Tremollii* symbola, & tertiam *Lavallea* implent. Re-suo, liquarum nondum vidimus figuræ. Secunda ergo ateola aurea spargitur liliis ceruleis, angulo superiori dextro miniatu. *Thoarsium* hoc signum est, quod teste Favino <sup>Thoars.</sup> *Arnoldus Viccomes Thoarsius* filius *Ebalus D. Aquitanie* & *Pictavi* assumisit. Porro hic *Vicecom.* Vicecomitus ex familia originaria ad *Ambostos* dictatus est, matrimonio *Johannis III.* *Dn. Amboſii* & *Joannæ filie Ludovici Vicecomitis Thoarsi*: horum proneptis fuit *Margareta* heres, & uxor *Ludovici Tremollii*, qui 1483 extinctus est.

§. xi. Quartam aream *Aurelianensem* symbolum compleat: nam *Ioanna Dneſſi* <sup>Aurelia-</sup> *Valfisa*, quæ intabula §. 3. legitur, avum habuit *Ludovicum Duxem aurelianensem*, & numerum aviam ejus uxorem *Valentiam ex Vicecomitis Mediolanensis filibus*: unde ratio <sup>Mediola-</sup> quinti laterculi appetet, in quo visitur *Mediolanensis* boa, cum intante ex faucibus <sup>num.</sup> protumpe.

§. xii. Quintus laterculus ternis aureis & coccineis palis exornatur, <sup>Ambosia fa-</sup> milia nota: ex qua diximus *Ludovico* fuisse uxorem *Margaretam*. Proximam aream complementa *terne fascie ex auro & nigro colore*, quod insigne est familiae de *Couivy*, ex <sup>Couivy.</sup> qua Luisam *Carolus* uxorem habuit.

§. xiii. Extrema ateola rhombis aureis & coccineis compleetur, familiæ *Crato-Craon.* ne gentilitio signo. Hanc familiam quod concernit, *Bertha filia Guerini de Craon* Roberto Burgundo nupsit, & istam attulit hereditatem: Successore longa ferme posteri ad *Amalricum III.* patrem *Mauritius VI. Petri & Wilhelmi*: Ex quibus hic Dominorum



de Chasteaudun, de Dompmart & aliorum, iste Dominorum de la Suse progenitores fuere, illo autem nata est pater *Analricum*, qui 1373, mortuus est, *Isabella* heres, uxor *Ludovici Du. de Sully*, quibus parentibus genita *Maria*, quæ vidua *Caroline* Berry Comitis Montpensierii, nuplit *Guidoni Tremollios*, qui 1398, mortuus est. Inde cum hereditate jus etiam *Craonia* in *Hugonis* gestandi. Porro *Craonum* hoc symbolum jam diu in usu fuit: Nam vetus *Tremolliorum* featum quadripartitum primo & quarto laterculo *gentile*, secundo *Thoarsium*, tertio loco *Craonium* hoc dæigma referebat.

**Scutum progonologicum Pennae genealogique.** §. xiv. Alibi præstatu *Giltot*, pag. 536. 537. exhibit scutum, non quale gestari solet, sed concinnari posset pro *Tremolliis*, & nominatim *Henrico Carolo* Duce, exprimendis omnibus ejus aviis, quod scutorum genus *pennon generatique* (progonologicum scutum dicimus) nuncupare solet. In eo 32. laterculis, totidem tritavos & tritavias ejus principis videre licet. In prima serie ex parte avi paternilla sunt symbola *Tremollium*, *Cotticium*, *Lacelleum*, *Aragonum*, *Montmorencum*, *Potum* (Potgestat fasciam cœruleam in laterculo aureo) *Sabaudicum*, *Lascarium*. (Lascaris utitur aquila bicipiti aurea in solo rubeo, quod dominus ex Imperatoribus Orientis descendat.) In secunda serie conspicuntur ex parte avie paternæ *Nassovium*, *Hassiacum*, *Stolbergiem*, *Eppsteinio-Kanizstium*, *Borbonium*, *Montpensirium*, *Lonvianum*, *Engolismense*. In tercchia serie ob avum maternum, *Turrium*, *Pontium*, *Turrium*, *Polignacum*, *Montmorencum*, *Potum*, *Sabaudicum*, *Lascarium*. In quarta serie ob aviam maternam ex *Nassovis*, protinus eadem que serie secundam constituebant. Sorores enim fuere avie paterna & materna. Ut vero hæc rectius intellegas, consulas ipsam tabulam progonologiam *Tremolliorum* in nostro *Theatr. Nob. Europ. P. I. p. 93.* Si quis etiam altius repetere cupiat, reperiit 64. maiores ex omni latere æqualiter ascendo亨利卡罗利 *Tremolli* apud eundem autorem p. 534. ubitamen *Heunicum Carolum Turrium* vocat proprio aut hypothetæ lapili. Sed neccesse non est, omnia illa huic transterre: Repetienim nullo negotio ex eadem mea *diagramma* progonologica possum: qua cuni Gehoto plane convenit, nisi quod pro *Isabella Fozia*, quam *Guidoni de Pons* uxorem assignavi, ille vult fuisse *Ioannam f. Menonotus de Chastaneuf* *Dn. de Ciré*. De quo non contendam.

**Tituli Thoarsiorum.** §. xv. Hæc de *Thoarsia* linea. Titulum Ducis illum legi: *Dux de Thouars, Par Francie, Princeps de Talmont, Comes de Lavaï, de Montfort, de Guines, de Benon, de Ionvelles & de Taillebourg, M. d'Espinay, Viccomes de Rennes & de Bayz, Baro de Vitré, de Mauléon, de Berrie & de Didonie, Dn. de la Tremolle, de Loudun, &c.* Rationes ex superioribus de plerisque colligi possunt.

**Linea de Royan.** §. xvi. De linea *Roj.anci* nihil peculiare observavi, nec vidi quo illa discernicu-  
lo vel qua dispositione à primogenita separetur, quod vero tertiam Nigrimonasterii  
f. *Montmirailii* concernit: illam Ducis de *Montmirail* f. *Noirmouster* partam exhibet  
*Sammarth. l. s. Fr. I. 3. cap. 5. p. 33+* ut ea appareat tribus perpendicularibus & una  
transversa in octo areolas distincta, quæ symbola contineant *Francicum*, *Hierosolymitanum*, *Aurelianense*, *Imperiale*: in secundo ordine *Lucenburgum*, *Altdorianense*, *La-valleum*, *Craonum*: *Tremolli* gentili, quæ media coeunt areole, incumbente.

**Ludovicus de Coitybito** §. xvii. Rationes symbolorum non nisi progonologico aliquo schemate exhibentur: intelligenter: quod exhibeo.

*Ludovicus VIII. Rex Francie.*

<i>Ludovicus IX. R. Francie.</i>	<i>Carolus Andinus R. Sicil. &amp; Hierosolymorum.</i>	<i>Henicus VII. Lucenbur- gius Imp. Romanorum.</i>
<i>Philippus III. Rex Francie.</i>	<i>Carolus II. R. Sicil. &amp; Hierosolym.</i>	<i>Joannes Lukenburgius Rex Bohemiae.</i>
<i>Carolus Comes Vale- siae.</i>	<i>Uxor</i>	<i>Bona Lucenburgica.</i>
<i>Philippus VI. Rex Francie.</i>	<i>Margareta Andina.</i>	<i>Carolus</i>
<i>Joannes Rex Francie :</i>	<i>cujus uxor</i>	

A



Carolus V. Rex Francie.		Isabella. Uxor
Carolus VI. Rex Francie.	Ludovicus Dux Aureliani.	Joh. Galeacii Duci Mediolan.
Carolus VII. R. Francie.		Valentina Mediolanensis.
Maria. Ux. Oliverii de Coitivy.		Joannes Aurelian Com. Engolismæ.
Carolus de Coitivy Com. de Taillebourg.	Uxor	Joanna Aurelianensis, Ducissa de Valois.

Luita de Coitivy. Uxor Caroli Dn. Tremollii.

§. xviii. Ex hoc schemate non difficile puto areolas illas explicare : *Francia* Areola- *lilia* pluribus debentur Francie Regibus : *Hirofij mutata* crux Margaretae Andinae tum ex illa tabula ras- patri & avo : *Aurelianensis* liliis regis inducta lambella Ludovico Aurelianii Duci : no. aquila *Imperialis* dignitati Henrici VII. Augusti : *Lucenburgo* leo ejusdem familie gentili : *Mediolanensis* bona Valentinae Mediolanensi : quos omnes in majoribus suis numerat *Ludovica Cottivia* Caroli Tremollii uxor. Rationes reliquarum areolarum, utpote Lavalleæ & Craoniae ex superioribus colligere facile est.

## C A P U T X C I .

### Archiepiscopus & Elector Trevirensis.

#### ARGUMENTUM

1. Scutum Electoris Lotharii.
2. Crux Trevirensis. Urbis antiquitas. Archidiaconos limites. Officiales.
3. Episcopius primus Eucharinus. Archiepiscopius Agricinus.
4. Electoralis dignitatis.
5. Per quam Galliam sit Archicancellarius? Fratribus. Limneus. Conringius. Malinckrot.
6. Archancellariatus regni Arelatenensis. Sententia Mallinckrotii. Conringii. Brooveri.
7. Primatus ius.
8. Metternichia tessera.
9. Galea & apex.
10. Scutum Electoris Caroli Caspari.
11. Prumensis Abbatia. Ad Treviricos Archiepiscopos.
12. Galea & apex.
13. Scutum moderni Electoris.
14. Spirens. Episcopatus. Weissenburgia praefectura.
15. Orsbeckia familia.
16. Galea & apex.

#### §. I.

Eminentissimi Electoris & Archiepiscopi Trevirensis, qui hujus seculi initio Archidiaceum exit, Lotharis scutum Sibmacherus depinxit Wapenb. P. 1. p. 3. quadri. Scutum Electoris pertuta sectione, prima & quarta area *Styra Treviricum*, reliquis duabus gentilem Lothaniæ tessera referentibus.

§. II. Hieroglyphicon Archidiacei proprium est laterculo argenteo inscripta crux Trevirensis rubra. De antiquitate Trevirensis urbis dicere hic nihil attinet, quam ad Trebe-ram Nini Alsyriotum regis filium Abrahami coartaneum referunt, huncque cum no. Urbs au-vertax Semitamidis libidinem & iram fugeret, originem ei dedisse perhibent; Unde tuquitas. in omnium ore versus :

*Ante Romanam Treviris stetit annis mille trecentis.*

Dixit quod attinet, Lotharingia, Lucenburgio, Colonensi Archidiacei & Palatinatu concluditur, ultra Rhenum vero Hassia & Nassovia contermina est. In 33. præfectos limites.

fecturas seu Satrapias eam dividit Christoph. Broover. annal. Trevir. preparat. cap. 26.

p. 72. Item p. 73. illos officiales enumerat illustres : Apparebant familia illustres principi suo ad honorata munatoria, unde & ministerialium nonen profluxit. • Lutzelburgii officiales. Duces, Marschalli, sires, equites; Ilenburgii Dynastæ aulae praefecti, Brandenburgii, qui Clericet Domini pro architrichini sagittis: Dapiferatum gesserunt Helfensteinii. Sub-premi Camerarii in gente Orléya, Hereditarii in Alzha vel Elchia vixerunt. Defensorum munus in Alckiorum stirpe viguit. Hodie Archidiaceos officiales sunt :



Marescalli hereditati Domini Generosi de Elz; Dapiteri ex illustri *Leyana* stirpe; Camerarii nobiles de *Sorern*, pincernæ *Schenckii* f. Pincernæ de *Schmidberg*: omnes ex illustri Rhenana nobilitate.

**Episc. pri-** §. iii. Episcoporum primum adjunt fuisse *Eucharium*, quem è numero LXXII I. Christi discipulorum cum *Valerio & Materno* Apostolus *Petrus* ad Augustam Trevirorum iuriferit proficisci, & à quo fides Christiana primum Treviris illata sit, qui demum 73. **Archiepis-** successori *Valerio* morte sua munus reliquerit. Primus *Archiepiscopus* numeratur **Agacius**, *Agricuus*, quem ex Oriente *Helena* glorioſi Imperatoris Constantini mater destinaverit Romam, à *Sylvestro* Romano Pontifice mislus: de quo illud vulgatum distichon *Ma-*  
*sen.* refert epist. annal. *Trevir.* L. + p. 75.

*Accipe primum post Alpes Trevir ubique,  
Quem tibi Roma novâ lege dat & veteri.*

Unde cum *Limn.* jur. publ. 3. 5. 8. S. *Martialem* allegat ex LXX. discipulorum ordine, memoriam lapsum suile oportet, cum *Maternum* dicere vellat. *Martialem* verò utriusque Aquitanæ Apotholom produnt. vide *Andr. Sauffay de myst. Gall. script.* pag. 302. seq.

**Electoralis** §. iv. *Electoram* dignitatem quod concernit, quis primum eam gesserit, ex ea nondum inter Politicos decisâ controversia dependet, quando ad septenarium principum eligentium restrictus sit numerus. Qui communem sententiam de *Ottonis III.* tempore amplectuntur, *Ludolphum Saxonem* primum eâ dignitate ornatum allegant. Ad hanc dignitatem spectat, quod primus in electione Augulti ex sanctione Caroli IV. A. B. c. 4. §. 3. suffragium dicit. Ita Colonensem praecedit hic Elector, de cuius prærogativa rationibus *Limn. tur. publ.* 3. 5. 7. seq. agit, cum judicio legendus.

**Per quam** §. v. In solemniis titulis Electoris ille etiam legitur: *S. Romani Imperii Archi-*  
**Galliam sit** *Cancellarius per Galliam & regnum Arelatense.* Non parum difficultatis illud elogium  
**Archican-** habere videtur scriptoribus juris publici, in primis quod *regnum Gallia* concernit.  
**cellarius?** Marq. *Freherus ad P. de Andlo* ita intelligendum arbitratur, ut ἐπίγενος sit intentio re-  
**Freherus.** gni *Arelatensis* ejus, quod *Gallia* nomine prius designatum fuerat. *Ioh. Limn. tur. publ.*  
**Limneus.** 3. 5. 2. durissimam credit eam explicationem, & eo potius respici putat, quod olim *Gallia* tota ad Imperii corpus pertinuerit: ad quod allegat illa *Guntheri in*  
*Ligurino*:

*At simul à nostro secessit Gallia regno,  
Nos priscum regni morem scravimus: at illa  
jure suo gaudet, nostræ jam necita legis.*

Nec hoc absurdum autumat, quando & alii veterum dignitatum retinent emblemata, te licet mutata plurimum. Quam candem sententiam pluribus roborat idem ad *Capitul. Carol. V.* p. 121. 122. Ut tamen ad extrellum eandem descerere videatur, cum istadem subiungat: *Verum enim vero cum persuasio non sit modus acquirendi rerum Dominii, consultius est & affirmare, nomine Gallia, qua ad Archicancellariatum Trevirensis pertinet, venire illam partem trans Rhenum, qua Gallia olim à nonnullis adscripta, ceterum Imperii Romano-Germanici pars fuit, & partim adhuc est.* Quo sensu ipsa quoque *Trevirensis civitatis urbs Gallia, Belgica sollicit, nonnullis audit* (vide *Kyriandrum in* *annal. Trevir. P. I. p. 8.*) *Et imperium Germanicum habuit subditos, qui Gallie finibus continentur, res nota est.* (vid. *Bodin. L. 1 d. rep. c. 9.*) *H. Conring.* diligens assertor iuriū Rom. Imp. de *Timbrice.* 8. pag. 75. Francia regnum brevi quidem temporis momento fuisse in obsequio Germanicorum Regum, solidum autem aliquod ius hinc imperio haud acreville, sed quali sua sponte rempublicam tantum non semper à Germania regnum illud agnitum esse, credit. Quo sensu verò *Galliae Archicancellarius* dicatur *Trevirensis*, non explicat, nisi forte cum *Frehero* sentit. Posteriori *Limnei* sententie de *Gallia Belgica* opponi illa etiam possunt *Nobilissimi Bernh. à Mallinckrot.* *d. Archicancell. imp.* 38. 39. quando in *trans Rhenanis* provinciis, quæ antiquitus latissima *Lotharingia* appellatione comprehendebantur, *Moguntinos Archiepiscopos* ius & facultatem recognitionis retinuisse arbitratur. Unde cum *Frehero* videtur facere, ut posteriori nomine prioris amplitudo restringatur.

**Archican-** §. vi. De *Arelatensis Archicancellariatus* elogio circa sensum minus ambigui po-  
**cellarius** regni *Are-* test. Origo verò, ut alia historiæ nostra, in obscurio est. *Mallinckrot. d. l. p. 43. d. Ar-*  
*latensis.* *chicancellariatum Galliae & R. Arelatensis,* certum esse credit, non exituisse ante

*Frideri-*



**F**ridericum I. sed ab hoc (vide p. 37.) constitutum, cum ducta Beatrix Burgunda 1157. **S**ententia regnum Arelatensi Imperio recuperasset. Verum sub eo, nec non Henrico VI. & Friderico II. Archiepiscopum Viennensem ad Rhodanum Burgundici regni fuisse **A**rchicancellarum. Unde à quo successorum Friderici II. Trevirensis Archiepiscopus illud axioma accepit, alius indagandum relinquit, qui antiquiore subscriptionem hujus titulinon videt, quam sub Carolo II. Boemundi. Unde laudatus H. Conring d. Conringii. finib. Imp. Germ. c. 24. p. 599. ubi Arelatensis jura imperio vindicavit, ait, Carolum IV. pronuntiata Trevirensim Archicancellarum Imperii per R. Arelatense, quod nondum erat factum. Idem p. 607. quod Archiepiscopis Trevirensibus, nullo Gallicoru[m] regum adversante, Archicancellarii per regnum Arelatense titulus solennis fuerit, colligit, quod ita saltum perpetua ac solennis memoria manusit jurium imperii, imo quod illa tantum non semper renovata sit. De simbus hujus Archicancellariatus confer memorabilem locum in predicto Mallinckrot. pag. 239. Brover. annal. Trevir. Broverii L. 16. num. 152. p. 177. cum communem sententiam corum, qui sub Ottone Magno hunc & aliorum Electorum Ecclesiasticorum Archicancellariatus institutos perhibent, recensuerit, subnecet: *Id sane necedum aequi rerum temporumque diligentia quoque notatione mihi contigit, hosce titulos ante Boemundi pontificatum quisquam Archiepiscopus gesserit, cum pro Archicancellarii nomine, Galliæ potius Germaniæque semper primas sibi vendicasse testis sumus, &c.* Iterum n. 156. p. 178. Atque mihi quidem Germania hic idem evenisse videtur, quod olim Gracie Imperatoribus, qui ut amissa Roma & Imperio Occidentis, vel maximè Rom. nominis fasces titulosque factarunt, ita proceres nostri Arelatensis regni pene collapsi imaginem & umbram, tunc denique consolati sunt, tum jam pridem ea sepra & provincie diffusivissent. Quocirecum Boemundi scriptor, ejus temporis equalis, quicquid aliis deinceps Arelatensis regni progressu & interitu statueret, aperte clareque teletur, id à Franciæ regibus jam inde a Friderici II. Ahenobarbi Nepotis state occupari, ac sensim imperio capite dimitti, idemque prius omnium, quem equidem legeram, Archicancellarii Arelatensis regni titulum Boemundo tribuat, non abs quorundam censuero, Arelatensis regni procurationem in Archicancellarii Galliarum nomen eo potissimum tempore adscitum, quo illud maximè regnum à Franco distractum, & Septentrionum electio strictiori jure in Germania celebrari cœpit; atq[ue] ita quidem ab Arnaldo iure nominis II. Archiepiscopo videri hoc munus primum suscepit, attribui autem cum ipsi titulis Boemundo, ob controversias eis de regno nuper exortam, confirmatum vero poserit, quod illud deinde regnum, et si non ea, qua solet, finium ampliudine, hinc tamen ad Caroli IV. etiam tempora palam sit, perficitse in fide atque societate Rom. Imperii. Hec scriptor Trevericus: post quem au[tem] alii certiora suppeditare potuerint dubito.

**§. vii.** Primitum Trevirensim quod concernit, qui etiam ex axiomatibus **P**rimatus Electoris hujus est, Tangvaldum, qui Thiegaudus vel Teutgaudus dicitur, Jus Canon. ius. cum causa II. q. 3. c. 10. Primate Belgice provincie vocat. Ille vero Archiepiscopus 863 dignitate sua privatus est. Fridericus I. in quadam constitutione eum vocat, **P**rimatus eius A[et]ep[er]tus, quod cum restrictione intelligendum (confer tamen supra §. 3.) Meritus Agricolum vocatorius Germanie primum Patriarcham, latius quam oportet extensa dignitate, nisi cis-Rhenanam, hoc est, primam & secundam Germaniam intelligent, conter Mallinckrot. d. Archicanc. S. R. Imp. adiect. c. 4. p. 193. Confirmationem hujus primatus à Victore Pontifice Eberardo Archiepiscopo anno 1057. factam, vide apud Lomn. Jur. publ. T. V. addit. ad 3. 3. p. 153. 154. Primitum hunc Alsenius Epit. annal. Trevir. l. 2. p. 41. ei cause adscribere appetet, quod ab Euchario primo praesule per totam late Galliam fides Christiana explicata, Ecclesiastis ipso moderante. Ubi etiam **K**hemenses omni partuisse huic primati docet.

**§. viii.** Hec de ipsa Trevirensi dignitate: duo reliqui laterculi argento canderi. Metters tes terrenas conchas marinas nigras continent: **M**ettternichianam tessellam (vide **W**estphalia. pag. P. 1. pag. 187.) ita enim designabatur Lotharius ex Generosa illa familia editus, 1600. electus & 1623. extinctus. De ipsa gente peculiari agemus capite.

**§. ix.** Huic scuto galeæ tres imponuntur: Primæ ad dexteram incumbit pileus Galeæ & ducalis rubeis ora herminica reducta, & super hunc in orbem figuratum ventilatum s. tabula argentei coloris cruce rubea pictum, pennis pavoninis oculatis tribus exterius ornatum, cruci impressa tessera Metternichia. Media vero incumbit culcitra viridis



viridis imposita mitra Archiepiscopali. Demum sinistra coronata exornatur capite cognacando, qui Metternichiorum apex est. Tum ictu subiciuntur gladius & peditum pastorale, utrique potestatis dignanda.

**Scutum Electoris Caroli Capri.** §. x. In *Fürstis Wapenb.* P. 3. pag. 3. *Caroli Casparis* Archiepiscopi representatur scutum, quod prima & quarta arcola *crucem Trevirensim*, secunda & tertia *ceruleas argenteum palum* desert, notandæ genti *Leyana*, ex qua ille. vide *Wapenb.* P. i. p. 126. Totidemum imponitur scutulum rubeum, in quo huino viridi insit agnus argenteus cum vexillo ejusdem metalli, cruce impresso.

**Promiensis abbatis** §. xi. Agnus hic symbolum est *Prumiensis monasterii* atque *Abbatie in Ardenna sylva*. Hoc cenobium ad regulam Benedicti Illustrissimum & potentissimum rogatu *Bertha Pipini rex fundavit*, sed filius *Carolus M. absolvit*. Ita vero à *Carolo & successoribus* datum est, ut inter Europæ præcipua numeretur monasteria. Inter alios illud nobilitavit *Imperator Lotharius*, qui imperio abdicato in eo se abdidit, & decennium exegit, & qui scriptis claret *Regno Prumiensis Abbas*, historicus celebris, 950. extinctus. Ceterum monasterium hoc Rhenano superiori circulo ascriptum est, & Abbas inter *Principes Imperii* in hujus circuli & imperii comitiis locum semper habuit. Primus Archiepiscoporum *Trevirensium Wernerus a Bonifacio IX. Pontifice* obtinuit, ut mensæ Episcopali Abbatia addiceretur, sed *Theodorus a Kerpen* abbas Bonifacium ad sententiam abrogandam 1397. induxit. Iterum *Ioannes Archiepiscopus incorporationem Abbatie à Sixto IV. impetraverat*, sed Abbas *Rupertus C. Virneburgins* denuo mutationem ejus obtinuit. Tandem *Christophero C. Munderseheidio* abate 1576. extincto *Jacobus Archiepiscopus* pervicit, ut *Administrator* hujus abbatiae esset, jure ad successores transmissio, quo nunc etiam Archiepiscopi fruuntur, & hujus abbatiae jure in *Principum Collegio suffragium* suum habent. Ceterum *Prumia* aliud *sparsa* adscribit *Sibmachi. Wapenb.* P. i. pag. 13. videlicet scutum transversè sectum, cuius pes tubet, caput cæruleum tria interscripta lilia aurea ostentat. Quam vere, non discerno.

**Galeæ & Apex.** §. xii. *Galeas* scuto *Carolus Caspar* eodem autore *Fürstio* imponebat tres: *Media Archiepiscopalis* mitram culcitæ impositam sustinebat. Prima cum ea conveniebat, quæ §. 8. descripta est, nisi quod parvula Metternichiæ locum *Leyana*, palo insignis, occupat, crucis *Trevirensis* medio imposta. Extrema coronata inter alas expansas cæruleas folijs argenteis sparsas referebat prospiccentem *cancem argenteum*. Laciniæ hinc *argento & minio* tingebantur, isthinc *argentea & cælestina* fulgebant.

**Scutum moderni Electoris.** §. xiii. Qui nunc feliciter *Trevirenses* moderatur *Eminentissimus Dom. Ioannes Hugo ex Orsbeckis*, illa utitur dispositione scuti: Ut in quadras distinctæ prima *crucem Trevirensim*, extrema *Spirensem*, secunda *agnum Prumiensem*, tertia *castrum cum corona & pedo Weissenburgiorum* teleserat: toti incubat parvula *Orsbeckis*.

**Spirens. Episcopat. Weissenburgia præpositura.** §. xv. Ratio Spirensis & Weissenburgii symboli ex eo est, quod ante *Electoralē dignitatem* illum Episcopatum, cui præpositura ista jam diu incorporata, gessisset, Lothario Friderico Moguntino Elektori in illo suffectus. De utraque dignitate diximus capite, quod Moguntinas teleserat exposuit.

**Orsbeckia familiæ.** §. xv. *Orsbeckum* ex *Rhenana nobilitate* symbolum *Sibmachi. Wap.* P. i. p. 124. (vitiosa tamen inscriptione *Orsbeckz*) describit, parvam *auream*, in lignem decussi rubro, cui comites *quatuor foliola viridia*.

**Galeæ & Apes.** §. xvi. Galeæ clypeum quinque premunt, quarum media Archiepiscopalem tiaram sustinet, huic à *dixtris & sinistris* proximæ apicem *Trevirensim & Spirensem* referunt, nempe mitra Ducali impositam tabellam ostangulam pennis pavoninis ornatam cum cruce Trevireni, tum culcitæ innitentes similem tabellam cum pennarum pavoninatum exteriori ornamento & cruce Spirensi. Prima autem coronata alarum complicatum jugum ostentat, inscripto castro & agno: ex ultima emergit cum collo caput equinum argentatum cum freno rubeo, qui *Orsbeckiorum apex* est. Scuto demum subjiciuntur pedum Episcopale & gladius potestatis politice index.



## CAPUT XCIII.

## Domini de Tschernembel.

## ARGUMENTUM.

1. *Familia. Pincerne Carniola & M. Vinidorum.* 2. *Scutum.*  
Dynastia in Austria. Titulus Dominorum. 3. *Tessera gentilis. Neuhusii. Eckensteini. Hoppenbach s. Hopfenbach.*  
4. *Galea & apex.*

## §. I.

Prerogativis Dominorum de Tschernembel, qui hereditatibus sunt Carniola & Marchia Vinidorum pincerne, familia a castro & opido Carniolæ Tschernembel haud procul Culpa sitis nomen accepit, ea tamen circa 1652. Franzepanis, qui nunc Terlachzii, vendidere, Pinceratus levata dignitate. In Austriam cum concessissent, subdor. Ferdinando I. Windex & Schwerdberg in provincia supra Anasum obtinuerunt. Porro Dynastie in Austria resertur gens ad quandam Ambrosiu[m] de Tschernembel, qui 1165. ludis equestribus Tegutinis interfuit, sed post eum generationis gradus incerti sunt. Certior deductio est ab Orto[n], qui cum fratribus Henrico atque Wulz[an] (an Vladislao vel Wenceslao) medio seculo decimo quarto floruit, & ad nos usque posteritatem habuit. In qua frater Georgius & Cippar, à quorum hoc moderni descendunt, 1464. à Friderico IV. Domini minorum honorificum accepere titulum.

§. II. Scutum in Wapenb. P. i. p. 21. quadripertitum pingitur: Prima & extrema areola rubea, aquila[m] contineat argenteam, aureis corona, rostro & cruribus, quam baltheus sinist[er] nigris & rubeis tessellis alveolatus percurrit. Secunda vero & tertia argentea complectentur caput cum collo equinum nigrum, frenatum minio: media vero partula argentea baltheum diagonalem sinistrum defert, triplici (vel quadruplici) ductu tessellis atria & coeruleis compotum. Mit drey oder vier roth und schwarz geschachten Strichen nach der schrenos.

§. III. Media partula gentilis est, & ob hoc eandem tesseram Neuhusii in Castia (am Karst) qui ejusdem originis creduntur suisce, ut & qui extinti defecere Eckensteini, solam levant. Agula videtur gracie esse symbolum. Sed equinum caput ab extinta familia de Hopfenbach s. Hoppenbach derivatur. Quo jure vero ad hos devenerit, mili non liquet.

§. IV. Galea tres insistunt scuto, omnes coronatae: Primæ insistunt aquila expansa baltheo tessellato insignita argentea; è media protenditur jugum alatum complicatum, cum baltheo simili tessellato: ex ultima exsurgit caput equi frenatum. Laciniæ circumvolitant primam argenteæ & atræ, secundam argenteæ, tubæ & nigrae, tertiam iterum nigrae & argenteæ.

## CAPUT XCIII.

## Domus Turria.

## ARGUMENTUM

1. *Familia. Christoph. Justellus.* Episc. Ad Marcanos. Sedanum. Ad Marcanos. Ad Turrios. Controversiacum Mauleviro & Mompensiæ. Sedanum ad regem. Quæ permutations data.  
2. *Bullionus Ducus scutum.*  
3. *Turria gent. Origo. Linea. LaTour Vinay.* Ob Bullionum & Sedanum Ducalis prima dignitas & sua Principia. Deductio plenior, quæ principium unde. Bullionorum vetus dignitas & locus in traetatu Atrebateni. Comitis Ratibone. In protelionem Francie se dedere. Comprehensio facti regum. Pares alii principibus ex familiis exteris. Turlus principi exteri. Ducatus cum principali dignitate. Differentia aliorum Ducum. Controversia de procedua. An a Bullionis negleclum ius. Hodiernum usus.  
4. *Bononia comitatus. Per varias familias vagata. Ad Turrios. Ad regem Francie.*  
5. *Turenno comitatus. Ex Thano. Marcellum pro Martiali. Comites Cadurcorum & Turenne Vicecomites. Fam. de Comborn. Successio ad Cenvenenses. Ad Bellofortios. Ad Turrios.*  
6. *Arvernia comitatus. Ex gente Biturigum. Desinistratio Arverna. Ad Borbonios aliquot ramos. Insigne. Terra comitatus. Ducatus sit. Successio comitatus ad Turrios. Catharina Mediceam. Regem.*  
7. *Bullionum penes Bononienses. Ad Leodienses.* 9. *Galea. Apex. Telamones.*  
8. *Ob Bullionum & Sedanum Ducalis prima dignitas & sua Principia. Deductio plenior, quæ principium unde. Bullionorum vetus dignitas & locus in traetatu Atrebateni. Comitis Ratibone. In protelionem Francie se dedere. Comprehensio facti regum. Pares alii principibus ex familiis exteris. Turlus principi exteri. Ducatus cum principali dignitate. Differentia aliorum Ducum. Controversia de procedua. An a Bullionis negleclum ius. Hodiernum usus.*  
10. *Turenno Marecallis scutum.*  
11. *Turlus Bullionis Ducus.*  
12. *Scutum progonologicum.*

## §. I.

Q Uam merita sua illustrem diu reddidere, *Turria Domus*, calamo Celebrissimi Familia. Yy Chriſto-



Bullionii Christophori Infelli, qui ejus natales & totam feriem diligentissime explicavit, porro il-  
lustrata est. Vobis jam cura est, ejus insignia describere.

§. II. Cellum Bullionii Dux Godofredus Mauritus scuto utitur bipertito: Primus & quartus laterculus ceruleus sed liliis aureis stratus turrem septentrionalis argen-  
team opere cementario nigro. Secundus aureus tres orbes rubeos contineat: Tertius senis  
aureis & rubeis tanis dextris obliquis exaratur. Toti scuto alia incumbit parvula bi-  
pertita: cuius pars dextra aurea vexillum Ecclesiasticum refert rubeum, ter pinnatum,  
fimbriis viridibus: sinistram rubcam fascia argentea percurrit.

§. III. Turris in alveo liliato Turri ampliata gentem notat; quam à quodam Wifredo Com. Biturigum, qui circa 828. prospiciens regalis vir nuncupatur, deducere amant: Ejus enim pronepos Alfredi Biturigum Comitis & Aquitanie Ducis filius, alterius Al-  
fredi & Guilelmi II. Comitum Arverniae & Ducum Aquitanie frater Bernardus ex de-  
monstracione Faucheti & Guesli, nec non chartulario fundationis monasterii de Sau-  
cillanges gentem hanc proseculere creditur. Ejus trinepos Geraldus Albertum II. genuit  
patrem Alberti Domini de la Tour du Pin, & Berlionem de la Tour Vinay, à quibus duas li-  
neas. Albertus iterum genuit Bernardum IV. & Albertum, patrem Humberti, qui ab  
uxore Anna f. Guidonis Burgundi, ducta 1281. Delfinus Vicinus factus est: avus Humber-  
ti ultimi Delfini, qui 1343. & 1349. Regi Francie Delfinatum ea conditione donavit, ut  
filius primogenitus, corona candidatus, nomen Delfini gessaret. Bernardus supra  
Arvernias memoratus Bertrandus I. avis fuit, qui Bernardum VI. Dominum de la Tour & Bertran-  
& Bononia sator fuit, hic omnium eorum, qui isto tempore ex gente hac superant. Porro  
cum ante turris gentis in scuto rubeo gestaretur, Alberti II. supra memorati fidei hoc  
dedit Philippi Francie rex, quem 1190. in Palæstinam comitatus est, ut clypeum liliis  
Francicis conserceret. Infell. L. 5. c. 9. Alii recentius illud & Philippi Valest donum faci-  
unt, cuilemo Domino de la Tour Alberti istius trinepoti concilium.

§. IV. Tres orbes rubei laterculi secundi Comitatum Bononiæ notant, cuius me-  
tropolis Bononiæ in Mornis ad mare sita est. Comitatus hic per varias familias vag-  
atus est. Primo Flandris patuisse videtur. Inde Bononiæ, Pauli fani & Pontivi coines  
legitur quidam cuilemus, à cuius filiis Ermaldo f. Ermicolo, Hilduino & Hugone, to-  
tidem familie Comitum Bononiae, Pontvi f. Abbativillæ, Paulifant f. Teroanæ.  
Ermaldus proavus fuit Eustachii III. comitis, godofredi Bullionis & Balduni Regum Hier-  
osolymitariorum. Eustachio tertio nata est Mathildis Stephano Campante comiti  
& Anglie regi nupta. Hujus filia fratribus Eustachio & cuilemo extinctis heres Bo-  
noniae, religiosam prius vitam lectata, dein Mathilde ex Alfatis Flandris comiti nu-  
psit, sed excommunicata & in monasterium redire coacta 1183. decepsit, reliquis  
tamen filiabus Ida & Mathilde. Illa initio heres comitatum Renaldo Com. Danmar-  
tinio attulit, mater Mathildis, qua Philippo Philippi II. Regis filio, dein Alfonso regi  
Lusitanie nupsit, & ex isto Ioannam heredem genuit, uxorem caucheris Dom. de Cha-  
stillon sur Marne (Castilionis ad Matronam) qua 1251. vita excessit, nulla relicta so-  
bole. Inde ad Brabantinos ex Mathilde jus successionis transit: & quidem adjudica-  
tus est comitatus Mariae Mathildis filie, qua ut & soror Aleidis jus transtulere in nepo-  
tem Henricum III. Brabantie ducem: verum Aleidis filius Robertus VI. Arvernus Co-  
mes istum etiam comitatum 1260. Hentici cessione & mediante pecunie summa na-  
tus est: quo primum tempore iste familie huic illatus, permanuit in ea usque ad Io-  
annam Guilelmi X. filiam, qua Philippo Burgundie & dein Joanni regi Francie nupta  
filium ex illo habuit Philippum Burgundie prioris familie ultimum, sed annis &  
ante matrem extinctum, unde hec habuit patrum Joannem heredem: Hujus de-  
nuo nepitis Joanna II. heres nupta fuit Joanni Duci Bituricensi, & post hunc Georgio  
ad Turrios Domino Tremollio, verum ex neutro prolem suscepit. Cum vero Burgundi co-  
mitatum hunc occupassent, pretensio tamen ad Turrios delapsa est: Maria Godofredi  
ad Regem Montgoum. Joannæ propatru, filia Bertrando III. Domino de la Tour agnato nu-  
perat, & Joanne hereditatem, non tamen sine controversia cum Georgio Tremollio,  
sibi vindicabat. Nepoti ejus Bertrando V. 1477. Ludovicus XI. Rex Francie Bononiæ  
Matæ Burgundie erexit redditum: sed deinceps communatam cum comitatu Lau-  
reacensi Lanragais recepit, atque (ut Fourn. geogr. orb. not. P. I. L. 6. c. 9. p. 262. loquitur)  
corona adjunxit, & à clientelari officio, quod profiteri tenebatur Comitatus Artesia, liberatur



**B. Virginis solenni ritu oppignerarunt, corde auri obryzi oblate ponderis bis mille aureorum, sancta lege, ut consequentes reges tantundem praestarent, Mariamque ejus tractus Dominam solam agnoscerent, cuius signum angelico navingo jam olim eos exceptisse, antiqua est traditione, &c. Servatus tamen in commutatione illa titulus, & insignium, quæ hic videtur est, ius.**

**S. v. Areola duodecim trienniis aureis coccineis exarata symbolum est Vicecomitiatus Turenensis.** De hac ditione Thuanum audire lubet: Qui L. 85. p. 199. ista: *Ea in fidibus Arvernorum, Cadurcorum, Petrocoriorum & Lemovicum posita quatuor his prævincis participat, & Turenam primariam arem, a qua ditioni nomen, in Lemovicensibus habet, duabus à Brivato lencis. Principes ab initio Vicecomitatus titulo cum tractum tenuerunt cum pleio ac supremo domino, ita ut neminem superiorum ne Regem quidem agnoscerent, quam prerogativam inter Francorum & Anglorum arma facile trahabantur. Itaq. Raimundus, qui Ludovici VII. jun. vulgo dicti temporibus fuit, & ejus successores superemo illo jure usi sunt, quasi à Deo solo & B. Marcelli corpore, quod in facie Turenæ arcis colitur, neque præterea superiori ullo dominio illud obtinentes. Inde immunitatis privilegium, quod hodie Turenæ reguli retinent, originem habuit, quo ditionis illius populares à veltigali annuo seu tributo, quod rustici & ceteri infimi ordinis homines per totum regnum erario pendunt, liberi sunt.* Observate hic lubet, quem B. Marcellum Thuanus dicit, Martialem intelligendum esse, quem utriusque Aquitanie vocare solent Apotropaiculum. vide Andr. Sauvay de mysl. Gall. script. p. 302. seq. Ceterum habuit ea ditio pecuariae suos comites, quos à Rodulfo C. Cadurcorum & Turenna, qui 841. seu 842. vivis Comites Cadurcorum & Turenna, excesserit, derivant. Pronepos hujus fuit Bernardus, qui ut se contra Comites Tholosanos defenderet, qui a Roberto Comitatum Cadurcorum jam eripuerant, Regi Francie in protectionem se dedit, ut tamen vasallus non fieret, simplici fidelitatis non subjectionis præstito juramento. Unde Vicecomitatum suum summo jure, ut Ger-Vicecom. manix principes solent, successores retinuerunt. Filia ejus Sulpitia hereditatem attulit marito Arcimbaldo Vicecomiti de Combora cognomine La jambe pourrie s. Lambaput Combastrida, quod in oppugnatione arcis Turenæ cruce vulneratus esset. Hoc genitus Ivalus, pater Archibaldi, à quo Vicecomites reliqui de Combora & de Ventadour, atque Guilelmus qui Turennam tenuit atque ad posteros transmisit. Terminata demum est familia in Margareta Raimundi VII. filia, quæ Bernardus V. C. Convenarum s. Commissa nupsit, atque filiam genuit; hac autem tenella extinta, ea nihilominus maritum heredem scripsit, vel potius ut Thuanus, i.e. perhibet, pater filie, quæ triduo matris superstes fuerat, hereditatem nactus est: ob successionem quidem ei cum Godofredo Pontio disceptatio fuit, sed prævaluuit Bernardus: ei successit filius ex tercia conjugi Matheus. Matheus de Insulana Ioannes: Huic soror Cecilia Jacobi C. Urgelitanus: Ad Bellum, quæ denum 1332. sororis sue Eleonoræ marito Guilelmo Rogerio II. Comiti Bellofortio fortios. de Beaufort Turenam 1450000. aureis vendidit. Guilelmus ille patrum Clemencem 17. Pontificem, patrem vero habuit Guilelmum Rogerium I. qui à Rege in fratri gratiam Bellofortium in Andibus accepérat: à quo deinceps genti cognomen. Guilelmi Rogerii & Eleonoræ neptis fuit Antonia heres, uxor Iohannis Acingrei Bucicardi Matecali Francie, multis præclaris gestis incluti: sed sterile fuit matrimonium, & ea 1416. vivis excessit, relicto matrō uti fructu Vicecomitatus: Heredem tamen Antonia habuit Eleonoram amitam, Edoardi Dn. Bellioci (de Beaujeu) conjugem. Ab hac heres institutus est Petrus Bellofortius Limoli: Dominus patruelis, ob id ab Alisa Balcia vexatus. Hujus denum filia Anna nupta Agne s. Anneto Turrio Demino Oliergi, Tu. Ad Tuttios, trienniam gentili attulit, in qua nunc quoque hæret.

**S. vi. Ecclesiasticum vexillum, medie ornatum parvum, quod concernit, sunt Arvernæ qui rationem allegant, quod Enstachus Comes Bononiae Godofredi Bullionci frater in comitatus expeditione Palatina majus vexillum gestaverit: sed potius Arverniam notat, potissimum olim gentis sedem, Lemovicio, Cadurcio, Rhutenis, Lugdunensibus & Borbonis ciuitatibus. Comitatum hunc primum à Rege Carolo Simplici Alfredo Com. Ex gente Bituricensi, cum Adelindem I. Adelainum Bernardi p. i. et arvensis filiam duceret, donatum legi. Biturigeni His geniti parentibus, Alfredus & Guilelmus atque Bernardus, quem §. 3. Turtia gentis dixi propagatorem. Illi Comites Arvernæ & Aquitanie Dueces post patrem fuerunt. Guilelmus autem Rauundum II. Comitem denuо Arvernæ atque Aquitanie genuit, iuxta aliquos Roberti I. Arverni patrem. Quem tamen David Blondellus Actredi I.**



Bituricensis & Arverni Comitis ex Engelberga filia generum fuisse mavult. Quicquid vero de ejus natalibus sit, certe in posteris Arvernii constanter habet: At nepos eius *Guilelmus IV.* quem perperam ab uxore Guilemi Aquitaniae Ducis filia *Arverniam* do-talem accepisse alii perhibent, *Robertum IV.* & *Guilelmum VI.* genuit. Isto ante patrem mortuo, hic *Guilelmus senior* cognominatus ejus filium *Guilelmum V.* iuniorem dictum hereditate exclusit, quia filius patri, non nepos avo succederet. A Guilelmo juniore, *Delfinatus Arverniae*. Ad Borbo qui cum posteris titulum servavit & prætensionem, descenderunt, qui *Delfini Arverniae* nos aliqui dicti sunt. In his *Anna Beraldii II.* filia materna bona, comitatum *Forezensem*, marito *Ludovico II. Duci Borbonio* attulit: *Beraldii III.* vero Anna fratri consanguinei filia *Anna Ludovico Borbonio Montpensiero* 1426. nupsit, atque hereditatem attulit, quæ etiam ad liberos ejus, licet altero matrimonio editos, delata, maleculis extinctis matrimonio *Luisa Caroli Ducis Borbonii* sororis atque *Ludovici Borbonii Rupifurionis* ad istum Borbonium ramum transiit. In hoc continuatus est titulus *Delfinorum Arverniae* ad *Mariam* usque heredem, *Gaston Joanni Baptista Duci Arelatano* nuptam, à qua cum nunc quoque haber filia unica *Anna Maria Luisa Aureliancensis*. Ceterum hujus *Insigne.* *Delfinatus Arverniae* non idem *duca* est quod comitatus, verum *Delfinus exprimans sibiante ore (p. 53)* ceruleus in laterculo aureo. Quod vero *Guilelmum VI.* senorem attinet, ille comitatum *Arverniae* ad posteros transmisit. Nepoti eius *Guidoni II. Rex Terra eo-* *Philippus Augustus* partem comitatus ademit, & coronæ addixit, quæ deinceps *terra* *comitatus dicta*, & demum *Ducatus* nomen sortita est. Ceterum ipse *comitatus Arverniae* à *Joanna prima* ad *Philippum Burgundum*, & dein *Joannem regem Francie* (confer n. 4.) à *Joanna secunda* ad *Ioannem Duceum Bituricensem & Georgium Tremollium* maritos delatus est. *Joanni* filio suo pater *Ioannes Rex Arverniam* (partem videlicet *Ducatus* eam, quæ corona pridem unita erat) *Ducatus* titulo una cum *Biturigibus* attribuit: sed ab uxore reliquis comitatus allatus est. Illum videlicet *Ducatum* à socero accepit cum uxore *Maria Ioannes Dux Borbonis*: atque ad posteros transmisit. *Comitatus Successio* vero ius, quia *Joanna sine liberis* deceperat, *Godofredi Bononensis Montgasconii*, qui pro- *comitatus* ad *Tutios* patruus *Joanne*, filia *Maria gentili Bertrando III. Domino de la Tour* attulit, atque poste- *Catharinam* reliquit. Heres ejuslineæ fuit *Margalena Laurentii Medicei Vrbini Duci* uxor, quæ *Catharinam* genuit *Francie reginam*, cui filia *Margareta* successit, & *Arverniam* 1606. *Delfino* donavit. Titulus idem concessus fuit *Carolo Valesio Engolismensium* postea *Duci Caroli IX. Regis* per naturam filio, qui posteris eundem reliquit. Ceterum *Bononiensi* ac *Arvernico* ramo familie fuit extinto, hunc quoque & *Bononensem* la- *terculum Henricus Vicecomes Turenne & Bullionii Dux moderni* avus, agnationis jure *in signibus suis* inseruit. Ceterum apud *Ren. Franc. essay de merveill. c. 42. p. 370.* in ve- *teri scuto Arvernix aureo gryphum coccineum, corona, unguibus & lingua viridibus* gestatum lego. Fides sit penes autorem.

*Bullionii penes Bo-* §. vii. Superest falcia in rubente areola argentea, quæ *Bullionum* *Ducatum* notat. *Bullionii* castri in Ardenna nomen inptum celebre reddidit *Godofredus*, qui expedi- *tionis* in Palestinam princeps *Hieroij morum Rex* eligi meruit. Quo vero jure *Bullio-* *nium* ille tenuerit, non cognitum mihi est, nisi forte dicamus, à matre *Idafilia Godofredi* *Duci Lotharingie*, quæ latissimum patet, hanc postmissionem obtigisse filio se- *cundo*. Quod etiam probat autor discursus, du Duché de *Buillon* & du rang des *Ducs de Buillon en France* ed. 1633. Ubi ita p. 29. L' Histoire nous apprend, que le Duché de *Buillon* passa en la maison de Bologne par le mariage d'Ide d'Ardenne ou de Lorraine filie de *Codesfroy III. surnommé le Barbu, Duc de Lorraine* & de *Buillon*, avec *Eustache III. du nom C. de Boulogne* pere de *Codesfroy de Bologne*, qui fuit *Roy de Ierusalem*: à qui cette Seigneurie souveraine eschut à cause de sa mère. Qua ratione vero ad *Capitulum & Episcopum Leodiensem* *Ducatus* hic delatus sit, oppignoratione *Godofredi illius Bullio-* *nii*, *expeditionem Orientalem* fulcitur, diximus in *insignibus Coloniensibus*. Quo jure vero delatum sit *Bullionum* ad *Marcanos*, non æque expressum ullibi legi. Nam hoc solum memorat autor ille p. 39. *Robertum I. Marcanum* acquisivisse eum circa 1480. Sedanum. Ad Mar- canos. Utrum autem emione, vel quovis alio contractu illud sit factum, non plane exprimit. Quod vero *Sedanum* concernit, ad *Marcanos* venit *Eberhardi Marcani & Marie f. Guilelm* *de Braguenmont, Dn. de Sedan* (Ad *Braguentios* autem dynastia illa delata ex *Barban-* *sonii*, in quibus eam *Hugo Barbanonius Dn. de Bossu* eam accepit dotalem ab uxore *Mariade Luise*) conjugio. Quamvis enim *Sedanum* spectaverit ad *Mariæ fratrem* *Ludovis*.



*Ludovicum*, hic tamen affini suo eam 1424. vendidit. Illo matrimonio (non vero altero cum *Agnete Rupifortia*, ut existimavit *Victor. Siri. T.I.L. 2.p. 381.*) natus est *Ioannes Arenberga Dominus*, qui *Sedani* titulum gessit, pater *Robertus*, quem *Bullionium* acquisivisse dixi, hic genuit *Robertum II.* iterum *Bullionii Ducem*, iste alium *Robertum Francia Marescallum*: cuius quoque filius *Robertus* tandem gessit dignitatem: hic *Henrici Roberti & Caroli Roberti Com. Mauleniorum* comitis pater fuit, ille iterum *Bullionii* *Dux Guilelmus Robertum atque Carolum Robertum* & *Ioannem* filios & succesores habuit. (confer de ejus testamento *Thuan. L. 59. p. 86.*) His sine liberis ex <sup>Ad Tur-</sup> tatus foro *Carola* testamento fratris (vide *Thuan. L. 90. p. 411.*) successit, atque *Duci-* <sup>rios.</sup> *tatum Bullionium & Sedanum* marito *H. nrico Turio Turcensis Viccomiti* attulit. Quamvis vero ex hac *Carola* nulli editi sint liberi, marito tamen moriens 1594. omne jus <sup>Contro-</sup> suum transcriptis: Contradicente equidem patruo *Carolo Roberto Mauleniorio*, & <sup>versis cum</sup> *Duce Montpensiero*. Hic vero iure, quod ex testamento *Guilelmi Roberti* habebat, <sup>Maulen-</sup> & eodem anno 1594 in gratiam matrimonii *Turri* & *Arauionensis* principis cessit & trans- <sup>Montpen-</sup> egit, quod Rex confirmavit. Ille *Mauleniorius*, ad se spectare successionem pretende- <sup>terio.</sup> bat, qui solus illius *Marcanæ* linea supereisset, verum hic etiam 1601. cum *Henrico* transegit, & 15000. libraturum ac ad vitæ dies pensione 6000. libr. acceptis jure cessit. Eius vero filius patre mortuo translatione paterna gravari noluit, sed jus sibi integrum supereesse creditit in patruelis sua successionem, unde *titulum Ducis* etiam sumis: ex eo quod cum de lite pacto transactum sit, ab herede fides non praestetur. Nihil tamen adversus *Turri* obtinuit. Cujus favori memoratus autor solvit *Mauleniorius* argumenta, & ostendit Dominia, etiam quæ summo jure tenentur, ad firmellas transire, exemplis alius & ex ipsa *Marcanæ* gente adductis (in quam *Montium* comitatus, *Civitas, Italia, Averberga, Castrum Reginaldi, Raucuria, Rupifortinum* feminina successio- ne illapla, vel iterum parti jure ex ea in alias familias translata sunt) tum illis qui supremo jure aliquid teneant, licitum esse, sua adarios transferre, nec *Carolum*, quo minus illud faceret, familiari aliqua lege prohibitum fuisse, cum potius *Bullionii* semper libera voluntate de suis bonis disponere soliti sint. Ita *Bullionia* jura ad liberos ex *Elisabetha Nassovia Arauionensi*, moderni *Ducis* avia, genitos & posteros transire. Ceterum cum *Fridericus Mauritus Dux Bullionii* 1642. participasset consilii *Effiat* adversus regem, custodice datus, nec prius dimissus & supplicii metu liberatus est, quam pleno <sup>Sedanum</sup> jure *Sedanum* regi cederet, ut tamen ipse confirmaretur in eundem statum, titulos, <sup>adiegem.</sup> dignitatem & qualitatem, quas tenuit in regno, & quæ ipsi possent competere, adeo ut nulla adhiberetur alteratio & diminutio, ut habent literæ regiae aboliti criminis <sup>Quæ per-</sup> mens. Septembri 1642. datæ. Inde 1651. aliis lœcitus contractus, quo Rex *Duci* loco <sup>muntationi</sup> data. supremi Dominii *Sedanensis*, quo cesserat, commutationis nomine concessit *Dux* *Abertanum & Cyselli Theodorici*, comitatus item *Arvernæ & Eburovicii*, ut tamen Rex nihil sibi arrogaret in supremum jus in *Bullionium Ducatum*, quod domui integrum manere debeat.

